This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

61
Ab9
R

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZÆ, MAOMETHI, OB VSVM EXPERIENTIAMQVE MVLTIPLICEM, ET OB CERTISſimas ex demonſtrationibus logicis indicationes, ad omnes præter naturam affectus atque propter remediorum uberrimam materiam, ſummi Medici opera exquiſitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat omnia penitus & citius quæ habet aut Hippocrates obſcuriora, aut Galenus fuſiora, fideliſſimè doctiſſimeque exponit, & in lucem profert.

Per Gerardum Toletanum medicum Cremonenſem,
Andream Veſalium Bruxellenſem,
Albanum Torinum Vitoduranũ, latinitate donata, ac iam primùm quàm caſtigatiſſimè ad uetuſtum codicẽ ſummo ſtudio collata & reſtaurata, ſic ut à medicinæ candidatis intelligi poſſint.

Qvibvs nihil prorſus ſalutarius in miſerorum mortalium uſum, aduerſus tot morborum ſpecies, conferri potuit.

Singulorum librorum qui in hoc uolumine continentur elenchus, uerſa pagella indicatur.

BASILEÆ IN OFFICINA
HENRICHI PETRI.

ILLVSTRISSIMO

SVMMAQVE VENERATIONE DIGNISSIMO
Principi ac domino, D. Ioanni Rodolpho Stoer, Murbacenſis ac Lutrenſis collegiorum Abbati, clariſſimo heroi, domino & patrono ſuo ALBANVS TORINVS Vitoduranus S. D.

INTER omneis eos, R. P. & colendiſs. Princeps, qui uel ab Aeſculapio oriundi rem Medicā ſacro ſanctā Apollinis artem poſteritati liberaliter, & ſine inuidia, quum methodice tum periodice communicare, & humanum genus ſaluum & incolume cōſeruare, atq; à morbis uindicare, uoluerunt, primas citra controuerſiam iure optimo uel in hodiernum uſq; diem Diuus Hippocrates apud omneis nationes totius orbis tenuit. Eoq; Principem medicorum, antiquum artis Pœoniæ parentem, uenerandæq; uetuſtatis uirum, ac numen deniq; eum, omnis honoranda antiquitas appellauit. Secundum autē Hippocratem, Galenus, ſummus ab eodem medicus, proximum artis honorem facilè tulerit. A quo quidem profectò conſtat, integram hanc diſciplinam, & cuncta quotcunq; in eadem facultate conſiderantur theoremata, tanq; à fonte lympidiſſimo, dulciſſimoq; emanare. Nam hic artem ipſam ab Hippocrate, (ut ipſe pluribus in locis fatetur) ſuſceptam benè amplificauit atq; perfecit. Hi duo nobis medicam artem exquiſitam, & ad unguem factā, tam graphicè coloribus ſuis depictā in proſcœnium, quàm Xeuxis ipſe uuas & Parrhaſius uelum in ſcœnam, protulere. Et quod magis ſuſpiciendum eſt, eidem illi homines ſimul & artem tam admirandam & inuenere & numeris omnibus conſumatam relinquere. Quorum utiq; lectio nos in primis & capit & afficit. Cæterum quid prohibet ex lympidiſſimis illis fontibus Hippocrate & Galeno, fœcundiſſimos etiam amnes, Arabum ac Barbarorum medicinam ſcaturire, quæ tametſi non uſq; adeò clara ac pellucens, haud tamen ueluti infrugifera & inutilis exterminā da eſt. Quemadmodum & aliâs præfœcundas ſcaturigines & amœniſſima flumina ex fontibus non magnis ebullire uidemus, quæ humano generi plus ſæpe emolumenti quàm fontes ipſi conferunt, nam & hi quandoque ſitiunt. Quod uerò minus quàm Græci iucundi, & turbulentiores, ſqualidiq; magis uidentur, & reuera exiſtūt, Arabes, non tam autoribus ipſis, quorum idioma inuniuerſum inelegans, inconcinnum & horridulum habetur, quā ineptiſs. ipſis interpretibus, ad ſcribendū autumo; qui incomptiſſimo charactere, uitiatis & obſcuris dictiōibus Arabicis & Barbaris, plurimaq; inconcinnitate omnia horrificarunt. Et procul dubio, ſi tales autores ſua lingua ſcripti extarent, & eadem nobis tam nota atq; Græca & Latina foret, non tantam pleriſq; lectoribus nauſeam mouerent, certè priſcorum me-

Geminæ ratio nes medendi.

dendi methodus geminis potiſs. rebus conſtat, præceptis, puta, quæ indicationes curandi oſtendunt, & medelis, quæ morbos profligunt. Illam exquiſitè & ſynceriſſimè ex Galeno, Hippocrate, & cæteris Græcis hauries, licet ne hic quidem infantes ſint Auicenna, Rhazes & Arabes cæteri. Hanc uerò, quæ medicamẽta perpendet, & ritè applicat, non ex Græcis ſolum, ſed ex Arabibus etiam cõfertim conſequi licet. Vtriq; uerò, tam Græci quàm Arabes, quum ſimplicia tum compoſita ad profligandam morborum iniuriã diligenter inquirunt, literis mandarunt, & poſteritati relinquerunt, quæ noſtrum erit in uſum cum iudicio & induſtria reuocare, & facultates ipſorum nobis exploratas facere, atq; hodie uſitatam medendi rationem cum eorundem curandi methodo, quoad eius fieri poteſt, cõiungere. Nam qui medicelli iuuenculi has temerè inter practices ſuæ, ut uocant, exordia ſeparant, nec ducem aliquem ſectantur, haud dubiè paſſim impingunt, & mutãt quadrata rotundis. Inter eos uerò qui in medicina curatiua tutò imitari poſſunt, Rhazen Coryphæum eſſe, iam olim Motis peſſuli à præceptoribus meis ſcientia et peritia excellentiſſimis. (Ioan. Falcone, D. Gryphio academię eius celeberrimę & antiquiſſimę Cancell[illegible], Dionyſio Tremuleto, et Ioan. Scyronio, doctiſſimis et uſu exercita[illegible]nis, incredibiliq; iudicij acumine medicis, & reliquis item bene multis [illegible]dẽ medicorum ſcholæ, quum iſtic agerem, profeſſoribus eminentiſſimis, & nunq; ſatis laudatis medicis) plus millies hiſce auribus accepi. Vtpote qui à priſcorum medẽdi ratione nihil ferè diſcedit, & ab illis ſuſcepta magno cum fœnore ſummaq; fide & compendio reddit, curandiq; indicationes, remediorũ adhibendorum uias minimè erroneas, ratione & experimẽto ſuffultas, ex Galeno & Hippocrate, & cæterorum monumentis tanq; ex locupletiſſimo pœnu depromptas, ſequitur. Quas cum magna laude & non ſine ingenti ægrorum commodo, in medicina factiua æmulari datur. Cuncta enim fermè quæ undiq; ſpirat, non tam ex primis illis quatuor elementis ſeu principijs phyſicis, quàm ab uſu & experientia rerum magiſtra fundamentum & rationem ducunt. Nulla quidem heic uerborum aut ſententiarum elegantia, ſed rerum quas tractat pondus, & ſumma cum breuitate ueritas. Nã omnia ferè Hippocratis & Galeni monumẽta medica ſparſim, & in uarijs libris diſſeminata in unum ueluti faſcem redigere conatus eſt, adiectis hinc inde pluribus experimentis, quibus in actu, ut uocãt, practico curas infinitas et admirandas præſtitit. Illud uerò apud me multò maximum habetur, quod medendi peritiam tutiorẽ & breuiorem facit. Nihil ferè deprehẽdas in hoc opere ocioſum, nullumq; omnino ambitum. In Galeno contrà ſæpe (quod pace eorum, qui ita in eius uerba iurarunt, ut nihil præter hunc intueri, legere, audire ac ſpirare etiam uelint, dictum uolo) immodica & minimè neceſſaria prolixitas. Quum autem ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, teſte Hippocrate ſit, operę omnino precium erit, commentationes eiuſmodi compendioſas, & aphoriſticã doctrinam potius quęrere, quàm illa in diſſerendo faſta ac præuaſta, ne dicam & ſæpe confuſa, ut quibuſdam uidetur, cõmentaria anxiè, cæteris omnibus ſpretis, ſectari. Vnde amplitudo artis, quæ uitam hominis ſuperat, uix unquam ad finem uſq; à

quoquam

Digitized by Google

quoquam mortaliũ quantũuis diligenti ac laborioſo, perdiſci queat. Nam quotus quiſq; eſt amabo hodie medicinæ myſta, ingenio licet acerrimo, iam inſuper in diſciplinarũ circulo, quam ἐγκυκλοπαιδιαν uocant, probè inſtructus, qui ſe unum Galenum, à quo omnia citra controuerſiam, & benè & copioſè tradita ſunt, uel legere ſaltem & intelligere ante integrum, ad minus, decennium poſſe ſperet, etiam ſi alijs omnibus ſtudijs & negocijs relictis, huic ſoli uacet. Quid quod uiris quibuſdã ſummo iudicio ac medicinæ peritiſs. perſuaſum eſt, quod, etiam ſi quis hac noſtra ætate uiginti annis nihil aliud quàm Galenum legeret, nunq; tamen efficeretur bonus medicus, eoq; propter temporum & regionum mutationem aliqua à modernis quoq; neceſſariò mutuanda ſunt, ἀλλὰ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα. Vno uerbo, qui in medicina factiua aliqd rectè & uerè paucis cognoſcere, potius quã facere hominibus fucum, & multa uideri, malit, propẽſiore ſtudio Rhazæ operã nauare ſedulã ne detrectet (. Hippoc. interim & Galeno non neglectis.) Cuius lectio ſi non iucunda, tamen utilis eſt. Cæterũ quũ uita ſit breuis, ars uerò longa, pauca illa & certa, & res potius quã delectationes accuratè ſequi, quã ſe uaſtiſſimo pelago credere tutius eſt. Sed præter inſtitutum lõgius euagor, & C. T. diutiuſculè moror ſplendidiſs. Abbas, reſtat ut de huius operis librorum dignitate ac ſerie, uel tria faciam uerbula. Primum poſt Iſagogen breuiſſimam, ad regem Manſorem libros decem exarauit, in quibus neſcio, quid, quod ad praxim ſpectat, deſideres. In primo enim, totius artis fundamentum, ſine quo reliqua fruſtra ſuperſtruuntur, Anatomen ſcito ordine cõprehendit, & ſuccincta περιγραφῆ ſeu enumeratione omnes corporis partes, & quicquid Hippocrates in libris de natura oſſiũ, de natura fœtus, de carne, de ſeptimeſtri & octimeſtri partu, de diſſectione, de corde, de glandibus, & de locis in homine, & breuiter, quicquid Galenus in 27 anatomicis uoluminibus tractat, complectitur. In altero, libros Galeni de temperamentis, Hippoc. de humoribus, & τὴν φυσιογνωμονικὴν μέθοδον Ariſtotelis & Adamantij, exprimit. In tertio, Hippocratis libros περὶ διαίτης, & Galeni de facultatibus alimentorum, & ſimplicium, ueluti ſtatuam in phano poſuit. Quarto, libros de tuenda ſanitate Galeni, & P. Aeginetæ ob oculos ponit. Quinto & ſexto, quæ Gal. & cæteri fuſius de cõpoſitione pharmacorũ ſecũdum loca & alias ſparſim tractat, ſuccinctè comprehendit. Septimus, ſummã eorum, quæ Hippoc. libris de Vulneribus, Fracturis, Luxatis. Vlceribus ac Fiſtulis, & ſextũ P. Aeginetæ ſummatim complectitur. In octauo autem docet, quod Hippocrates in libris περὶ νόσων, & Polybus in libris περὶ παθῶν, & alius Hippocrati attributus περὶ ἱερῆς νόσων, & quod Galen. in libris de locis affectis & medendi methodo, nec non & κατὰ τόπους. Decimus, reſpondet libris Galeni de febrium differentijs, & ſeptem poſtremis de methodo medendi, & libro ad Glauconem primo, Libris Hippocratis de præſagijs, & eiuſdem Galeniq; libris de iudicijs, & de diebus decretorijs, ac de pulſibus deniq;. Hunc nos paraphraſtica interpretatione plurimis certè ſudoribus ex cœno eripere, & delicatiore latini ſermonis amictu ueſtire conati ſumus, ſed deuorata boue, ob ualitudinem, in cauda defecimus. Quantum hic mihi laboris fuerit ſub-

Digitized by Google

rit ſubeundum,nemo credat facilè,niſi qui ſimilia tentarit. Primum quidē,
Arabum ſtylus, tam eſt à lingua latina alienus, ut in hāc trāsferri feliciter
non poſſit. Deinde interpretis & tēporis iniuria omnia corruptiſſimà mō
ſtroſeq́; deprauata fuerūt,ne qd interim de ſingulari huius libri,ratiōe ma-
teriei,difficultate, cōmemorē. Neq; hoc ſolum præſtitimus in hoc opere,
ſed cæteros quoq; eius libros quidem omnes inquinatiſs. uerū priores ac-
curatius ab infinitis ac fœdiſs. mendis uindicauimus. Cæterū quia exantla
tis tot laborib. ſycophantarū calūnias metuo, quærendū mihi numē quod
dā fuit tutelare, ſub cuius phano, uelut aſylo tutus conquieſcā. T. igit̃ C.
R.P. una ex omnib. occurrit, cui has qualeſcunq; lucubratiunculas meas,
et hunc tam excellentiſſimū autorem medicum dedicarem, ut ſub felicibus
Dedicationis cauſæ.
auſpicijs tuis in lucem prodirent, & ſi caſus aliquis ferret, clariſs. nominis
tui patrocinio defenderentur, & ea re aliqua ſaltem ex parte beneuolenti-
am erga te meam declararē, ad quam ex grauiſs. nobilium & literatorum
hominū maximè, ſingulari illa C. T. exiſtimatione incenſus ſum. Paſſim
enim audio, alium, generoſitatem animi tui unicè admirari: alium, clemen-
tiam, & in Deum atq; homines pietatem ſummis laudibus proſequi: aliū,
integritatem, egregiam eruditionem & munificentiam erga bonos & ho-
neſtos quidem omnes, ſed præcipuè in eos, quos cum morum integritate
ſynceram doctrinam copulaſſe animaduerteris: Alios, alias multas excel
lētes animi & corporis tui dotes, plenis buccis ad ſydera uſq; tollere, quas
omnes, in præſentiarū, miſſas facio, quia ſi quis conetur ſingulas cōmemo
rare, uolumē potius, quā epiſtolā texeret. Illud uerò, nobis maximam dedi
cationis anſam præbuit: Quod, uidelicet, ſolus fermè ex tuo grege, ne di-
cā & cæteris Principibus, eruditos homines patrocinio & opibus tuis fo-
ues, ac eleuas liberaliſſimè. Theſaurumq́; iſtū, literas, ſcilicet, quas ęſtimāt
adeò pauci curandū in primis iudicas, neq; ſatis eſſe ducis, q̃d ipſe impen-
ſiore ſtudio, quantū præ tantis negociorū fluctib. quibus undiq; obrueris,
datur, Muſis, ſucciſiuis operis, nauas, & ſtudia excolas propria, niſi aliena
magis promoueas, & publica hodie iacentia ſuſcites, benignitate demerea
ris. In ſumma modis omnibus liberaliſſimū quendam Mecœnatē agis, in
bonarum literarū, & uirtutū ſtudioſos omneis. Proinde non miror T.C. à
ſtudioſis omnib. certatim applaudi, & encomia cani. Fuit etiā nobis huius
inſcriptiōis, uelut ἐργοδιώκτης tuarū laudū preco, & buccinator egregius
Ioan. Huoberus, uir ornatiſs. Apollineæ artis peritiſs. & omni liberali di-
ſciplina egregiè inſtructus, tuęq; illuſtriſs. Celſitudinis à medicina familia
ris & Phyſicus Baſilienſis. Suſcipe igitur ſumma Reuerētia digniſs. Pater
& micantiſs. Princeps pro ſolenni humanitate tua & ſolita Clementia has
qualeſcunq; noſtras uigilias, & autorē ipſum à nobis emendatū, fronte hi
lari, atq; ex his ſalubria tuendę ſanitatis, & profligādi morbos p̄cepta, ex-
cerpe, q̃ ualeas Pācraticè. Digniſs. quippe es ſecūda ualitudine, ut Ditioni
tuæ quā diu præeſſe, ac Chriſtianæ reip. prodeſſe queas. Vale Abbatum &
totius Germanię decus Clariſs. Princeps, ac munuſculū hoc perexiguum
quidē, ſed ex animo profectū boni cōſule, multò maius & magnificentius
alterum, ſi hoc gratum fuiſſe intellexerimus, in poſterū accepturus. Baſi-
leæ Anno M. D. XLIIII.

Digitized by Google

ELENCHVS SIVE

SYLLABVS DIGNARVM RERVM COgnitu, quæ in hoc toto uolumine continentur, ut uel citra incommodum, quod concupiuerit quis, conſequatur.

A

Abdominis forma 32
abel 78,
abenil 207
aborſus cauſa 108
aborſum faciẽtia 140
abrotanum 264
abſceſſus uentriculi cura 250
abſinthium 78
acacia 78
acetoſa herba 248
acetum neruis inimicum 272
adememil apoſtematis cura 428
adoleſcentibus & iuuenibus quid conueniat 111
adurentes medicinæ 409
ægritudinum notę inſalutares pagina 306
ægritudinis breuitas quibus cognoſci poteſt 309
ægritudo quando mortalis 520
ægritudinum cauſa 545
ægritudinum acutarum regimen pagina 326
ægritudinum pręſagia 96
ægritudinis futurę prognoſtica pagina 96. 97
ægritudines bilis nigrę 30
ægritudines ex bilę rubea eodem
ægritudines euenientes ex itinere tempore frigoris 146
ægritudines de uno ad aliũ trãſeuntes quę 105
ægritudinibus frigidis medicamen conducens 186
ægritudinis ſiccę canon 523
ægritudo quibus uincenda, ſi eſt poſſibile 540
ægritudo prius cognoſcenda 543. 544
ægri conſuetudo ſcitu neceſſaria pag 542
ægritudinum ſpecies quot 2
ægritudinibus quę proſint 542
ægrum alleuiantia 469. & 470
ægritudinibus qui plus obnoxij pagina 544
ægri conſolandi etiam morte præſenti 541
æger interrogandus 542
ægri ad temperamentum primũ reducendi 543
ἁιμόφοβοι 242
æris flos 205
aëris officina eſt pulmo 23
aër qui deterior & melior 76
æs uſtum 86
æſtas nebuloſa 519
æſtate quę uictus ratio habenda pagina 107
æſtate à quibus abſtinendum pagina eodẽ
ætatum ſingularum pulſus 323
agaricum 88, 207
agarici uis & operatio 436
ἀγκυλόγλωσσοι 229
akatereti puncturę 190
alarum fœtorem auferentia pagina 133
alafur 368
albuginem oculi detergens diſcutiensq́ 226

Digitized by Google

albachrati cura 428
albaras 127.128
alchaſar 538
alcheron 569
alcanthum 205
alcaſem 366
alchadareg 535
alchanna 81
alcola 368
alcolę medicamen 462
alchenebit 535
aldeæ uirtutes 584
alienationem detrahentia 457
algazelli 573
alichexit 367
alintiſar 381
algebræ medicinæ 482
algoſim eradicantia 421
alguaſen tollentia 124
alhafath deſtruentia 132
alhaſaph, id eſt, ablutio ſudoris 126
alhubarri 275
alkakan uirtutes 584
alliorum, ceparum, & porrorũ odorem reprimentia 132
almeizara 207
aloë uirtus & operatio 436
aloë 86.207
alopeciæ curatio 116.453.455.570.571.574.579.583.587
ἀλωπεκίαι origo, ſigna, ac curatio pag. 348
alphis tam nigris quàm albis utile pag. 217
altit 403
aluum ducentia 224.255.295 257. 247. 212. 242. 223. 252. 271. 469.470.290
aluus lubrica quib. ſiſtenda 244.305
alui adſtrictio in peſte 341
alui excrementorum ſigna 320
aluum lenientia & humectantia pagina 221
aluus quãdo ſoluenda in peſte 341
alumen 87.205
ambra 74
ammeos 84
ammoniacum 78.180
amor 355
amomum 81
amplexicaulis 252
amygdalæ amaræ 83
amylum 58
anacardini mellis compoſitio 409
anacardum montanum 202
anacardini confectio 215.217 457.458
anacardinum mel 217
anacardi 79
anates 535
ἀνασαρκά 254
anchæ cauterizatio 506
anchæ & urticæ cura 416.500
anchæ cura uniuerſalis 500.501
anchæ remedia 481.492.505. 493.556.572.495
anginæ cura 240.370.463.574. & 589
anhelitum dilatatantia 464. 557.576
anhelitus difficultatem ſedantia pagina 465
anhelitus inflammationem emendantia eodem
ani ægritudines curantia 553.555. 556.557
ani exitum curantia 479
ani & uuluæ procidentia 267
ani inflammationem reprimens pagina 265
ani exitus 406
ani fiſtulæ & uitia 409
ani mollificatio 410
ani uermes eodem
ani ſciſſuræ & fiſtulæ 265
animæ confabulationes remouens pag. 186
animam lætificantia 456
animam confortantia 474. & 554

Digitized by Google

animi hilaritatem creans 223
animi defectui electuarium conducens 245
animi deliquio ob ingentē euacuationem quibus ſuccurrendū 246
animalia uenenoſa fugantia 192. & 193
animalium membrorum diuerſitas in nutrimento 62
animalium puncturis quibus ſubueniendum 433
animalium uenenoſorū morſui accommodum 465
animalcula auditus meatū irrepentia 233
animal indiget omnibus mēbris nutricationis 31
aniuden 247
aniſum 78
anſerum uirtutes 588
anthimonium 78
anthracis cura 430.559
autumno quę cuſtodienda 107
aphoriſmi Rhazis 518
apium uolatilium puncturę 192 434.569
apoplexię ſigna 215.216.355
apoplexię cura 457.530.532
apoplexię preſagia 96
apoſtema roſę ſimilis & malo granato 544
apoſtematis in uelamine ſeparātis inteſtina remedium 465
apoſtematis duri ſignum 384
apoſtematis ueſicę cura 399.401
apoſtematis mollis cura 169
apoſtemata aperientia 166.580
apoſtemata in teſticulis 412
apoſtema uirgę eodem
apoſtematum calidorum cura 425
apoſtematum frigidorum cura pagina 426
apoſtematum cura 169.496.497 170.173.179.530.552.554.555.559. 569.571.587
apoſtema ſanguineum & cholericum 413.414
apoſtematis duri remedium 508
apoſtema nigrū in principio naſi pag. 538
apoſtema durum in teſticulis curatia 478
apoſtema in auris mollicie 539
apoſtematis iuxta aurem cura pagina 531.538
apoſtema gulę remouens 528
apoſtema intra oculum 538
apoſtematis ſanguinei remediū 507
apoſtema in iuncturis 538
apoſtema in naribus eodem
apoſtema ſtomachi reſoluentia pagina 467
apoſtema in digito pedis ſiniſtri pagina 538
apoſtema nigrum in lingua eodem
apoſtematis phlegmatici medicamen 458
apoſtematis nigri, liuidi, uel rubei prognoſticum 539
apoſtematis duri & lapideitatis in iuncturis curatio 498
apoſtematibus ſtomachi & hepatis conuenientia 553. & 554
apoſtematum corrodentium medicamen 525.526
apoſtemata puerorū expellēda 542
apoſtematis matricis frigidę ſigna & cura 446
apoſt. antiqua non recipienda 543
appetitus ſuperflui prognoſt. 539
appetitum confortans 186
appetitum excitantia 257. & 466. & 471
appetitus canini curatio 251
aoſro 205
aquæ deſcenſus in oculum cura pagina 528. & 529
aqua frigida quando danda 441
aquam educentia per egeſtionem pag. 469.546.547

aqua

aqua roſata 74
aquoſitas ſanguinis quomodo ad ſanguinem defluat 31
aqua caſei 437
aquam fugiunt morſi à cane rabido 195
aquę frigidę noxa 203
aqua hordei 58
aquarum nocumentum quomodo remouendum 151. & 152
aquoſę ſuperfluitates quos morbos generent 30
aquę hordei pręparatio 258
aqua inter cutem quę ὕδρωψ dicitur 253
aqua in oculum deſcendens 360
aquę diuiſio 2
aqua ieiuno uitanda 93
aquę furfuris pultes 58
aquę primę compoſitio 165
aquę, ignis, & olei aduſtionis cura pag. 172
aquam educentia 207.569.579
aquę in aqua ferrum extinguitur uis 82
aquę uirtus 58. & 59
aqua quę melior 58
aqua turbida 58
aqua ſalſa 58
aqua putrida 58
aqua niuis 58
aqua cocta 59
aqua cœleſtis 59
aqua tepida 59
aqua calida 59
aqua balneantium cuius temperamenti eſſe conuenit 59
aqua frigida 59
aquę ſulphureę 59
aquę bituminoſę 59
aquę ſalis armoniaci 59
aquę aluminoſę 59
aquę naturaliter calidę 59
aqua ex qua ferrum extrahitur 59
aqua ex qua ęs tranſit 59
aranearum morſus cura 579
ardoris ſtomachi cura 530.532
areching 535
arietina caro 534
arſurę ſtomachi quę utilia 553
arteriarum ſciſſuram medentia pagina 458
ardorem extinguentia 146
argentum uiuum 81.203
argentum 85
arquatus morbus 253
araneę uirtutes 589
aranei & ſibth morſus 191.192
araneę tunica 22
ariſtolochię ſpecies 81
arſenicum ſublimatum 204
arſenicum 81
arteriarum motus eſt aſſiduus 25
arteriarum totius corporis ortus 25
arteriarum origo & ſitus 19.20
arterię lethargicę 20
arthanita 205
articularij morbi 272
aſarum 78
aſarai 85
aſalforat 520
aſaphati 424
aſcaridum, teredum & lumbricorū origo & curatio 263
ἀσκίτης 253
asfellata 18
aſini uirtutes 571
aſperitatem lenienitia 552. & 555
aſſa arbor 220
aſſaturę coopertę comeſtio 220
aſthmatis medela 463.555.573
ἄσθμα 242
aſtronomia medicina opus habet pag. 524. & 558
audaciam quę pariunt 554
audacię hominis ſigna 52
auditorium meatum incidentia quomodo educenda 234
auditus grauitas 233
auditum reuocantia 567

Digitized by Google

auditorio meatui collyrium conue-
niens 233
autumnus ſiccus 519
autumno quę uictus ratio neceſſa-
ria 107
aurum 88
auripigmentum 231.& 228
auris dolorem frigidum tollentia
pag. 456
aurium uermes, & animalcula audi-
tus meatum irrepentia 233
aurium dolor uarijs ex cauſis 231.
& 362.& 363
auris forma & ſitus 22
aurium ſanitas quibus conſeruãda
pag. 104
aurium ſurditas 364
aurium ſuperfluitates quibus pur-
ganda 133
aurium ſignificationes 50
auris ulcera 232
aurium ſonitus & tinnitus 232.
& 364.& 569
aurium uermes interſicientia 554
aurium medicinę 461.
& 555. 556. & 557. & 574. & 576.
& 577. & 578. & 570. & 580. &
587.& 588
aurium cera 233
ataras, id eſt, ſurditas 364
atarho 88
atleiar 535
attafeada 100
azedarach 78
azegi 81
azimus panis 58
aziæ 280

B

BAccę lauri 86
balnei iuuamentum & nocu-
mẽtum, & quomodo fieri debet
balauſtia 80 (102
balaninum oleum 250
balſami ſemen 79
balſamum 75
barbam mundificantia 548
baras 422
baras tollens 458
baſilica 18
βάτραχος 240
baurach 79
bdellium 83
bedeguart 79
been radix ueteribus incognita 222
been rubeum 79
beluarum morſus 194
bellirici 79
bengi ſemen 199
berberis 78
beſtię ſudor 197
bilis excrementa proritat 31
bilem nigram euacuantia 94.207
bilis rubeę & nigrę ęgritudines 30
bilem flauam excernens medica-
men 206.207.335
bilis ſpecies 2
bilem rubeam expellentia 94
bilis rubeę ſigna 45
bilis nigrę ſigna 46
bilis natura & eius comites 4
birſen calidi ſigna & cura 352
birſen thoracis affectus 243.
birſen frigidi ſigna & cura 353
blactę bizantię 74
blitum 161
βλεφαρόξυστον 227
bombix cruda 245
borongi 79
bos podagriſat 568
bothor 368
brachia tenuia habentia dięta 523
brachiorum ſignificationes 51
brachiale octo oſſibus conſtat 12
brabantia 257
braſſica capitata 220
bruculi 71
bunchum 74
bugloſſa 83
bulbus 79
burungium 264

cacule

Digitized by Google

C

CAcule 86
cœliacus dolor 258
cœcitudo nocturna, Græcis νυκτάλωψ dicitur 230
charta babylonica 252
caluitiem prohibentia 453
caluitium retardantia 118
calculum frangentia 400
calculi notę & curatio 396. & 560
calculi pręſeruatio 397
calculus renum & ueſicę 261
cancer matricis 268. & 446
cancri uirtutes 579
calidicon medicamentum 165
calx 84. & 204
calidos dolores ſedantia 552
calidorum & ſiccorum corporum notę 39
calorem ingentem ſedantia 223
calidi 368
calorem extinguentia 145
calorem reuocantia 556. & 557
calamus aromaticus 86
calcanthum 86
calcanti fiſſuras prohibentia 154
callonymus piſcis 230
calangię 296
cameli urinę uſus 235
cameli uirtutes 572
cambil 86
camerſich 374
camphora 74
canis non rabidi morſus 194
canis rabioſi morſus 194
canis rabioſi ſigna 194. & 195
canis rabidi morſus quomodo curandus 196
canis rabidi morſus cura 434. & 579. & 589
canicularium dierum nocumẽtum remouentia 144
caninus appetitus 251
cannabis 220
cantharides 88. & 197
canchar 193
canitiem retardantes 223. & 418
canis uirtutes 559
cancer quid & eius cura 167. & 168
cancri curatio 427. & 567
cancri caro 85
cancer in naribus à polypo differt pag. 235
cancamum 252
capillorum defluuium 349
capillus ueneris 79
capillos retinens oleum 118
capillos nigros faciens oleum conueniens 118
capillorum à capite uel barba cadentes cura 116. & 117
capillorum decoratio 418. & 419
capillos cadentes corroborantia pag. 453
capillorum tinctura 120
capilli quomodo albificandi 120
capilli quomodo euellendi, ſubtiliandi, & auferendi 120
capillos penitus auferendi modus pag. 120
capillorum ortum prohibẽtia 120. & 121
capillorum tincturę 452. & 453
capillos cadere prohibentia 453
capillos denigrantia 119. 550. 551
capillos renaſci facientia 550. & 551
capillorum caſum confortantia 551
capilli quibus eradicandi 551
capillorum extremitatum ſciſſurę quomodo curandę 118
capilli quomodo criſpi reddendi pag. 118
capilli quomodo plani efficiuntur pag. 118
capillorum regimen ne cito cani fiant 119. & 120. remedia 522. 549. 557. 571. 573. & 588
capitis epithemata conſideranda pag. 349
capitis dolor ſine cauſa 522

capitis

Digitized by Google

capitis puſtulæ 419
capitis dolor ex ſanguine, ob bilis copiam, ex pituita, & ex uentriculi uitio ac inſolatu 212. & 213. & 214
capitis dolor uarijs ex cauſis 349. & 350
capitis & faciei ulcera rugoſa & alba quibus curanda 121
capitis plaga 180
capitis doloris prognoſtica 95
capitis dolori frigido medicamẽ cõ ueniens 461
capitis deſtillationes reprimentia pag. 223. & 224
capitis forma 11
capitis oſſa quot 11
capiti noxia 545
capitis furfures curantia 555
capitis magnitudo in pueris 510
capitis dolorem tollentia 456. & 554. & 557.
caputpurgium ad torturam 457
caput quando & quibus purgandum 543
caputpurgium ad capitis dolorem pag. 457
caput ab humore corrupto mundificantia 549
carnem generans mirabile unguentum 165
carnem ſuperfluam minuẽtia & reſoluentia 165
carnem generantia 165. 553. 559. 458. & 526
carnis ſignificationes 51
carnem mortuam corrodens 165
caro ſaliuam generans 23
carnis corroſioni conueniens 570
carnium uirtus & ſpecies 61. & 62
caro uolatilium 62
carnes quæ meliores 534
cardiacæ, triſtitię et timoris ſine cauſa medicamen 533. & 554
carbunculorum cauſa & cura 168
cartamus 86
caſſiafiſtula 88
caſus, percuſſioniſue in capitẽ uel alia parte cura 154. 155. & 156. 433
caſtorium 79
caſtra inhabitantium regimen 152
catarrhum remouentia 464. 554
catarrhi calidi & frigidi cura 527
catarrhus 357
cataplaſma uentriculum calefaciẽs & corroborans 248
catapotia ileo morbo ſacra 255
catapotia ad uentrem deijciendum, appetitum incitandũ, flatuoſosq; ſpiritus reprimentia 257
catapotia ex rheobarbaro 253
catapotia aquam in hydrope educentia 254
catapotia aluum deijcientia 272
catapotia maiora de hermodactylis pag. 272
catapotia ex bdellio 266
catapotiorum fœtidorum compoſitio 216
catapotia aluum purgantia in ἰκτερῳ pag. 253
catapatia melancholiam purgãtia pag. 222
catapotia coccia 212
cathera 260
catti ſylueſtres 194
catti ſylueſtris uirtutes 582
cathmia argenti 86
cathmia auri 86
cauda equina 88
caudę ceruinę ſummitas 197
καῦσος 291. & 298
cauteriorum uſus & modus in morbis 502
cazi electuarium 259
chirurgiæ ſcopi 157. & 158
charabe 83
chamæpitys 83
charta Babylonica 259
chamędris 83

Digitized by Google

cheiſim 270
chelidonia 84
cheruha 87
cheſiſię 87
chorda 7
cholericæ paſſionis cauſæ 381
cholera morbus 245
choleram & phlegma è iuncturis purgantia 439. 494
choleram purgantia 94. 491. & 492
cholericę paſſionis remedia 468
chriſomela 72
centaurium 86. 207
cephalæę remedia 551. 552. 553 554. 555. 556
cephalica 18
ceparum, alliorum & porrorũ odorem reprimentia 132
cerebrum memorię fundamentum pag. 9
cerebrum origo ſenſuum 8
cerebri calidi & frigidi notæ 39
cerebri compoſitę naturę ſigna 40
cerebri humidi notæ 40
cerebri complexio & eius forma pag. 39
cerebri figura 21
cerebri concauitates quatuor 21
cerebri panniculi ſunt duo 21
cerebri ſicci ſigna 40
cerebri apoſtematis cura 530
cerebri remedia 552. 547
cerebrum calefacientia 557
cerebro noxia 545
cera aurium 233
ceruſſa album Rhazis 275
ceruſſa 204
cerui uirtutes 572
ceruiſię uirtus 60
cibus quomodo ſumendus 91
cibus non tardandus appetitu pręſente 91
cibi in ſtomacho mora 29
cibum ſumendi horę 92
cibus quomodo ad ſtomachum deſcendat 29
cibi regimen 91
cibaria corpus calefacientia 146
cibi electi ad ueſcendum 534
ciborum præparatio 534
cibi conuenientes antiquis, debilibus & hecticis 529
cibus in hyeme ſit calidus 92
cibaria omnia & noxia & utilia 535
cibus qui uitandus 92
cibi melancholiam generantia 225
cibi faſtidium cauendum 92
cibandi opportunitas in feb. continuis 292
cibi digeſtionem adiuuans ſyropus pag. 99
cibaria noxia, quomodo & quibus expellenda 97. & 98
cibi ratio habenda 92
cibum uomentibus utilia 466
cicera 536
ciceris uires 57
cicatrices oculi & corporis quibus delendæ 339
cinis 87
cinnamomum 536
κισσάμπελος 237
citrum 537
citrinum aut flauum colorem reddentia 122
citonia 75
ciuitates ſalubres & inſalubres 77
ciuitates nebuloſæ noxiæ 544
ciuitatum mutatio 76
clyſteria anchæ conuenientia 495
clyſter fortis & lenis 473. 475
clyſter ad egeſtionẽ ſanguinis 476
clyſter ad febricitantes 475
clyſter aluum molliens 255
clyſter teneſmo conueniens 259
coagulum 78
coctanum 536
coccia catapotia 212
cocleæ marinæ 86

cochleæ

Digitized by Google

cochlear 385
codium 341
cogitationes malas remouens 186
coitus debilitatis cauſæ 402
coitum iuuantia 403
coitus nimius nocumentum infert pag. 403
coitum augentia 138. 186. 479. 556. 587. 589
coitum excitans medicamen mirabile 528
coitus iuuamentum & nocumentũ, & quomodo fieri debeat 101. 102
coitum extinguentia 556. 569. 570
colorum notæ 484
colorem bonum reddentia 456
colores hypoſtaſis 319. & 320. 317
coloris rectificatio 420
colores excrementorum alui quid portendant 320
coloris iocunditatem inducẽs 223
colorem rubeum efficientia 122
colorem flauum aut citrinum reddentia 122
colorem denigrantia 122
colorem pulchrum efficiens 186
colorem bonum faciens 467
colon inteſtinum 27
colon ex retentione fecis 393
colica uentoſa 395
colica uarijs ex cauſas orit̃ 393. 394
colica ex flatu 256
colicus dolor ex flatu, bilioſo humore, & ex ſanguine 155. 156
κώλικος, eiusq; curatio 255. 256
colicæ paſſionis cauſę 392
colicę remedia 471. 472. 473. 474. 547. 573. 574. 576. 587. 585. 582. 587
colicæ notæ 96
colicam eradicantia 446
collyrium rubrum 227
collyrium album 224
collyria oculorum 459
collyrium uiride 228
collyrij albi & rubei confectio 459. & 460
collyrium ex thure 226
collyrium ex plumbo 226
collyrium Elciſer 226
collyrium pollichreſton 226
collyrium ex æris flore 228
collyrium ſibilo, ſonitui ac tinnitui aurium accommodum 233
collyrium de ceruſſa 263
collyrium ex fellibus 230
collyria oculis conuenientia 104
colocynthis 82
colocynthidis uirtus et operatio pag. 436
columbini pulli 62. & 535
columbæ ſanguis 228
columbarum uirtutes 585
colli ſignificationes 51
cõplexiones quatuor humorũ 44
complexiones cognoſcere quæ iuuat 43. & 44
complexiones membrorum humidorum ſigna 44
complexionum cognitionem unde ſumere licet 42. & 43. 486
complexionum cognitio ex forma corporis 37
complexionis malitiam emendantia 477
complexionem hominis ſignificantia 36
comitialibus quę fugienda 220
comitialis morbi cum ephialte conſortium eod.
comitialis morbi ſpecies 219
condyſi 83. 205
conceptum adiuuantia 571
coniunctiua tunica 22
concoctricis imbecillitati conuenientia 245. 223
conuulſio, Gręcis σπασμὸν uocant pag. 218
conuuſioni accõmodum 217
congelatio à frigore quibus curanda 147

da 147
congelati qui & eorum cura 216
confectio ex ſtercore ferri 265
condylomata 265
conceptionis primordia 33
conſuetudines quæ obſeruandę 97
conſtypantia 547
coquinarius debet eſſe medicus 534
cordis tremorem curantia 529
cordis tremor à ſomno 538
cordis medicinæ 468.554
cordis pulſui conferentia 456
cordis palpitatio 245
cordis temperamenti ſigna 40
cor fons caloris innati 44
cordis ægritudines 376.377
cordis figura & ſitus 25
cordis capſula 25
cordis baſis 25
cordis creatio quare 9
cordumeni 86
cornea tunica 22
corroſiuum 166
coraceſius bolus 246
coriander 199
corallus 79
coryzæ remedium 458.465
κορύζα 223.357
corporis putrefactionem purgantia 165
corporis dolor à ſomno 538
corpus ſang. abundantem quomodo purgandum 94
corpus impinguantia 456.467
corporis tremor 520
corpus ſtatim ſanans medicamen pag. 457
corpus calefacientia 467
corpus pingue extenuans 467
corpus mortuū ne fœteat aut putrefiat, quibus cuſtodiendum 134
corporis ulcera uaria 428
corporis temperies quibus cognoſcitur 36
corpus æquale temperatū è quibus inditijs deprehendi poſſit 38
corpus ab ægritudinibus remotum pag. 103
corpus quomodo præparādum uolenti peragere iter 150.& 151
corpus cicatrizantia 339
corporis decolorati cauſa 163
corporū frigidorū ſignificatio 38
corporis repletioni quibus ſuccurrendum 97
corporis maculas tollentia 555
corporis bonę naturæ ſigna 52
corpus mundificantia 549
corpus incraſſantia uel impinguantia 135.& 136
corpus macrum reddentia 136.137
corporis regimē ſecundū anni tempora 107
corpora quomodo diſponenda 97
corporū humidorū ſignificatio 38
corpora diſpoſita ad phthiſim et hecticam 103
corpora peſtilentiæ obnoxia 330
corporis humiditatem educētia 341
corpus ſubitaneam incurrens mortem 103
corporis ſudorem bene redolere facientia 133
corpus quadratum 103
corporis euacuatio non negligenda 93 & 94
corporis puſtulas curantia 560
corporis laudabilis forma 103
corporum calidorū ſignificatio 38
corui uirtutes 588
coſtus 74
coſtarum numerus 12
coſtarum ſignificationes 51
coturnix 588
coxarum, iliorum & pedum ſignificationes 51
coxendicis dolor 273
cranei fractura 180
crapulam remouentia 141
cretici dies qui 314

crisis

Digitized by Google

criſis ſeu decretorium quid 311
criſim indicantia 312
criſis futuræ notæ 313
criſim bonam, malam, perfectã uel inchoatam ſignificantia 313
crocus 74
crocodylli uirtutes 581
cruditatis cauſæ 92
cruenti ac purulenti ſcreatus 243
cubebe 83
cubiti oſſa duo 12
cura propria non negligenda 543
curæ habiliores qui ſint 541
cucurbitularum uſus & modus 178
cucurbita 536
cucumer frigidus 537
culices oculis obuerſantia 229
culices fugantia 571. 573
cutubuth 355
curtli 86
curcuma 85
cutem humectantia 551
cutem mundificantia 549. 553
cutis ſciſſuram curantia 571
cuſpides extrahentia 579
cutem humectans oleum 551
cyſe 81
cymices expellentia 177
cyperi 74. & 84
cypreſſi nuces & folia 85
cyrenaicus liquor ſiue ſuccus 220

D

DAmnocochia 261
darſeſahan 80
dactyli 71
debilitatis ex nimio coitu cura 138
decretorij dies 314
decoctum ſeminum incidentium pag. 247
decoctum medicinarum quibus fiat 524
decoctum tuſſi & thoracis aſperitati conueniens 223
decoctum ſpirandi difficultate conferens 242
deiudar 80
dentium remedia 573. 575. 367. 581. 568. 570. 561. 562. 556. 557
dentes puerorum proritat 579
dentium corroſionem prohibentia pag. 465
dentes confirmantia 568
dentium morbi in pueris 513
dentium molariũ radices ſunt plures 29
dentium ſtupor 237
dentium refrictio eod.
dentium, labiorum & oris ſignificationes 50
dentium corroſionem prohibentia pag. 133
dentes cõmotos cadere prohibentia eod.
dentes infantiũ quibus fricãde 110
dentifricium 133. 103. 462
dentium confricationes quomodo fieri debent 103
dentium refrictioni medentia 237
dentium numerus 11
dentes abſtergentia 132
dentium concauitatem remouentia eod.
dentium conſeruatio 103
dentiũ & gingiuarũ dolor 236
dentes eradicantia & confringentia 237
dentes imbecillos ac dolentes eradicantia eod.
dentium diuiſio 29
deſtillatio ſiue catarrhus ex aëre frigido 223
diariæ febris cauſa 278
diaria ex cibis multi nutrimenti cõtracta 284
diaria ex labore, aut uigilijs orta pag eod.
diaria ab exercitio immoderato 280
diaria ex diutina in algore mora pag. 280
diaria ex thermis contracta 281

Digitized by Google

diaria ex nimio ciborum uſu 281
diaria ex cibo quopiam graui 282
diaria ex abſceſſu prognata 282
diaria ex partis alicuius dolore pag. 282
diaria ex balnei uſu intermiſſo 283
diariç remedium 477
diaria ex laboribus 279
diaria ex uigilijs & ſollicitudinibus 279
diaria ex triſtitia ſiue ira proueniẽte 279
diaria ex ebrietate progenita 279
diarrhœa 258
diæta in dolore iuncturarum 489
diæta quæ obſeruanda in iuncturarum doloribus 497
dietis utendum remouendo ægritudines 545
διαβήτης 263
diaphragma 24
diachylon diſſoluẽs apoſtema 498
diachylon emplaſtrum 167
diacalaminthes compoſitio 258
diaſtoles 321
diacydonium 248
diaphoreſis 281
diacymini confectio 466
diabeticę paſſionis medicamen 552
diacurcumæ confectio 469
diamoſchi confectio 468
diacitoniten ſolutiuum 471
dierum canicularium nocumentum remouentia 144
dies decretorij 314
digeſtionis malitiam reprimentia pag. 465.466
digeſtio quare redditur mala 92
digeſtionis debilitas 378.379.380
digeſtionis impedimentum 542
digeſtionis conditiones 311
digitorum pruritus quibus curandus 135
digitorum, pedum & manuũ extremitates ne à frigore corrumpantur quibus cuſtodiendæ 148 & 149
diomedeæ aues 219
diſlocationis & fracturę cura 432
diſſoluentia emplaſtra quando neceſſaria 497
doctorum error 548
doctoris humilitas quid præſtet pag. 548
doctor dubitabilis quando 542
doctores antiqui non contemnendi 540
dolores ſedantia 497.507.552.553. 555.556.472.473.495. & 496
doloribus ex uentoſitate conuenientia 554
domorum & hoſpitiorum ratio habenda 94.95
dora 57
dorſi dolorem mitigantia 417. 573.554.556.557
dorſi ſignificationes 98
dragacanthum 83
dragontea 83
dulb 80
duritíes mollificantia 555
duodenum inteſtinum 27
dyſpnœa 376
dyſpnœæ medela 463.464
dyſſenteriæ medicinæ conferentes pag. 203
dyſſenteriæ præſagia 96
dyſſenteria 259

E

EBrietatem retardantia 140
ebrietatem cito inducentia 141
ebrietatem alleuiantia & auferentia 148
ebrietatis cura 141
ebrietas frequens fugienda 93
ebrietas phlebotomanti fugienda pag. 177
ebur combuſtum pro ſpodio 244
ebus uel ebul 79
ecligmatum uirtutes 77

egeſtio

Digitized by Google

egeſtio retenta quid generat 94
egeſtionis & urinæ fœtor 134
egeſtionis in fine coitus cura 138
elacterides 207
electuarium ex thure 258
electuarium ex baccis lauri 256
electuarium morbo comitiali cõueniens 220
electuarium exhilarans 222
electuarium ex gallia moſchata 255
electuarium ex moſcho 245
electuarium ex cymino 247
electuarium Cazi 258
electuarium de ſtyrace 259
electuarium de myrobalanis 77
electuarium ſolutiuum 466
elementorum creatio 1
elephanti uirtutes 572
elephantia 418
elephantiæ curatio 274
elleborus albus 205
elleborus niger 206
embrionem educentia 557
emoptoicę paſſionis remedium 554 & 557
emplaſtrum ἀκονίτη ſtrenuè auxiliũ præbens 254
emplaſtra diſſoluentia & ſedantia dolores 495.496
emplaſtra diſſoluentia quando neceſſaria 497
emplaſtrum mollificans & diſſoluens 499
emplaſtrum ad ingentem dolorem capitis 213
emplaſtrum ad ramicem 270
emplaſtrũ attrahẽs ex iũcturis 499
emplaſtrum de ſpica 252
emplaſtrum laudatiſſimum ad uentriculi inflammationem 250
emplaſtrum ſplenis doloribus conueniens 255
emplaſtrum ſcirrho uentriculi conueniens 250
emplaſtra lapidem reſoluentia 498
emplaſtrum dolorem hęmorrhoidarum ſubleuans 265
emplaſtrum pręſtantiſſimum ad reſolutionem neruorum 217
emblici 78
enulę confectio 469
ephimeræ ſigna 437
ephimera uarijs ex cauſis 437.438
ephimeræ cura 438
ephimera eueniens è re in uentriculo contenta 284
ephimera ob famem, ſitimq́; contracta 283
ephimera ex coryza & catarrho pag. 283
ephimera è faſtidio & cruditate nota 283
epilepſiæ remedia 546.527.455.456 458.571.572.583.554.556.577.580 551.557.
epilepſia & præfocationis matricis differentia 447
epilepſia puerorum 511
epilepſiæ ſigna 353
epilepſię præſagia 95
epithema humorum influxũ reprimens 271
epithema ad lentigines 123
epithema iecori accommodum 252
epithema ad frigidum articularem morbum 272
epithema ad pcuſſionẽ et caſum 155
epithema ad ſahaphati 121
epithema pilos generans 117
epithema ad uentris profluuium pag. 259
epithymi decoctum 221.& 493
epithymi uis & operatio 437
epithymum 78.207
epidimiæ medicamen cõueniẽs 525
epiglottis 23
equi uirtutes 571
eryſipilæ remedium 559.552

eryſipilæ

Digitized by Google

eryſipilæ emplaſtrum conueniens pag. 526
eructuatio 382
eructuationem acetoſam remouentia 465. & 466
ἰσχάραι narium 234
exanthematum ectymatumue cura 304
excoriationes quæ accidunt ex equitatione uel calciamentis quomodo curandę 154
exiturarum in axillis & inguinibus cura 428
exiturarum curatio 162
extinguentia iudicio utenda in peſte 341
euphorbium 85. 206. 207
euacuationum ſpecies, per quas fit Criſis 312

F

FAbarum coctarum grana 536
fabę uires 57
faciei & capitis ulcera rugoſa & alba quomodo curanda 121
faciei ſaltus præſagia 95
faciei, labiorum & manuum ſciſſurę cura 135
faciei torturæ oleum conueniens pag. 551
faciem rubificantia 549
faciei maculas abſtergentia 549 & 547
faciem albam, claram ac lucidã reddentia 122
faciei rubor, quomodo curãdus 124
faciei ſignificationes 50
faciei panus 421
faciei remedia 557. 587. 555
facies quibus clarificanda 455
faſraſa 86
fames ſyncopim inducens quibus ſedanda 147
farinæ triticeę fermentum 88
faſtidium ciborum uitandum 92
faſeoli 57
faſtidio cibi quomodo ſubueniendum 92
faſtidio electuarium accommodũ pag. 245
faugenkeſt 79
fauſel 85
fauoſitas puerorum 510
febres omnes naturam excedunt pag. 544
febrium tremorem curantia 554
febrium putridarum origo 544
febris quotidianę ex phlegmate remedium 589
febris ex peſtilentia 444
febris acutę in æſtate contracta cura 531. 532
febris ſynochi remedium 558
febribus acutis conueniens eod.
febris quartanę remedium 558. 559
febribus phlegmaticis accõmoda pag. 465
febribus antiquis congrua 466
febris phlegmaticæ periodicæ ſigna & cura 441
febris phlegmaticæ cõtinuæ ſigna & cura 442
febris quartanæ periodicę & continuæ ſigna & cura 442. 443. 526
febrium medicinę 525
febrium à Sole contractis cura 531
febris quando mortalis 519
febri quartanæ medicina conueniens 524
febres faciẽtes paroxiſmũ in quinque aut ſex diebus 443
febris fumoſitatibus conueniens pag. 552
febrium ſpecies tres ſunt 437
febris Ephimerę ſigna 437
febrium rigorem curantia 527
febrium putridarum ſigna 439
febris tertianę ſigna & cura 439
febris tertianę inſeparabilis ſigna pag. 439

Digitized by Google

pag. 439
febris tertianę & continuę ſigna pag. eodem
febris ſynochi ſigna & cura 440
febribus mortiferis medicamen cõueniens 531
febris quartanę & quotidianę cura pag. 554. 556
febrium compoſitarum ſpecies & ſigna 443
febribus antiquis utilis confectio pag. 472
febribus adurentibus confectio mirabilis conueniens 524. 470
febribus commixtis utilia 465
febricitantibus & birſen patientibus clyſter conueniens 471
febris ſigna ex inflammatione gutturis 301
febrem pellentia 457
febrium oris ſtomachi ſigna 521
febres acutas & ignitas reprimentia 145
febres continuę 297
febres mixtę 298
febris peſtilentialis ſigna & cura pag. 302
febres compoſitæ 302. & 303
febris ardens quę καύσος dicitur 291 & 298
febris ex ſtomachi inflammatione proueniens 301
febris Hepialos 299
febris tumultum pacans medicamen 333
febris ſigna ex pulmone 301
febris tempora quomodo agnoſcẽda 309
febris futurę notę 96
febris tertianę acceſſionis ſpacium pag. 290
febris quartanæ origo 296
febris quartanæ curatio 296. 297
febris diarię cauſa 278
febri tertianæ qui obnoxij 296
febris hectica & eius cura 285. 286
febris mora quomodo cognoſcenda 309
febrium inflammationes & abſceſſus curantia 301
febris quotidianę origo & conſtitutio & curatio 294. 295
febris tertiana intermittens 289
febris ſyncoptica, hoc eſt, deliquiũ inducens 300
febris ſyncoptica, ex humorum copia & cruditate nata 300
fecis retentionis cauſæ 392. 393
fel 85
fel quare factum 30
fel tria habet orificia 386
fellis figura 28
fellis officium 31
fellis bouis utilitas 569
felenge 85
felengemisk 73
feluca haragi 85
fenonis confectio 466
ferri ſtercoris confectio 265
ferri ſquama 82
ferri ſquama & limatura 204
ferri ſtercoris compoſitio 247
feſire 85
feſaraſtin 85
fex uini & aceti 80
ficus 71. 536
fiſtulæ remedium 569
fiſtularum medicamen 165
fiſtula naſi 365
fiſtula accidens in lachrymali pag. 361
fiſtulæ oculi angulis accidentes pag. 231
fiſtulis quę ſunt in auricula medicamen conueniens 165
fiſtulæ ani 265. 266
fiſſuras calcanei prohibentia 154
fiſci 537

Digitized by Google

flatus grauitatesq́ reprimens 257
flatuoſos ſpiritus diſcutientia 256
249. & 254
flauum aut citrinum colorem effici-
entia 122
flos lules 73
fluxus diuturni cura 530
fluxui chronico conuenientia 554
fœtum mortuum expellentia 109
factum expellentia 450. 480. 570.
582. & 585
fœniculum 87
folium 84
formicarum puncturę 192
formicas fugantia 194. 583. 568
formicarum, hoc eſt, paruarum pu-
ſtularum cura 171
formicarum uirtutes 583
formicarum unguentum 583
fracturæ & diſlocationis cura 432
frontis ſignificationes 50
frigidis à complexione oleum con-
uenieus 551
frigidum & humidũ corporum no-
tæ 39
frigidis morbis medicamẽ maxime
conueniens 217. 556. 557. 586
frigidis affectibus electuarium ido-
neum 223
fructus quando *in* menſa ſumendi
pag. 92
fructuum uſus 92
fu 85
fuligo 84
fulfelemine 85
fumus terræ uis & operatio 437.
& 207
fungorum comeſtio quid pariat
pag. 199
fungi & tubera pernicioſa 199
furfures capitis quomodo remouẽ
di 116. 419. 453

G

GElenjabin 295
gembut 82
gentiana 79
genuum dolor 538
geſſe *in* oculo exiſtente curatio 130
geſſe quid 130
geuſni 75
gaſit 88
galli uirtutes 586
galli 535
galli cantum prohibentia 587
gallię moſchatæ confectio 217
gallinę 535
gallinarum pulli 534
galanga 536
gaudia ſanis conferunt 97
gar 88
garab *in* oculo 361
gargariſmus in peſte utilis 337
gargarizationes linguæ læſæ accõ-
modę 239
garyophylli 74
gibbi incipientis curatio 275
gibboſitas & uentoſitas 417
gilbeuce 79
gingiuæ corroſio & concauitas
pag. 368
gingiuarum putrefactionem curan
tia 165
gingiuarum & dentium dolor 236
gingiuarum ſanguine fluentium cu
ratio 238
gingiuas conſolidans 573
gingiuas confirmantia 568
glans ileo morbo conueniens 255
glandulæ quomodo curandæ 170.
& 171
gluten 88
goboraha 82
grana pineę 537
granorum & ſeminum uſitatorum
uirtutes 57

granata

Digitized by Google

granata 71
grando in oculis 358
grando, græcis κοςύζα dicitur 223
grui uirtutes 585
guaſima 80
gula 23. & eius apoſtem. remouens pag. 528
gumeræ confectio 455
gummi Arabicum 86
gummi pini 86
gurgulionis laxatio ſeu procidentia 238
gutturi inhærentium curatio 238
gutturis & oris forma 23
gutturis & oculi prouidentia in peſte 336
gypſum 80.203

H

HAbenil 82
hæmorrhoidas curantia 480. & 481
hemorrhoidarum fluxum ſiſtentia 479.466
hæmorrhoides 265.407
hæmorrhoidas eradicantes 408
hæmorrhoides unde generantur pag. 409
hæmorrhoidum præſagia 96
hæmorrhoidarum ſpeciebus utile pag. 409
halilig 80
hamenſis 81
harar 85
harmel 82.193
haſce 81
haſech 82.193
haſtula quomodo extrahenda pag. 180
hecticorum cibi 529
hectica febris & eius curatio 285. 286.& 287
helchalinibith 85
helleborus niger & albus 88
hemicrania acuta cum uigilijs 558
hemicraniæ cauſa, ſigna & cura pag. 352
hemicraniæ remedia 456.554. 555..556.585.586
hemicraniæ præſagia 520
hepar quare factum 9
hepatis uitia 96
hepar, ſtomachum et inteſtina mundificantia 92
hepatis complexionis ſigna 41
hepatis ægritudines 383
hepatis figura, uſus & ſitus 27
hepatis porta 27.& 30
hepatis oppilationes remouentia fol. 469
hepatis inflammationem ſedantia fol. 470
hepatis medicinæ 468.469.576. 559.& 555
hepatis oppilationis remedium 554
hepatis frigiditati conuenientia pag. 554
herbæ infrigidantes 264
herbarum recentium & bene redolentium uirtutes 73
heriſypelatis epithema 169
hermodactylorum confectio podagræ conueniens 481
hermodactyli 85
hernia & ruptura teſticulorum 411
herpes eſtiomenus 429
herpeſtiomeno conuenientia 462
hieræ picræ confectio 249
hirudinum gutturi inhærentium curatio 238
hœdina caro 534
homo à natiuitate deſiccari non ceſſat 42
hominum morſus 194
hominis ingenium & mores ex oculorum coloribus cognoſcitur pag. 49
hominis timidi ſigna 52
hominis boni intellectus & bonæ naturæ ſigna 52

hominis

Digitized by Google

hominis compoſitio 2. & 3
hominis ſanguinis uirtutes 560
hominum cõſuetudines mutare incertum 542
hordeacea ſimyla 58
hordei aqua 58
hordei aqua quomodo preparanda 259
hordei uirtus 57
hordei in oculo cura 130
hordeolum oculi 362
horf 81
horripilatio ſine febre 444
humorum quatuor cognitio 486
humorum malorũ præſeruatio quibus fiat 522
humorum in ueſica medicamen 525
humores corrupti in corpore 520
humores quando & quomodo remouendi 542
humorum fluxus ad pulmonem pag. 546
humorem mixtum ex ſanguine & cholera purgantia 492
humores crudos & phlegma è iuncturis educentia 492
humorum putridorum copiam deſignantia 544
humiditates exiccantia 555
humeralis uena quæ 224
hydromel 60
hydromel ad colicos dolores 257
hydropiſis remedium 474. 570. 578 468. 447. 469. 470.
hydropis preſagia 96
hydropis tres modi 387
hyems quam uictus rationem exigat 108
hyeme que cauenda 108
hyems calida 519
hyemẽ præcognoſcunt boues 568
hyoſcyamus niger 198
hyoſcyami ſpecies 79
hypericon 80
hypociſtis 80
hypochondrij dolor 538
hypoſarce medicamen conueniẽs pag. 260
ὑποσάρκα 254
hypoſtaſis colores 317. 319. 320
hyrudinum uſus 179
hyrudines quando & quomodo adimendæ 179
hyſſopus 81
hylboë 80
humectãtia & refrigerãtia 248. 403
humiditatem corporis educentia pag. 341
humidorum & frigidorũ corporũ notæ 39
humiditates inteſtinorum expellẽtia 207
humores mali ad oculos deſcẽdentes, quibus diuertendi 104
humores craſſos educentia 372
humorum notæ 36
humores aduſtos expellentia 207
humor excellens quibus euacuandus 97
humorum quatuor dominium quibus cognoſcere licet 45
humorum ſuperfluitas in ſenibus quare 42
humores diuerſos expellentia 207
humores ſpiſſos expellentia 207
humorum in oculum affluxus 229
humorum acrimoniam reprimentia 262

I

IAdac 80
iecur refrigerantia 252
iecori exuſto medicamen conueniens 333
ieiunum inteſtinum 27
ieiunum quid mali in æſtate gignat pag. 544
icteritiæ remedium 538. 471. 567. 554. 573. 570. 569
ἴκτερος 253
icteritiæ cauſe, notæ & curatio 389

ignis

Digitized by Google

ignis combuſtioni conueniens 585. 458.480.552.569.570
ignis perſici remedium 585. & 177.& 587
ignis aduſtio 430
ignis, aquę & olei aduſtionis cura pag. 172
iliaca affectio 394
iliorum, coxarum & pedum ſignificationes 51
ileos à frigido humore 255
imperigo 422
impetiginis cura 126.127.454.455. 456.& 575
impregnationem prohibentia pagina 140.& 450
impregnationem iuuantia 139.480
impregnationis difficultatis cauſæ & ſigna 448.& 449
impoſtorum nequitia 181
incubo, qui ἐφιάλτης Grecè dicitur pag. 220
incubus 354
infantium dentes quibus fricandæ pag. 110
infantibus quę uictus ratio conuenit 110
infantibus & pręgnantibus quę uictus ratio neceſſaria 108
infantes unde generantur 33
infantes à partu quomodo tractādi pag. 110
infrigidantia 264
infrigidantia & humectantia 403
inſtrumenta pręſeruatiua ab ęgritudinibus 30
inteſtinorum humores quando remouendi 543
inteſtinorum fluxui & uulneribus medentia 552
inteſtinorum ulceribus idonea 465
inteſtinorum excoriationi 570
inteſtinorum ulcerum remedium pag. 573
inteſtina à febribus mundificantia pag. 492
inteſtinorum lubricitati utilia pagina 479
inteſtina craſſa 27
inteſtinorum excoriatio 391
inteſtina, hepar & ſtomachū mundificantia 92
inteſtina gracilia 27
inteſtini plenioris & tenuioris morbi curatio 255
inteſtinorum principium 26
inteſtinorum compoſitio fit bifariam 26
inteſtina numero 6. 26.& 27
inteſtinorū anfractus multi & quare 29
inteſtina & zirbū quomodo in uulnus mittantur 164
intellectum hominis bonum quę demonſtrent 52
interfectores qui iudicentur 541
iocinoris abſceſſus 384
iocinoris dolor 251
iozulapon 223
iſchiaticę paſſionis cura 501.& 502.& 554.& 555.& 556.557.505
iſchiaticę & iuncturę anchę dolor pag. 415
iſchiatica 19
iter facientium regimen 146.& 147
iter agentibus quid obſeruandum pag. 143.& 144
iudicium tardum fit in ægritudinibus 544
iugularis 18
iuiubarum uis & effectus 85.537
iuleb uiolatum 223
iuncturarum uniuerſalis curatio pag. 487.& 488.& 489.&c.
iuncturarum doloris remedia 497. 555.556
iuncturarum ægritudines quomodo cognoſcendę 485
iuncturarum doloris materia 484

Digitized by Google

iuncturarum durities, & lapideitates resoluentia 482
iuncturarũ paſſioni quę utilia ſint pag. 505.& 506
iuncturarum dolor quibus pręſeruandus eodem
iuncturarum dolor ſine cauſa 539
iuncturarum paſſiones quomodo curandę 487.& 488
iuncturarum dolores ſedantia 413. 494.554.556.557.575
iuncturarum dolor ex ſang. chol. & phlegmate quibus pręſeruandus & curandus 502.503.504
iuncturarum doloribus noxia 415
iuuenes & adoleſcentes quomodo cuſtodiendi 111

K

Kana 86
kanabel 264
karmeſich 83
katram 86
kebekengi 83.& 237
keiri 73
kerſe 86
keſile 83
keſte eodem
kildaru eodem

L

Labiorũ ſciſſuris, uulneribus & ueſicis conuenientia 552
labiorum, faciei & manuum ſciſſurę cura 135
labiorum, oris & dentium ſignificationes 50
labor ante cibum fiat 543
laborans non ſit abſtemius eodem
laboris magni debilitatis cura 150
lac 536
lac aſininum & caprillum hecticis ſalubre 288
lac nutricis quomodo iudicanda, uel probanda 111
lactis medicinę 478
lactis muliebris natura 224
lactis corrupti comeſtio 200
lactis & ſanguinis in ſtomacho coagulati curatio eodem
laccę medicamen 470
lacca 82.& 252
lactaria herba 237
lacertę uirtutes 581
lacertę morſus 192
lachrymę oculorum quibus curandę 228
lacunis diu immorari quid mali portendat 520
lapidis remedium 559
lapidis ægritudo quibus pręſeruanda 560
lapideitatis propria cura 499
lapidem reſoluentia eodem
lapidi renum conuenientia 555
lapideitatis in iuncturis cura 498
lapidis remedium 478.526.556.557
lapidis in ueſica notę 261
lapidẽ ueſicę cõminuentia eodem
lapidem ueſicę frangentia 400
lapidis ueſicę remedium 570
lapis in ueſica puerorum 518
larghia 83
laſſitudini membrorum conuenientia 553.554.557
laſſitudo ſine cauſa exercitij 522
laſeris medicamenti cõpoſitio 297
laſerpitium 237
lateris dolor 242
lauet 83
laxatiuum unguentum 476
laxatiuarum medicinarum uirtutes & rectificationes 206.207
laxatiuarum medicinarum compoſitionum modus 208
laxatiuis quãdo & quomodo utendum 435.436
laxatiua temperata exhibenda 543
legia 205
lentium uires 57
lenticulę 536
lentigines quomodo remouẽdę 123

Digitized by Google

lentiginis cura 421.454.455
leonis uirtutes 567
leopardi uirtutes 577
leopardi fel 197
leopardus 194
lepus marinus 201
lepre note & curatio 128.& 129
lepre remedia 455.560.584
lepra 422
lepre prognoſtica 96
leporis uirtutes 575
lepidion 216
lethargi ſigna, cauſa & curatio 352
lethargo conferentia 216
lethargice arteriæ 20
letificantis confectio 456
leucophlegmatiam purgantia 546
λευκοφλεγματία 254
lycium 81
lien quare creatus 30
lienis dolor 254
lienteria à calido humore 257
lienteria à crudo & frig. ſucco 258
ligamentum quid 7
ligaturæ modus & menſura in cura uulnerum 159
ligaturæ ratio & finis 160
linguæ grauitas 539
linguæ grauitati congrua 462
linodira herba 252
linguæ tumor 240
linguæ ſtupiditas 239
linguæ oblæſæ ſenſu & motu quibus ſubueniendum eodem
linguæ puſtularum curatio 240
lingua auis 83
linguæ ægritudines 369
linguæ ſpaſmus eodem
linguæ officium 29
linguæ tumor, qui ranula dicitur pag. 240
linguæ amplitudo 369
linguæ ulcera 237
linguæ forma 23
linimentum omni capitis uetuſto dolore accommodum 213
linimentum diſcutiens & digerens eodem
linimētum ophthalmiæ cōueniens pag. 224
lippitudo, Græcis ὀφθαλμία dicitur pag. eodem
liquiritia 85
liquorem ſeu unctuoſitatem habentibus uirtutes 74
lithargyrum 84.& 203
lixiuium elephãtiæ accommodum pag. 275
locuſtarum uirtutes 584
lucij piſcis fel 230
lumborum rubor ſeu exulceratio pag. 275
lumbricorum, teredum, & aſcaridum origo & curatio 264
lumbricorum tres ſpecies 396
lumbricos longos tollentia 458
lumbrici puerorum 516
lumen diuiditur bifariam 1
lupos fugantia 192.193.567
luporum morſus 194
lupi uirtutes 576
lupinorum uis 57
lutum 73
λύϐδου χυλόν 268

M

MAchaleb 74
macularum nigrarum remedium 549
maiorana 73
mala 536
mala acetoſa 535
mala granata dulcia 537
malum caſtoreum 201
malorum punicorum puluis 258
maluauiſcus 87
mammillæ puellarum ne magnitudine excellant 134
mammillarum forma 32
manna, mel aërium 223.& 224.& 240.& 241

Digitized by Google

mandragora 198
mandibulę compoſitio 11
manuum & pedum fiſſuris oleum conueniens 551.552
manuum oſſa 12
manuum ſignificationes 51
manuum, labiorum, & faciei ſciſſurę cura 135
manuum & pedum extremitates ne à frigore corripiantur quomodo cuſtodiendę 148.149
manuum & pedum fiſſuras curãtia pag. 554
mare intrantium regimen 152
marchaſita 84
marubium 85
maſtiche 83
mater puerorum 512
matricis ulcera & uitia 405
matricis apoſtema 406
matricis exitus 406
matricis remedia 553.554.555. 556.573.587
matricis ægritudines 404
matricis apoſtematis frigidæ ſigna & cura 446
matricis prefocationis & epilepſię differentia 447
matricis apoſtemati ſuppoſitorium conueniens 480
matricis dolores ſedantia 480.481
matricis prefocatio 447
matricis cancer 446
matricis mola 447
medico quæ neceſſaria 540. 541.542
medici complexio 544
medicus unus eligendus 543
medicos plures conſulere error pagina eodem
medicorum imperitorum negligentia 243
medicus quis eligendus & præferendus 112
medicum qualem eſſe oportet 112
medicinarum laxatiuarum compoſitionum modus 208
medicinę ſolutiuę quãdo ſumendæ pag. 100
medic. magna eſt phlebotomia 99
medicinę iuncturarum dolores ſedantia 494
medicinis adurentibus quãdo utendum 499
medicinę caput purgantia quando ſumendæ 541
medicinę non multum ſolutiuę 92
medicinę ſaluę & cognitę 537
medicinis quibus utendum 541
medicina abſtinere qui debent 543
medicinam caſu non arte plerię exercent 157.158
medicinarum laxatiuarum uirtutes & rectificationes 206.207
medicamẽti ex laſere p̃paratio 297
medicamentum ex aſſa 186
medicamen ex nucib. & ficub. eodẽ
medicamẽ uenena expellens eodẽ
medicaſtri impoſtura eodem
mel 73
mel aërium, manna 223.& 248
mellis canna 78
melones 72
melancholię generatio & eius comites 3.221
melãcholiæ ex proprio cerebri affectu curatio 221.& 222
melancholicis ſpeciebus quę communia 222
melancholiam generantia 221
melancholiæ præſagia 95
melancholicorum diæta 222
melancholicis, triſtibus, & cardiacis conueniens remedium 558
melãcholiæ initiũ & perfectio 220
melancholię per conſortium curatio 221.& 222
melilotum 78
melancholiam purgantia 94.222
melancholiam inducentia 62

melancholia

Digitized by Google

melancholię triplex modus 354
melancholici quibus pręſidijs refocillandi 222
melancholiam purgando quid cauendum 493
melancholię ęgritudinibus conuenientia 455.554
melancholicum humorem e iuncturis purgantia 493
melancholia in iuuenibus non fortiter purganda 545
membrorum mollificatio nimia 523
membrum mortificans 582
membrorum tremor 520
membra ſaltum habentia eodem
membrorum dormitio eodem
membrum mortificans 497
membra debilia confortantia 553
membrorum doloribus conuenientia 555.& 557
membra calefacientia 556.557.597
memb. cõtractiones diſſoluẽs 569
membrorum mortificationi conueniens 556
membrorum modi in corpore quatuor 10
membrorum ſtupor 217
membra officialia quę 3
membrorũ durities quomodo mollificanda 161
membrorum duritiem & ſtricturã lenientia eodem
membra abſq; ſanguine non nutriuntur 30
membra principalia quę 2
membra principalia confortantia pag. 540
membrorum dislocatio 160
memorię fundamentũ cerebrum 9
memorię locus in cerebro eodem
memoriam iuuantia 555.584
membranę tenuis & craſſę locus 21
memithe 84
menbedhena eodem
menſtruorum fluxus cauſę 404
menſtrua retinentia 404.405
menſtruorum retentorũ cauſa 404
menſtruorum ſuperfluitatẽ abſcindentia 466
menſtrua prouocantia 479. 480.554.268.404.557
menſtruorum uſus 560
menſtrua reſtringentia 568
menſtrua abſcindentia 479
menſes ſiſtentia 265
menſes ſiſtendi modus 267
menthaſtrum 85
mentis ęgritudinis ſigna 541
meri 23
merdaſengi 84
mercurium extinctum maiora accidentia parit 203
meſtezeberegi unguentum 235
meſcathrameſir 84
methel nuces 199
mezereon 84.206.207
milium ſolis 86
mingentis noctu in lectũ cura 587
myrrha 84
myrtus 73
mithridatum 186
miua 248
meizabara 84
molam uteri educentia 270
mola matricis 447
mollitiei epithema conueniens 170
mollificantia 498
monoculi inteſtini actio 29
monoculum inteſtinum 27
morbus regius qui ἴκτερ☉ dicitur pag. 253
morbi puerorum 510
morbi à parẽtibus cõtrahũtur 544
morbis curandis quę perpendenda pag. 540
mors in peſtilẽtia quãdo proxima pag. 143
mortis ſine dubio ſigna 539
mortis pręſagia 538.539
mortuorum apparitio 539

Digitized by Google

morphea alba & nigra 127.422
morphee albe & nigre medicamen pag. 454
morphee nigre cura 455
morphee medicamen 453.557.568
morſus canis rabidi quomodo curandus 195
morſus à cane rabido, ex aqua terretur eodem
morſus canis rabidi cura 434
mora 72
moſchus 74
motus quomodo fieri debet 90
motus & quietis modus eodem
motuum ſignificationes 51
motus poſt cibum fugiendus 90
motus ante cibum utilis eodem
mu 83
mugath 84
mulierum conceptio 545
muli uel mule uirtutes 571
mumia 84
mundus duplex 2
muraba 295
muri uirtutes 582
mures interficientia 193.194.583
muſculorum contextus 7
muſculi inſtrumenta uoluntariorũ motuum 13
muſculi totius corporis quot eodẽ
muſculorum diuiſio 14.15
muſce oculis obuerſantes 229
muſcas interficientia 193
muſtele uirtutes 577
mutagenat 296
myxæ 223
myrobalanorũ uis & operatio 437
myrobalani citrini 207

N

NAbach 72
napi 536
napellos qui in potu accepit quib. curandus 196
naphara 84
narium oppilationi ualens 557
narium cruſte & ulcera 234
narium uſus & forma 22
narium fœtoris curatio 132
narium fluxus 365
narium polypus ac ſarcoma 235
nariũ ſitus & forma qd indicat 50
narium fluxus ſuperfluus 521
nardini olei confectio 250
narciſcus 73
naſi fiſſuris, uulneribus & ueſicis conuenientia 552
naſi fiſtula & polypus 365
naſi aſperitatem remouens 550
naſi fœtor 366
naſi ulcera 365
naſi fluxum reſtringens 568
naſi medicine 463
naſturtium 81
naturam lenientia 466
nature ſimplices & compoſite 1
naturales operationes complexiones hominum ſignificant 37
naturalis uirtus uigoranda in infirmis 540
naturales uirtutes quatuor 2
nauſeæ ſatietatem deſtruentia 471
nebule multitudo cum pluuia 518
nebule ſine pluuia 519
nebuloſum tempus in uere eodem
nebuloſe ciuitates noxie 544
neheremiſch 84
nemen 258
nenuphar 73
neruis conueniens 556.559
neruorum contractioni utilia 578
neruorum contextus 7
neruorum reſolutio 216
neruorum ortus 15
neruorum iuuamenti ſumma 8
neruorum debilitatis ſignificationes 44
neruorum paria 16.17
neruos calefacitentia 555.556
nere 289
neſrim 73

nil

Digitized by Google

nil 84
nigrum colorem reddentia 122
nocticulæ uirtutes 586
nocturna cæcitudo Græcis νυκτα-λώψ dicitur 230
nodorum curandi ratio 427
nuces & auellanę 537
nuclei fructuum muſati 201
nux moſchata 79
nux uomica 205
nux methe 79
nutricis lac quomodo iudicanda & probanda 111
nutrix quibus nutrienda eodem
nutrix quæ eligenda, & eius regimẽ eodem
nutritionis in tribus locis perficitur 9
νυκταλώψ 230

O

OBliuionem tollentia 555.557 458
oculorum morbi in pueris 512
oculorum remedium 570
oculi albedinem eradicantia 528
oculi pruritum, ſcabiem, panum, amiſſionem uiſus curantia 528
oculi dolorem ſedantia 552
oculorum medicinæ 459
oculis apertis dormire 539
oculorum ulcera 225.358
oculorum abſceſſus 225
oculi album eodem
oculorũ pniciosiſſimũ ulcus eodẽ
oculi inflammationis ſuppurantis & non ſuppurantis, & ulceris curatio eodem
oculorum uibices & cruentę ſuffuſiones 228
oculi compoſitio ex quibus 21
oculorum ſcabies 358
oculorum panniculi 22
oculorum conſeruatio quibus fiat pag. 103.104
oculorum ſuffuſio 229
oculi & gutturis prouidentia in peſte 330
oculorum colores, ingenium et mores hominum notant 49
oculi immobilitas ex niue 149
oculi aduſtionis ex frigore, uel uento accidente cura 149.150
oculi doloris ex frigore uel uento accidente cura 149.150
oculorum ſudatio 359
oculis incidentia q̃modo educenda
oculi albugo 226.358 (226
oculorũ foras ꝓminentiũ cura 131
oculorum anguli madentes 228
oculi hordeolũ quibus curandũ 130
oculi humiditati puluis conducens
oculi aqua 230 (229
oculi uitiũ quibus corrigendũ eod.
ocul. angulos fiſtulę moleſtãtes 231
oculorum anguli pruritu laborantes 227
oculorum unguis 228
oculi panus 361
œdematis curatio 169
œdema uentriculi 250
œſophago inhærentia quomodo protrudenda 239
œſypus 81
oleandri proprietas 80.202
olera 536
olei myrtini, chamæmelini, & citri compoſitio 553
olei roſarum compoſitio fit tribus modis 552
olei lilij cœleſtis compoſitio 553
oleum capillos nigros faciens 118
oleum macianorum, citoniorum, maſtiches, baſiliconis, abſinthij, zurungem, heris & anethi compoſitio 554
oleum capillos retinens 118
oleum ſcorpionum 261
olei laurini, fœnugræci, amygdalarum amararum & dulcium, ſinapis, auellanarũ, piſtaceorũ, perſicorum

Digitized by Google

corum & alipidis cõpoſitio 555
olei urticę, hyoſcyami, ouorum, ſemin. cucurbitę, frumenti, nigellę, ſtyracis, pyrethri, euphorbij, formicarum, rutę, ſaliuncę, oleandri, & canabis compoſitio 556
oleorum multorum cõpoſitio 551
olei iuruleni uirtus eodem
oleum diſſoluens eodem
olei nenufarini compoſitio 552
olei uiolarum compoſitio eodem
oleum balaninum 250
oleum febribus conueniens 525
oleum uentoſitatem ſpargens 473
olei uulpis pręparatio 506
olei, aquę & ignis aduſt. cura 172
olei de ſcorpionibus cõfectio 478
oleum nardinum 250
oleum 74
oleum de nucibus eodem
oleum de neridẽ & cyperis eodem
oleum reſini eodem
oleum amygdalinum eodem
oleum ſeſetinum eodem
oleum raphaninum eodem
oleum de been 75
oleum de lilio eodem
oleum de narciſco eodem
oleum uiolarum eodem
oleum de nenuphare eodem
oleum de ſemine cucurbitę eodem
oleum roſarum eodem
oleum coſtinum eodem
oleum myrtinum eodem
oleum de keiri eodem
oleum nardinum eodem
oleum maſtichinum eodem
olfaciendi facultas oblęſa 235. 236
olfactus amiſſio 538
oliuę 71
ophthalmię puluis cõueniens 459
ὀφθαλμία 224
ophthalmię cauſę, ſigna et cura 357
opium 198
oppilationes remouentia 466. 553
oppilationis ſignum 384
opopanax 80
oris torturę remedium 557
oris odorẽ redolere facientes 462
oris fœtorem remouentia 368. 462
oris uulneribus conueniens 559
oris ulcerationis medicamen 131. 237. 525
oris uentriculi dolor ac inflãmatio pag. 249
oris & gutturis forma 23
oris extrem. duos habet meatus 23
oris contorſioni medicamen conducens 217
oris puſtulę 368
oris diſtorſio 218
oris tortura 350
oris putrefactionẽ remouentia 165
oris labiorum & dentium ſignificationes 50
oris collutiones 239
os odoriferũ reddẽs medicamẽ 456
os quare guſtandi ſenſum habet 28
oſſiũ pedis numerus & nomina 13
oſſa totius corporis quot eodem
oſſium fracturę cura 433
oua 536
ouis uirtutes 570
oues à lupis quomodo præſeruãdi 567
ouiũ morbũ remouentia 570
oxymel 60
oxymel aquam purgans 546
oxyſacchar cõponendi modus 333

P

POeonia 86
pœonię radix ſternutationes mouet 219
palleatę curationes 267
palpebrarum pilos generantia 130
palpebrarum caſus 360
palpebrarum ſcabricies 227
palpebrarum tumor 229
palpeb. pili oculos irritãtes eodem
panicum 57
panum delentia 123

Digitized by Google

panus oculi 361
pani cura 454
pane azimum ueſcentibus quid opus 523
panis azimus 58
panis hordeaceus eodem
panaricij circa ungues cura 172
panaricij cura 430
papaueris cortex 341
paralyſi frigidę quæ utilia 534
paralyticis quid neceſſarium 542
paralyſis remedium 454.457.555.556
paralyticorum cauſa 543
paralyticorum cibus 567
paralyſis præſagia 95
paralyſis duę ſpecies 355
paralyſi medicina conueniens 527
paralyſis 216
partum alleuiantia 450.480
partus ſi durus quomodo ſubueniendum 109
partum accelerantia 569
partus difficultatis remedia 555
parturiẽtis regimẽ & alleuiatio 109
partium extremarum & ſummarũ dolor 275
partium ſolidarum colliquationem ſignificantia 288
paſtilli de moſcho 468
paſtilli ex ſpodio aſtringentes 258
paſtilli de balauſtijs 259
paſtilli teneſmo ſacri 259
paſtilli de ſuccino 263
paſtil. pus mingẽtibus cõuenientes pag. 263
paſtilli ex roſis 247
paſtilli ex agno caſto 254
paſtilli de capparibus 255
paſtilli ex ſpica 250
paſtil. ex baccis acidę ſpinę 252
paſtil. de Rheobarbaro Seni eodẽ
paſtil. ex cancamo 552.254
paſtil. de ſpodio 299.289
paſtilli uiperini 188.189
paſtilli ſcyllitici 189
paſtilli andaracharon eodem
paſtilli de camphora 253
paſtilli ex myrrha 268
paſtilli de caphura 289
paſtilli tuſſi conuenientes 241
paſtilli roſacei 295.299
paſtilli ex moſcho compoſiti 245
paſtilli διαβήτῃ conuenientes 264
paſtilli de camphora 185
paſtilli de eruo 187
paſtilli cõuenientes ſanguinem expuentes 244
paſtilli ex thure 246.251
paſſerum uirtutes 589
paſſuum ſignificationes 52
pecten ex quatuor cõponitur oſſibus 13
pectoris & pulmonis materia in ægritudine perpendenda 311
pectoris apoſtemati conducens pagina 555
pectoris aſperitati conueniens 552
pectoris & pulmonis figura 24
pectus mundificantia 464.555
pediculi ne generentur quibus prohibendi 153
pediculi in oculo 362
pediculi in palpebris exiſtẽtes quomodo curandi 130
pedum & manuum fiſſuris conuenientia 551.552
pedum ſudorem prohibentia 133
pedum & manuum fiſſuras curantia 554.555
pedis oſſa quot 13
pedum, coxarum & ilium ſignificationes 51
pedum & manuum extremitates ne à frigore corripiantur quomodo cuſtodiendę 148.149
pelmata 338
pœnidij 73
percuſſionis ueſtigia 421
perdix 588

Digitized by Google

perdices 435
peripneumonia 376
peritonæum 32
περιπνευμονία 243
perſica 72.& 536
peſtiferis uulneribus cõducens 559
peſtiferi aëris diſpoſitio 105.106
peſte craſſante quæ uictus ratio habenda eodem
peſtilentiæ cauſa & tutela eodem
peſtilentiæ concocta quomodo arefacienda 339
peſtilẽtialis febris ſigna et cura 302
peſtilentiæ principia 331
peſtilẽtia quomodo ex corporis ſuperficie expellenda 335.336
peſtilentię conſtitutio & cauſa 329
peſtilentiæ quæ corpora accommodata 330
peſtilentia clemens & atrox 342
peſtilentiæ conueniens ſuffumigium 527
peſtilẽtia quomodo & quibus præcauenda 333
peſtilentię cura 334
peſtilentiam celeriter concoquentia 338
peſtilentiæ cruſtæ & eſchare quomodo purgandæ 339
peſtilentiæ ſigna 331.334
peſtilentiæ acceſſio quo medicamine pacanda 333
peſtilentia quibus temporibus affluat 331
pharmaca ſano amica 92
phaſianus 535
phehet 194
phezipheregi 71
philonis Tharſei anodynon 256
philoniũ ileoſis conueniens eodẽ
phlegma expellentia 94.206.207
phlegma ex iuncturis purgãtia 493
phlegmaticas ægritudines educentia 457
phlegma & crudos humores è iuncturis purgantia 492
phlegma diſſoluentia 555
phlegmatis dominium & eius comites 3
phlegma & choleram è iuncturis purgantia 493.494
phlegmatici apoſtematis medicamen 458
phlegma crudum educens 495
phlegmatis ſpecies 2
phlegmatis ſigna 46
phlebotomię uſus, et quomodo fieri debeat 99
phlebotomię uſus 173.174.175.176.177
phlebotomia quibus neceſſaria 99
phlebotomia quãdo neceſſaria 177
phlebotomia qbus prohibita eodẽ
phonaſci pueris adhibendi 120
phreneſis remedium 552
phreneſis cum uigilijs remediũ 558
phreneſis præſagia 95
phreneſis non uera 552
phrenitis 214
phthiſis 244.285.376.464
picę auis uirtutes 580
pilos palpebrarum generantia 130
pili inuerſi in oculis 360
pilos generans epithema 117
pilorum conſeruatio eodem
pilos cadere prohibentia 117.118
pilulæ βηχικαι 241
pilularum fœtidarum cõfectio 457
pilulæ de bdellio 480
pineæ grana 537
pilulæ de agarico 470
pilulæ ueloces in ſoluendo uẽtrem pag. 394
pilulæ ex ſtyrace 241
pilulæ contra tuſſim 371
pilulæ laxantes ſine horripilatione pag. 547
pilulæ purgantes ſine labore 546
pilulæ de rheubarbaro 469
piper conditum 77

piper

Digitized by Google

piper 536
pira 71.536
piſcium frigidorm comeſtio 200
piſces 536
piſcis ſagittalis uirtutes 581
piſcium multitudinem congregantia 558
piſtatia 72
pituitam ducens pharmacum 258
plantago 83
pleureſis remedium 464.552.556
pleureſis ex bile & ſanguine 375
pleuritis 242.375
pleuritis quando mortale 243
pleuritidis notę curatio eodem
pluuiarum multitudo in hyeme 519
podagrę remedium 572.507.508.581.593.570.574.575.582.585.457.495.569.589
podagrę frigidę cura 414
podagra & dolor iuncturarum 413
podagra à calidi humoris affluxu pag. 271
polypus naſi 365
polypodij uis & operatio 79.436
poma mandragorę 73
poma 72
poma citrina 73
populariũ & contagioſarum ęgritudinum cautela 105
portanarius 26
porrorum, ceparum, & alliorũ odorem reprimentia 132
potus regimen 93
potus ſtomacho, & hepati conueniens 99
potus de uuis paſſis 60
potus de melle eodem
potus de dactylis eodem
potuũ non inebriantiũ uirtus eodẽ
potantium regimen 140
pregnationis ſigna 407
pregnãtes à quibus abſtinere oportet 108
pręſagia malorum accidentium 95
pruna 72.& 536
prurituí ex phleg. ſalſo & ſanguine conuenientia 551
pruritus & ſcabiei remedium 454.423.552
pruritus puerorum 515
prurituí ſicco conuenientia 551
pruritum remouentia 207
pruritus ſcabiei & magnarum puſtularum cura 125.& 126
pſyllium 79
pſilothri odorem reprimentia 121
pſilothri aduſtionẽ prohibẽtia 121
πτερύγιον 228
ptiſana 292
puellarum mammillę ne creſcant pag. 134
puerorum ulceribus cõueniens 557
puerorum relaxatio 517
puerorum morbi 510
puerorum conſtypatio 515
puerorum tuſſis 515.& 588
puerorum fluxus 514
pueris adhibendi phonaſci 110
pueris quę uictus ratio habẽda 111
pueri à quibus arcendi eodem
pueris cibi repletio fugienda eodẽ
puerorum teſticuli ne creſcant 134
puerorũ apoſtemata expellẽda 542
pulices necantia 193
pulicaris herba 268
pulli gallinarum 534
pullorum uirtutes 588
pulli columbarum 62.& 535
pulmõis cannę aſperitatis cura 552
pulmonis & pectoris figura 24
pulmo aëris officina 25
pulmonis officium 26
pulmonis complexionis ſigna 41
pulmonum inflammatio 243
pulmonis morborũ prognoſt. 95
pulmonem purgantia 557
pulmonis remedium 555.570
pulſus ſynocha febre laborantium pag. 293

pulſus

Digitized by Google

puſſus undoſus 323
pulſus ex uino 324
pulſuum ſpecies 322
pulſus motus & balnei 324
pulſus complexionum & temporũ anni 323
pulſus lõgus, latus & eleuatus unde 324
pulſus ſenum 323
pulſus pręgnantis 324
pulſus curuus & inclinatus 323
pulſus ex timore 324
pulſus ex ira 324
pulſus ex triſtitia 324
pulſus ex gaudio 324
pulſus ex nutrientibus & medicinis 324
pulſus qui cauda ſoricina uocatur & eius ſpecies 322
pulſus febris quartanę 296
pulſus uermiculoſus 323
pulſus tremulus 323
pulſus ſerrinus 323
pulſus ab alimentis 324
pulſus puerorum & adoleſcentulũ pag. 323
pulſus iuuenum 323
pulſus habens pondus 322
pulſus de ſomno ſurgentium 324
pulſus diuerſarum percuſſionum pag. 322
pulſus diuerſus 324
pulſus infantium 323
pulſus bis pulſans 322
pulſus febris quotidianę 294
pulſus formicans 323
pulſus febris ardentis 298
pulſus caprizans 322
pulſus contortus 323
pulſus diuerſi ponderis 322
pulſus mali ponderis 322
pulſuum cauſę & cognitiones 321
pulſus longus 321.&324
pulſus altus eodem
pulſus depreſſus eodem
pulſus magnus eodem
pulſus paruus eodem
pulſus uelox eodem
pulſus fortis eodem
pulſus debilis eodem
pulſus laxus eodem
pulſus æqualis eodem
pulſus ordinatus et inordinatus eodem
pulſus plenus 325
pulſus uacuus eodem
pulſus durus 321.&325
pulſus mollis eodem
pulſus extra pondus eodem
pulſus formicans eodem
pulſus quem caudam uocamus ſoricinam eodem
pulſus curuus & in latus declinans eodem
pulſus ſerratilis eodem
puluis citrinus 225
puluis albus eodem
puluis uentriculum corroborans pag. 248
puluis malorum punicorum 258
puluis aluum deijciens 257
puluis uiſum exacuens 229
pulueres oculis conducens eodem
pumex 86
pupillę dilatatio ab humoris copia, ſiccitate & plaga 231
purulentę ac cruentę ſcreatus 243
purgatiõis utilitas & nocumentũ, & quando fieri debeat 100.101
purgandi qui ſint 100
purgationes quando & quomodo dandę 436
pus & ſanguinem mingentes 263
puſtularum, ſcabiei atq; pruritus cura 125.&126
puſtulę in capite 419
puſtulę in ore 368
puſtulas curantia 560
puſtulę in ore puerorum 513
pyrethrum dentibus confert 137

pyrethrum

Digitized by Google

pyrethrum 85

R

RAdicum iuris præparatio 252
ῥαγάδες, ſciſſuræ 266
ramex infantium 417
ramicum genera 270
ranę pluuiales uel lacunales 201
ranæ uiridis adeps 237
ranæ uirtutes 581
raphani 536
rectum inteſtinum 27
renum ulceribus & calori conueni entia 552
renum dolor 555
renum dolorē mitigantia 570.585
renes calefacientia 479
renum frigiditati conueniens 556
renū & ueſicæ ulcerū remedia 476
renibus calculum innatum quæ teſtantur 261
renum officium 31
renum meatus duo 31
renum doloris curatio 27
renum ægritudines 396
renum ulceribus conueniens 553
renum figura & ſitus 28
renum & ueſicæ inflammatio 262
renum apoſtematis notę 397
renum caloris notæ 397
renum maciei notæ 398
renum imbellicitatis notæ eod.
renum noxę 96
renum lapidem expellens 551
renum ulcera 402
repletionis indicia 45.485
reptilium morſus ſanantia 555
rete mirabile 20
rhagadiarū in facie, labijs, pedibus & palmis cura 424
rhagadias in matrice curantia 480
rhagadijs quid conferat 409
rhaip 342
rheumbarbarum 87
rhetina tunica 22
ribes ueteribus incognitum 240
ribes 72.248
riſus ſignificationes 51
rob arabibus quid 264
robub 61
robeliæ 57
roſa 73
roſa inſtrumentum 358
rotab 71
rubea 86
rubeum colorem reddentia 122
ruptura puerorum 516
rupturę remedium 477.478
ruptura & hernia teſticulorum 411
rutæ ſylueſtris gummi 201
ruthelæ morſus 186. & 191.434

S

SAcahic 87
ſaccharum roſatum 77
ſaccharum uiolaceum 77
ſaccharum 73
ſaculufundurion 85
ſagittas extrahendi modus 180
ſahapha 121
ſahaphati puerorum 510
ſahaphati cura 453
ſaiem 80
ſal amoniacus 84
ſalegha 84
ſaluatella 19
ſaluiæ fluxum ex ore in ſomno pro fluentem prohibentia 132
ſalutaria inditia in morbis 305
ſandali 74
ſandoros 84
ſanguiſugarum uſus 179
ſang. congelatum diſſoluens 557
ſanguinis ſputo cōducens medicamen 465
ſanguinis mortui ex percuſſione et alijs cura 455
ſanguinis mittendi ratio 251
ſang. fluxum ſtringens 571.572. 582.587.
ſanguinis è naribus profluuium ſiſtentia

Digitized by Google

ſiſtentia 234.465.469
ſanguinis fluxus è naribus 365
ſanguinis eruptio ex renibus ſignũ pag. 263 298
ſang. conglobatum diſſoluens 570
ſanguinis mictui conuenientia 547
ſanguinem mingenti conueniens pag. 507
ſanguinis fluxus ex uulnere 432
ſanguin. fluxus notæ ex arteria 432
ſanguinis minutio quando fieri liceat 545
ſanguinem ſpuentibus accommodum 433
ſanguinis ſputi medicamen 527. & 465
ſanguinis corruptionis ſigna 519
ſanguinis fluxum è matrice, ueſica & naſo prohibentia 465
ſanguinẽ craſſum generantia 498
ſanguinem tenuem generantia 502
ſang. fluxum reſtringens 568.569
ſanguinis fluxu copioſo poſt partum quibus ſubueniendum 109
ſanguinis ortus & eius comites 3
ſanguinis erumpentis cum tuſſi curatio 244
ſanguinis mictum curantia 478
ſanguinis egeſtioni clyſter conueniens 476
ſanguinem mittentium regimẽ 177
ſanguis quando mittendus 177
ſanguinis ſputo medicamen conueniens 155
ſanguis infantum & puerorum 329
ſanguis adoleſcentulorum & ſenũ pag. 329
ſanguinis ſputum 374
ſanguinis uomitus 374
ſanguis ex ore unde fluat eodem
ſanguinis detrahendi modus in peſte 334
ſanguinis detractio quãdo fieri debet 99.341
ſanguinis fluxus poſt partum quibus prouocandus 109
ſanguinis aquoſitas quomodo ad ueſicam defluat 31
ſanguis columbæ 228
ſanguinis ſcreatu aut uomitu eiecti curatio 243
ſanguinis grumas & pus ueſicæ amouens medicamen 260
ſanguiſugæ gutturi inhærentes 238
ſanguinem & pus mingentes 263
ſanguinis fluxus 172.& 173
ſanguinis miſſionis uſus 173
ſanguinis abundantis ſigna 45
ſaniem è ſtomacho expurgantia pag. 372
ſaniem è pectore educentia 372
ſaniei pectoris medela 463
ſaniem educentia 373
ſanies in auribus puerorum 512
ſanitas quibus conſeruanda 90
ſanitatis temperamẽtum agnoſcere neceſſarium 543
ſaphena 19
ſapo 86
σαφυλῖνπαι̑ρον 238
ſarcocolla 78
ſare uel ſafræ cura 126
ſara: 201
ſaro 424
ſatyrion 79
ſchœnoſanthos 78
ſcarabeos fugantia 193
ſcammonea 206.85
ſcammoniæ uis & operatio 430
ſcabies oculorum 358
ſcabies ueſicæ 401
ſcabiem tollit omnino 556
ſcabiem purgantia 207
ſcabiei, pruritus & magnarum puſtularum cura 125.& 126
ſcabies & pruritus 423
ſcabricies palpebrarum 227
ſcabei & pruritus remedium 552 455.555
ſcabiei humidæ & ſiccæ cura 454

ſcebram

Digitized by Google

ſcebran 87
ſceduram uel ſcedeguaram 85
ſcirrhi uentriculi curatio 250
ſclerotica tunica 21
ſcopi neceſſarij ſcitu in ęgritudinibus acutis 305
ſcorpionis morſui cura 190. 555. & 557
ſcorpionum cineres 261
ſcorpionum ictibus medicamen cõducens 217
ſcordion 87
ſcrophularum cura 167. 427
ſcrophulas diſſoluentia 571
ſcylla 78
ſcyllæ uſus 202
ſea 73
ſebel tuniculæ collyrium conueniens 228
ſebel 227. 359
ſebenic uel ſeneſthila 87
ſebram 205. 207
ſebeſten 85
ſecundinam educentia 450
ſecundinas & fœtum mortuum extrahentia 526
ſecundinam & embrionem educentia 559
ſecundinam expellentia 109
ſecundina tunica 22
ſecancur 85
ſecacul 77
ſedimen urinæ 317
ſedine 87
ſeilen 87
ſekebinegi 85
ſel 84
ſeminum & granorum uſitatorum uirtutes 57
ſemperuiua 82
ſenę 207
ſenę uis & operatio 437
ſenſus acuens 186
ſenſuum locus 9
ſenes quomodo cõſeruandi 111. 112
ſenium quid 42
ſepum 87
ſericas 223
ſerabram 73
ſertaragi 87
ſerpigo liuida in corpore 539
ſerpentes pellentia 192. & 193
ſeteregi 87
ſeucar eodem
ſibth & aranei morſus 191. 192
ſiccidis 207
ſiccorum et calidorum corporũ ſigna 39
ſimyla triticea 58
ſimyla hordeacea 58
ſigia 74
ſigna ſalutaria in morbis 305
ſigna inſalutaria 306
ſigna prognoſticantia criſim 313
ſigna peſtilentiæ 331. 334
ſingultus curatio 250. & 251. 382
σύνοχος 281. 292
ſinapi 87
ſilac 359
ſiliquæ 73
ſeſeleos 85
ſiſtoles 322
ſitis mendoſę notæ 93
ſitim ſedantia 145. 144. 157. 553
ſitim inducentia 143
ſitim carens in febre ardenti 536
ſquama ferri & limatura 204
ſorbæ 72
ſolanum 85
ſolutionem nimiam ex carthartico ſedantia 474
ſolutiuum electuarium 466
ſolutiua leuia 92
ſomni terror 539
ſomnus multus quid generat 91
ſomniorum ſignificationes 46
ſomnum conciliantia 215. 556. 507. 474. 532
ſomni menſura & utilitas 90
ſomnij inditia & præſagia 522

Digitized by Google

ſomnum & ſubet facientia 456
ſomnifera confectio 456
ſorb, id eſt, mutationẽ quæ fit in facie à ſole uel uento prohibentia pag. 153
ſoporis ex pituita cerebri cura 216
ſoporem ſtuporemq́ue inducentia pag. 256
ſpatulæ amplæ quid prognoſticent pag. 523
ſpatularum ſignificationes 51
ſpatulę forma & locus 12
ſpaſmum extendentia 555
ſpaſmo ex inanitione cõuenientia pag. 551
ſpaſmi ex uulnere cura 164
ſpaſmi præſagia 95
ſpaſmus 218. 356
ſpaſmata membra extendentia 552
ſpaſmus linguæ 369
ſperma augentia 137
ſperma minuentia 138
ſpermatis medicinæ 478. 479
ſpecierum bene redolentium & earum uirtutes 74
ſpecierum uirtutes 78
ſpiritus organa 9
ſpiritum difficilem curantia 574
ſpiritus uitalis deſtructio 540
ſpiritus quibus confortandi 541
ſpicæ cornua bibentis cura 196
ſpica Indica 84
ſpinę doloris remedium 572
ſpinæ quomodo extrahendæ 180
ſpinalis medulla 8
ſpirandi difficultas 242
ſpondylių̃ numerus & ordo 11. 12
ſpodium 82. 244
ſplenis apoſt. & durities diſſoluẽs pag. 557
ſplenis oppilationem remouentia pag. 554. 555
ſplenis remedia 568. 570. 571
ſplenis ægritudines 388. 250
ſplenis officium 38
ſplenis figura ac ſitus 28
ſpuma maris 81
ſpuendi difficultas in pleuritide 375
ſputum ſanguinis curantia 527. 155
ſputi ſpecies 312
ſputo fœtido ſuffumigatio conducens 241
ſputum lenientia 465
ſputo ſanguinis conducentia 465
ſpuentibus ſanguinem quid confert 433
ſtaphiſagria 197. 84
ſtercoris retentionis & egeſtionis cauſa 31
ſtercorum alui notæ 320
ſternutatio puerorum 518
ſternutationem mouens 218
ſterilitatis cauſæ 450
ſterilitatem inducens 568
ſtellionis morſus 192
ſtœchados 78. 207
ſtirgar 71
ſtomachi dolorem ſedantia 553
ſtomachi humores quibus purgandi 543
ſtomachum confortantia 554
ſtomachi & hepatis frigiditati conuenientia 554
ſtomachi medicinę 465. 466
ſtomachi ſiccitatis cura 532
ſtomachi ardoris cura 532. & 530 & 552
ſtomachum confortantia 492. 556. 557.
ſtomachi inflationem remouens pag. 99
ſtomacho noxium 551
ſtomachica medicamẽta quomodo præparanda 248
ſtomachum, epar & inteſtina mundificantia 92
ſtomachi & gulę forma ac ſitus 26
ſtomachi meatus 26

ſtomachi

Digitized by Google

ſtomachi corpus componitur triſariam 26
ſtomachi complexionis ſigna 41. & 42
ſtomachi ægritudines 377
ſtomachi ſitus 29
ſtomachi ſaniem educentia 372
ſtomachum & hepar calefacientia pag. 99
ſtomachi inflammationem ſedantia 477
ſtruthium ſternutationes mouet pag. 218
ſtupor 356
ſtupor membrorum 217
ſtuporē ſoporemq́ inducentia 256
ſubedigi 85
ſubeth inducentia 457
ſubeth & ſomnum facientia 456
ſuccini uſus 226
ſuccinum 83
ſuchaha 87
ſudorem prohibentia 553
ſudorem eliciens 217. 542. & 556. & 94
ſudorem corporis bene redolere facientia 133
ſudor ſub brachijs 523
ſudoris odorem bonum reddentia pag. 456
ſumen 253
ſuffumigium ad catarrhum 527
ſuffumigium cōtra peſtilentias 527
ſuffimentum hecticis utile 289
ſulphur 83
ſumach 85
ſunim 87
ſuppoſitorium album 473
ſuperciliorum ſignificationes 50
ſuperfluitatum genera ſunt tria 9. & 10
ſuperfluitatum recrementa non retinenda. 94
ſurditas aurium 364
ſydere 85
ſynanchæ remedium 588
ſynochi febris curatio 293. 558
ſynochi febris differentię 293
ſyphen 260
ſyncopi paſtilli conuenientes 245
ſyncopa ex phlebotomia 177. 178
ſyncopæ ex fame cura 147
ſyncopizantis ex minutione ſang. curatio 529. 530. 531
ſyncopis remedia 468
ſyropus acetoſus malorū cotoneorū quomodo præparandus 248
ſyropus ſtomacho & hepati conueniens 99
ſyrupus iulep 60
ſyropi acetoſi de ſucco cotoneorū compoſitio 327
ſyropus acetoſus 245
ſyropus uentris ſolutiuus 99
ſyropi prunorum & iuiubarum uirtus 521

T

TAmariſce 82
tamarindi 87
tabes quę Græcis φθίσις dicitur 244. & 285
tabes 285
tactu hominis complexio dinoſcitur 37
taguid auis 219
taliſaſar 82
tophi articulorum 272
tauri uſus 568
tarfati 360
tarathit 82
taxonis uirtutes 575
telephion 260
tempus nebuloſum in uere 519
tempus peſtilentię accommodum pag. 331
tempus corruptum quas ægritud. pariat 544
temperantia ſaluat 539
teneſmo glans conueniens 260

Digitized by Google

teneſmi cauſa & curatio 391. 475
teneſmus 259
therenjabin 87.207.& 73
teredum, lumbricorum, & aſcaridū origo & curatio 263
terra ſigillata 82.244
terra 82
teſticulorum complexionis notæ pag. 42
teſticulorum & uirgæ forma 31
teſticulorum apoſtemata 411
teſticuli puerorum ne creſcant 134
teſticulorum apoſtema curantia pag. 478
theriacę probatio 189
theriaca contra rutelæ morſum pag. 191
theriacę nobilis deſcriptio 188
theriaca magna 188
theriaca de fuſio 186.& 187
theriaca contra hauſtum opium pag. 198
theriaca de terra ſigillata 186
theriaca contra ictus ſcorpionum pag. 190
theriaca diateſſaron eodem
theriaca exercitualis eodem
thil 87
thoracis compoſitio 12
thorax 24
thoracis recremētis medicamen cōueniens 242
thoracis aſperitati decoctum accōmodum 223
thubab 82
thus 83
timoris & triſtitiæ medicamen 456
tineas pellentia 567
tiregi 87
tithymalum 205
tithimalli ſpecies 82
trachea arteria 23
tremoris remedium 457.555.218 217.356
triſtitiæ & timoris ſine cauſa remedia 533
triſtitia ſanis noxia 97
triſtitiæ electuarium conferens 245
tritici uirtus 57
triticea ſimyla 58
tritici panis quibus conueniens pag. 58
triticę farinæ fermentum 88
trochiſci de roſis 465
trochiſci de alumine 476
trochiſci de camphora 470
trochiſci diabetis 477
trochiſci de berberis 468
trochiſci de rheubarbaro 468. & 470
trochiſci de lacca 469
trochiſci de mezereon 469
trochiſci de bdellio 384
trochiſci de papauere 375
trochiſci calorem extinguentia, ſitim ſedantia, febribus acutis & ignitis conferentia 145
trochiſci ſtellæ nominatæ 465
trochiſci de ſpica 466
trochiſci de epithymo 472
tuſſis remedia 241.527.465.547. 463.464.465.477.555
tuſſis ſiccę remedium 546
tuſſis & thoracis aſperitati decoctum conueniens 223
tuſſis ſicca in pleuritide 375
tuſſientibus quibus proſpiciēdum pag. 244
tuſſis ex uarijs cauſis & eius curatio 371. & 372
tuſſi ſiccæ conueniens 552
tuſſis puerorum 515
tuſſis ſanguinem expuentis curatio 244
tuſſi ueteri ſuffumigatio conueniens 248
turpethi uirtus & operatio 436
turpethum 207.87
turtures 535
tuderi 87

tuthia

Digitized by Google

tuthia 87
tuſuch 364
τυμωανίτης 254

V

VAëg 80
uaporum differentia 521
uariolarum & ulcerũ ueſtigia tollẽtia 124
uariolarum ueſtigia 421
uariolarum & morbillorum ſigna & cura 304.444.& 445.569
uariolarum ueſtigia abſtergentia pag. 455.549
uarioloſi dyſſenteriæ opportuni pag. 305
uaricum cura 273.569
uarices 417
uatiramech 80
uentrem reſoluentia & conſtringentia medicinæ 474
uentris inflatio & rugitus 523
uentrem ſtringentia 474
uentris puncturam & conſtrictionem ſedantia 465
uentris puerorum inflatio 511
uentris fluxum retinentia 466.532.573.569
uentrem ſoluentia 471.473.587
uentris ſolutioni ſuperfluę, quomodo ſubueniendã 100.& 101
uẽtris ſolutiua quãdo ſumẽda 100
uentris fluxus uarijs ex cauſis 389
uentris fluxum inducentia 569
uentris ſolutio non negligẽda 100
uentris fluxui uetuſto electuarium conueniens 259
uentris fluxui antiquo cõferẽs 186
uentris profluuium 257
uentris profluuium ſiſtens 265
uentris uulnera 164
uentris ſolutiuum 99
uentriculi ſcirrhi curatio 250
uentriculi affectus quibus profligandi 249.& 250
uentriculi inflammationem & æſtũ reprimens 248
uentriculum corroborantia eod.
uentriculi oris inflammatio 249
uentriculi œdema 250
uentriculi frigiditati electuariũ cõferens 245
uentriculi abſceſſus cura 250
uentriculi imbecillitas 247
uena arteriata 25
uenarum origo 18
uenæ magnę ortus 18
uena magna diuiditur bifariam 18
uenarum diuiſio 18.& 19
uena quidem quæ 18
uenena melliuiſſimis permiſcentur 184
ueneno contraria 184.185
ueneno ſumpto quid neceſſarium pag. 184.185
uenenorum cautela 184
uenenorum accidentia eodem
uenæ quę phlebotomandę 173.& 174.
uenenorum morſus ſiue ictus cautela & curatio 184.185.& 186
uena magna 27
uenarum in ano diſruptio 409
uenæ ſanguinem ex inteſtinis maioribus trahentia 334
uena medene ſiue ciuilis 179
uenenis frigidis medicamen conueniens 186
uentoſitates diſſoluentia 138.547 556.557.466.471.472.473
uentoſitatis retentio unde 393
uentoſarum uſus & modus 178 564.& 565
uenti collaterales 519
uentus Septentrionalis 76
uentus Meridionalis eodem
uentus Vernalis eodem
uenenum pellentia 527.& 559.& 557.

Digitized by Google

uenenum bibentibus quibus ſub-
ueniendum 433
uenenoſa bibentibus, quæ cura ad-
hibenda 434. & 435
uer nebuloſum 519
uer frigidum 519
uermes pellentia 573
uermis in aure ſigna 363
uermes in arboribus 519
uermes pellentia 584
uermes in ano 410
uermium notæ in uentre 410
uertiginis remedia 456. 585
uertiginis ſpecies & cauſæ 214
uertiginis cauſa, ſigna & curatio
pag. 352
uerrucarum remedium 569. 582.
& 129
uerrucæ 424
ueretri deſcriptio 32
ueretrum erigentia 137
uere quæ uitanda 107
ueſicæ uulneribus conuenientia 553
ueſicæ doloribus conueniens 556
& 570
ueſicæ ardoris remedium 552. 556
ueſicæ & renum ulcerum remedia
pag. 470
ueſicæ lapidem declarantia 261
ueſicæ in corpore exiſtentes 428
ueſicæ lapis 400
ueſicæ apoſtematis ſigna 399. 401
ueſicæ ulcera 401
ueſicæ figura & conſtitutio 28
ueſicæ excrementa 315
ueſicæ pus remouens medicamen
pag. 260
ueſica urinæ receptaculum 28
ueſica conſtat duabus tunicis 28
ueſicæ ſcabies 401
ueſicæ & renum inflammatio 262
ueſparum morſus curantia 569
ueſparum puncturæ medela 192
& 434
ueſtimentorum uaria genera 75
ueſtimenta calorem inducentia 75
uelinen 73
uiatori quid cauendum 148
uictus ratio in coli doloribus 257
uictus ratio febri tertianæ conueni
ens 290
uictus ratio conducens uentriculo
imbecilli 248
uictus ratio melancholicis accōmo
da 222
uictus ratio hecticis accommoda
pag. 289
uictus ratio in quotidiana febre
pag. 295
uictus ratio conualeſcentibus accō
moda 326
uictus ratio ſecundum anni tempo
ra 107. & 108
uictus ratio infantium & prægnan-
tium 108
uictus ratio accommoda oris uen-
triculi inflammationi ac dolori
pag. 108
uictus ratio quæ habenda in uere
pag 107
uictus ratio in febris ſyncopticis
pag. 300
uictus ratio in feb. Hepialo 299
uictus ratio nutrici conueniens 111
uictus ratio infantis 110
uictus ratio comitialibus conueni-
ens 220
uictus ratio peſtilentia confectis i-
donea 340
uictus ratio idonea in peſtilētijs &
morbis euagantibus 332
uictus ratio in febre quartana
pag. 297
uigiliæ multæ quid generent 91
uigiliæ puerorum 456. 511. 552.
556. 546
uini uis 99
uini loco quæ ſumi poſſunt 99

uini uir-

Digitized by Google

uini uirtus 59.& 60
uini immodici incommoda 60
uini odorem reprimentia 132
uino quibus abſtinendum 98
uinum quando aqua miſcendũ 98
uinum abhorrere faciens 568
uina falſa & artificioſa 61
uiolæ 73
uipera regnat in cura lepræ 129
uiperæ punctura 434
uiperæ fel 197
uiperarum morſus 187
uirge remedium 570
uirgæ apoſtema 412
uirgæ erectionem adiuuantia 137
uirgæ erectionis cauſa 32
uirgæ erectio aſſidua 404
uirge & teſticulorum forma 31
uirge ulcera 401
uirgæ erectionem prohibentia 138 & 479
uirgam incraſſantia 139
uiriditatem ex percuſſione auferentia 124
uiſum confortans medicamen 104. 528.& 570
uiſus quibus conſeruandus 104.
uiſum acuens medicamen 228.229. 400. 555.186
uiſus debilitatis cauſę & cura 360
uiſus debilitati conferentia 456
uiſcus 80
uitis folia 83
uitri proprietas 81
uitrum 84
ulceribus emplaſtrum conueniens pag 526
ulcera conſolidantia 166
ulcera humeroſa curantia 166
ulcera faciei & capitis rugoſa & alba quomodo curanda 121
ulcera ueſicæ, uirgæ & renum pag. 401
ulcerum & uariolarum ueſtigia tollentia 124.
ulcera ſanioſa mundificantia 165 & 168
ulcerum uarietas 428.429
ulcera conſolidans medicamen pag. 458
ulceris cura 163. & 164. 557
ulceribus puerorum conueniens pag. 557
ulceris perambulantis membrũ cura 165
ulcera naſi 365
ulcerum ueſtigia extinguentia 455
ulcerum recentium, putridorum & antiquorum cura 431
ulcera peſſima ſanantia 569
ulcera in oculis 358
umbilici inflatio uel eminẽtia in pueris 516
umbilici exitus 406
unguentum mollificans 498
unguentum lenitiuum mirabile pag. 481
unguentum dolores ſedantia 496
unguentum laxatiuum 476
unguentum mortificans 497
unguentum ad iuncturarum dolorem 506
unguentum ægyptiacum 482
unguentum in principio doloris iũcturarum 497
unguentum de ſene 266
unguentum de calce 172
unguenti uiridis uſus 165
unguentũ membrũ calefaciens 497
unguentum ex melle 168
unguentum ueretrum arrigens 137
unguentum album 430
unguenti nigri uſus 165
ungula 359
unguium accidentia & fœditas 135
undimiæ apoſtematis medicamen pag. 497
uocis generatio unde 23
uocis inſtrumenta 23
uocis, anhelitus & loquælæ ſignificationes

Digitized by Google

ficationes 50
uolatilium caro 62
uoluulum inteſtinum 27
uomitum prouocantia 547. 94
uomitui paſtilli conuenientes 246
uomitus utilitas & nocumentum, & quomodo fieri debeat 101
uomitus puerorum 514
uomitum ſedantia 246. & 247. 547. 473. 474. 468
uomitiuis quando & quomodo utendum 435. & 436
uomentibus cibum utilia 466
upupæ uirtutes 584
urinæ color in feb. quotidiana 294
urina in feb. quartana 296
urinam intuiti reddentes 263
urinam reſtringentia eodem
urina ſanioſa 320
urina arenoſa, cuius duæ ſunt ſpecies 320
urina pilis aſſimilata 320
urina ſimilis fruſtis carnis 320
urina ſimilis lentibus excorticatis pag. 320
urinę retentionis medicamen 525
urinarum inditia inquirenda 542
urinam prouocantia 93. 94. 254. 557. 547. 469. 477. 260
urinę diſtillationi medicamen conueniens 526
urinę ardoris remedium 555. 553. 145. 262
urina ęgri ſimilis ſano, curatione caret 544
urinæ remedium 559. 582
urina retenta quid adferat 94
urinæ ſuppreſſę remedia 261
urina lacti acetoſo ſimilis 319
urinæ difficultas 260. 556
urinam ciens medicamen 260
urinam prouocantia 93. 94
urinæ retentionis cauſæ 398
urinę ſedimina 317. 318
urinæ & egeſtionis fœtor 134
urinæ medicinæ 476. 477
urinę difficultatis cura 399
urinæ fluxus inuoluntarius eodem
urinę deſtillatio eodem
urinæ aduſtio 400
urinæ à renibus excretio quomodo fiat 28. 31
urinæ difficultatem ſoluens 186
urinam retinentia 477
urinę ardor quid portendat 96
urina ne inuoluntarie è ueſica egrediatur cauſa 28
urinę & ueſicę arſurę conuenientia 552
urina furfuri ſimilis 320
urina alba & tenuis 315
urina palearis, citrini coloris & ignei 316
urina crocei coloris 316
urina rubella 316
urina nigra eodem
urina uiridis eodem
urinę tinctura ex quibus fiat eod.
urina fœtida eodem
urina tenuis ſubſtantiæ 316
urina ſpiſſa eod.
urina turbida 317
urina turbata 317
urinæ odor eod.
urina odoris expers eod.
urinæ hypoſtaſis eod.
urina laudabilior cęteris eod.
urinæ nebula eodem
urinæ eneorema eodem
urina febricitantium 318
urina ſordida 318
urina ſeroſa & aquea 319
urina ſanguine tincta 319
urina ſabuloſa 319
urina turbida 319
urinæ tinctura poſt feb. remotionem. 319
urinæ pinguedo 319
urina fœda eod.
urina tenuis & alba in febre eod.

urina con

Digitized by Google

urina conualeſcentium 319
urina lacti aut ſpermati ſimilis 319
urina ſanguinis coagulati fruſtis ſimilis 319
uritides 28
urſi uirtutes 573
urticæ ſemen 202
urtica 78
uſne 78. 260. 74
uteri mola 270
uteri forma & ſitus 33
uteri exulceratio, abſceſſus & cancer 269
uteri cornua & teſtes 33
uuea tunica 22
uuæ dulces 71
uuæ acerbę 71
uuæ albæ 536
uuæ paſſæ 537
uulneribus humidis conuenientia pag. 553
uulneribus conueniens 557
uulneris ſanitas quare tardatur pag. 163
uulneris cicatricum impedimenta pag. 163
uulnerum recentium, putridorum & antiquorum cura 431
uulnera recentia continuantia 165
uulnera ligādi ratio & modus 159. & 160
uulneris iuxta neruum cura 164
uulnera ſanioſa mundificans 165
uulneribus inteſtinorum conuenientia 554
uulneris alti & ampli curatio 162
uulnera uentris 164
uuluam calefacientia 138. & 139
uuluę ſtrangulatio 269
uuluæ orificium in uirginibus conſtrictiuum 33
uuluam conſtringentia 139
uuluæ humiditatem auferentia 139
uuluæ humiditati & frigiditati conferens 138
uuluæ inflammatio 268
uuluæ ſciſſurę cōueniens 268
uuluę cancer 268
uuluæ & ani procidentia 267
uulpis uirtutes 574
uulturis uirtutes 589
uuulę cadentis medela 462
uuulę caſus 369
uzifur 203

X

XIlon aloës 74
xilocaractæ 244. 258

Y

YAroboath 583

Z

ZArnab 81
zarauma 81
zingiber 81. 536
zingiber conditum 77
ziniar 81
zurungen quantę efficacię 494
zurumbet 81
zulapon 257

F I N I S.

ABUBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQUE INSIGNIS Medici, in artem Medendi compendioſa introductio, Per GERARDUM TOLETANUM Medicum latinitate donata.

SALVATOR excelſus & glorioſus prodire res ex priuatione ad deſcriptionem, & ex ignorantia beluina ad intellectum, & ex nihilo eſſe aliquid, fecit, miſitq; motum ſuper quietem: & notum ex ignoto, & quod exiſtit ex ignoto reddidit, & omnia ſenſibilia generataq;, ac quicquid uiſus cōprehendit, ac orbis cōtinet, & à quo æſtimatiōes & cogitationes hominū cūctæ deficiūt, ex profunditate ſcientiæ ſuæ, & creatiōe creaturæ ſuæ, cū ſubtilitate ſuæ artis in lucem protulit. Omnia ergò prodeunt ex eſſe ſuæ ſcientiæ directa uel diſtricta, propter magnitudinem ſuę uirtutis, & inclinata uirtute ſui dominij.

Primum ergò creauit Saluator glorioſus & excelſus lumina illuminantia, quæ ſunt ſubſtantiæ ſimplices, & uirtutes ſpirituales. Lumen autem diuiditur in duas partes, appropriatam & ſenſibilem, puta, ſimplicē & compoſitam. Senſibilis autem eſt compoſitum, & ſimplex eſt quod non comprehendunt ſenſus, & eſt appropriatum cum ſuperiori mundo, & eſt materia animarum, & eſt ſuper quod cadit nomen intelligentiæ: & intelligentia quidem eſt lumen ex lumine Dei. Poſtquā ergo factum fuit hoc lumen ſimplex, factum eſt umbra. Quare creauit ex ea animam animalē. Et poſtq; facta eſt anima, factus aër, umbra, & creauit ex ea animam naturalem, quæ eſt natura ſeruiens in anima ab animali. Quare factum eſt in mūdo corpus per comparationem ad lumē, & facta eſt ei umbra. Creauit ergo ex ea naturas quatuor, quę ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, et ſiccitas, & ſunt electum rerum corporaliū: Et poſuit Saluator, cuius rememoratio ſit glorioſa, ex eis agentes & patientes: Calor enim & frigus ſunt agentes, & humiditas & ſiccitas patiētes. Deinde creauit ex iſtis naturis ſimplicibus, naturas compoſitas, & ex naturis compoſitis, omnia corpora cœleſtia & terreſtria. Quoniam compoſuit frigiditatem cum humiditate. Cōbinatæ ſunt ergo & inuicem incraſſatę, & facta eſt aqua. Fuit ergo aqua prima creaturarum corporalium & elementotum & terreſtrium. Sic & caliditatē cum ſiccitate commiſcuit, & factus ignis. Deinde poſuit creator unicuiq; naturæ elementum, & cuilibet elemento locum. Nam poſtq; factum eſt elementum aquæ & elementum ignis, facta eſt inter utraq; contrarietas, & elongatio. Quare aſcendit ignis, leuis, ſurſum, & deſcendit aqua, grauis, deorſum. Et factus eſt inter duo elementa aër, per quantitatem cōtrarietatis, & elongationis, & eſt elementum tertium ex elementis mundi, & eius cōplexio eſt caliditas, & humiditas, quoniam ipſe eſt ex natura ignis & aquæ cum factus ſit ex utriſq;. Factoq; illo hoc modo, mouit Saluator aërem per uirtutem ſuam.

Naturæ quatuor ſimplices.

Elementorum creatio.

Digitized by Google

tem ſuam. Factus eſt ergo uentus ſonans, & mouet uentus aquā motu forti, donec cũ alliſæ ſunt undæ ipſius, & ſpumauit ſpuma unda eius, & facta ſpuma eius tunicæ quarum una ſupra aliam incubuit. Cōgelauit igitur cauſas per uirtutem & facta eſt terra. Poſuit itaq; eam ſedem ueluti quietē animalium, & eſt elementū quartum: quæ eſt in natura ſua frigida & ſicca, grauis. Sicut ignis calidus, ſiccus, leuis: Aër calidus, humidus, ſubtilis: & aqua frigida, humida, grauis & fluxibilis. Deinde diuiſit Saluator excelſus aquā in duas diuiſiones, diuiſionem, ſcilicet, ſupra terram, & diuiſionem in aëre. Facta ſunt ergò elementa quatuor, ignis, aër, aqua, & terra. Similiter uenti quatuor, meridies, ſeptentrio, ſubſolanus, & fauonius. Sapientia ergo eſt ſignificatrix ſapientis ſcientis eam, & creatura ſignificans creatorem, qui eſt Deus ipſe. Mūdus igit̃ non unus eſt ſolū, ſed duo ſunt mūdi, Magnus & paruus. Magnus ergo eſt, mūdus uniuerſus & paruus eſt homo, qui eſt deriuatus ex eo. Nomen autem uolatilis, cadit ſuper habens tria agnomina. Formam, naturam & alas, & nomen corporis attribuitur rei habens tres dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Et nomen hominis cadit ſuper uiuum, rationale & mortale, & ſimiliter angelus diffinitur hac diffinitione. Reliqua autem animalia terreſtria, diffiniuntur per uitam & mortē proprie. Dicitur enim in eis uiuum, mortale, ſcilicet, uiuum in tēpore, & mortuum in tempore, & iam quidem dicitur in eis etiam rationale potentia. Creauit inſuper Deus hominē, & compoſuit eum ex quatuor naturis contrarijs in natura ſua. Vt ſunt, ſanguis phlegma, bilis citrina, & nigra. Phlegmatis uerò ſpecies ſunt quinq;, phlegma ſalſum, cuius natura eſt ſalſedo & ſiccitas, quod eſt calidius cæteris, & phlegma dulce, cuius natura eſt caliditas & humiditas, & eſt minoris caliditatis quàm phlegma ſalſum: aliud acetoſum, quod eſt frigidum & ſiccum: aliud eſt uitreum, cuius natura eſt frigus, & humiditas, q̃d eſt frigidius inter ſpecies phlegmatis: Et aliud eſt inſipidum, quod eſt minoris frigoris, & humiditatis. Species autē bilis citrinæ ſunt quinq;, bilis rubra, citrina, uitellina, praſſina, & bilis eruginoſa. Bilis nigra duobus modis exiſtit, nigra naturalis, & à natura egrediens. Sed & ſanguis duobus exiſtit modis, ſanguis coctus, cuneus, temperatus, & ſanguis corruptus, fuſcus habetur. Membra porrò principalia regaliaúe ſunt quatuor, cerebrum, cor, iecur, & teſticuli. Virtutes uero naturales ſunt quatuor, attractiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua. Species item ægritudinum officialium ſunt quatuor, ægritudo quæ fit in creatura uel forma, & ægritudo, quæ fit in quantitate membrorum, & ægritudo quæ fit in numero membrorum, & ægritudo quæ fit in ſitu membrorum. Species autem ægritudinum, quæ fiunt in creatura ſunt quinq;, figura, concauitas, perforationes, aſperitas, & lenitas. Membra autem corporea alia ſunt quibus ſeruitur & principalia. Alia ſunt officialia, ſeruientia. Principalia igit̃, quibus ſeruitur, ſunt, ſuper quæ eſt reuolutio uitæ, & ſunt minere uirtutum ſpiritualium, animæ & ſpiritus, & intelligentiæ, & officialia, & loca earum. Membra uerò regalia, ſic enim principalia dicũtur, intrinſeca ſunt ſeptem, & ſuperfluunt in ſublimitate & principalitate. Ea uerò quorum ſublimitas & ſuperfluitas ſunt notæ, ſunt cerebrum, cor, hepar, & ſtomachus. Et pro-

Phlegmatis ſpecies.

Bilis ſpecies.

Membra principalia.

pter illud

Digitized by Google

pter illud facta ſunt in ſublimitate famoſa, quoniam ſunt mineræ uirtutum ſpiritualium regentium corpus hominis. Et poſt illa in dignitatis celſitudi ne, ſunt duo teſticuli, renes, & ueſica. Iſta ergo ſeptem ſunt diuiſa ſecũdum orbes ſtellarum & centra eorum. Membra uerò officialia (quæ ſunt ſenſus apparentes, ſeruientes) ſunt nouem, & ipſa quidem ſuperfluunt in ſublimi tate, & ſunt ſenſus auditus, & eius ſenſatum, ſunt uoces, ſenſus uiſus, & eius ſenſatum, ſunt colores, ſenſus olfactus, cuius ſenſatum, ſunt odores, ſenſus guſtus, cuius ſenſatum ſunt ſapores, & ſenſus tactus. Creauit autẽ deus hominẽ, ut diximus, ex quatuor naturis contrarijs, quæ ſunt, ſanguis, phlegma, bilis citrina & nigra. Et creauit oſſa, & cartilagines, & ligamenta, & pilos, & ungues, ex melancholia, hoc eſt, bile atra. Omne ergo membrum congelatum terreſtre priuatum, ſenſu eſt ex parte melancholiæ. Quod eſt, quia melancholia eſt generata ex terra, & ſedes eius eſt in ſplene, & dominium eius eſt in uiſu, à latere ſiniſtro corporis, & fit per eam taciturnitas, & cogitatio, & fletus, & grauitas, & tarditas, & fixio, & ſuſpectus in ſucceſſionibus, & ei ineſt proprietas expellendi, & retinẽdi cibum, & excitandi appetitum. Et creauit deus carnem, ſanguinem, uenas, neruos, renes, teſticulos, inuolucrum cordis & pectoris, uuulam, epiglottim, & duas amygdalas, linguã, & hepar ex ſubſtantia ſanguinis, & ſimiliter. Omne quod eſt calidum, humidũ, eſt diuiſiuum, ad ſanguinem proportionale ei: Et ſanguis quidem emanat ex hepate, & locus eius ſunt uenæ & cor, & dominium eius in ſuperficie corporis, & anteriori capite: Et illud quod conſequitur animam ex proprietate ſanguinis, eſt riſus, gaudium, uirtus deſiderij mulierum, exuberatio coitus, paucitas pilorum, corpulentia, multitudo ſomni: & proprietas eius in ſtomacho eſt uelocitas digeſtionis, & facilitas penetrationis cibi & curſus eius, & alterationis ſubſtantia eius ad ſubſtantiam ſanguinis & carnis. Et creauit deus glorioſus & excelſus cerebrum & pulmonẽ, & omne quod eſt in corpore, ex membris frigidis & humidis, ex phlegmate, ſcilicet, & diuiſit ipſum in duas diuiſiones, & poſuit ei duo elementa, & duo loca, quæ ſunt, cerebrum & pulmo, ſicut aqua diuiditur in mundo in duas diuiſiones, diuiſionem ſuper faciem terræ, & diuiſionem in aëre, in quam diuiſerunt nubes. Et ſimiliter phlegmatis, aliud eſt, q̃d aſcendit ex pulmone, & aliud quod deſcendit ex cerebro, ſicut deſcendit res ex aëre propinquo terræ: Et eius dominium eſt in poſteriore cerebro & pectore, & aggregatio ſediminum eius eſt in ſpõdylibus dorſi, & in eo quod apparet. Quod autem conſequitur animam ex accidentibus eius, eſt defectus & pigritia, & grauitas, & taciturnitas, & tarditas reſponſionis, & quies, & paruitas motus, & caſtitas, & pietas: Et illud conſequitur corpus ex accidentibus eius, tuſſis, & paucitas deſiderij mulierum, paralyſis, tremor, & proprietas naturæ eius in ſtomacho eſt, infrigidatio excitationis factæ ex acuitate ciborum & potuum, & reliquarum materierum ſuperuenienti ſtomacho & corpori. Eò quod uirtus expulſiua confortatur eo, cum ſit ei ſimilis, ſicut confortatur genus per genus, & compar per compar. Locus autẽ phlegmatis eſt in pulmone. Continuat̃ ergo frigus eius cum lenitate aëris cum ſit continuatum ei ab aëre, ſecũdum canales pulmonis: Deinde mittit

Comites melancholiæ.

Comites ſanguinis.

Comites pituitæ.

Digitized by Google

ipſum ad cor cum ſit continuatus cum eo, & adiuuans illud, & præparat propter illud ad cor, & expellitur ab eo calor uaporum fumoſorum, & excitatur propter illud uirtus anhelitus, & caliditas innata. Et creauit deus

Fel. excelſus & glorioſus fel, quod eſt calidum & ſiccum & igneum, & eſt domus bilis citrinæ, & poſuit ipſum annexum hepati adiuuans epar, ſuper decoctione cibi, & poſuit dominiũ bilis citrinæ in uertice, propter lenitatem eius, & ipſius ſubtilitatem, & eius altitudinem, & ipſius eleuationem. Eius autem expiratio eſt in utriſq; auribus, quia ſunt ex diuiſione eius, & ipſius natura, & ei eſt ex membris omne quod eſt calidum, ſiccum, & ipſa quidem currit in corpore cum ſanguine, propter combinationem eorum, & conuenientiam ipſorum, ſicut conuenientia olei ad lampadẽ. De proprietate naturæ eius in ſtomacho eſt attractio cibi, & adiutorium ſuper digeſtionem,

Bilis natura. & ſimiliter iudicium eius in hepate. Illud autem quod conſequitur animam ex accidentibus eius, eſt caliditas & lenitas, & furor, & ſubtilitas, & acuitas, & ſolertia, & audacia, & anteceſſio, & deſiderium mulierum, & memoria, & uelocitas reſponſionis, & multitudo elocutionis in cauſis & motus, & illud quod conſequitur corpus ex accidentibus eius, omne cui apparent ſignificationes caloris, & ſiccitas. Et eſt ei in ſtomacho, & hepate, & inteſtinis, proprietas adiuuandi ſuper digeſtionem.

LIBRI INTRODVCTIONIS FINIS.

ABVBETRI

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI IN DECEM LIBROS
ad Regem Manſorem Procemium.

IN HOC LIBRO Regi filio Iſaach, cuius uitam quàmdiu ſuperſtitem ſeruet Deus, ſumma quædam Medicæ artis capita ac flores Medicinalis doctrinæ, maxima fide & diligẽtia, in unum ueluti faſcem collecta, quàm poſſum compendioſè conſcribam. Tradamq́ in eo, quum de ſanitatis tutela, tum de ęgritudinum, ſymptomatumq́ curatione, deq́ his quæ iugiter eueniunt, nec non & ea, ad quæ ſcienda neceſſitas perducit, & per quæ eſt poſſibile acutũ habentibus ingenium, & conſilium æquiparari Medicis: Ea uerò quæ raro ſolent accidere, poſtponam, & dimittam ea, quibus eſt nimia doctrinæ profunditas in arte. Hoc autem opus in decem diſtinguã libros tractatusúe, & in unoquoque tractatu ipſius, ponam capitula literis alphabeti, ſecundũ numeri ipſarum ordinem ſignata, ut quod quæritur cito inueniri poſſit. Vt hoc autem decenter præſtare ualeam, diuinum imploro auxilium, ut ipſi prius Deo, deinde Regi complaceam, eisq́ inceſſanter adhærere poſſim. Intentio.

QVID SINGVLI DECEM TOTIVS OPERIS LIBRI, NAM TOTIDEM HABENTVR, CONTINEANT.

PRIMVS Liber, figuras atq́ formas omnium corporis partiũ breuiter & expeditè enumerat.

SECVNDVS Liber, notas & ſignificationes temperaturarum ſingulorum corporum tradit. humorum item qui in his præpollent & dominantur, nec non & ſignificationes prauarum partium, è phyſionomia, hoc eſt, cõiectatione oris, uultus, moribus & ingenio, collectas, paucis admodum complectitur.

TERTIVS Liber, alimentorum uires & ſimplicium medicinarum facultates continet & declarat.

QVARTVS Liber, omnem ſanitatis tuendæ rationem comprehendit.

QVINTVS Liber, de his quæ ſummæ cutis uitia emendant, & formę lenocinium, decoremq́ corporis, ſuauemq́ odorem conciliant, breuiter tractat.

SEXTVS Liber, de his qui peregrinantur, & de ratione uictus proficiſcentium agit.

SEPTIMVS Liber, Chirurgicã omnem ſummatim exponit. Vbi & uulnerum, & abſceſſuum curationes, & telorum, & ſpinarum extrahendi rationes, ſanguinisq́ detrahendi moduli, complectuntur.

OCTAVVS Liber, de Venenis, eorumq́ remedijs diſſerit. Vbi & de animalibus

Digitized by Google

malibus ictu morſuúe uenenum relinquentibus, diſputatur.

NONVS Liber, Affectus & curationes ſingularum corporis partium à ſummo uertice ad imos uſq; pedes pulcherrime comprehendit.

DECIMVS Liber, uniuerſas febres recenſet, & caſus qui his ſuperueniunt, & quęcunque eò conferunt, & ſcitu ad perfectam curationem earum neceſſaria ſunt.

LIBRI PRIMI QVI DE FIGVRA ET *uſu partium exiſtit, uiginti ſex continet capitula.*

ENVMERATIO breuis ac ſumma quædam uſus partium, quæ toti uolumini haud ineptè præmittitur Cap. I.
De figura & forma, hoc eſt, uſu oſſium capitis Cap. II.
De figura, forma ac numero muſculorũ totius corporis Cap. III.
De figura, formaq; neruorum Cap. IIII.
De uenis à iocinore obortis & non pulſatilibus Cap. V.
De figura & uſu arteriarum Cap. VI.
De figura, formaq; & functione cerebri Cap. VII.
De figura & forma oculorum Cap. VIII.
De figura, forma ſituq; narium Cap. IX.
De forma & utilitate aurium Cap. X.
De figura, forma & poſitu linguæ Cap. XI.
De forma & ſitu gutturis & oris Cap. XII.
De forma & poſitura pectoris & pulmonis Cap. XIII.
De figura & forma cordis Cap. XIIII.
De forma œſophagi & uentriculi Cap. XV.
De figura & forma inteſtinorum Cap. XVI.
De figura & uſu iocinoris Cap. XVII.
De forma Lienis Cap. XVIII.
De forma & ſitu conceptaculi fellis Cap. XIX.
De renum figura & utilitate Cap. XX.
De forma & poſitu ueſicæ Cap. XXI.
Summæ & collectiones ſuper uſu inſtrumentorũ nutritionis Cap. XXII.
De forma abdominis, quod Arabes Mirach cognominant Cap. XXIII.
De figura & forma teſticulorum peniſq; Cap. XXIIII.
De mammillarum figura, & utilitate Cap. XXV.
De uteri forma, quam omnes ferè matricem appellant Cap. XXVI.

ABVBETRI

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI INSIGNIS MEDICI ad Regem Manſorem, per Erhardũ Tolemanum Medicum latinitate donatus, Lib. I.

Enumeratio ac ſumma quædam uſus partium corporis humani. Cap. I.

CREATOR omnium Deus oſſa condidit, ut per ea corpus ſuſtentaret, & gubernaret. Quoniã uerò unã corporis partem ſine alia aliquando moueri neceſſe fuit, non unum tantum os in toto corpore fecit, ſed multa, quibus diuerſas tribuit figuras, ut ad id munus apta forẽt, quod per ea fieri eſt neceſſe. Quoniam autem neceſſe fuit, ut quædam eorum, quandoq; coniunctim, quandoq; ſigillatim mouerẽtur, ea cuidam ſubſtantiæ copulauit, quam ex una, unius oſſis, extremitate procreauit, & cum alterius extremitate oſſis continuauit. Eſt enim inferiori extremitati continua. Hæc autem ſubſtantia ligamentum uocatur, quod eſt corpus albũ, durum, non habẽs ſenſum. *Ligamentum.* In unius etiam oſſis extremitate, additamentum rotundum fecit. In alterius autem oſſis extremitate, concauitatem prædicti additamenti capacẽ cõdidit, ut in ea collocaret. Ex huiuſmodi diſpoſitione oſſiũ prouenerũt iuncturæ, ex quibus apta fuerunt membra moueri, quandoq; ſimul, quandoq; ſeparatim. Oſſiũ eñ ligamenta nõ prohibuerũt, quin mẽbra ſimul, perinde ac ſi unũ tantum eſſet membrũ mouerent. Nam cum totam manũ mouere uolumus, eam cum iunctura humeri, ac ſi in ea unũ tantum eſſet os, motu uno mouebimus: ita quod in eo à cõiunctura cubiti non prohibebimur, neq; brachialis neq; digitorũ. Vnam autẽ ipſius partem, ſi abſq; alia aliquando mouere uoluerimus, cum iunctura illius partis propria illud faciemus. Ob hoc igĩt duos motionis modos animal habuit, particularem, uidelicet, & uniuerſalem, quò ſecundũ unumquenq; eorum, prout ei eſſet neceſſariũ moueretur. Ceterum quia oſſa ex ſua eſſentia non mouentur, ſed per motorem, & ad modum patientium, cotinuę fuerunt eis à principio ſenſus & motus, ex ipſorum origine, hoc eſt, cerebro, concauitates quædam, quæ ſunt nerui. *Nerui.* Nerui uerò iſti, non per ſe, ut ſimplices ſunt, oſſibus coniunguntur, niſi prius cum carne, cartilagine, & ligamentis miſceantur. Neruus enim ſi per ſe grandi membro coniungeretur, uel nullo modo, uel debiliter ipſum neruus moueret. Quamobrem neruus antequã ad membrum perueniat, quod per ipſum moueri debeat, diuiditur, & ſubtiles & minimæ partes carnis, & ligamenti in ipſis diuiſionibus contexuntur, & quod ex toto prouenit, muſculus uocatur, *Muſculus.* & eſt huius corporis magnitudo, ſecundũ menſuram mẽbri, q̃d per ipſum moueri debet, & ſitus eius eſt, in parte uerſus quam motus ipſius membri fuerit. Poſtea uerò ex una duarum muſculi extremitatum, quæ, ſcilicet eſt uerſus partem membri, quod mouetur, quædam naſcitur ſubſtantia, quæ chorda uocatur, *Chorda.* ipſa aũt eſt corpus cõpoſitũ ex neruo, qui ad membrũ dirigitur, & ligamẽto, q̃d

Digitized by Google

ex oſſe ortum fuit, quæ eſt ſeparata à carne, quæ in muſculo erat. Chorda uerò protenditur, quouſq; inferiori extremitati mẽbri, q̃d per ipſam debet moueri, cõiungatur. Ex qua diſpoſitione cõtingit, ut ex parua retractione qua muſculus uerſus partem ſuæ radicis trahitur, chorda fortiter trahatur, & mẽbrum cum ſua integritate moueat̃. Eſt enim inferiori extremitati eius continua.

Cerebrum. Cerebrum quoq; fecit Deus, ut ſenſuum origo eſſet, & motus uoluntarij, & ab eo produxit neruos, qui mẽbris continuantur, & dant ei ſenſuum & motionis modos. Nos uerò oſtendemus unde oriantur nerui, quum de eorum tractabimus anatomia. Et quia partes corporis inferiores, & quæ à cerebro ualdè remotæ ſunt, & ſenſu & motu indigent, motum autem & ſenſum abſq; neruis habere nõ poſſunt, nerui quoq;, ſi à cerebro recta protenderent uia, ex longitudine deſcenſus debilitarentur, unde eorum protenſio nec firma foret, nec fortis.

Spinalis medulla. Fecit Deus ſub craneo foramen per quod partẽ cerebri produxit, quæ nucha, id eſt, ſpinalis medulla uocat̃, quæ q̃a mollis erat, ad ipſius cuſtodiã dorſi ſpõdyles et proceſſus fecit: quẽ admodũ ad cerebri cuſtodiã cranei condidit oſſa, & taliter munitã ſecundũ corporis longitudinẽ prolongauit, ex qua etiam quum in alicuius membri directo eſt, quod ei appropinquat neruos produxit, qui per ſpondylium foramina exeuntes, ipſi membro continuantur, ſenſum ei dantes & motum. Cerebro igitur ſi graue ſuperuenerit accidẽs, toti corpori ſenſus auferetur & motus. Nuchæ uerò ſi acciderit, membris quibus nerui ab illa parte nuchæ procedentes coniunguntur, & quæ ſub eis ſunt motus auferentur & ſenſus. Cerebrum enim quaſi fons ſenſuum eſt, & motus uolũtarij. Nucha uerò, ſicut fluuius magnus ab eo manans. Nerui autem, qui ab ea prodeunt ſicut riuuli ex fluuio exeuntes. Fonti uerò, cum aliquod acciderit impedimentum, erit commune. Quod ſi riuulis euenerit nocumentum, erit proprium locorum, ad quæ ipſi diriguntur riuuli. Ideoq; ſcire unde quiſq; oriatur neruus, & ad quod membrũ dirigatur, in arte medicinæ eſt perutile, quod et Gal. in libro de interiorum membrorum paſſionibus teſtatur, ſic inquiens: Quidam in itinere Romanus de mulo lapſus, ſuper lapidem cecidit, à quo una ex ſpondylibus læſa fuit, ex cuius læſione digitus auricularis, et medius difficulter ad tempus mouebantur, quibus medici emplaſtra et alia medicamina ſuperponebant, ex q̃bus æger nullũ ſentiebat iuuamen: quod Galenus cernens, eadem medicamina ſpondylibus à quibus nerui, qui ad prædictos digitos protenduntur et procedunt, ſuperpoſuit, et ſic breui hominem ſanitati reſtituit. Nerui quidem in principio ſui exitus, à cerebro uel medulla molles multũ ſunt, et ipſi cerebro uel nuchæ ſimiles. Quum autem magis elongari incipiũt, indurantur, donec perfectam neruorum formam ſuſcipiunt. Iuuamenti igitur neruorũ ſumma eſt, quod ipſi ſunt inſtrumenta et uiæ, per quæ ſenſus et motus omnibus tribuitur mẽbris, et hinc inde trãsfunditur. Vnde ſi ex tranſuerſo incidant̃, aut ſenſus, aut motus mẽbri, aut utrunq; deſtruit̃, ad q̃d ipſi dirigunt̃. Spinalis uerò medulla ſi cõſtringatur, aut ex tranſuerſo incidatur, ſenſus et motus omnium mẽbrorum, quorum nerui à locis prodeunt, qui ſub illa ſunt inciſione, auferuntur: in longitudine autem licet ipſa incidatur, non multum tamẽ impediet. Simili quoq; modo

Digitized by Google

modo neruorum inciſio, in longitudine ſi acciderit, non magnam inferet
læſionem. Ex tranſuerſo aũt, ſi euenerit, actio illa deſtruetur, ſecundũ mẽſu
ram, qua inciſio penetrauit, & partem uerſus, ad quã penetrauit. Cerebrũ *Cerebrum.*
autem præter hoc, quod eſt origo ſenſus & motus uoluntarij, eſt etiam ſe-
cundum Galeni ſententiam, imaginationis, cogitationis, & memoriæ fun
damentum. Imaginatio quidem in duobus uentriculis anterioribus perfici
tur. Cogitatio uerò, in medio expletur. Memoria autem poſteriorem poſſi
det uentriculum. Cor uerò fecit Deus, ut eſſet fons & origo innati ca-
loris, et ut ab eo totũ corpus calefieret per arterias, quæ ab ipſo ad omnia
mẽbra procedunt. Vnde ſi aliquod membrũ arterias amiſerit, quæ ad ipſum
uenire conſueuerant, cõgelatur, & motus & ſenſus indurantur primo, de-
inde deſtruuntur, & poſtremo quaſi mortuum redditur membrum. Muſcu
li enim & nerui nec non & ipſum quoq; cerebrum, ut in ſua conſeruentur
natura, & ut ſuas perficiant actiones, quadam innati caloris indigent men
ſura, quamobrem arteriæ eis tranſmiſſæ ſunt. Et quod animal, ſupra uegeta
bilia habet, eſt primum iuuamen quod à corde contrahitur. Quod autem à
cerebro recipit, eſt ſecundum, per quod eſt profectio, & ad quod tota acto
ris intẽtio, & uoluntas prona fuit. Quod uerò ab hepate ſuſcipit iuuamen-
tum, eſt ei cum uegetabilibus cõmune. Non enim recipit ab eo, niſi nutri-
mentum, & incrementũ, ſed quia cordi, ut in ſua cõſeruaretur natura, aëris
attractio eo ſuperioris neceſſaria fuit, & aëris in ſuis cõcauitatib. nimis ca- *Organa ſpiri-*
lefacti expulſio, facta ſunt ei aẽre attrahendi inſtrumenta, pectus, uidelicet, *tus.*
& pulmo: Et inter ipſa & cor, cõcauitates & foramina poſita ſunt, per quę
aẽr attractus tranſire poſſit. Quemadmodũ cum de huius diſpoſitione tra
ctabimus, dicturi ſumus. Hepar autẽ ad ſanguinis generationem atq;
ipſius depuratione ̃ factũ eſt, & ut uenæ ab ipſo manantes ad omnia mẽbra
dirigãtur, & ad ipſorũ humectationem, & ſanguinis diuiſionẽ, prout cuiq;
neceſſariũ eſt. Quamobrẽ nutrimentũ, & eorum conſeruatio, quę, ſicut fu-
erant, remanent, prouenit, & eorũ incrementũ fit, quæ creſcunt. Nulla enim
remanent, ut fuerunt, niſi ex quibus nihil diſſoluitur, ſicut eſt diſpoſitio in
lapidibus, ut hiacinto, auro, & uitro. Vel quia, quod diſſolutũ eſt in eis re-
ſtauratur, ſicut aqua maris, quæ licet quotidie magnam patiatur diſſolutio-
nem, tamen ab introitu fluminum ſingulis diebus reſtaurationem ſuſcipit.
Vnde ſemp eadem ferè forma remanet bene cuſtodita, tanta, quãta fuerat,
quia propter paruitatem ſui, ſenſibile non eſt. Corpora igitur animaliũ, qa
ex eis quæ diſſoluunt̃ cõpoſita ſunt, non fuit poſſibile, ut augmentari, uel
in ſuo ſtatu permanere poſſent, abſq; nutrimenti beneficio. Sed quia nutri-
entia cum diſſolutis non ſunt ſpeciei unius, membrũ in corpore adeſſe o-
portuit, quod ipſa in diſſolutorũ ſimilitudinem permutaret. Nutrientia ue-
rò quia non totaliter conuertuntur, ſed quædam eorum pars conuertitur et
aſſimilatur, pars autem alia remanet, quaſi humor ſuperfluus, non ſuſcipi-
ens conuerſionem, neque aſſimilationem eorum quæ diſſoluta ſunt, quæ
ſi in corpore remaneret, grauium ægritudinum materias generaret, præ-
parata ſunt eius expulſioni inſtrumenta apta & cannales. Et quia nutriti-
onis operatio in tribus locis perficitur, tria ſuperfluitatum ſunt genera.

Vna quidem

Digitized by Google

Vna quidem eſt primæ digeſtionis ſuperfluitas, quæ, ſcilicet, in ſtomacho fit, & inteſtinis, & uocatur, ſtercus, ſiue egeſtio. Alia uerò ſecundæ digeſtionis eſt ſuperfluitas, quæ in hepate perficitur, quando ſanguis generatur, & ipſa quidem eſt bilis, tum flauæ tum nigræ, & urina. Hæc autem tria à ſanguine ſeparata, propria à quibus ſuſcipiuntur receptacula habēt, ſicut fel, bilem rubeam, melancholiam ſplen, & urinā renes ſuſcipiunt. Quemadmodum dicturi ſumus in manifeſtiori tractatu, cum de horum membrorū formis loquemur. Digeſtionis uerò tertiæ ſuperfluitas, quæ in omnibus fit mēbris, cum illis aſſimilatur ſanguis, qui unicuiq; illorum delegatur eſt ſudor & ſordities, & quicquid ex ſuperfluitatibus à membris exeuntibus eis aſſimilatur, ut mucilagines, & lippitudines, & his ſimilia. Præterea modi membrorum in corpore quatuor exiſtunt, quorum tres ſunt principalium, quæ in uitæ conſeruatione ualdè ſunt neceſſaria, quorum quædam nutritionis ſunt inſtrumenta, ut ſtomachus, & hepar, & eorum cannales, & uenæ, & uiæ, quæ ad ipſa perueniunt, ut os, & gula, & reliquæ uiæ quæ ab eis exeūt, ut inteſtina, et inſtrumenta caloris innati, et conſeruationis ipſius, quorum prima ſunt, cor et arteriæ: Secunda uerò, pulmo et pectus, et quęcunq; alia ualent ad aëris attractionem, quemadmodū in ſuo loco dicturi ſumus. Alia uerò eorum ſunt inſtrumenta, ſenſus et motus, et intellectualium actionū, quę ſunt cerebrū, ſpinalis medulla, nerui, muſculi, chordæ, et quæ ſunt ſimilia his neceſſaria, et ualētia ad complendā actionē et paſſionē. In unoq; aūt modo, iſtorum inſtrumentorum unum eſt principale et operans. Alia, ut ſeruientia, et ipſum in ſuis actionibus adiuuantia. Inſtrumentorum uerò nutritionis principale eſt hepar. Sed innati caloris inſtrumentorum principale eſt cor. Et inſtrumentorum ſenſus et motus, et intellectualium actionum principale eſt cerebrum. Vnumquodq; autem iſtorum alijs duobus connexum eſt, et eis indiget. Hepar enim niſi omnibus alijs membris nutrimentum tranſmitteret, diſſolueretur. Ipſumquoq; niſi à corde calorem haberet, eius non conſeruaretur ſubſtantia, qua ſua completur actio. Cerebrum etiam, ſi non ab arterijs calefieret, nec à uenis quæ ab hepate procedunt, nutrietur, eius non conſeruaretur natura, qua ſuas aptum eſt perficere actiones. Muſculi quoque pectoris, niſi à cerebro mouerentur, impoſſibile foret attrahi aërem, nec; cordis conſeruaretur ſubſtantia, qua calor innatus, qui eſt in corde, euētatur. Quarti uerò membrorum modi, principalia ſunt inſtrumenta generationis, quæ ſunt matrix, uirga, teſticuli, et uaſa ſpermatis. Hæc autem inſtrumenta non ſunt neceſſaria, ut unum perduret ſingulare, ſed ut ſpecies permaneat et conſeruetur. Quia enim Deus qui ſit benedictus, corpus hominis ex corporibus fecit diſſolubilibus, nō durabilibus nec; ſtabilibus, unde cum nō ſit poſſibile ut unum ſingulare ſemper maneret, fecit generationis inſtrumenta, per quæ ſaltem ſpecies durare poſſet. Iſta autem quæ premiſimus ſummæ ſunt, et aggregationes de membrorum diſpoſitionibus, et ipſorum iuuamentis, quod totum nos clarius dicemus, et ſecundum plures diuiſiones. Summas tamen colligere non dimittemus, huius enim libri intentio non fuit poſtrema, omnia colligere.

De forma

De forma oſſium capitis. Cap. II.

CApvt quod eſt naturale, licet non ex toto, tamen rotundum eſt. In quo multa ſunt foramina, per quæ multi egrediuntur nerui, & uenæ intrant, & arteriæ. Ipſum quoque anterius in parte, ſcilicet, frontis, & poſterius, in occipitio, eminens eſt. In utraq; uero auri-um parte eſt latum, foraminum autem omnium quæ in ipſo ſunt, maius eſt illud, q̄d eſt in occipitio, per quod medulla dorſalis egreditur. Ipſum præterea ex multis compoſitum eſt oſſibus, quorum unum alij cõtinuatur. Locus uerò ubi coniunguntur, ſerrarum cõiunctioni ſimilis apparet. Craneo autem ſuperior continuatur mandibula, in qua maxillæ & dentes continetur ſuperiores, quæ etiam ex multis componitur oſſibus, quorum unum alij ad ſerræ ſimilitudinem continuatur. Poſt hanc autem, mandibula eſt inferior, in qua inferiores exiſtunt dentes. Cuius quidem oſſa non ad ſerræ ſimilitudinem, ut prædicta, ſed ſolis continuantur iuncturis. Inferior nanque mandibula motu indiguit, quæ quidem ſuperiori continuatur mandibulæ in loco qui zephin Arabicè, hoc eſt, ſuſtentatio uocatur. Hæc autem dentibus exceptis, ex duobus componitur oſſibus, quæ ad ſerræ ſimilitudinem in medio mento continuantur. Eſt præterea ſub craneo in parte poſteriore quoddam magnum os, quod inter ipſum craneum & ſuperiorem mandibulam poſitum eſt, à quo diminutio quæ in oſſium inuenitur figuris complectur, quod cuniforme uocatur. Omnia igitur capitis oſſa cum numerata fuerint, erunt triginta ſex, exceptis dentibus, quorũ ſex ipſius cranei propria ſunt, & unũ, quod uocatur cuniforme, ſuper quod ſex prędicta ſunt oſſa, et mandibulæ ſuperiores quatuordecim, et inferiores duo. In unaquaq; autem mandibula ſunt dentes ſexdecim, quorum duo ſunt inciſores, et duo qui iſtos utrinq; ſequuntur, quadrupli nominantur. poſt quos utrinq; ſunt duo, qui uocantur canini, poſt quos ſunt quinq; molares dextri, et quinque ſiniſtri. Quandoq; tamen de molaribus minuitur unus, et nõ ſunt niſi quatuor. Molarium autem ſuperiorum quidam tres habent radices, quidã quatuor. Inferiores uerò molares duas tantum habent radices, exceptis duobus molaribus ultimis, qui habent tres, quorum unus eſt in dextra, alius in ſiniſtra. Alij uerò dentes una tantum radice ſunt cõtenti. Sunt itaq; omnia capitis oſſa quinquaginta quinq;. Capiti autem, iuxta magnum foramen, per quod medulla egreditur, prima ex ſpondylibus colli continuatur, quæ quidem ſunt ſeptem. Hæ autem à duabus partibus ſunt perforatæ, per quarum foramina nerui progrediuntur, qui ad dextrũ et ſiniſtrum diriguntur latus. Poſt has autem ſpondyles colli ſunt, quæ ſeptemdecim numero ſunt, quarum duodecim ſpondyles pectoris dicuntur, eò quod in earum rectitudine inferior pectoris terminus finiatur. Quinque uerò, quæ ſequuntur, ſunt ſpondyles renum, et alcatim, hoc eſt, lumborũ. Sunt igitur omnes ſpondyles quæ ab exitu medullę ſpinalis uſq; ad os, q̄d ſuper renes locatur uiginti quatuor. Quandoq; tamen additur una uel minuitur, quod per rarũ eſt. Ex hoc uerò loco os ſacrum ſpondylibus continuatur, quod ex tribus componitur partibus, quæ ſunt ſpõdylibus ſimiles. Cui ab inferiori, os coccygis cõtinuatur: quod ex tribus ſimiliter compoſitũ eſt partibus. Harum autem

Mandibulæ.

Capitis oſſa præter dentes XXXVI.

Capitis oſſa LV.

Digitized by Google

autem tertia, quæ eſt inferior, eſt cauda, quæ eſt cartilago oſſuoſa. Ab una quaq; autem duarum prædictarum ſpondylium iunctura, in unaquaq; duarum partium egreditur neruus, qui ad illam corporis partem protenditur, & in ipſa diuiditur. Ab extremitate uerò caudæ unus tantum progreditur neruus, qui illis diuiditur locis. Duo uerò ilium oſſa, quorum unum eſt in uno latere, alterum, in altero latere, oſſi ſacro continuantur, unum, ſcilicet, ab una parte, alterum ab alia, in quibus ſunt ilium pyxides, quas oſſium capita, quæ ſunt in coxis, ingrediuntur, quæ & ipſarum uocantur uertebra. Iſtæ autem ſunt formę oſſium & ſpondylium, quę ſunt in poſterioribus ab ortu medullæ ſpinalis uſq; ad caudam. Nunc uerò aliorum oſſium formas, quæ ſunt ſub collo nominare incipiemus. De quibus ſunt duarum furcularum oſſa, & oſſa ſpatularum, & pectoris oſſa, & oſſa manuum, & oſſa femoris, & pedum oſſa. Furculæ uerò os exterius gibboſum eſt, & interius concauum, cuius unum duorum capitum, humero continuatur, capiti, ſcilicet, oſſis, quod adiutorium uocatur. Alia autem extremitas, ſummitati pe-

Spatulæ. ctoris continuatur, ubi eſt pyxis gulæ. Spatula uerò à parte qua dorſo ſuperponitur lata eſt, cum qua caput cartilaginoſum continuatur. A parte uerò qua furculæ appropinquat eſt rotunda, in qua eſt pyxis quam caput oſſis, quod nominatur adiutoriũ ingreditur. Pectoris autem oſſa ſunt tho-

Thorax. rax, qui ex ſeptem componitur oſſibus, in quorum cuiuſq; extremitate, eſt cartilago. Quorum principium eſt à pyxide gulę. Finis uerò eſt inferius parum ſub mammillis, qui locus eſt anguſtior omnibus locis, quæ ſunt in uen-

Coſtæ. tre, quæ cum palpantur mollia inueniuntur, oſſa non habentia. Coſtæ uerò in unoquoque latere ſunt duodecim, quæ curuæ ſunt. Quarum omnium longior eſt media. Quarum ſeptem una duarum extremitatũ, quæ, ſcilicet, eſt poſterior, dorſi ſpondylibus continuatur. Quæ uerò anterior eſt, uni ex oſſibus, quæ in thorace ſunt, cum capite cartilaginoſo continuatur. Ex his uerò quinq; curtantur ita quod thoraci non continuantur, quarum extremitates cum premũtur, interius flecti reperiuntur, quæ poſteriores nominantur coſtæ. Quod uerò ſub thorace de uentre exiſtit totum molle eſt uſq; ad femoris oſſa. Nunc autem manuum & pedum oſſa nominabi-

Manuũ oſſa. mus. Manus quidem, os primum illud eſt, quod adiutorium uocatur, latinè humerus, quod eſt os unum exterius gibboſum, interius concauum, cuius caput ſpatulæ pyxidem ingreditur, per quantitatem quæ iam præparata eſt ei. Hæc eſt igitur una ſuarum extremitatum. Altera uerò extremitas in cubito eſt, in quo eſt rotula inſtrumento hauriendi aquam ſimilis quam ſuperioris cubiti ingreditur extremitas. Duo uerò oſſium cubiti longitudo eſt à

Radius. cubito uſq; ad brachiale, quorũ unum q̃d eſt minus, ſuperius, uocatur radi-

Vlna. us. Aliud uerò quod eſt maius, inferius, uocatur ulna. Quorũ unumquodq; in ſuis ſummitatibus quæ à parte brachialis ſunt, additamentum quoddam habet per quod fit iunctura, quę exiſtit inter brachiale & ipſa. Brachia-

Brachiale. le autem ex octo componitur oſſibus, quorum quatuor in duobus ordinibus diſpoſitis, alia quatuor eodem ordine diſpoſita in longitudine coniunguntur, quæ cum multum dura ſint, medulla carent, quorum figura eſt curua, ex qua carpi figura apta prouenit. Poſt carpum uerò eſt pecten, qui ex

Digitized by Google

quatuor componitur oſſibus, quæ oſſibus brachialis quibuſdam ligamentis ualdè firmis continuanẽ. Pectinis, id eſt, poſtbrachialis, uerò oſſibus digitorũ continuantur oſſa, quæ in unoquoq; eorum ſunt tria, quorũ unumquodq; alij connexionibus uel iuncturis confirmatis ligamentis continuatur. Omnia igitur manus oſſa ſunt triginta. Os, ſcilicet, quod humerus & adiutorium nominatur, & oſſa duo quæ focilia uocantur, brachialis quoq; oſſa quę ſunt octo, & oſſa, poſtbrachialis quę ſunt quatuor, & quindecim, quę ſunt digitorum quinq;. Os autem pollicis primum, ſuperioris radij extremitati continuatur, in loco iuncturę amplę & laxę. Quod ideò factum eſt, quia magno indiguit motu, ut reliquis quatuor digitis cõiungi poſſet.

Oſſium uerò pedis primũ eſt coxa, quod eſt unum exterius gibboſum, interius latum. Cuius ſuperior extremitas eſt rotunda, quæ coxæ uocatur uertebrum. Hoc quidem iliorum pyxidem ingreditur, à quibus prima iunctura fit pedis. Eius uerò inferior extremitas pyxidem maioris duorũ oſſium cruris tibię, ſcilicet, ingreditur. Tibiæ uerò ac fibulę terminus à genu uſque ad calcaneum protenditur. Quod autem ex his duobus maius eſt, Tibia uocatur, quod etiam altero longius eſt. Minus uerò fibula uocatur. Horum autem duorum focilium ſummitates calcaneo continuantur, à quibus tertia pedis oritur iunctura. Iuncturæ autem quæ in genu eſt ſuperponitur os rotundum, cartilaginoſum, quod genu nominatur oculus, & à quibuſdam uocatur mola. Calcaneo uerò in anterioribus os quod uocatur nauicula coniungitur. Inferius autem cuidam coniungitur oſſi, quod achib uocatur, quibus pedis tarſus qui ex tribus componitur oſſibus continuatur. Ex quibus quæ ad id quod hic eſt neceſſariũ apta prouenit forma. Tarſo autem pedis cõtinuatur pediũ, quod ex quinq; componitur oſſibus, quibus digitorum continuantur oſſa. Quæ in unoquoq; ſunt tria, excepto magno digito, in quo duo tantum ſunt oſſa. Omnia igitur pedis oſſa undetriginta ſunt. Ilij, ſcilicet, unum, cruris duo, & os calcanei, & os quod uocatur achib, & os nauiculæ, & oſſa tria ex quibus pedis cõponitur tarſus, & alia quinq; ex quibus pedis componitur pecten, hoc eſt, pedium. Digitorũ quatuordecim quoq; oſſa, & os genu. Et cum omnia corporis oſſa numerata fuerint, prout Galenus numerauit ducenta, & quadraginta octo erunt, excepto oſſe quod eſt in epiglotti, quod lamdæ Græcę literę os ſimile nuncupatur, cuius hæc eſt figura Λ. Os quoq; quod eſt in corde, quod à quibuſdã chirugicis cartilago dicitur, & oſſa parua à quibus uacuitates quę ſunt in iuncturis replentur, & uocantur ſiſamachel Arabicè, Gręcè ſeſamoides, excipiuntur. *Oſſa totius corporis CCXLVIII.*

De muſculis. *Cap.* III.

MVſculi qui in toto reperiuntur corpore, quum ſecundũ Gal. numerati fuerint, & diuiſi quingenti undetriginta inueniuntur. De quibus prout noſtro cõpetit tractatui, loquemur. Muſculũ itaq; ex carne, & neruo, & ligamento componi dicimus. Ipſi quoq; uoluntariorum motuum ſunt inſtrumẽta, quorum figuræ ſecundũ ſuorum diuerſitatem locorum, prout eis neceſſe eſt diuerſificantur. Plures autẽ ex eis ita ut carne ſunt circumuoluti protendũtur, uſquequo ad ſuas inferiores

Digitized by Google

peruenìant extremitates. Ex quorum extremitatibus quoddã exoritur corpus, quod chorda uocatur. Quæ quouſq; illius mẽbri quod per ipſam moueri debet inferiori coniungatur, extremitati porrigitur. Membrũ uerò per illam mouetur ſic. Colligitur enim & ad ſuæ radicis partẽ retrahitur. Nam tantum membrum ad illam retrahitur partem, ad quã colligitur muſculus. Si autem membrũ quod mouetur magnũ ſit, muſculus quoq; ipſum mouẽs magnus erit & craſſus. A quo aut una craſſa, aut plures oriuntur chordæ, quæ mẽbro quod debet moueri cõtinuantur. Plerunq; etiam in unius membri motu multi muſculi ſibijnuicẽ auxiliũ præbent. Muſculus autẽ qui paruum mouet membrũ, paruus eſt & ſubtilis. Muſculus nanq; qui eſt in coxa & totum mouet crus, ualdè eſt magnus. Muſculi uerò, ſuperiores mouẽtes palpebras, multum parui ſunt, et ſubtiles, à quibus chorda non orit̃. Omne igitur membrũ quod uoluntario mouetur motu, muſculum habet quo mouetur. Quod ſi ad partes moueretur contrarias, in ſitu contrario muſculos habet, ab unoquoq; quorũ ad ſuã trahitur partẽ quãdo taliter mouet̃. Muſculus uerò ei contrarius à ſua, tunc quieſcit actione. Cum aũt quiſq; muſculus in ſitu contrario poſitus, ſuam ſimul perfecerit actionẽ, membrum tunc erectum erit in neutrã duarum declinãs partem. Verbi gratia. Manus cum à muſculo qui eſt in domeſtica, id eſt, interiore brachij parte trahitur, interius curuatur, ſi uerò à muſculo qui ponitur in ſylueſtri, id eſt, exteriore brachij parte trahit̃, exterius flectit̃. Quũ uerò ab utroq; ſimul trahit̃, æqualis inter illos duos manebit & erecta. Motus autẽ uoluntarij qui in corpore ſunt, hi ſunt. Motus, ſcilicet, qui eſt in cute frontis, & oculorũ motus, & motus maxillarũ, & ſummitatis narium motus, & labiorũ, & linguæ, & epiglottidis motus, & motus mandibulæ inferioris, & capitis motus, & colli, & motus humeri, & iũcturæ ſpatulæ, & humeri motus, & iũcturæ, qui fit à ſummitate humeri, & brachij, & motus iũcturę focilium, & brachialis, & motus digitorũ, & uniuſcuiuſq; ſuarũ iuncturarũ, & motus membrorũ, quæ ſunt in gutture, & alij duo motus qui inferius labiũ mouent inferius, & ſuperius, mouẽt ſuperius, & motus pectoris, qui fit in attractione aëris, & uirgę motus, et motus ueſicę, quãdo pro retinenda urina claudit̃, & ſummitatis recti inteſtini motus, qui fit ut ſtercus exire prohibeat̃, & motus abdominis, ſiue mirach uentris, & motus iuncturæ, quæ fit ab oſſe ilij & coxa, & motus genu, & motus iuncturę pedis cum crure, & motus digitorũ pedis. Quorũ unuſquiſq; muſculos habet, figuras cõtractioni & extenſiõi aptas habẽtes, q̃bus motus p̃fici poſſint p̃dicti, q̃d omnes ſi inueſtigare & diſtinguere inceperimus, augmentabit̃ liber, & p̃ueniemus ad id, ex quo non magna prouenit utilitas, non eſt enim poſſibile ut muſculorũ forma ita aliorum mentibus noſtris infigat̃ ſermonibus, quemadmodũ in oſſibus, & neruis, & uenis, & arterijs. In his enim muſculis frequens neceſſarius eſt uiſus, teſtificatio, & ſtudiũ multũ. Ideoq; muſculorũ qui in membris ſunt, numerũ tãtummodo cõprehendemus. Dicemus itaq;, quod in facie ſunt muſculi quadraginta quinq;, ex quibus ad oculorũ & ſuarum palpebrarũ motus ſunt uiginti quatuor. Ad mandibulę uerò motus duodecim. Et faciei partibus quæ uoluntariè mouentur, nouem. Quorum unus eſt ſub extremitate cutis

Motus uoluntarij corporis.

frontis,

Digitized by Google

frontis, cuius auxilio fit ut magna fiat oculi apertio. Et alij duo, à quibus nariũ mouetur extremitas. Et alij duo, qui ſuperius labiũ mouent ſurſum. Et alij duo, qui labium inferius deorſum mouent. Præter hos uerò ſunt duo muſculi, qui mouent maxillas. Muſculi uerò à quibus caput mouetur, & collũ, ſunt uiginti tres. Quorũ quidam ſolũmodo caput mouent ad partem, in qua eſt muſculus. Alij uerò etiam cum capite mouent collũ. Et ſunt alij qui ipſum mouent ſurſum. Et quidã eorum mouẽt ipſum anterius: Quidam uerò poſterius, Et alij dextrorſum, Et alij ſiniſtrorſum. Linguam uerò mouentes nouem ſunt. Qui autem gulã & epiglottim mouent, ſunt triginta duo. In cuiuſq; autem ſpatulæ motione, in omni latere ſunt ſeptem, qui omnes ipſius perficiunt motus. Ab una quaq; etiam parte ſunt quatuordecim, qui humerum adiutorium appellatũ mouent. Adiutorio quoq; ab unaquaq; parte ſuperponuntur quatuor, quorũ duo qui ſunt interius, brachium trahunt interius, & duo qui in ſylueſtri ſunt parte, hoc eſt, exterius ipſum extendunt. Sunt etiam in unoquoq; brachio decem & ſeptem, quorum decem in parte interiore, & ſeptem in parte locantur exteriore, à quibus manus intus & extra, & ad partem pollicis, & ad partẽ auricularis mouetur, & contrahuntur digiti & extenduntur. In unaquaq; uerò manu ab unaquaq; parte, ſunt decem & octo, à quibus digiti uerſus pollicem, & uerſus auricularem mouentur. Ad pectoris uerò motionem, centum & ſeptem muſculi ſunt conſtituti, quorum quidã dilatant, alij uerò ipſum conſtringunt. Qui uerò omnes dorſi perficiunt motus, quadraginta & octo ſunt. Et ſunt alij octo qui ſuper uentrem ab inferiore parte thoracis locati, uſq; ad fœmur protenduntur, quorum in lõgitudine quidam ſunt, quidam uerò in obliquum extenduntur, à quibus omnes uentris motus qui cõſtringendo fiunt, uel comprimẽdo, perficiuntur. Horum etiam auxilio alij ſunt motus. In maſculorum quoq; teſticulis quatuor inueniuntur muſculi. Præter quos ſunt alij quatuor mouentes uirgam. Eſt unus qui ueſicæ collum cõſtringit, ne inuolũtariè urina egrediatur. In lõganone ſimiliter ſunt quatuor qui ipſius orificium tenent, ne ſtercus inuoluntariè exeat. In natibus etiam ſunt uigintiſex, à quibus coxæ mouẽtur. Coxis etiam ſunt uigintiſex, à quibus coxæ mouentur, quorum ſitus eſt ſuperior. Coxis uerò uiginti ſuperponũtur, qui crura mouent. Ad pedis autem motionem, & quorundam ſuorum digitorum ſuperpoſiti ſunt cruribus uigintiocto. Vt autẽ reliqui pedis digiti moueantur, ſuper pedes uigintiduo ſunt locati.

Muſculi linguæ & gulæ.

Muſculi thoracis & dorſi.

De neruis. *Cap.* IIII.

NEruorum ortus aut à cerebro eſt, aut à ſpinali medulla. Spinalis medulla autem à poſteriori cerebri parte egreditur, quæ panniculis inuoluitur cerebri, quos cum de cerebri tractabimus anatomia, nominabimus. Spõdylibus quoq; cooperitur uſquequo perueniat ad os, quod, ut diximus, alohoſos uocatur. Ab hac autem ſpinali medulla per unamquanq; duarum ſpondylium iuncturam, unum neruorũ par exoritur, quorum unus dextrorſum, alter ſiniſtrorſum tendit. Quod tamdiu fit quouſq; peruenit ad finem alohoſos, à quo neruus pari carens egreditur, quamobrem impar dicitur. Nerui ſimiliter à cerebro egredientes pares inueni-

Neruorum ortus.

Digitized by Google

reſ inueniuntur, quorum unus dextrorſum, alius, ut prędictum eſt, ſiniſtror ſum dirigitur. Primum uerò horum ſeptem parium neruorum, qui à cerebro prodeunt, duos habet neruos, qui in anteriori cerebri parte exoriuntur, & oculis directi, ſenſum uiſus eis tribuunt, quorum unuſquiſque concauus eſt: Qui cum aliquantulum ab eo elongati fuerint coniunguntur, & ex utrorumque concauitatibus una prouenit concauitas. Ante tamen quàm egrediantur ex craneo, ſeparantur, quorum unuſquiſque à craneo exiens, oculo in parte ſua exiſtenti dirigitur. Par autem ſecundum, poſt primum oritur par, quod per foramina quæ in ſinu oculi ſunt, exit à craneo, & per oculorũ muſculos ſpargitur, dans eis ſuos motus. Tertium uerò par, poſt ſecundi paris ortum oritur, ubi primus cerebri uenter ad ſecundum peruenit uetrem. Hos autem uentres, poſtea dicam. Quarto quoque pari, quod eſt poſt ipſum, admiſcetur, à quo poſtea ſeparatum in quatuor diuiditur partes, quarum una ad uentrem ſub diaphragmate deſcendit. Aliarũ uerò quædam, per loca faciei, & aurium, & narium ſpargitur. Quædam autem pari quod ſequitur hoc par, continuatur. Par quoque quartum poſt tertium exoritur, & per palatum ſpargitur dans ſenſum ei proprium. Quintum autem par eſt, per cuius unam partem audiendi fit ſenſus, & per aliam mouentur muſculi, qui faciem mouent. Par quoque ſextum eſt cuius una pars gutturi trãſmittitur & linguæ: Alia uerò muſculis qui in ſpatulis ſunt, & in membris quæ ſunt circa ipſas dirigitur. Alia uerò pars per collũ deſcendit, quæ à ſe multos emittit ramos, quorũ quidam ad muſculos qui ſunt in epiglotti de uadunt. Qui cum ad pectus ueniunt diuidũtur iterum, quorũ partes quędam ſurſum reuertuntur, quouſque muſculis qui ſunt in epiglottide coniungantur. Aliæ uerò per cordis capſulam ſparguntur, & per pulmonem, & meri, & per loca his uicina, quod uerò ex hoc pari reliquum eſt, quod eſt etiam eius maior pars, quouſque penetret diaphragma, protenditur, & eius maior pars ori continuatur ſtomachi. Alia uerò eius pars panniculo hepatis, & ſpleni coniungitur, & alijs uiſceribus: Vbi & tertij paris partes quædam ei continuantur. Septimum autem par, à poſteriori parte cerebri, à qua oritur ſpinalis medulla generatur, quod per linguæ & epiglottidis diuiditur muſculos. A ſpinalis uerò medulla triginta unum paria neruorum exoriuntur, & unus neruus qui caret pari, quorum ſeptem à colli ſpondylibus oriuntur. Duodecim uerò paria à dorſi ſpondylibus, uſque ubi dorſo opponitur pectus, exoriuntur. Quinque uerò paria, quæ ſunt poſt iſta ex ſpondylibus cathin, qui eſt inferior dorſi locus, ab inferiorum coſtarum ſpondylibus naſcũtur. Ab oſſe autem ſacro tria alia oriuntur. Poſt quæ alia tria ab oſſe alohoſos, id eſt, coccygis exorta reperiunt̃. Ab alohoſos uerò ſummitate neruus pari carẽs exorit̃, ex medio eius. Primum aũt iſtorum parium à ſpinali medulla procedentium, à primæ ſpondylis colli foramine exoritur, quod caput aſcendens per ipſius ſpargitur muſculos. Par autem ſecundũ à foramine, quod inter primã & ſecundam reperitur ſpondylẽ exortum, cuti cõtinuat̃ capitis, dans ei tactũ. Muſculis quoque colli coniungit̃ & maxillarũ, dans eis motũ. Et par tertiũ à foramine, quod eſt inter ſecundã ſpondylem & tertiam exortũ, in duas diuiditur partes. Quarũ una muſculis qui mouent maxillas

Primum par neruorum.

Cathin.

Par primum à ſpinali medulla.

Digitized by Google

uenit maxillas tranſmittitur. Alia uerò per muſculos diſpartitur qui inter utraſque locantur ſpatulas. Par itidem quartũ inter tertiam & quartã exoritur ſpondylem, quod in duo diuiditur, quorum unum poſterius per dorſi muſculos partitur, aliud uerò anterius protenſum, per muſculos ſegregatur, qui in directo eius ſunt & ſupra ipſum. Quintum quoq; par inter quartam & quintam egreſſum ſpondylem, in tres diuiditur partes, quarum una diaphragmati dirigitur. Alia uerò muſculis, qui caput mouent, & collum, porrigitur. Alia autem ad muſculos protenditur ſpatularum. Et ſextum ſimiliter par inter quintam & ſextam naſcitur ſpondylem. Septimum quoq; inter ſextam & ſeptimam ſpondylem oritur. Octauum uerò inter ſeptimam ſpondylem & octauam naſcitur, ubi colli ſpondyles finiuntur. Neruorum uerò, ab his omnibus partibus procedentium, quidam, per capitis & colli muſculos partiuntur, & quidam per dorſi muſculos & diaphragmatis, exceptis his, qui ab octauo procedunt pari, quorum nullus ad diaphragma peruenit, & quidam ad humerum, ſeu adiutorium, & ad brachium, manumq; uadunt. Sexti quoque paris, partes quædam ad ſpatularum diriguntur muſculos, aliæ humerum mouent, aliæ uerò ſuperioribus humeri partibus ſenſum præbent. Septimi itidem paris partium quædam muſculis mandantur, qui ſunt in humero. Aliæ brachium mouent, aliæ quoque per adiutorij cutem diſperguntur ſenſum ei dantes. Octaui quoq; paris quędam per brachij cutem partiuntur, dantes ei ſenſum. Aliæ uerò ad brachij tendunt muſculos, manibus motum præſtantes. Nonum iterum par inter octauam & nonam egreditur ſpondylem, ubi dorſi ſpondyles initium ſumunt. Cuius quædam partes per muſculos qui ſunt in coſtis ſeparantur. Aliæ uerò per dorſi muſculos partiuntur. Quædam uerò ad manũ deſcendentes per eam ſegregantur, ſenſum ei dantes & motum. Decimum quoq; par inter nonam ſpondylem exoritur & decimam, cuius una pars cuti trãſmiſſa humeri, dat ei ſenſum. Reliqua uerò pars diuiditur, cuius quædã pars anterius progreſſa per muſculos qui ſunt inter coſtas, & per muſculos qui ueſtiuntur, ſuper pectus diſpartitur: Et alia eius pars per dorſi & ſpatularum muſculos diuiditur. Atque ad hunc quidem modum progrediuntur, & diuidũtur reliquorum parium nerui, uſque ad decimumnonum. Par autem uiceſimum eſt primum, cuius nerui ab inferioribus dorſi ſpondylibus exeunt, & inter decimamnonam & uiceſimam egreditur ſpondylem. Et ad hunc modum inter ſpondyles quinque oriuntur paria, quorum nerui quidã uadunt ad anũ, & per muſculos qui ſupponuntur uentri diuidũtur. Alia autem per muſculos partiuntur, qui ſunt ſuper lumbos. Tria autem horũ quandoque paria ſuperiora, neruis qui deſcendunt à cerebro miſcentur. Reliqua uerò duo paria, quæ ſub iſtis tribus exiſtunt ramos ex ſe magnos mittunt, qui ad crura deſcendentes, uſque ad pedum extremitates perueniunt. Viceſimi autem quinti paris nerui ſunt, primi, qui à primo trium oſſium ſacri oſſis egrediuntur. A ſecundo autem oſſe, horum trium parium, ſecundum exit, atque à tertio tertium procedit. Hæc autem tria paria omnia neruis miſcẽtur, qui ab inferioribus dorſi egrediuntur, quorũ magna pars ad pedes deſcendit. Sed tria paria ſimul cum neruo pari carente ab oſſibus

Digitized by Google

coccygis alohoſos'ue exeuntia, ad uirile membrum, & ad muſculos ani, & ad ueſicam, & ad alia loca inferiora his, protenduntur.

De uenarum forma. Cap. V.

VEnæ omnes à gibboſa hepatis parte oriuntur. Hepar enim interius concauum eſt, exterius gibboſum. Super gibboſam uerò ipſius partem, quædam magna oritur uena, quæ quidem cum parum protracta fuerit, in duas diuiditur partes. Quarum una quæ maior eſt, ad inferiores corporis partes deriuatur, ut omnia membra ibi reperta ipſa imbibat. Secũda uerò, ad ſuperiorum corporis membrorum imbibitionem, ſuperius uadit. quæ uſq; adeò ſurſum tendit, quouſque diaphragmati continuetur: Vbi ipſa in duas diuiditur uenas, quæ per diaphragma ut nutriant ipſum diſgregantur, quæ poſtea perforant diaphragma. Poſt cuius perforationem, uenæ ſubtiles ab eis diſgregatæ, panniculo qui pectus in duas diuidit partes, & cordis capſulæ, atque glandulæ, quæ à medicis uocatur morum, continuantur, & per prædicta ſparguntur membra, quorum formas in ſequentibus demonſtrabo. Poſtea uerò quidam magnus ab ea ſeparatur ramus, qui uni duarum cordis auricularum, dextræ, ſcilicet, continuatur, & in tres partes diuiditur, quarum una dextram cordis ingreditur concauitatem, quæ etiam alia maior exiſtit. Secũda uerò, ea, quæ exterius ſunt, in cordis ſuperficie circuit, & per ipſum totum partitur. Tertia autem inferioribus pectoris partibus coniungitur, & membra quæ ibi ſunt nutrit. Quę poſtquam pertranſierit cor in rectitudinem porrigitur, quouſque ad furculas pectoris perueniat. In hoc autẽ itinere, ramuſculi ab ea ſubtiles in unamquanque duarum ſegregantur partium, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Quæ membra, quæ in eorum locãtur rectitudinem uel circa ipſos, imbibunt. Exterius etiam à ſe ramos emittit, qui muſculos exterius in prædictorum membrorum rectitudine, quæ interius ſunt repertos humectant, quæ quum in rectitudine axillæ fuerit, ramus quidam magnus exterius ab ea egreditur, qui ad manum, quæ eſt ex parte axillæ illius protenditur, qui baſilica nuncupatur. Hæc autem quum in rectitudine fuerit medietatis, quæ inter duas exiſtit furculas, quæ lumbæ uocantur, in duas diuiditur partes. Quarum una ad dextram partem, alia uerò ad ſiniſtram tendit. Harum autem unaquæq; in duas iterum diuiditur partes. Quarum una humero ſuppoſita, ad manum à parte exteriore tendit, & uocatur Cephalica. Alia uero utrinque in duas diuiditur partes. Quarum una per interiores colli aſcendit partes, quouſque craneum ingreditur, & partes membrorum cerebri, & ſuorum panniculorum ibidem repertas, imbibit. Et in tranſitu eius per collũ uſquequo ad cerebrũ ingrediatur, rami ab ea ſubtiles diuiduntur, qui membra in collo occulta humectant. Hæc autem uena colli, iugularis, & Arabicè quidem occulta uocatur. Alia autem manifeſta aſcendit quouſque per faciem, & caput, & oculos, & nares diuidatur, & membra hæc omnia nutriat, quæ etiam quidem manifeſta uocatur. A uena uerò humerali, dum per cubitum tranſit, rami quidam ſubtiles ſeparãtur, à quibus ea quæ in humero exterius ſunt manifeſta inſeruntur, aut imbibuntur. Simili quoque modo ab axillari (quæ aſ-

Baſilica. *Cephalica* *Iugulares.*

fellata

ſellata à barbaris dicitur) uena, ſegregantur rami ſubtiles, qui occultas humeri carnes nutriant. Et cum humeralis uena & axillaris prope cubiti iuncturam ueniunt, duæ ab eis ſeparãtur partes, una, ſcilicet, ab axillari, & alia ab humerali, & coniunctim deſcendunt, quouſque una ex eis fiat uena, quę purpurea uocatur. Alia uerò humeralis uenæ pars, protenditur per manifeſtas humeri partes, & ſuper cubitum altum, quam ulnam uocant, tranſit, & uocatur hæc funis brachij. Aſellatę uerò pars altera quæ eſt inferioris loci per partem brachij, quæ eſt in profundo, tranſit, quæ uſque adeò protenditur, quouſque ad caput inferioris radij perueniat: Et fit ex uno ſuorum ramorum uena, quæ eſt inter anularem & auricularem, quæ faluatella uocatur. *Saluatella.* Pars autem quæ ad corporis inferiora deſcendit, ſuper dorſi ſpondyles tranſit, quæ deſcẽdendo inferius porrigitur, à qua rami egrediuntur, qui ad renum faſcias, & ſuorum panniculorum, & ad membra quæ his circunponuntur tendunt, & ea nutriunt. A qua poſtea duo magni ſeparantur rami, qui renum ingrediuntur cõcauitates. Poſt quos duo alij reperiuntur, qui ad teſticulos uadunt, deinceps etiam ab eadem in directo cuiuſque ſpondylis, duo alij ſeparantur rami, qui ad utraque procedentes latera, membra quæ circa ipſa ſunt, quæ uel occulta ſunt, ceu uterus, quæ matrix dicitur, uel ueſica, uel manifeſta, ſicut uenter, & ilia, humectant, quæ cum ad ultimam peruenerint ſpondylem, in duas ſeparantur partes, quarũ una ad dextrum pedem, & alia ad ſiniſtrum tendit: Et ab his ſegregãtur partes, quæ coxarum nutriunt muſculos, quarum quædam ſunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur muſculi, quædam manifeſtæ, quæ manifeſtos humectãt muſculos. Quæ iterum cum ad genu peruenerit, in tres diuiditur partes, quarum una per medium tranſit, cuius rami omnes cruris nutriunt muſculos, qui interius & exterius reperiuntur. Alia uerò ad partem cruris domeſticam tendit, quæ uſque adeò taliter incedit, donec ſuper malleolum interiorem apparere incipiat: Et tunc ex ea fit uena, quæ ſaphena uocatur, *Saphena.* pars uerò tertia, ad partem cruris exteriorem tendit, quæ ſimiliter occultatur, quouſque ad malleolum perueniat exteriorem, quæ etiam uena dicitur Iſchiatica. *Iſchiatica.* Ab unaquaq; autem iſtarum cum ad pedem peruenerit ſeparantur partes, quæ per pedem ſegregantur, quarum illæ quæ in partibus dictorum minimi, ſcilicet, & ſecundi ab eo reperiuntur, uenæ iſchiaticæ partes ſunt. Quæ uerò in partibus reperiuntur pollicis, uenæ ſaphenę ſunt partes.

De arteriarum forma. Cap. VI.

ARteriæ omnes à corde procedentes, ab eius ſiniſtra oriuntur concauitate. Ab hac autem duæ exeunt arteriæ, quarum una quæ minor eſt, una tantum uelatur tunica, quæ etiam aliarum arteriarum duabus tunicis gracilior exiſtit. Hæc quoq; in uenæ eſſentiã tranſiens, pulmonẽ ingreditur, et per ipſum partiť. Ab alia uerò, quę multo maior eſt, in ſua prima egreſſiõe, duo ſeparanť rami, quorũ unus qui minor eſt, ad dextrã cordis tendit concauitatẽ. Alter uerò ad ea, quæ circunquaq; in cordis cõſiſtunt ſuperficie trãſmittiť, deinde ingrediť ipſum, & in ipſo ſpargitur. Huius autem arteriæ pars, quæ poſt duorum ramorum prædictorum ſepa-

 rationem,

rationem, ab ea remanſit in duas ſeparatur partes, quarum una quidem ad inferiores corporis partes deſcendit, altera uerò ſuperiora corporis petit. Hęc autem pars ſuperiora petens, in ramos diſpartitur ad utracꝫ tendens latera, qui membris in ipſorum ramorum rectitudine exiſtentibus continuantur, ut calorem eis tribuant naturalem. Hi autem rami tamdiu ſic protenduntur, donec in directo axillæ exiſtant, ubi à prædicta arteria unus egreditur ramus, qui unà cum axillari ad manum uadit, & per ipſam diuiditur, quemadmodum uenam diuidi diximus. Ab hoc autem ramo ſeparantur rami ad occultos & manifeſtos humeri muſculos tendentes. Ipſe tamē ſemper coopertus eſt, & occultus, uſquequo ad cubitum peruenit: Vbi in multis corporibus ipſius apparet pulſus. Ipſe quoque tamdiu ſub uena uadit axillari ei coniunctus, donec ſuo cubito parum deſcendit. De hinc uerò interius penetrat magis & dilatatur, & ſeparantur ab eo rami ad modum capillorum ſubtiles, qui brachij cōtinuantur muſculis, quod tamdiu fit donec magnam pertranſeat brachij partem. Poſt hæc uerò in duas diuiditur partes, quarum una ſuperius tranſiens ulnam, ad brachiale uadit. Et hæc eſt arteria, quam medici tangunt. Altera ſimiliter eius pars per radium tranſiēs ad brachiale tendit, quę eſt minor arteria. Hæ autem utracꝫ per uolam partiuntur, quarum pulſus in dorſo manus quandoque apparet. Hæc iterum arteria, quam corporis ſuperiora petere diximus, quum ad locum qui duarum medius eſt furcularum uenerit, in duas ſeparatur partes, quarum unaquæque in duas ſimiliter diſtribuitur partes, quarum una iugulari adpropinquat occulte, & tamdiu aſcendit donec craneum ingrediatur. In hoc autem ſui itineris aſcenſu, rami ab ea ſeparantur, qui membris occultis ibi exiſtentibus continuantur, ſicut in uenarum diximus libro. Sed cum craneum ingreſſa fuerit mirabiliter ibi diſpergitur, & fit ex ea illud quod rete ſuper cerebrum expanſum uocatur, quod eſt, corpus multis ſimile retibus, quorum uni aliud ſupponitur. Poſt huius uerò retis diuiſionem adunantur, & exeunt à prædicto rete duæ arteriæ, æquè magnæ ut erant antequàm in prædictum diuiderentur rete, quæ tunc ſubſtantiam ingrediuntur cerebri, & per ipſum ſeparantur. Alia autem duarum iſtarum pars, quæ etiam minor eſt, ſuperius ad faciei & capitis ſuperficiem tendit, ubi per membra diuiditur manifeſta, ſicut iugularis manifeſta. Cuius quidem pulſus aliquando poſt aurem apparet & in tempore. Pulſus autem qui iuxta iugularem apparet, non eſt huius arteriæ pulſus, ſed eſt maioris partis quæ iugulari continuatur occultæ. Et hæ duæ arteriæ lethargicæ uocantur. Pars autem aliarum duarum cordis arteriarum, ad inferiores corporis deſcendens partes, ſuper dorſi uertebras poſita, deſcēdit inferius, à qua iuxta unamquancꝫ uertebram quidā ſeparantur rami, quorum quidam dextrorſum tendentes, & alij ſiniſtrorſum, mēbris quæ in eorū locantur rectitudine continuantur. Primus autem ramus ab ea egrediens eſt ille qui ad pulmonem uadit, poſt quem ſunt alij, qui ad muſculos inter coſtas exiſtentes tendunt. Poſt iſtos autem ſunt alij rami ad ſeptum tranſuerſum procedentes, quos alij ſequuntur, qui ad ſtomachum, & hepar, & ſplenem, & omentum, ſiue reticulum, & inteſtina, & renes, & matricē, & teſticulos, & ueſicā, & ad uirgā dirigūtur:

Rete mirabile.

Lethargicæ arteriæ.

Quorum

Digitized by Google

Quorum etiam quidam adeò protenduntur, donec exterioribus muſcu-lis, qui in horum reperiuntur locorum rectitudinem, continuentur. Et cum omnes iſti rami ad ultimam uenerint uertebram, in duas ſeparantur partes, ad pedes deſcendentes, quæ eodem modo, quo & uenæ diuiduntur, & nihil intereſt aliud niſi quod arteriæ per membrorum profunditatem uadũt, quarum pulſus in inguinibus & ſub malleolis interius & exterius, & in pedis dorſo prope magnam chordam apparet.

De figura cerebri. *Cap.* VII.

CErebrum uerò eſt ſolidum, ſed quaſdam habet concauitates, quæ ipſius dicuntur uentriculi, & ſunt ſecundũ Galenũ quatuor, inter quos & quidam reperiuntur tranſitus, quibus ab uno in aliũ perueniri poſſit, quorum duo in anteriori cerebri parte ſtatuuntur, & unus in medio, alius autem in occipitio ſiſtitur, quorũ hęc eſt figura. Vtiq; apud iſtos tranſitus, quædã reperiuntur partes aptas habentes figuras ad hoc, ut aperiat eos aliquando, & aliquando claudat. Duo quoque habet additamenta à duobus anterioribus uentriculis exorta, quæ mãmillarum capitibus ſimilia, ad os, quod aſſimilat̃ colatorio, tendunt, quibus ſenſus, qui dicitur odoratus perficit̃. Hoc uerò os multis perforatũ foraminibus non æqualibus in loco cranei ubi nares figuntur, poſitũ eſt. Cerebrũ quoq; præter ſupradicta, duos habet pãniculos, quorũ unus craſſus eſt, alter ſubtilis. Subtilis uerò cerebro multũ accedit, & quibuſdã locis ei miſcetur. Craſſus autem craneo adhæret, qui etiam in quibuſdã locis cerebro fit multum uicinus, & in duobus locis multis perforatus eſt foraminibus, quorum unum eſt iuxta foramen, ubi nares craneo iunguntur, prope os quod colatorium nominatur, & alius eſt iuxta os perforatum, quod eſt in palato. Per primũ uerò os quod ſuperiori narium extremitati coniungitur, anteriori uentriculorum ſuperfluitates ad nares deſcendunt. Per ſecundum autem os, quod eſt in palato, medij uentriculi ſuperfluitates, & poſterioris ad os effluunt. Harum autem ſuperfluitatum expulſione, cerebrum à multis malis ægritudinibus illæſum conſeruat̃. Sub cerebro quoq; & ſub eius panniculo craſſo eſt textura reti ſimilis, quæ ex arterijs caput aſcendentib. generat̃. A qua duæ, ut iam diximus in tractatu arteriarum, arteriæ exeunt, quæ pãniculum intrantes craſſum cerebro continuantur. De ortu autem neruorum à cerebro procedentium, ſufficienter in neruorum tractatu diximus.

Tenuis mẽbrana & craſſa.

De figura oculi. *Cap.* VIII.

OCulus ex ſeptem tunicis, & tribus componi inuenitur humoribus. Cuius quidem compoſitionis modũ nunc dicturi ſumus. Neruus nanq; concauus qui à cerebro primus egreditur, ad ſinum oculi tendens, craneum egreditur. Hic autem in ſuo exitu duobus cerebri uelatur panniculis, qui craneum egrediens ad ſinum ocularis peruenit oſſis, ibique ab eo craſſus ſeparatur panniculus, qui in ueſtimentum & totius ſuperficiei ocularis oſſis tranſit pannicolũ. Hic aũt panniculus à Chirurgicis, tunica uocat̃ ſclerotica. Subſequẽter quoq; à prędicto neruo pãniculus ſeparatur ſubtilis, qui ſub ſclerotica in aliud trãſit ueſtimentum, quod ſecundina

Sclerotica tunica.

Digitized by Google

quod ſecundina uocatur, eò quod ſecundinæ mulierum ſimilis exiſtit. Dilatatur præterea neruus ipſe, & ſub prædictis duobus fit ex eo panniculus quidam, qui retina uocatur tunica. In huius autem tunicæ medio, quoddam præterea molle generatur corpus humidum, quod in colore uitro aſſimilatum, uitreus appellatur humor. In cuius ſimiliter medio aliud procreatur corpus, cum rotunditate quadam participãs latitudine, quod quia in ſua radiatione grandini ſimile eſt, grandineus uocatˀ humor. Cuius medietas prędicto uitreo circũdatur humore, Alia autem ipſius medietas, quadã circundatur tunica, quæ multum luminoſa cum aranei telæ ſit ſimilata, aranea nominatur tela. Super hanc autem quoddam liquidum locatur corpus, quod, qa albugini oui aſſimilatur, albugineus dictus eſt humor, cuius corpus ſupponitˀ ſubtile, interius, uidelicet, à parte humoris albuginei rugoſum: Exterius uerò tẽſum, cuius quidẽ color in corporibus diuerſificatur. Aliquãdo enim eſt multum niger, quãdoq; minus, quãdoq; etiam eſt uarius. In huius autem medio in loco, ſcilicet, ubi grandineo opponitˀ humori, eſt foramen quod quãdoq; dilatatur, quandoq; conſtringitur, prout grandineo humori cauſa luminis neceſſariũ fuerit. Conſtringitur enim quum lumen eſt multum, & dilatatur quum eſt in obſcuro. Hoc autem foramen eſt pupilla. Prædictus uerò pãniculus, uuea nominatur tunica. Huic uerò tunicæ aliud ꝗdam ſuperponitur corpus, eam cooperiens, ſpiſſum, durum, luminiſq; peruium, albi cornu fruſtulo ſimile, quod cornea nominatur tunica, quæ ſecundum tunicæ ſibi ſuppoſitę colorem, coloratur, quæ uuea nominatur; quemadmodum cum uitro in anulo incluſo aliquid ſupponitur, à quo colorem ſuſcipit: Et ſuper iſtud ſic ueſtitum, non tamen ſuper totum, ſed uſq; ad nigredinem oculi pertingens, aliud locatur corpus, quod eſt durum & albi coloris, & coniunctiua uocatur tunica, quæ eſt id, quod in oculo album apparet. Tunica autem iſta, ex cute quæ exterius ſuperponitur craneo naſcitur. Cornea uerò à ſclirotica oritur tunica. Vuea autem naſcitur à ſecundina, & aranea tela, ex retina procreatur.

Rhetina. *Albugineus humor.* *Vuea tunica.* *Cornea.* *Vuea.* *Coniunctiua.*

De figura & uſu narium. Cap. IX.

NArium foramina aſcendendo in duas ſeparantur partes. Quorũ unum interius ad oris tendit extremitatem, aliud uerò ſuperius, uſq; ad os quod aſſimilatur colatorio, porrigitˀ, quod ante duo cerebri additamenta mammillarum ſimilia additamẽtis poſitum eſt, per hunc tranſitum fit odoratus. Sed per primum foramen, quod oris coniungitur extremitati ſolita aẽris peruenit atractio, non illa quæ quandoq; ſolet fieri ore.

De forma & ſitu bucini auris. Cap. X.

AVris foramẽ in oſſe duro, quod uocatur petroſum, inuenitur. Hoc autem os ualdè tortuoſum eſt, & multas habet reuolutiones, & taliter protenditur uſque ad neruum quinti paris, quod à cerebro exoritur, per quem fit auditus.

Digitized by Google

De figura & forma linguæ Cap. XI.

Lingua autem eſt caro mollis & alba quæ multis paruis circundatur uenis, in quibus exiſtit ſanguis, quamobrem eius color, in rubrum mutatur. Sub parte uerò eius inferiori uenæ ſunt, & arteriæ multæ, & nerui multi, quorum omium magnitudo linguæ ſuperat menſuram. Sunt etiam ſub ea orificia duo, à quibus egreditur ſaliua, quæ uſq; ad carnem glandoſam & mollem prope linguę radicem poſitam protenduntur. Hæc autem caro ſaliuam generans nominatur, & duo ſimiliter prædicta orificia ſaliuam emittentia uocantur. Per ipſa enim duo, humor naturalis in lingua, & in eis quæ ſunt circa ipſam remanet. *Caro ſaliuam generans.*

De forma gutturis & oris. Cap. XII.

ORis extremitas ad duo tendit foramina, ſiue meatus, quorum unum quidē quod anterius locatur, trachea eſt arteria, quod à Chirurgicis pulmonis dicitur cannalis. Alterum uerò poſterius, ad partem colli ſuper eius, uidelicet, uertebras poſitum, gula Latinè, meri Arabicè uocatur, per quod cibus tranſit & potus. Per Tracheam uerò arteriam, non tranſit niſi aër qui attrahitur & emittitur per anhelitum. Cui coopertorium ipſi connexum factum eſt, quod eam, cum cibus traijcitur, cooperit. Quod ideò factum eſt, ne aliquid eorū quæ traijciuntur, ipſam ingrediatur. Nam cum ipſam aliquid ingreditur, homini ęſtuatio accidit, & nociua diſpoſitio, ſimilis ei quæ accidit alicui, quum in naribus aliquid ponitur, uſquequo ſternutatio incipiat. Eodem quoq; modo æſtuat pulmo, & fit in eo tuſſis fortis, quouſque illud, quod in trachea eſt arteria proiectum fuerit. Iſta autem membrorum diſpoſitio ualdè bene facta eſt, quia per hoc foramen ad pulmonem fit tranſitus, quumq; pulmo nutricatiōis inſtrumentū nō ſit, ſed attrahendi aërem, nec inferius perforatus: Vnde ſi in ipſum aliquid caderet, aëris attractio anguſtaretur, neceſſe fuit, ut cuſtodiretur. Fuit itaq; ſatis congruè præmunitum ne iſtud accidere poſſet, niſi raro, q̃d tunc, ſcilicet, accidit, quum homo aut tuſſit, aut clamat, aut loquitur, & traijcit cibum, & ſimul attrahit aërem, quod quum accidit, non quieſcit tuſſiendo, donec totum illud expellatur. In hoc quoq; loco, uocis inſtrumentū factū fuit. Vox enim ex aëre generatur attracto, qui eſt eius materia: In hoc itaq; loco, inſtrumenta ad uocis generationē apta facta fuerunt, non ut unius ſolū uocis generationē, ſed ad omnes eius generādos modos, quorū unū eſt inſtrumentū q̃d ępiglottis uocat̃, quæ ex tribus taliter cōponitur cartilaginibus, ut ad uocis generationē ſit apta. Aliud uerò eſt corpus quoddam, q̃d linguę aſſimilatur fiſtulę, q̃d omnibus alijs uocis inſtrumētis, nobilius exiſtit. Alia autem ſunt, muſculi multi ad generandos motus apti, qui in hoc loco ſunt neceſſarij, pro quorū diuerſitate figurarū, diuerſi uocis proueniunt modi. Omnia autē membra hęc, ſcilicet, trachea arteria, & cannales pulmonis, & totus etiam pulmo, pectus quoq; totū, cum omnibus ſuis muſculis ſuiſq; pāniculis et diaphragma, propter aëris attractionē facta ſunt. Poſtea uerò ab attractione aëris per epiglottida, & corpus linguæ fiſtulæ aſſimilatum peruenit uox, poſt hoc autem toni, & loquela auxilio linguæ, & labiorum, & dentium, & omnium eorum quæ ſunt in ore, perficiuntur.

Pulmo officina aëris.

Epiglottis.

Digitized by Google

De figura pectoris & pulmonis. Cap. XIII.

Concauitas totius uentris, quæ à furculis uſq; ad duo ilium oſſa inuenitur, in duas magnas ſeparatur partes; quarum una, quæ ſuperior eſt, pulmonem cõtinet & cor, altera uerò qua eſt inferior, ſtomachum continet, & inteſtina, & hepar, & ſplenem, & fel, & renes, & ueſicam, & uterum. Has autem concauitates quoddam ſeparat corpus, quod diaphragma nuncupatur. Diaphragma quidem incipit à capite thoracis, & ex tranſuerſo tendit inferius, ad utrunq; latus, donec duodecimæ ſpondyli continuatur dorſi, ſeparans ea quæ ſupra ipſum ſunt, ab his quæ ſunt ſub ipſo. Superior quoq; cõcauitas in duas iterũ diſtribuitũ partes, quas alius panniculus diſtinguit diaphragmati ſimilis, tẽdens per medium eorum, quo uſq; dorſi continuatur ſpondylibus. Et fit harum trium concauitatum figura talis. Tota uerò ſuperior concauitas pectus uocatur, cuius ſuperior terminus ſunt furculæ, inferior uerò diaphragma, uentrem in latitudinem diuidens. Et hæc, quam diximus, eſt pectoris figura, pulmonis autem cannalis ab oris, ut diximus, extremitate incipit, qui cum ad locum qui eſt ſub furculis peruenit, in duas diuiditur partes. quarum unaquæq; iterum in multas ſeparatur partes, inter quas caro, quæ eſt in pulmone, texitur & ſolidatur. Et ex iſtis cannalibus qui ſic diuiduntur, & ex uenis etiam quæ ad eas ueniunt, nec non ex carne quæ eas circundat, corpus generatur pulmonis. Cuius una medietas in concauitate pectoris dextra, altera uerò in ſiniſtra locatur, Altera autem trachea ex cartilaginibus duas imperfecti circuli habentibus partes componitur, quarum extremitates panniculus mollis ſecundum rectam incedens lineam continuat, ut in hac apparet figura. Inter iſtos uerò anulos, molles continuantur panniculi: Ipſi uerò anuli duri ſunt & cartilaginoſi. Pars autem anulorum gibboſa exterius, in parte corporis manifeſta ponitur, quæ etiam manu tangi poteſt. Panniculus uerò ſecundum rectam lineam incedens, gulæ coniungitur. Quod ſi tu imaginatus fueris duas cannulas parum longas, ex una quarum tertiam ſcindendo auferas partem, & poſtea ſciſſuræ locum pergamento claudas, cuius in lõgitudine cannam aliam integram adijcias perficietur uiſio, qua tracheæ arteriæ & gulæ coniunctionis forma intelligi poteſt. Tota autem ſuperior concauitas non ob aliud eſt, niſi ut aër attrahatur. Pectus enim cum dilatatũ, dilatatũ & pulmo. Et quũ pulmo dilatatur, exteriorẽ attrahit aërẽ, & fit una duarum partium anhelitus, quæ eſt, aëris attractio. Poſtea uerò conſtringitur pectus, cum quo conſtringitur & pulmo, & fit conſtrictione eius aëris expulſio, quæ eſt anhelitus pars ſecunda. Exterioris autem aëris attractio, & ipſius expulſio, ad cordis euentationem fuit neceſſaria. Pars enim attracti aëris per foramina quæ inter pulmonẽ & cor exiſtunt, ad cor uadit, qui cum calefactus fuerit, neceſſe eſt expelli & mutari, ideoq; pectus conſtringit & pulmonem, qui conſtrictus aërem expellit. Iterumq; dilatatur pectus, & dilatat pulmonem, qui dilatatus, alium attrahit aërem, quemadmodum fit in follibus quibus euentatur ignis; qui quum dilatantur aëre implentur & quum conſtringuntur ab aëre euẽtantur. Ideoq; pectus in longitudine in duas diuiſum fuit concauitates, & in unaquaq; earũ pulmonis medietas

Diaphragma. *Thorax.*

Digitized by Google

medietas locata fuit, ut anhelitus duo haberet inſtrumenta, quatenus ſi uni aliquod malum contingeret accidens, cum alio ad id quod neceſſe eſt temperari poſſet, quod ſimiliter in oculis factum fuit. Actio enim hæc, ſcilicet, anhelitus ꝑ ſuæ nobilitatis uehementiã, & uehementiã neceſſitatis ipſius, ut uita ꝑduret, ut multũ cõſeruaretur neceſſariũ fuit, q̃d pro certo benefactũ fuit. Pectori enim ſæpe accidit percuſſio, ex qua una eius perforatur concauitas, ſed cum alia ad anhelitum perficiendum, ſecundum quod ei neceſſarium eſt temperatur. Duo uerò eius latera ſi fuerint perforata, animal non diutius uiuere poterit, quàm illud quod ſuffocatur. Sed quia trachea arteria à parte occulta adiuncta fuit gulæ, q̃d eſt foramen per quod cibus tranſit & potus, ideò panniculus mollis à parte prædictę gulæ poſitus fuit, ut cũ gula eam propter nimiam compreſſerit repletionem, cedat ei, & non anguſtetur gula. Et niſi uellem huius libri menſuram conſeruare, in iſtorum membrorum formis, & in ipſorum uſu, uerba amplificaremus, quod deuitantes ſummam comprehendendo, uerborum breuitati inſiſtimus in quantum poſſumus. *Gula.*

De figura cordis. *Cap.* XIIII.

COr in figura ſua pineæ aſſimilatur. Cuius quidem caput tornatile, quod quodammodo acutum eſt, ad inferiora corporis tendit, eius uerò radix ſuperius eſt. Cor autem capſulam habet, quæ ex ſpiſſo conſtat panniculo ipſum circundante. Hæc autem non totaliter, ſed tantum prope ſuam radicem ei continuatur. Cor autem in medio pectoris poſitum eſt, cuius quidem caput tornatile, ad ſiniſtram parum declinat partem, à qua magna tantum exoritur arteria. Vnde etiam pulſus in ſiniſtra magis apparet parte. Duos præter ea magnos etiã habet uentriculos, quorum unus in dextro eſt latere, alter in ſiniſtro. Inuenitur etiam iuxta originem uel radicem ſuam quoddã q̃d cartilagini aſſimilatur, quod quaſi totius cordis eſt baſis. Inter dextrum autem uentriculum ac ſiniſtrum, quædam reperiuntur foramina. Horum autem uentriculorum dexter, duo habet orificia, quorũ unum eſt per quod, uenæ quæ oriuntur ab hepate, ingrediuntur, & per quod ſanguis ad dextrum cordis tranſit uentriculũ. Super quod etiam os, tres panniculi exiſtunt, quorum inceſſus de foris incipiens, interius completur. Quod ideò fuit, ut reflectatur ad illud quod ingreditur. Alterũ uerò os uenæ, etiam eſt os, quæ ab hoc uentriculo pulmoni cõtinuatur, quæ etiam cum ſit uena & non arteria ſuæ tamen tunicæ craſſæ ſunt, & ſpiſſæ. Quamobrem ab anatomicis uena uocatur arteriata. Arteriarum enim tunicæ craſſiores ſunt, & duriores, & ſpiſſiores tunicis uenarum. Quod ideò ſic eſſe debuit, quia arteriæ aſſiduæ mouentur, quandiu homo uiuit, ex quo motu ſi contingeret eas rumpi, maius ſequeretur nocumentum, quàm ex uenarum ruptura. Super hoc autem os à quo prædicta procedit uena, panniculi tres locantur, quorum inceſſus ab interiori incipiens, foris finitur, ad hoc ut redeant & reflectantur ad id, quod à corde egreditur. Ventriculus inde ſiniſter, duo habet orificia. Quorum unum eſt os magnæ arteriæ, à qua totius corporis oriuntur arteriæ. Super hoc quoq; os, tres panniculi reperiuntur, quorum inceſſus ab inferioribus incipiẽs, foris finitur, ad hoc ut re- *Capſula cordis.*

Digitized by Google

deant & reflectantur ad id, quod à corde egreditur de ſpiritu & ſanguine. Aliud uerò eſt os uenæ, quæ ad pulmonem tendit, & in quo aëris eſt penetratio, per quod à pulmone aër ad cor tranſmittitur, ſuper quod etiam duo reperiuntur panniculi, quorum inceſſus de foris incipiens, interius complectur, ad hoc, ſcilicet, ut aperiantur & apti fiant, ut aër per eos ad cor intrare poſſit. Duoq́ præterea habet additamenta auriculis ſimilia, quorum unum eſt dextrum, aliud ſiniſtrum. Pulmo quoq; cor eſt cooperiẽs, prohibens ne oſſa pectoris anteriora ipſum tangant.

Pulmo.

De figuris gulæ & ſtomachi Cap. XV.

IN præcedentibus iam eſt oſtenſum, in oris extremitate duos eſſe meatus. Quorum unus, ut aër ad pulmonem trahatur, factus eſt, qui etiam trachea eſt arteria. Alter uerò, ut comeſta & bibita per ipſum ad ſtomachũ tranſeant, qui eſt gula. Meatus aũt hic qui gula Latinis, meri Arabibus uocatur, ſuper colli uertebras retropoſitus eſt. Qui inferius deſcẽdendo uadit, donec perforat diaphragma, ſemper exiſtens ligatus cum uertebris panniculis quibuſdam. Qui poſtquàm perforauerit diaphragma dilatatur, & generatur ex eo membrum, quod uocatur ſtomachus, qui etiam poſt prædictam perforationem diaphragmatis, in partem parumper inclinatur ſiniſtram. Vnde os ſtomachi, ad ſiniſtram partem inclinatum reperitur. Ipſius uerò fundus, ad dextram inclinatur partem. Quod ſi, tu imaginatus fueris cucurbitam rotundam longi colli ſuperius, cui ab inferioribus aliud continuetur, collum erit ſicuti uideres ſtomachi & gulæ figuram. Stomachus præterea à parte quæ eſt in parte dorſi, eſt aliquantulum latus. Cuius unum caput quod eſt ſuperius, eſt gula, alterum uerò, quod eſt inferius, principium eſt inteſtinorum. Et eſt ligatus cum uertebris, & alijs uiſceribus, ligamentis firmis, quæ ea firmiter tenent. Firmitudo autem ligationis & ſuſtentationis omnium interiorum eſt, prout eorum expetit nobilitas, & eis neceſſarium fuit, & ſuper ea ad ultimum, prout eorum miſertus eſt Deus. Meatus autem ſtomachi, qui eſt inferius, portanarius uocatur. Qui poſtquàm cibus in ſtomacho adunatus fuerit, contrahitur, & clauditur in tantum, quod nihil ab eo etiam aquæ egredi poteſt, donec digeſtio compleatur, uel cibus corrumpatur: Deinde aperitur donec, quod in ſtomacho eſt ad inteſtina currat. Et locus quidem hic, ut prædictum eſt, ortus inteſtinorum principium eſt. Stomachi quoque corpus ex tribus componitur tunicis, quarum una uillos ſuos in longitudine habet tranſeuntes. Alia uerò, eos habet in latitudinem tendentes. Tertia uerò, habet eos obliqua ex tranſuerſo tranſeuntes, quorum iuuamenta longum eſt per ſingula narrare.

Pyloros.

De figura inteſtinorum. Cap. XVI.

INteſtina ex duabus tunicis componi reperiuntur. Super interiore uerò tunica, uiſcoſitas quædam adherens reperitur, ſicut ſtagnatio. Inteſtina uerò omnia ſex tantum ſunt. Quorum tria ſuperiora ſunt gracilia,

& alia

Digitized by Google

& alia tria quæ ſunt inferiora, ſunt craſſa. Gracilium autem primum eſt inteſtinũ, quod ori inferiori ſtomachi continuari inuenitur, quod etiam duodenum nominatur, hoc autem aliud ſequitur inteſtinum, quod uocatur, ieiunum, quæ duo inteſtina erecta ſtant, & in longitudinem extenduntur corporis. Orificia tamen per quæ hepati uehitur nutrimentũ, plura in iſto ſunt inteſtino, ſcilicet, ieiuno, quã in alijs, quæ in hepatis tractatu nominabũtur. Prædictum uerò inteſtinum ſequitur, quoddam aliud, quod inuolutum uocatur, quod multis inuolui inuolutionibus inuenitur. Horum autem trium inteſtinorum amplitudo, portanarij amplitudini in magnitudine reperitur æquari. Poſt hoc uerò aliud ſequitur inteſtinum, quod monoculum uocatur. Hoc autem eſt inteſtinum, amplum unum tantum habens foramen, ac ſi eſſet ſaccus, uel marſupium. Habet quoq; os unum, ꝑ quod, illud, quod hora una ingreditur, alia egreditur hora, quod etiam in dextro locatur latere. Poſt illud autem continuo ſequitur inteſtinum, quod colon uocatur. Cuius quidem principium in dextro exiſtit latere, ſed ipſum per latitudinem uentris uſque ad latus ſiniſtrum porrigitur. Poſt hoc autem rectum ſequitur inteſtinum, in quo, cum amplã habeat concauitatem, colligitur ſtercus, quemadmodum in ueſica adunatur urina. Huius autem inteſtini extremitas anus eſt, ſuper quem eſt muſculus prohibens exire ſtercus, donec deſiderium adſit, quod ipſum ſoluat.

Duodenum. *Ieiunum.* *Voluulum.* *Monoculum.* *Colon.* *Rectum inteſtinum.*

De figura, uſu & ſitu hepatis. Cap. XVII.

HEpar in dextro latere poſitum, ſub coſtis ſuperioribus, quæ ſunt poſterius, locatur. Cuius quidem figura eſt lunaris, quod interius à parte ſtomachi, concauum cernitur. Habet præterea additamenta quædam, quos globos nominant, quæ quandoq; quatuor, quandoque quinque inueniuntur, quod etiam dextrum latus ſtomachi complectitur. A parte autem diaphragmatis inuenitur eius gibboſitas. Et eſt ligatum ligamentis, quæ continuant hepar panniculo, qui eſt ſuper ipſum. Ex huius autem concauitate cannalis quædam naſcitur, quæ porta uocatur hepatis: Cuius figura uenæ tenet ſimilitudinem, ſanguinem uerò non retinet. Hæc autem cannalis in multas ſeparatur partes, quarum unaquæq; iterum tamdiu in multas ſeparatur partes, quouſque diuiſiones recipiat infinitas, quarum multæ propagines ad inferiora tendunt ſtomachi, & multæ iſtarum ad duodenum, & propagines multæ ad ieiunum uadunt, & ſic etiam ad alia protenduntur inteſtina, donec ad inteſtinum perueniunt rectum. Et iſta quidem ſunt orificia, quæ nominauimus, per quæ nutrimentum iecori attrahitur, q̃d in ſuo tranſitu non ceſſat ire, donec ex ſtrictiori ad locum ꝑueniat ampliorẽ, donec aggregetur in cãnali, quę eſt hepatis porta. Prædictus aũt cannalis interiori hepatis parte, in partes, ad modum capillorũ ſubtiles diuiditur, in quibus nutrimentum quod fuit tractum, ad hepar diſpartitur, & à carne hepatis tamdiu coquitur, donec ſanguis fuerit. A gibbo uerò hepatis quædam magna exoritur uena, à qua omnes totius corporis uenæ originem ſumunt, quemadmodũ in uenarum diximus anatomia. Huius

Porta iocinoris. *Vena magna.*

Digitized by Google

quoque uenæ radix in partes ad modum capillorum ſubtiles, ſegregantur, quæ partibus à foramine, quod uocatur porta, ſegregatis, coniunguntur. Et ſic fit ut ſanguis à diuiſionibus portæ aſcendens, ad partes uenæ, quæ à gibbo oritur tranſeat, qui poſtquam in partibus à gibbo uenientibus fuerit, tamdiu de graciliori parte ad ampliorem tranſeundo eleuatur, donec totus ſanguis in uena quæ in gibbo egreditur hepatis, congregetur.

De figura ſituq́ſplenis. Cap. XVIII.

SPlen ſecundum ſuam figuram longus eſt, qui in ſiniſtra poſitus parte quibuſdam nectitur ligamentis, quæ panniculo qui eſt ſuper eum continuantur. Et ab una parte adhæret ſtomacho, ab altera uerò, coſtis dorſi continuatur, à quo duo exoriuntur pori, quorum unus ad os ſtomachi, alter ad hepatis tendit concauitatem.

De figura fellis Cap. XIX.

FEl ſuper hepar locatum, duos ſimiliter habet poros, quorum unus ad hepatis uadit concauitatem, alter uerò in partes ſeparatur, quę ad ſuperiora tendunt inteſtina, & ad fundum ſtomachi.

De figura & poſitu renum. Cap. XX.

REnes circa hepar ab utraque parte uertebrarum dorſi poſiti ſunt, quorum dexter altiorem tenet locum. Vnuſquiſq; autem eorum duo habet colla, quorum unum à latere in quo eſt, ad magnam quæ eſt in gibbo hepatis uenam tendit: Alterum uerò inferius deſcendit, donec ueſicæ mirabiliter continuetur. Iſta autem quæ ad ueſicam deſcendunt, pori uritides ſunt, & uocantur emunctoria.

De figura & conſtitutione ueſicæ. Cap. XXI.

VEſica urinæ eſt uas, & ipſius receptaculum, quæ inter fœmur locata & anum, ex duabus componitur tunicis. Super os uerò eius quidam ſunt muſculi, qui ipſum cōſtringunt & prohibent, ne urina à ueſica inuoluntariè egrediatur, donec uoluntas eam dimittat. Ad ueſicam uerò à renibus per duo colla profluit urina, quæ emunctoria uocari diximus, quæ cum ad ueſicam perueniunt, unam perforant tunicarum, & poſtea inter duas ipſius tranſeunt tunicas, donec ad collum perueniant ueſicæ, ubi aliam perforantia tunicam, ad ueſicæ deſcendunt concauitatem.

De ſummis & collectionibus uſus inſtrumentorum nutricationis. Cap. XXII.

OS ſupra ſenſum tactus qui omnibus membris eſt communis, guſtandi ſenſum habuit proprium. Quod ideò fuit, ut inter ea quæ ſuauitatem & delectationem afferunt, & ea quæ horribilitatem, diſcernat. Res enim delectationem afferētes, plures alijs nutriunt & proficiunt.

Digitized by Google

& proficiunt. Lingua quoque preter magnum iuuamentum, quod in loquelæ formatione tenet cibum cum manditur in ore reuoluit, prout eſt neceſſe donec æqualiter molatur. In quo molendinarij manus ſimilitudinem tenet, quę ea, quæ molitioni ſunt neceſſaria reuoluit. Dentes quoq; tripliciter ſunt diuiſi, eorum enim quidã ſunt ad incidendum apti, de quibus quidã dicuntur duales, & dicuntur inciſores, alij quadrupli. Alij uero facti ſunt, ut ad aliqua confringenda apti eſſent, & ipſi ſunt canini. Alij autem, ut apti fierent ad molendum, & ſunt molares. Eſt præterea in dentibus quiddam, quod mirabili eſt aſcribendum ſapientiæ Dei, ſcilicet, quod inciſores & quadrupli ſibi inuicem obuiando cum neceſſe fuerit ſe tangũt. Quod tunc contingit, cum aliquid mordendum fuerit, quod nullo modo fieri poſſet, niſi inferior mãdibula tantiſper procederet anterius, donec dentes inferiores ſuperioribus obuiare poſſint, ut in rectitudine iungantur. Quum autem cibus maſticandus uel molendus fuerit, mandibula inferior ad locum ſuum redit, & inciſores, & quadrupli inferiores, interius trahuntur, & ſuperioribus, ut prius non occurrunt. Et accidit cum hoc, ut molares ſuperiores ſuper inferiores cadant, quum neceſſe fuerit. Quod tunc accidit, cum maſticandum fuerit. Impoſſibile enim erat, ut duales & quadrupli ſuperiores ſuis occurrẽdo inferioribus iungerentur, ita quod molares ſibijnuicem obuiarent, quod eis accidit cum aliquid frangitur. Molarium præterea radices, aliorum dentium radicibus plures ſunt, quia ipſorum actio multa eſt & longa. Molares etiam qui ſunt ſuperius, plures habent radices, quia pendent. Maxima quoque adhibita eſt cautela, ne aliquid eorum quæ comeduntur, tracheam ingrediatur arteriam, ſicut ſuperius fuit oſtenſum. In hora tranſglutiendi, gula deſcendit inferius, & epiglottis eleuatur ſuperius, & tunc tracheæ arteriæ ſuum optimè adhæret coopertorium, & taliter quod eſt tranſglutiendum ſuper prædicti dorſum tranſit coopertorij, donec peruenit ad gulam. Sed poſtquam ad ſtomachum deſcendit, quod comeditur, ſtomachus ipſum circundat, & portanarium clauditur. Quod etiam ſic manet, donec digeſtio compleatur. Ipſe etiam ſtomachus à parte dextra ab hepate, & à ſiniſtra à ſplene, anterius uerò à zirbo, & poſterius à carnibus dorſi circundatur. Quæ omnia iccirco ſunt circunpoſita, ut calor retineatur, & ut ipſum ſtomachum multum calefaciant. Cibus autem in ſtomacho taliter morans, tamdiu digeritur, donec ſucco aſſimiletur, qui per prędicta orificia quę ad hepar tendunt, ad hepar tranſire fit aptus, quę ideò multa fuerunt, quia ſi unum tantum eſſet, & ad unum ſolum iret locum, deficeret ei, quod ex cibo deſcendit à loco, & egrederetur perditum, unde magnum ſequeretur nocumentum. Quamobrem prędicta orificia multa fuerunt, quæ maiori concauitatum inteſtinorum parti continuantur, ut quod per unum de prędictis orificijs pręterierit, ab alio trahatur. In inteſtinis quoq; fuerunt multę reuolutiones, ut quod comeditur tamdiu teneri poſſit, donec tota ſuccoſitas quę eſt in ipſo abſtrahatur, et cibus non cito elabatur. Actio uerò hęc, ſcilicet, attrahendi, in inteſtino proprie completur, q̃d monoculum uocatur. Quod enim ab iſto egreditur inteſtino, nihil in ſe retinet, quod ad nutriendum ualeat. Nam putredo multum in eo præualet.

Dentiũ ſeries.

Radices molarium plures.

Inteſtinorum anfractus.

Digitized by Google

Et quia ad hepar trahitur, ipſius carne tãdiu coquitur, donec in ſanguinem tranſit. Et neceſſe fuit, ut quod attrahitur tamdiu diſpartiatur, donec parua eius quantitas à multa hepatis carne circundetur, quatenus eius conuerſio uelox ſit, & facilis, ideò cannalis quę porta uocatur hepatis, cui quicquid trahitur ad nutriendum adiungitur, & in partes minutas in hepatis concauitate ſeparatur. Quod ſimiliter factum eſt, ut quod attrahitur in ſanguinẽ, uelociter & facilè conuertatur. Et quia membra nutriri & augeri, abſq; ſanguine mundo & cõueniente non poſſunt. Cum ſanguine autem ſimul duæ generantur ſuperfluitates, quas non generari, tunc impoſſibile eſt, eò quod in omnibus coctionibus & digeſtionibus ſic fieri conuenit, quarũ una feci aſſimilatur, altera ſpumę ſimilis inuenit̃, neceſſe fuit ut ſanguis ab illis mundaretur. Quapropter factum fuit fel, habens collum quod tamdiu protenditur, donec hepatis ingreditur cõcauitatem, per quod bilis trahitur rubra, quæ ſimul cum ſanguine generatur. Splen quoq; creatus fuit, habens ſimiliter collum ad hepar tendens, quo alia attrahatur ſuperfluitas, ex qua bilis generatur nigra. Remanet ergo ſanguis tunc mundus, nihil in ſe de bile rubra, uel nigra habens, niſi quod eſt neceſſe, ſubtilior tamen eſt quã neceſſe ſit. Oportet igitur ut aquoſa ſuperfluitas quæ in eo remanſit, ab ipſo expellatur, quod tamdiu facendum eſt, donec craſſitiem habeat, qua ad carnem generandam aptus fiat. Quamobrem facti fuerunt renes ab unoquoq; quorum collum longum protenſum fuerit, tendens ad uenam, quæ eſt in gibbo hepatis. A quo loco aquoſum, q̃d eſt in ſanguine, anteq̃ ſanguis eleuet̃, & irrigat mẽbra, per prædictũ trahit̃ collũ. Cum uerò ſanguis à tribus prædictis purgatus fuerit ſuperfluitatibus, ſua tunc completa erit mundificatio, & erit aptus nutrire mẽbra, & augmentare ea, prout eis conueniens fuerit. Et tu ſcies magnitudinẽ iuuamenti, quod habet̃ ex purgatione ſanguinis ab iſtis ſuperfluitatibus, cum accidẽtia quæ iſtius euenerunt inſtrumẽtis cõſideraueris. Fel enim cum bilem non trahit rubrã, ſed cum ſanguine tãdiu dimittit, donec ad mẽbra uadat nutrienda, multę quæ ex bile rubra fiunt ægritudines accidũt, ſicut icterus, & puſtulæ rubræ paruæ, & formica, & rubedo quæ accidit cum pruritu, & tumore, & febres acutę, & hiſ ſimiles. Splẽ quoq; cum bilem nigrã non trahit, bilis nigræ ægritudines accidunt, ſicut ictericia nigra, & morphea nigra, & lentigines, & lepra, & melãcholia, & his ſimilia. Aquoſa uerò ſuperfluitas ſi non tranſierit ad renes, una duarũ ſpecierũ hydropiſis, aſcites, uidelicet, uel hypoſarca generabitur. Niſi igitur tria prædicta forent inſtrumenta, prædictæ aſſiduè acciderent ægritudines. Quod autẽ collum fellis, & collũ ſplenis ad hepatis concauitatẽ uenientia, quæ expellẽda erant ab eo trahunt, mirabiliter eſt actũ ac ſapienter. A renibus aũt ad uenã, quæ eſt in gibbo hepatis deſcendentẽ, duo dirigunt̃ colla, quæ inde aquoſam trahunt ſuperfluitatem, propterea quia ſanguini fuit neceſſariũ, ut ad hunc eleuaret̃ locũ, in meatib. in ſummitate capillorũ minutis, tunc oportuit ut hæc aq̃ſitas in ipſo relinqueret̃, quatenus ſua ſubtilitas ſibi remaneret, adiuuans ipſum ſuper uelocitatẽ aſcenſionis ſuæ in iſtis meatibus. Quamobrẽ inſtrumentũ trahẽs ipſam non illic continuatũ fuit, ſed poſtq̃ã aſcendit, & in iſtis ſubtilibus uijs penetrauit, & peruenit

ad uiam

Digitized by Google

ad uiam amplã, executus eſt à ſua ſubtilitate, et indiguit craſſitudine ſua, & iunctũ eſt ei illic, & quando aſcendit ad iſtas uenas ſanguis mundus, per totum diuidit corpus, ut omnia corporis imbibat mẽbra, & ſuam unicuiq; deleget particulã, quæ ſecundũ ipſius quãtitatẽ ipſum iuſtæ cõtingit, quemadmodũ in uenarũ diximus diuiſione. Sanguis aũt qui membris ſic diuiſus eſt in unoquoq; ipſorũ, in ipſius conuertit̃ naturã, et ſic nutrit, & auget ipſum, ſi corpus adhuc indiget incremento. Sin minus, ea quæ ab eo ſunt diſſoluta reſtaurat, ſi nondũ minuitur corpus. Si autẽ iam minui incipit, minus eo reſtauratur, q̃d diſſolutũ eſt. Actio autẽ, quam modo diximus, finalis exiſtit cauſa: Quare omnibus nutricatiõis inſtrumẽtis indiguit animal. Et ne prędictę ſupfluitates à q̃bus ſanguis purgatur, omnino inutiles uiderent̃, fecit eas Deus, qui ſit benedictus, alijs magnis utiles iuuamentis. Fel enim uno ſuo collo, ſanguinẽ à bile rubra purgat, ut prædictum eſt. Alio uerò collo, ipſam dirigit inteſtinis, ubi ipſa bilis acuitate, & pũctione ſua, inteſtina ad ſtercoris expulſionem commoueri facit. Et hæc eſt cauſa quã corpus à ſtercore purgat̃, & ſecuratur à ſtercoris induratione, & ipſius retẽtione. Splen quoq; feculentam trahit ſuperfluitatẽ, à qua ſanguinem purgans, conuertit eam adhuc donec ipſa acetoſitatẽ ſit adepta, & auſteritatẽ. Poſtea uerò ori ſtomachi ex ea aliq̃d quotidie mandat, ut ſuã acredine & auſteritate appetitum in eo excitet, & cõmoueat, quæ poſtea ſimul cum ſtercore eijcitur. Renes autẽ, ut prædictũ eſt, aquoſam trahũt ſuperfluitatẽ ſanguinis, & ex parte quæ eis conuenit in prædictã ſuperfluitatẽ reperta nutriunt̃. Reliqua uerò eius pars, p̃ duo foramina quæ nominauimus ad ueſicã tranſmittit̃. Veſica uerò ampla fuit, ut non ſit neceſſe animal cõtinuẽ ad mingendũ ſurgere. Sup̃ cuius os muſculus quidã poſitus fuit, q̃ ipſam adeò cõſtringit, ne aliq̃d ab ea exeat, niſi prius plena fuerit, & æſtuare incipiat præ multitudine urinæ, & eius acuitate, & tũc uoluntariè ſoluat̃, & urina extra expellat̃. Duorum aũt foraminũ renũ trãſitus mirabiliter & ſapiẽter factus eſt. Videmus enim q̃d quũ ueſica inflat̃, uentus tamẽ non ab ea egredit̃, quãuis in ea duo ſint foramina p̃ quæ radius ingredit̃, p̃ quæ & ſanguinis aq̃ſitas quæ eſt urina à renib. ad ueſicã dilabit̃. Quod ideò fit, q̃a duo colla p̃dictã unã ueſicæ p̃forant tunicã, & p̃forando inter duas ipſius tunicas trãſeunt, donec collo adiungant̃ ueſicę, ubi etiã aliã p̃forant tunicã, ideoq; omnia ueſicę cõcauitatẽ intrantia, eius interiorẽ diſtendũt tunicã, & exteriori approximare faciunt, unde etiã quãto magis implet̃, tãto magis eius tunicæ cõiungunt̃. Quãobrẽ foramen p̃dictũ adeò coartat̃, ut nihil ex urina, poſtq̃ in ueſica fuerit, retro redire poſſit. Vrina quoq; facilẽ emulget̃, & nõ ceſſat urina emulgendo ad ueſicã fluere, donec ab ea grauet̃. Quæ poſtq̃ æſtuationẽ iſtam p̃ſentit, laxat̃ muſculus, os ueſicæ cõſtringens, & cõſtringit̃ ueſica, & elabit̃ urina. A ſtercore aũt ſpiſſo poſtq̃ illud quo aliquid nutriri poteſt abſtractum fuerit, q̃d relictũ fuerit ad rectũ mittit̃ inteſtinũ, q̃d amplã habet concauitatẽ, ut q̃d ibi congregatur ex ſtercore, colligere & retinere poſſit, ne ſemp̃ ad egredẽdũ ſurgere ſit neceſſe. Q̃d poſtq̃ ab eo, q̃d ibi retentum eſt, aggrauari uel pungi incipit, ſentit æſtuationẽ iſtã, & animal muſculũ uolũtariè laxat, q̃ ipſum claudebat & egredit̃ ſtercus. Et ad hũc modũ nutricationis p̃cedit

Bilis excrementa prorſus.

Bini renũ meatus.

Digitized by Google

regimen, ex quo aliquid nutriens ingreditur corpus, donec ipſum corpus, ex eo quod ipſum nutrire debet nutriatur, & ſuperfluitas ab eo diuiſa expellatur.

De forma abdominis, quod mirach uentris dicitur. Cap. XXIII.

SVb cute qua uenter exterius cooperitur, interius octo inueniuntur muſculi, quos nominauimus. Poſt quos in interioribus eſt panniculus quidam rugoſus, qui Peritoneũ uocatur, ab Arabibus ſiphac: Poſt quem eſt pingue omentum, quod zirbus, poſt zirbum uerò, ſunt inteſtina. Ruptura uerò, quæ in mirach accidit, eſt quando rumpitur ſiphach.

De forma teſticulorum & uirgæ. Cap. XXIIII.

EX oſſe fœmoris quoddam corpus ligamento ſimile exoritur, multa, amplaq́ habens foramina ſub quo multæ, & amplæ exiſtũt arteriæ, ſupra id quod eius meretur menſura & uenæ, corpus uerò prædictum uirile eſt membrum. A peritonęo membrana, præterea duo deſcendunt cannales, qui eis quæ à renibus ad gibbum hepatis in ſuis protenduntur foraminibus, in ſui natura ſimiles conſpiciuntur. Ex quibus poſtea dilatatis, interiores folliculi teſticulorum tunicæ generantur, in quibus ipſi continentur teſticuli. Veniunt quoq; ad partes teſticulorum à partibus inferiorum uenarum rami quidam, qui multipliciter circũuoluti, à carne glandoſa, & alba comprehenduntur, quę quicquid ſanguinis in eis eſt, adeò immutat quod album fit, & fit tunc aliqua pars unctuoſitatis ſpermatis. Poſtea uerò ab hac carne ad teſticulos tranſmittitur, ubi ſua completur conuerſio, & in ſuam tranſiens ſpeciem perfectum fit ſperma. Ibiq; duo generantur foramina quæ ad uirgam uadunt, cuius erectio fit, cum ipſa quæ in uirga ſunt, foramina craſſa replentur uentoſitate, & eius uenæ ſanguine ſimiliter repletę fuerint. Et non quieſcit erectio ſua quando extenditur, & pręparantur uaſa, ex quibus eſt ſperma, & commouentur ad expellendum quod eſt in eis, propter multitudinem & mordicationem ſuam. Quæ quod in eis eſt expellere appetunt, uel quia ſperma quod eſt in eis, eſt multum, uel quia eſt acutum. Vna autem ex cauſis, ex quibus hoc contingit, eſt cum caput uirgę aliquod corpus ſibi obuium habuerit in ipſum ſe confricando, uel ſcalpendo. Ex hoc enim ſpermatis uaſa tenduntur, & ut euomãt, quod in eis eſt, nituntur.

Veretri deſcriptio.

De forma mammillarum. Cap. XXV.

MAmmillę ex arterijs, uenis, & neruis, componi inueniũtur, inter quas carnis glãdoſę & albæ ſpecies ſolidari, & ſpiſſari inuenit. Et qa eius natura lactis aſſimilat naturæ, creauit eam Deus, qui ſit benedictus, ut ad lactis conuerſionem & generationem apta foret. Venę autem iſtę, & arterię in mãmillis ſubtiliter diuiduntur. Et iſtę arterię & uenę in mãmilla in propagines ſubtiles diducunt, & reuoluũtur, & inuoluunt inuolutionibus multis. Et cõprehendunt illam carnem lactis generatiuam, & conuertit quicquid eſt in concauitate ſua de ſanguine per ſuam aſſimilationem cum natura ſua, quemadmodũ caro hepatis propter aſſimilationem illius, quod ſecum à ſtomacho trahitur, & ab inteſtinis, tam diu conuertit, donec fiat ſanguis.

Digitized by Google

De forma uteri. Cap. XXVI.

VTerus quam matricem omnes nominãt, inter ueſicam & rectum poſita eſt inteſtinum. Superior tamen eſt ueſica. Quæ in uirginibus quidem & quæ nondũ pepererũt, parua eſt: In eis autem quæ iam pregnantes fuerũt, uel pepererũt magna inuenitur. Quæ ligamentis quibuſdam ligatur non ualdè ſtrictis, & in ſeipſa neruoſa exiſtit, ut extendi poſſit, cum neceſſe fuerit & ampliari, & colligi, & conſtringi, quum amplificatio neceſſaria non fuerit. Propter aliud etiam neruoſa fuit, ut in partu multipliciter amplificari queat: Cuius ligamenta non multum ſtricta, ſed ampla fuerunt. Quę duos habet uentriculos, qui ad unum perueniunt orificium. Duo præterea habet additamenta, quæ ipſius cornua uocantur. Poſt autem iſta duo additamenta, mulieris locantur teſticuli, qui uirorum teſticulis minores ſunt, & latiores, à quibus muliebre ſperma ad cõ cauitatem deſcendit matricis. Matricis præterea collum, ad mulieris porrigitur uuluam, quod in muliere eſt, ſicut in uiro uirga. Vuluæ autem orificium, in uirgine conſtrictum eſt & rugoſum. In rugis autẽ ipſius colli uirginalis, quinq; uenæ contexuntur ſubtiles, quæ quando corrũpitur uirgo, abrũpuntur, & prædictæ dilatantur rugæ. Quũ aũt mulier impregnatur, os matricis in tantũ conſtringit, ut etiam acus ipſum ingredi nequeat. Cum uerò pariendi hora euenerit, uel nocumentum aliquod fœtui acciderit, ex quo corrumpatur, prædictum os adeò dilatatur, ut infantis corpus per ipſum tranſire poſſit. Infans autem ſecundum ſententiam Galeni ex ſpermate generatur, ſed creſcit & augetur ex ſanguine menſtruo. Cuius forma ſi maſculus fuerit, prius cõpletur quàm fœminæ. Fœtui etiam quædam continuantur uenæ, quæ ad uterum uenientes ipſum fœtum tamdiu nutriunt, donec compleatur. Qui poſtquam completus fuerit ab eo quod ipſi dirigitur, ſufficienter foueri non poteſt. Quamobrem difficulter mouetur & fortiter, & abrumpuntur retinacula, quibus matrici alligatus erat, et conſequitur deniq; partus.

Cornua uteri, & teſtes.

Frimordia cõceptionis.

ABVB. RHAZAE LIB. I. AD MANSOREM FINIS.

Digitized by Google

QVAE IN LIBRO SECVNDO CONTINEANTVR.

LIBRO ſecundo de cuiuslibet humani corporis, & ſingularum ferè ipſius partium naturæ ac temperiei cognitione, quinquagintaocto capitibus, ut doctè ita & breuiter agitur. Eſt autem eius ſeries in hunc modum digeſta.

CAPITVM LIBRI SECVNDI INDEX.

SVMMAE quædam ac ueluti ſcopi, ex quibus ſcientia cognoſcendi temperaturas colligi datur	Cap.	I.
Ex quibus indicijs deprehendi queat corpus eſſe æquale	Cap.	II.
De ſignificationibus corporum natura calidorum	Cap.	III.
De ſignificationibus corporum natura frigidorum	Cap.	IIII.
De ſignificationibus corporum natura humidorum	Cap.	V.
De ſignificationibus corporum natura ſiccorum	Cap.	VI.
Notæ & ſignificationes corporum natura calidorum & ſiccorum	Cap.	VII.
Significationes corporum natura frigidorum & humidorum	Cap.	VIII.
Significationes ac notę temperaturæ cerebri, & eiuſdem forma, primoq; de cerebro, naturę & temperiei calidę	Cap.	IX.
Significationes temperamenti cordis	Cap.	X.
De ſignis temperamenti complexioniſue iocinoris	Cap.	XI.
De ſignis temperamenti pulmonis	Cap.	XII.
De ſignis temperaturę uentriculi	Cap.	XIII.
De notis teſtantibus temperiem teſticulorum	Cap.	XIIII.
Summę quędam inſignes ac ueluti ſcopi neceſſarij, quorum pręſidio quiſpiam temperaturas, haud difficulter cognoſcere queat	Cap.	XV.
De nominatione ſignificationum particularium, quę aliâs quandoq; iuuant ſignificationes in cognoſcendis complexionibus	Cap.	XVI.
De ſignificationibus debilitatis neruorum	Cap.	XVII.
De cognitione complexions membrorum & humorum	Cap.	XVIII.
De cognitione repletionis	Cap.	XIX.
De cognoſcendo quis quatuor humorum ſuperabundet	Cap.	XX.
De ſignificationibus bilis flauę	Cap.	XXI.
De ſignificationibus dominij bilis nigrę	Cap.	XXII.
De ſignificationibus ſuperabundantię phlegmatis	Cap.	XXIII.
De ſignificationibus ſomniorum	Cap.	XXIIII.
De cognitione comparationis uel emptionis captiuorũ	Cap	XXV.

De ſignifica-

Digitized by Google

De ſignificationibus capillorum Cap. XXVI.
De ſignificationibus coloris Cap. XXVII.
De ſignificationibus oculorum Cap. XXVIII.
De ſignificationibus ſuperciliorum Cap. XXIX.
De ſignificationibus quę ſumuntur à naribus Cap. XXX.
De ſignificationibus frontis Cap. XXXI.
De ſignificationibus oris, & labiorum, & dentium Cap. XXXII.
De ſignificationibus faciei & formę Cap. XXXIII.
De ſignificationibus ab auribus ſumendis Cap. XXXIIII.
De ſignificationibus uocis, anhelitus & loquelę Cap. XXXV.
De ſignificationibus carnium Cap. XXXVI.
De ſignificationibus riſus Cap. XXXVII.
De ſignificationibus motuum Cap. XXXVIII.
De ſignificationibus à collo ſumendis Cap. XXXIX.
De ſignificationibus coſtarum Cap. XL.
De ſignificationibus dorſi Cap. XLI.
De ſignificationibus ſpatularum Cap. XLII.
De ſignificationibus brachiorum Cap. XLIII.
De ſignificationibus plantarum, uolarumúe manuum Cap. XLIIII.
De ſignificationibus pyxidis & coxę, & cruris, & pedis Cap. XLV.
De ſignificationibus paſſuum Cap. XLVI.
De ſignificationibus quę notant audaciam Cap. XLVII.
De ſignificationibus timoris Cap. XLVIII.
De ſignificationibus hominis felicis ingenij, ſubtilis naturæ & boni intellectus Cap. XLIX.
De ſignificationibus corporis æqualis & bonæ naturę Cap. L.
De ſignis quę hominis philoſophi naturam arguunt Cap. LI.
De ſignis hominis habentis hebetem naturam Cap. LII.
De ſignificationibus hominis inuerecundi Cap. LIII.
De ſignis hominis moroſi & iracundi Cap. LIIII.
Significationes hominis luxurioſi Cap. LV.
De moribus fœminei Cap. LVI.
De moribus & notis eunuchi Cap. LVII.
De pluribus ſignis confluentibus, quę neceſſe eſt obſeruare in iudicijs, & ſubtili inquiſitione phyſionomię Cap. LVIII.

ABVBETRI RHA-
ZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE IN-
ſignis Medici liber ſecundus, GERARDO TOLE-
TANO Cremonenſi Medico interprete.

Summæ quædam, quarum ope ſcientia cognoſcendi temperaturas colligi datur. *Cap.* I.

CORPORIS temperies ſiue complexio, ex colore & corporis habitudine, tactu, operationibus, & ab exeuntibus à corpore cognoſcitur. Color nanq; albus, & fuſcus, & ex albedine & glaucedine mixtus, & gipſeus, & plumbeus, frigidam innuunt complexionem. Rubeus uerò, & ſubrubeus, & ruffus, & inopos, omnes iſti, complexiõis demonſtrant caliditatem. Et ſi claritas & ſubtilitas colori coniungatur, humorũ claritas declarat, & ſubtilitas. Turbulentia uerò ſi ei ammiſceatur & craſſities, humorum ſignificatur craſſitudo. Albus præterea color, cui cum ſubtilitate & claritate rubedo ammiſcetur, complexionis demonſtrat æqualitatẽ. Quod ſi rubedo ſuperauerit, & claritas fuerit minor, ſanguinis ſignificabitur dominiũ. Rubedo autẽ ſi adeò fuerit diminuta, ut colori approximet eboris, ſanguinis innuit paucitatem. Quæ etiam ſi adhuc magis diminuta fuerit, ita, ſcilicet, ut ex ea ferè nihil appareat, proueniat color, qui gipſeus à medicis appellari ſolet. Qui utriuſq; bilis ac ſanguinis paucitatem, & phlegmatis dominium in corpore portendit. Hic autem ſi albedini cui uiriditas ſit ammixta approximet, color ſequitur, qui à medicis plumbinus appellatur: Qui ſanguinis ac bilis rubeæ diminutionem oſtendit, ac nigræ, phlegmatiſq; indicat dominium. Fuſcus ſi rubedini uicinetur, uel ei ammiſceatur, ſanguinem craſſum dominari demonſtrat, ſecundum quantitatem qua ei approximat, uel qua ei ammiſcetur rubedo. Color autẽ pure fuſcus, qui uiriditati appropinquat, melancholiæo ſtendit dominium. Corpora uerò ruffo colore colorata, qui ſcilicet albedini magis inuenitur propinquior, frigidioris ſunt complexionis. Viriditati autem, uel glaucedini ſi magis appropinquauerit, calidioris erunt complexionis, ad hunc modũ. Citrina uerò alia ſunt, quæ albedini propinqua ſubtilitate participãt, qui color in conualeſcẽtibus uel à quibus ſanguinis multitudo profluxit, inuenitur. Et fit hæc citrini coloris ſpecies, quia ſanguis diminutus eſt, non propter bilis dominium. Et corpora iſta non ſunt citrina, niſi accidentaliter. Alia uerò uerè citrina ſunt, & parum clara, quæ omni tempore talia perſeuerãt, & iſta ſunt corpora cholerica. Sunt præterea eorum quędam, quæ cum citrinitate uiriditati & fuſco appropinquant colori, parua participantia pulchritudine, quibus utraq; dominatur bilis, quorum complexio, omnibus alijs deterior comprobatur. Hepar quoq; & ſplen huiuſmodi habentium complexionẽ, plerunq; ſunt ægra. Et horum corporũ ſanitas, nec eſt firma, nec perma-

Notæ temperiei frigidæ.

Calidæ

Humorũ notæ.

Digitized by Google

nec permanens. Corpora uerò calorem in oppoſitum habentia, quæ citrinitati magis ſunt propinqua, calidioris ſunt complexionis, & bili flauę uicina. Quæ autem uiriditatem habent ammixtam minus, ſunt calida, & bili accedunt nigræ. Ex formis quoq; corporis, cõplexionum cognitio habetur. Craſſum nanq; & obeſum, complexionem ſignificat humidam. Gracile & macrum ſi fuerit corpus, complexio monſtratur ſicca. Veruntamen quãdo craſſitudo eſt ex carne ſolida, dura, & eſt rubedo & ſanguinitas apparens in colore, complexio ſimul cum humiditate, caliditatẽ obtinebit ad hunc modũ. Quod ſi craſſitudo ex pinguedine fuerit, & corpus fuerit molle, & in ſanguine diminutum, cõplexio frigida ſimul erit & humida. Membrorum etiam æqualitas & proportionum obſeruantia in ſuis menſuris, quando unum alij comparatum fuerit, ſuarum propinquitatem complexionum oſtendit. Quę ſi in hoc diuerſificantur, innuitur quod eorum complexio, nec una eſt, nec propinqua. Largitas itidem pororum quę ſunt in membris, & ſuorum cannalium, calidam oſtendit complexionẽ. Eorum autem anguſtia & paruitas, frigidam ſignificãt cõplexionem. Ex tactu quoq; dinoſcitur complexio. Nam corpus quod ſemper tactu calidum inuenitur, calidam uidetur habere complexionem. Quod uerò ſemper ſentitur frigidum, complexionem habet frigidam. Si autem corpus quum tangitur lene ſentiatur, complexionis erit humidæ, aſperum uerò, ſiccæ. Si autem caliditas tactus ipſius lenitati ammixta fuerit, complexionem calidam demõſtrabit, & humidam: Aſperitati uerò ſi adiungatur, complexionem calidam ſignificat, & ſiccam: Frigiditatis quoq; tactus lenitati ammixta, frigidam & humidam declarat complexionẽ. Quæ itidem cum aſperitati ammiſcetur, frigidam & ſiccam portendit complexionem. In pluribus tamen corporibus tactus frigiditas lenitati ammiſcetur, quàm aſperitati. Vix enim corpus reperiri poteſt, quod frigidę ſit complexiõis & aſperum. Laxum autem & molle ſi fuerit corpus, humida monſtratur complexio. Solidum uerò & durum, ſiccę perhibetur eſſe complexionis. Operationes quoq; naturales; ſicut appetitus, digeſtio & augmentũ, & pulſus quũ fortes fuerint, & ueloces, calidã ſignificabunt complexionem: Debiles uerò & tardę ſi fuerint, frigidam demonſtrabunt complexionem. Et animales ſimiliter operationes, ut ingenij acuitas, & loquendi uelocitas, & uelox motus atq; audacia, calidam ſignificant complexionem. His uerò contraria, complexionem demonſtrant frigidam. Superfluitates quoq;, quæ à corpore ſolẽt egredi, ut ſtercus & urina, & ſudor capilli, & alia multa, complexionũ ſunt declaratiuę. Velox nanq; capillorum ortus, & ſpiſſitudo, & nigredo, & criſpitudo, & craſſitudo atq; aſperitas, omnia hinc complexionem ſignificãt calidam. Contraria uerò his, frigidam innuunt complexionem. Sudoris etiam fœtor, & malus in corpore odor, caliditatem declarant complexionis: Sudoris quoq; multitudo, complexionis ſignificat humiditatem. Quæ uerò his contraria ſunt, contrariam oſtendũt complexionem. Egeſtio quoq; pauca, ſicca & tincta urinæ, ac ipſius fœtor, complexionem ſignificat calidam: His uerò contraria, frigiditatem declarant.

Ex formis corporis.

Ex tactu.

Digitized by Google

E quibus indicijs deprehendi queat corpus eſſe æquale. Cap. II.

COlor corpus habens æquale eſt albus, cui rubeus ammiſcetur. Tactus uerò eius non eſt frigidus, nec in calore ſuperfluus, nec multũ apparet lenis, lenitati tamen & caliditati, magis quàm frigiditati & aſperitati approximare inuenitur. Huius quoq; corporis habitudo, inter maciem & carnoſitatem media exiſtit. Parũ tamen plus carnoſitati quàm maciei accedit, præcipue ſi regimen illius eſt tranquillitatis regimen & quietis. Cuius capilli inter ſubtiles & craſſos, atque inter nigros & rubeos, & inter lenes & aſperos medij exiſtunt. Corpus preterea huiuſmodi neq; multum piloſum, neq; ualdè à pilis nudum, cernẽtibus apparet. Operationes inſuper eius omnes, tam naturales quàm animales æqualitate tenentur, adeò ut neq; multum deſiderij habeat, neq; ſuæ cupiditates in tantũ debilitentur, ut quaſi mortuæ inueniantur, neq; multum ſit uigilans, neque multum dormiens, neq; multum & uelociter mobilis, neq; multũ quietus. Superfluitates quoq; ab ipſius exeũtes corpore, inter prædictas mediocres exiſtunt diſpoſitiones. Et ad ultimum eius diſpoſitio inter cõtrarias diſpoſitiones æqualitatem excedentes exiſtit media, uenæ quoq; eius nec occultæ ſunt, & anguſtæ, nec amplæ & manifeſtæ, uox etiam eius, & ipſius anhelitus, & pulſus, & eius motus, hæc omnia inter paruum & magnum, uelox & tardum mediocria ſunt.

De ſignificationibus corporum natura calidorum. Cap. III.

HAec citiſſimè creſcunt, quæ & tangentibus calida occurrunt, & macra exiſtunt & gracilia. Venæ quoque eorum manifeſtę ſunt, & motus uelox, & omna quæ in eis conſiderantur uelocia. Obſtinati præterea ſunt, pauci ſomni, multorum capillorum criſporum, & in nigredine intenſorum. Eorum color ruffus, atque rubeus cum obſcuritate quadam.

De ſignificationibus corporum natura frigidorum. Cap. IIII.

HAec tardè creſcunt. Capilli quoq; tardè eis naſcuntur, hebetis exiſtentes ingenij, & tardarum operationum, pulſus eorum paruus, & anhelitus occultus. Tangentibus apparent frigida. Et huiuſmodi habentes corpora, non ſunt in coitu potẽtes, & ſunt parum generantes, filios debilis deſiderij, & multi ſomni.

Significationes corporum natura humidorum. Cap. V.

HOrum tactus multum inuenitur lenis. Eorum quoque caro mollis, & membra laxa. Iuncturæ eorum, & oſſa occulta, uirtus ſimiliter pauca, & parum patientes laboris, & cum laborant uelociter diſſoluuntur, & uelociter in eis apparet ex labore diſſolutio. Corpulenti præterea ſunt, & multum dormientes, & debiles, & paucos habentes pilos.

De ſignificationibus

Digitized by Google

De ſignificationibus corporum ſiccorum. Cap. VI.

HAec corpora aſpera ſunt & macra, & dura, & fortia, & multum rigida, & multi patientia laboris. Quorum iuncturæ & chordæ manifeſtæ, multorum præterea ſunt capillorum & piloſi.

De ſignificationibus corporum calidorum & ſiccorum. Cap. VII.

COrpora calida & ſicca, in ultimo plurimis abundant capillis nigris & ſpiſſis. Macilenta quoque ultimè reperiuntur. Quæ & tangentibus calida occurrunt, cutis habentia ſpiſſitudinem, & aſperitatem, & neruos fortes. Quæ chordas quoque habent manifeſtiores & oſſa, & iuncturas, & ſunt paucioris ſomni, & pulſus in eis ſunt ueliociores, & motus ſimiliter, & tactus caliditas, & ſunt audaciores, & obſtinatiores.

De ſignificationibus corporum frigidorum & humidorum. Cap. VIII.

HAec ultimo tangentibus mollia ſentiuntur, & à pilis denudata, capillos habentia lenes, & uenarum anguſtiam, & iuncturas occultas, & ſunt corpulentia, multam habentia pinguedinem, & laxa, multum ſomno pigra, motus eorum tardantes. Corporis autem frigidi & ſicci, & calidi, & humidi diſpoſitiones, ex ſimplicium diſpoſitionibus mixtę ſunt, ex quibus compoſitæ fuerunt, quemadmodum, ſcilicet, uni earum appropinquant, aut inter eas medio exiſtunt.

De ſignificatione complexionis cerebri, & eius formæ, & primo de complexione calida cerebri. Cap. IX.

FOrma cerebri, formam ſequitur cranei. Paruum nanque ſi fuerit craneum, cerebrum quoque paruum erit. Et ſi eius figura corrumpitur, cerebri propterea figura corrumpetur. Quapropter caput in paruitate ſuperfluum, neceſſario eſt malum. Et cuius figura exiſtit fœda, ſicut, quæ palmarum ciſtæ ſimilis eſt, & rebus ſimilibus mala eſt. Caput autem melius eſt, quod in magnitudine moderatum exiſtit. Decentem habẽs rotunditatem, quæ, ſcilicet, ante & retro parum emineat, & ab utriſque auribus paruam habeat compreſſionem. Complexio autem cerebri, quæ calida eſt, capitis & faciei tactum ſuperfluè calidum reddit. In oculis quoque rubor, & uenæ in eis apparent manifeſtiores, & capilli eorum in capite cito naſcuntur, & ſunt ſpiſſi, & fortes, & nigri, & aſperi, & ſomnus eorum paruus & leuis. Huiuſmodi præterea habentes complexionem, à calidis cito læduntur odoribus. Eorum capita cito grauantur, & replentur. In cogitationibus quoq; ueloces ſunt & inſtabiles, multæq; mutationis. Superfluè etiam ſunt acuti, & ueloces in operationibus animalibus. Frigida autem complexio, his omnibus contraria operatur. Eſt nanque ſomnolentus, & hebes, & tardi intellectus, capilli quoque capitis eius lenes, & parum nigri, ualociter catarrhum patiens, cui detegere caput eſt nociuum, eius etiam

Notæ frigidi cerebri.

Digitized by Google

Sicci. palpebræ tardè mouentur, & pigrè. Sed ſiccum cerebrum ſi fuerit, capilli in capite cito naſcuntur, & cito calui fiunt, & uigilantes erunt, ex naribus quoque nihil defluet, niſi parum, & capitis rheumatiſmus non eis accidit, neque coryza. *Humidi cerebri notæ.* Humidum autem huic contrarium eſt. Eius nanque capilli ſubtiles ſunt, & tardè naſcuntur, neque calui fiunt. Humor quoque ex naribus ſemper defluit, & rheumatiſmus læditur, & eſt ſomnolentus, & eius ſenſus non ſunt clari. *Calidi notæ.* Calidam autem & ſiccam habens complexionem, capillos in capite habet in ultimo fortitudinis, & uelocis natiuitatis, & ultimę nigredinis, & criſpitudinis, & calui citiſſimè fiunt, & ſunt in ultimo gradu paucitatis ſomni, & in eo parum profundi. Animalium quoque operationum uelocitatem habent, & ueloces cogitationes, & ſenſum clarorum. Superfluitates etiam paucæ, ab eis deſcendunt. Frigidum autem & humidum, huic diſpoſitioni contrarium eſt. Eſt nanque multum habens ſomnum, piger, tardus, & hebes. Cui nullo modo accidit caluitium, coryza tamen & rheumate ualdè moleſtatur, & frequenter ei accidunt. *Compoſitæ cerebri naturæ ſigna.* Calida uerò complexio & humida, & frigida, & ſicca, ſecundum hoc quod alicui ex ſuis ſimplicibus appropinquant, ſuas oſtendũt ſignificationes. Si enim ſimplices æquales fuerint, ſignificationes quoque erunt æquales.

De ſignis temperamenti cordis. Cap. X.

Cordis complexio ſi calida fuerit, pulſus uelox erit, & frequens, cui anhelitus ſimilis reperitur. Et ſuper pectus pili multi ſunt, & ſpiſſi, quod etiam tactu calidum ſentitur, huiuſmodi cordis complexionem habens, audax eſt, & obſtinatus, & multæ iracundiæ. Habitudo præterea corporis in magnitudine & paruitate ſua conſiderata, complexionem demonſtrat cordis. Pectus enim ſi magnum fuerit, cordis caliditatem, & magnitudinem propriè manifeſtabit. Quod adhuc manifeſtius erit, ſi cum hoc caput paruũ fuerit, aut etiam non fuerit magnum, hoc enim ſi ita fuerit, alia non oportebit atendere ſigna. Simili quoque modo, ſi pectus paruum fuerit, & caput magnum, aut mediocre, propriè cordis paruitas, & ſuæ complexionis frigiditas demõſtrabitur. Quod ſi pectoris magnitudo, capitis magnitudini, aut pectoris paruitas, capitis paruitati proportionalis extiterit, alia attendere debes ſigna. Frigida autem cordis complexio, paruum facit pulſum, cui anhelitus ſimilis inuenitur. Pectus quoque paucos habebit pilos, & ſubtiles. Et pectus tangentibus frigidum occurret. Qui huiuſmodi cordis complexionem habuerit, timidus & piger erit. Complexio autem ſicca ſi fuerit, pulſus erit durus, & totum corpus inuenietur muſculoſum, & fuſcum, pectus quoque paucam habebit carnem, ſed uenas habebit manifeſtas, & piloſum erit, & cutem craſſam, & duram. Humida autem lenem facit pulſum, & pectus à pilis nudum, carnem quoque pectoris mollem, ac ſuauem. Complexio calida & ſicca, pulſum reddit durum & uelocem, & frequentem, & multos in pectore pilos, fortes, & ſpiſſos, & in fœmore ſimiliter. Anhelitus quoque ex ea magnus prouenit, & frequens. Totum præterea corpus tactu calidum ſentitur, & muſculoſum,

Digitized by Google

loſum, atque manifeſtas habens uenas, huiuſmodi complexionem cordis habens, iraſcibilis erit, & obſtinatus. Frigida autem & humida complexio, his contraria operatur.

De ſignis complexionis hepatis. Cap. XI.

COmplexionis hepatis caliditas ex uenarum amplitudine & magnitudine, & ex ſtercoris ſiccitate ſæpius reperta cognoſcit̃. Præterea appetitus eſt fortis, & in corpore multa bilis rubea generatur. Vrina quoq; & egeſtio tinctæ ſunt, & ſitis multa. Et calida cibaria ei nociua ſunt. Et ſub hypochondrijs pilorũ inuenitur multitudo. Hepatis uerò frigiditas, ex omnibus ſignis quæ prædictis ſunt contraria, cognoſcitur. Sed eius ſiccitas ex ſanguinis paucitate, & eſt hoc quod corpus eſt macrum, & uenter gracilis, & quod color pauca participat pulchritudine, cognoſcitur. Humiditas uerò eius ex omnibus ſignis, quæ his prædictis contraria exiſtunt, perpendi poteſt. Quod ſi caliditas cum ſiccitate ei dominatur, cognoſcitur eò quod ſigna calidæ complexionis ſunt manifeſta, & in ultimo exiſtunt fortia. Eius quoque humiditas cum frigiditate cognoſcitur, ex hoc quod ſignificationes frigidæ complexionis fortes exiſtunt, & in ultimo ſunt manifeſtæ.

De ſignis complexionis pulmonis. Cap. XII.

CVm pulmo calidus fuerit, uox erit craſſa, & anhelitus magnus, & pectus amplum & magnum. Cui minuitur nocumentum à frigidi aëris attractione, & magnificatur ipſius nocumentum aëris calidi attractione. Si autem pulmonis complexio frigida fuerit, omnia his contraria euenient. Quum autem ſicca fuerit, uox erit clara, & per os paucæ proijcientur ſuperfluitates. Humida autem ſi fuerit, contraria his euenient. Signationes uerò complexionum compoſitarum, ex ſimplicium cognitionibus haberi poſſunt.

De ſignis complexionis ſtomachi. Cap. XIII.

QVum ſtomachi cõplexio calida fuerit, digeſtio fortior erit appetitu, & ſubtilia cibaria, ut uolatilium caro, & edulia in ipſo corrũpentur. Craſſa uerò cibaria, ut uaccina caro, & frumentũ coctum benè in ipſo digerũtur, & ſitit multum, famẽ etiam tolerare non poteſt. Accidit enim huiuſmodi habentibus ſtomachum, capitis dolor & uertigo. Iraſcibilis quoque eſt, & acutus. Frigida uerò cum fuerit, his hominibus contraria euenient. Appetitus enim maior eſt digeſtione, cibaria quoque craſſa in eo corrumpuntur. Quamobrem apud ipſorum corruptionem acida ſequitur eructatio, quemadmodũ apud ipſorum corruptionem in ſtomacho calido eſt fumoſa. Ciborum præterea frigidorum appetitus erit. Et quorum multa comeſtiõe læſio proueniet. Cum autem ſtomachi complexio humida fuerit, ſitis minuetur, & ſaliuæ multitudo ab ore profluet, nauſeam quoque cito patietur, & uomitus cito proueniet. Scotomiam quoque & uertiginem cito patietur, cum autem complexio eſt

Digitized by Google

plexio eſt ſicca, omnibus his contraria operatur. Sitis nanque eſt multa, & egeſtio eſt ſicca. Præterea cum cibaria in ſtomacho moram fecerint, & non cito ab eo deſcēderint, ſed cum quadam duricie, & appetitus fortis non fuerit, nec purus, ſtomachus debilis erit. Contraria uerò his cum ſtomacho dominata fuerint ſtomachi fortitudo ſignificabitur. Ex multa quoque comeſtione ſemel facta cum aliquis grauatus fuerit, non autem ex multa comeſtione in diuerſis horis facta læditur, ſed facilè & benè digeritur, ſignificatur quod illius ſtomachus eſt fortis, licet paruus ſit.

De ſignis complexionis teſticulorum. Cap. XIIII.

TEſticuli cum calidi fuerint, uicinæ partes multis & ſpiſſis ueſtientur pilis. Virga quoque eorum fortiter erigetur. Sperma erit craſſum. Coitum quoque uelociter explebit, & tempeſtiuè, ante, ſcilicet, pubertatis tempora. Ad coitum feruens erit, uenæ præterea quæ ſunt in uirgæ ſuperficie craſſæ ſunt & manifeſtæ. Ipſius quoque chordæ fortes reperiuntur & craſſæ. Cutis autē ipſam & teſticulos circundans, craſſa & ſpiſſa, & aſpera cōſpicitur. Frigida autem cum fuerit complexio, omnia his contraria apparebunt. Quando autem complexio ſicca erit, ſperma in quantitate paucum inuenietur, & ſpiſſum, uirga uerò non ſolum non erigetur, uerum etiam debilis erit. Cum autem complexio humida fuerit, ſperma in quantitate multum, & in qualitate ſubtile erit, uirga uerò nō erigetur. Eſt enim laxa & non fortis, chordæ etiam eius ſimiles ei inuenientur. Ipſius uerò cutis lenis eſt, cuius locus à pilis nudus exiſtit. Et quū complexio calida fuerit & humida, multa erit uirgæ erectio, & ſperma multum, & erit Venereus, et multum in Venerē potens. Frigida autem & ſicca cum fuerit, omnia his accident contraria.

De ſummis eximijs & neceſſarijs, quarum auxilio aliquis complexiones cognoſcere poteſt. Cap. XV.

TOtius corporis complexio, membrorum principalium, & propriè cordis, & hepatis, & cerebri, & teſticulorum complexionibus ſimilis inuenitur. Corpora quidem in quibus iſtorum membrorum complexiones diuerſæ inueniuntur, alijs ſunt deteriora corporibus. Hæc nanque corpora inceſſanter infirmantur. Aetates quoq; & regiones, non minima in complexionibus operari uidentur. Aetas nanque puerilis, omnibus ætatibus humidior inuenitur. Senilis autem omnibus eſt frigidior. Homo enim à natiuitate uſque ad ſenium deſiccari non ceſſat, donec nihil fiat. Senium nanque non eſt aliud, niſi magnum in corpore ſiccitatis dominium. Superfluitatum autem multarum, quæ à ſenibus cum tuſſi & emunctionibus profluunt, cauſa eſt, quod foramina ſuorum membrorum ſuperfluitatibus & humoribus crudis plena ſunt. Ipſarum quoque uenarum & ſuorum membrorum corpus, in ultimo ſiccitatis exiſtit. Et ſiccitas & fuſcus color, & pulchritudinis, ac teneritatis, & humiditatis

Pueri tēperies & ſenis.

Senium quid.

Digitized by Google

tatis minoratio, in eis manifeſta ſunt. Puerorum uerò caliditas ſecundum quantitatem maior eſt, iuuenum autem in qualitate fortior, uel acutior. Senum præterea complexio, reſpectu eorum qui in ſenio ſunt conſtituti, calida eſt & humida. Iuuenum uerò comparatione, frigida dicitur & ſicca. Ex regionibus uerò quæ calidæ ſunt, complexionem reddunt ſicciorem, & corporis ſuperficiem adurendo intendunt. Inteſtina uerò & membra interiora frigida efficiunt. Regiones autem quæ frigidæ ſunt, humores in corpore conſeruant, corporis quoque ſuperficiem, in lenitate & nuditate, corporum Sclauorum diſpoſitioni ſimilem reddunt. Sed inteſtina & alia interiora membra, ſuperfluè calida conſtituunt. Vnde in nigris capillorum criſpitudo, & in Arabicis color rubeus fuſcum habens ammixtum, non abſolutè ſignificant quod eorum complexio ſit calida. Lenitas quoque cutis Parthorum, & eius à pilis nuditas atque albedo, non ſignificat eorum complexionis frigiditatem, imò Parthorum interiora, nigrorum interioribus multum ſunt calidiora, atque omnia nigrorum corpora Parthorum corporibus ualdè ſunt ſicciora. In regionibus autem quæ inter caliditatem & frigiditatem temperatè exiſtunt, ſignificatio ex qua ſuperficiei habetur notitia ſuper ipſius interiora uera eſt & firma. Conſuetudo etiam in complexionibus diuerſa operatur. Comedendi enim & bibendi, & dormiendi largitas, complexionem facit humidam: His uerò contraria, ſiccam reddunt complexionem. Quapropter cum hominem craſſum & carnoſum uiderimus, cuius præterea amplæ ſint uenæ, intelligere debemus huius corporis magnitudinem non naturalem, ſed accidentalem fore. Quamobrem inter carnoſum corpus & pingue, diuidere debemus. Carnis enim multitudo, ſanguinis multitudinem, & calidam & humidam ſequitur complexionem. Multa autem pinguedo, humiditatis multitudinem, & frigidam, & humidam imitatur complexionem.

A regione.

A conſuetudine.

Inter craſſum & obeſum interſtitium.

De nominatione ſignificationum particularium, quæ alias quandoq; iuuant ſignificationes, in cognoſcendis complexionibus. Cap. XVI.

VOx craſſa, caliditatem complexionis. Gracilis uerò, complexionis innuit frigiditatem. Loquendi uelocitas, calidam ſignificat complexionem, uelocitas aperiendi & claudendi oculos, caliditatem ſignificant complexionis. Nam ſi acuitas, & collum longum, & epiglottis foris prominens, & uox acuta & pulchra, complexionis demonſtrant ſiccitatem. Oculorum magnitudo foris prominentium, humidam portendit complexionem. Oculi in latitudinem corporis tendentes, Parthorum oculis ſimiles, corporis humiditatem deſignant. Capillorum criſpitudo qui ſurſum eleuantur, cõplexionis caliditatem demonſtrat. Narium amplitudo & in maxillis carnium multitudo, & in genis pilorum paucitas, complexionis ſignificant humiditatem. Balbuties uerò, humiditatem innuit complexionis. Fœtor corporis, calidam demonſtrat complexionem. Color citrinitati parumper propinquus, & facies parum tumida, & palpebræ inferiores, tumorem ordeolo ſimilem habentes,

Digitized by Google

omnia hęc hepatis innuunt debilitatem. Dentium raritas, & eorum debilitas, totius corporis imbecillitatem, & uitæ breuitatem ſignificat. Naſus quoq; breuis, & os paruum, dentes curti, craſſiq; humidam declarant complexionem & frigidam. Extremitatum lenitas, & earum tenuitas, atq; æqualitas, humiditatem demōſtrant complexionis. Manus & pedes cum pulchri fuerint & parui, totius corporis complexionem eſſe debilem, & ipſius caliditatem fore paucam demonſtrant.

Significationes debilitatis neruorum. Cap. XVII.

PAuca laboris tolerantia, & cum fortis fit operatio, tremor, & debilitas in coitu, atque ex aquæ frigidæ potu, laxatio, & iuncturarum paruitas, ac chordarum ſubtilitas, & cutis, & formæ eius tenuitas. Quod etiam humidas habentibus complexiones, magis accidit.

De ſignis complexionis membrorum humidorum. Cap. XVIII.

Cor fons caloris innati.

COr omnibus corporis membris calidius eſt. Eò enim calorem totum recipit corpus, unde ipſum quaſi fons & innati caloris origo inuenitur. Hepar uerò poſt cor, in caliditate ſecundum exiſtit. Poſt hepar uerò, ſunt carnes. Adeps uerò carne frigidior eſt. Cerebri complexio frigida eſt, & humida. Oſſis præterea complexio, ſimiliter frigida eſt & ſicca. Cartilagines uerò & ligamenta, ac chordæ, & corpora uenarum, atque panniculi, omnia hæc complexionem habent frigidam & ſiccam, minus tamen quàm os. Cutis complexio temperata eſt, propriè tamen ea, quæ in uolis manuum hominis temperati reperitur. Neruorum complexio diuerſificatur. Nam qui à cerebro naſcuntur, humidiores ſunt. Qui uerò à ſpinali medulla oriuntur, in ſua cōplexione cutis complexioni uicinantur. Glandularum complexio, quæ lac & ſperma, & ſaliuam generant, frigida eſt & humida. Carnis uerò ſubſtantia, in membris diuerſa inuenitur, quæ in unoquoq; membrorum propriam tenet complexionem. Carnis enim pulmonis complexio, à complexione carnis renum diuerſa eſt. Sermo tamen hæc diffiniens, ab huius libri intentione remoueri inuenitur. De humiditatibus autem & humoribus, bilis flaua eſt calidior, & cum hoc, phlegmatis & ſanguinis cōparatione eſt ſicca, phlegma uerò omnibus alijs humoribus, frigidius inuenitur & humidius. Bilis quoque nigra, reſpectu ſanguinis eſt frigida, aliorum uerò humorū comparatione eſt ſicca. Præterea ſanguis, reſpectu phlegmatis, & bilis nigræ, calidus, utriuſq; uerò bilis comparatione, humidus conſpicitur. Cuius quidem ſpecies diuerſæ ſunt, ſicut & phlegmatis, quarum una frigidior alia habetur, fellis ſimiliter ſpecies, uel bilis quædam alijs eſt acutior, & ſiccioris qualitatis. Sanguis itidem alius alio temperatior eſt, ita ut ſit per comparationem ad ſanguinem bonum cholericus, & phlegmaticus, & melancholicus.

De ſignificatione

Digitized by Google

De ſignificatione repletionis. Cap. XIX.

SI quod in uenarum oris, ſeu foraminibus inuenitur, tantę fuerit magnitudinis ac multitudinis, quod uenas extendat & inflet, prouenit diſpoſitio quæ à medicis repletio ſecundum foramina, uel ex foraminibus uocatur. Et quando quod in eis eſt, eius, ex quo corpus nutriri debet, menſuram adeò excedit, quod natura aliquid ex eo, ut in corporis nutrimento non neceſſarium dimittit, quia conuertere illud non poteſt, neque ei dominari ualet, prouenit inde diſpoſitio, quæ à medicis ſecundum uirtutem repletio nominatur. Hæ autem utræque diſpoſitiones, ægritudinum ſunt generatrices. Repletionis autem illius quæ eſt ſecundum foramina, ſiue oras ſignificatio eſt, coloris rubedo, & corporis caliditas cũ eiuſdem intenſione, halitũ quoque & oſcitationum multitudo, & ſomnus multus, & uenarum repletio cum ipſarum tenſione, ſanguis ſimiliter ex naribus, & gingiuis guttatim fluens, cum utræque parum tactæ fuerint, & capitis propriè, atque oculorum & temporum grauitas, & ingenij atque ſenſus turbulentia, & pulſus magnitudo, cuius etiam diſpoſitio ſit ſimilis ſuæ diſpoſitioni cum lapſus eſt, & quod ante multa comeſtione & potatione fuit uſus, & ſomno ſuperfluo, ac multa quiete. Repletionis autem qui ſecundum uirtutem contingit, ſignificationes iſtę ſunt. Appetitus caſus, & ad motiões grauitas, & pigritia, & diſſolutio, & laxitas. Omnia enim hęc, ſi ſine coloris rubedine, & membrorum extenſione fuerint, propriè prædictam ſignificant repletionem. Pulſus quoq; in hac repletionis ſpecie non eſt magnus, urina quoq; non eſt tincta, neq; cocta.

De cognoſcendo quis quatuor humorum dominetur. Cap. XX.

SIgnificationes omnes primę duarum repletionis ſpecierum, ſanguinem dominari oſtendunt. Pruritus præterea loci, ex quo ſanguis ſolet minui, & oris dulcedo præter ſolitum, & paruę in ore ueſicę, & in corpore carbunculi, atque urina rubea, & ſpiſſa, & ſi præter iſta ætas ſit iuuenilis, & corpus ſit bonę habitudinis, multas habens carnes, & cibaria quibus in præcedenti tempore uſus fuit, ſanguinis generatiua fuerunt, proculdubio ſanguinis abundantia ſignificatur.

De ſignificatione dominij bilis rubeæ. Cap. XXI.

COloris citrinitas, & oris amaritudo, atque multa in ore ſiccitas, & ſitis multa, ac appetitus debilitas, & nauſea, atque uomitus citrinus, & uiridis, & amarus, & egeſtio mordicatiua, ac linguę ſiccitas, & ipſius aſperitas, & eorum quæ in albis oculorum apparet citrinitas, & urina tenuis, ignea & clara, quæcunque harum ſignificationum apparuerit, ſi cum hoc tempus æſtiuum fuerit, & ætas iuuenilis, & cibaria quibus ante uſus fuit pauca, uel calida, et labor pręceſſit multus, & ſomnus paucus, atque corporis complexio calida inuenitur, tunc fiducia habenda eſt de eius dominio.

Digitized by Google

De ſignificatione bilis nigræ. Cap. XXII.

ARdor ſtomachi, multitudo canini appetitus, & fuſcus color, & ſanguinis nigredo, ac ſpiſſitudo, urina nigra, uel rubea fuſco participans colore, uel uiriditati appropinquans, corpus præterea tale ſit, in quo nigra generari ſolet bilis, in corporibus enim albis & craſſis, & nudis à pilis, bilis atra, uel raro, uel nullomodo generatur. In corporibus autem fuſco colorati colore, & macri atque colorem habentibus ex rubeo & fuſco commixtum, & muſculoſis, & in corporibus ruffis, & rubeis, quando multum laborãt, uel malè reguntur, & ſi cum hoc cibaria, quibus prius uſus fuit, bilis nigrę generatiua fuerunt, & ipſius regimen ſimile. Et corpori pręterea acciderunt ſcabies, & morphea nigra, & puſtulę malę, & ſplenis augmentum, quando iſta affuerint, non eſt amplius dubitandum bilem nigram dominari.

De ſignificatione dominij phlegmatis. Cap. XXIII.

MVltitudo uiſcoſę ſaliuę, & ſitis paucitas, & urina alba, & pigritia, & hebetudo & uictoria ſomni, atque corporis mollicies, & digeſtionis tarditas, & præterea ſi cum hoc complexio fuerit frigida, & tempus hyemale. Homo quoque ante hæc paruo fuerit uſus motu, & pauco exercitio, & multa comeſtione. Cibaria etiam quibus uſus fuit, ſecundum maiorem partem phlegmatis generatiua fuerunt, atque aquę dulcis balneo uſus fuit, tunc ſignificationes fortiores erunt, & firmiores in phlegmatis dominij ſignificatione.

De ſomniorum ſignificationibus. Cap. XXIIII.

SOmniorum præterea ſignificationes, prædictis multotiens ammiſceri ſolent. Cum enim aliquis in ſomno pluuias multotiens uidet, & mare, & fluuios, multa in eius corpore humiditas adeſſe ſignificatur. Ignes uerò & fulgura, ac lites cum aliquis frequenter in ſomnis aſpicit, bilis rubea in ipſo abundare monſtratur. Colores autem rubeos, & tinctos, ac nuptias & cibaria dulcia, & uentoſas atque fluxum ſanguinis, & plebotomiam ſi aliquis ſomniauerit, quod ſanguinis multitudo ſit, declaratur. Cumque multa fuſco colore tincta, atque nigredinem & timores, ac pauores, in ſomno aliquis aſpicit, bilis nigræ operatio ſignificatur. Et cum aliquis in ſomno uidet ſe manere quaſi in loco niuis, uel frigido à quo læditur, frigoris ſignificatur uictoria. His autem contraria ſi uiſa fuerint, cõtrarię erunt ſignificationes. Et ſi aliquis uidet ſe quaſi in balneo, uel in ſole, uel quaſi canicularibus exponatur diebus, uel igne, exceſſus ſignificatur caliditatis. Et cum aliquis ſomniauerit ſe quaſi uolare, & inuadere ſicut accipiter, & inuadere & capere, ſiccitatis demonſtratur exceſſus, atque humorum leuitas, & ſubtilitas. Si quis etiam ſe quaſi ab aliquo grauari ſomniat, repletionem laborare oſtenditur. Quicunque etiam ſe per loca quaſi cœnoſa incedere uidet, fœtidum habentia odorem,

Digitized by Google

putridos in corpore demõſtratur habere humores. His uerò contraria, contrariam habent ſignificationem. Qui autem in ſomnis uidet, quod quaſi incedat per hortos bonum habentes odorem, ſuorum ſignificatur æqualitas humorum, & quod à putredine ualdè ſunt remoti. Per loca uerò quaſi anguſta, & per foramina ſi quis ſe ambulare conſpicit, inſtrumenta anhelitus grauem pati ægritudinem demõſtrantur, quæ ipſum tantam aëris quantitatem attrahere uetat, quanta eſt ei neceſſaria.

De comparatione uel emptione captiuorum. Cap. XXV.

IN primis captiui color cum ſumma intueri diligentia oportet. Color enim cum in rubedine minuitur, hepatis infirmitas, uel ſplenis, uel ſtomachi ſignificatur, uel quod hęmorrhoydas patiatur, à quibus ſanguinis effluit multitudo. Poſt hæc uerò totius corporis ſuperficies in loco claro, & luminoſo conſiderari debet. Ne morphea ſubtilis ſi in ipſo fuerit, uel impetiginis initium occultari poſſint. Morphea enim in ſuo initio ualdè eſt occulta. Ipa nanq; non eſt tunc niſi albedo, uel nigredo ſubtilis, quæ paulatim procedendo cum ſui additione completur. Impetigo quoq; non eſt aliud in ſui initio, niſi criſpitudo, quæ loco accidens cum additione ſemper de die in diem creſcit. Præterea ſi in aliquo loco corporis nerui, uel coƈturæ ſimilitudinem, uel ſignum aliquod habuerit, cum ſummo ſtudio conſiderandum eſt, ne in hoc loco forſitan habuerit albaras, propter quã combuſtus ſit, uel excoriatus, uel tinƈtus, ut occultari poſſet. Quæ cum ſenuerit, uel longi fuerit temporis, tincturam quaſi debilem ammittet, & amplificabitur albaras ultra locum coƈturæ, & excoriationis. Cumq; nerui dubitatio occurrit, ipſe in balneo ponatur, & cum aqua calida fortiter prius fricetur, & cum ſemine aluſuen, & baurach atq; aceto, deinde conſideretur etiã ſi in loco, in quo coƈtura, uel excoriatio fieri nõ ſolet, fuerit coƈtus, uel excoriatus ſuſpeƈtior haberi debet, ideoq; magis fricari debet. Præterea ſummitas & extremitas coƈturæ, cum magna inquiſitione conſiderari debet. In his enim locis euidentius apparet. Poſtea uerò quęratur quod quęrendum eſt, & quod dicitur ſciatur. Deinde uerò capitis pili, atq; totius cutis conſiderandi ſunt, an ſit in ea furfur, uel rubor. Auditus quoq; acuitas perquirenda eſt, & uerba ipſius, & ſenſus attendenda ſunt. Pupillæ etiam attendendæ ſunt, an ſint in magnitudine æquales, eiuſq; uiſionis acuitas, & albedinis quæ in oculis eſt claritas conſiderandæ ſunt. Cum enim in eis eſt fuſcus color turbiditate participans, lepram deſignant. Et quando in eis eſt citrinitas, ægritudo hepatis ſignificat. Et quando uenæ rubeæ multæ & manifeſtæ ſunt in eis, patitur ſebel. Palpebræ quoq; eius cõſiderandæ ſunt, ſi multę ſint, & cito mobiles. Craſſę autẽ ſi ſunt, plerunq; ſunt ſcabioſę, uel ſunt ad ſcabiem pręparatę. Quę uerò grauiter mouentur, & difficilè, ſunt malę. Oportet enim illum cuius talis eſt diſpoſitio ſua, quando à ſomno concitatur tandiu fricare palpebras, donec aperiantur. Lachrymale quoq;, quod à parte naris eſt, exprimendum eſt, decurret enim forſitan humor ab eo occcaſione fiſtulæ, ſi ibi eſt. Pili præterea palpebrarum & ciliorum

oculorum,

Digitized by Google

oculorum, perquirendi ſunt. Si enim fuerint rari, malum ſignificabunt, & proprie ſi cum hoc raucus fuerit, & faciem habuerit rubeam. Deinde cum magna diligentia anhelitus, per os & nares attendat, ne malus ſit ibi odor. Narium quoq; figura conſideretur. Magnæ enim & tortæ ſi fuerint, fiſtulã in ſe continebunt, ideoq; in ſole conſpici debent. Itemq; anhelitus attendendus eſt, ſi ſit facilis. Dentium præterea modus obſeruandus eſt, uidelicet, ſi ſunt recti, & fortes, & mundi, & ſi aliqui eorum mouentur, uel corrodũtur. Dentes enim fortes diu permanent. Minuti uerò, uel debiles cito cadunt, præter hoc quoq; totius corporis debilitatem pronoſticantur. Deinceps eius collum conſideretur ſi eſt æquale, & comprimatur, & uideatur ſi eſt ibi aliquis locus tumidus, uel cicatricem habens. Fortaſſis enim glandulæ ibi erunt, ex quibus ſcrophulæ cito generabuntur. Pectus præterea attẽdatur ſi eſt amplum, & multas habens carnes. Paruum enim ſi fuerit & macrum, & ſpatulæ foris prominuerint, phthyſis ſignificabitur. Poſt hæc uerò ſupinus iacens ſtatuatur, & totus eius uenter perquiratur, attendendendo ſi tumor uel dolor inueniatur ibi cum comprimitur, & præcipuè in loco hepatis, & ſplenis, & oris ſtomachi. Deinceps præcipiatur ei ut incedat, cuius greſſuum attendatur uirtus. Deinceps aliquid cõſtringere iubeatur, & ſuæ conſtrictionis fortitudo conſideretur. Debilis enim ſi fuerit omnium neruorum debilitatem demonſtrabit. Poſtea uerò præcipiatur ut currat, & attendatur an poſt curſum aſthma ipſum inuadat, uel tuſſis. Manus præterea ipſius & pedes ad inuicem comparando reſpiciantur. Vna enim fortaſſe altera maior inuenietur. Iuncturarum quoq; diſpoſitio conſideranda eſt, ſi ad motiones, ſcilicet, præparatæ ſint. Deinde crura ſunt inſpicienda, an in eis uenę magnę, & craſſæ, & amplę inueniantur. Ex his enim uarices & elephantia ſępe accidunt. Alia etiam omnia quę in complexionum cognitione attendenda fore diximus, ad has res adiuuant cognoſcendas.

Significatio capillorum. *Cap.* XXVI.

CApilli lenes, timoris ſunt ſignificatiui. Criſpi autem, audaciam ſignificant. In uentre etiam pilorum multitudo reperta, luxurioſum demonſtrat. Super dorſum uerò ſi multi fuerint pili, audacia iudicabitur. Sed ſi ſuper ſpatulas et collum multitudo fuerit pilorum, dementia & obſtinatio ſignificabuntur. In uentre quoq; & pectore pilorum multitudo reperta, ſapientiæ innuit paucitatẽ. Pili in capite, uel in toto corpore ſtantes reperti, timorem ſignificant.

Significatio colorum. *Cap.* XXVII.

COlor rufus uel rubeus, ſanguinis & caloris innuit multitudinem. Color uerò inter rubeum & album medius, æqualem ſignificat cõplexionem, ſi cum hoc cutis à pilis nuda fuerit. Cuius autem color eſt uelut flamma ignis, inſtabilis eſt, & maniacus. Cuius etiam color rubeus & clarus conſpicitur, uerecundus eſt. Cuius pręterea color uiridis apparet, uel niger, iraſcibilis eſt.

Significatio

Digitized by Google

Significatio oculorum. Cap. XXVIII.

CVius oculi ſunt magni, piger eſt. Cuius quoqꝫ oculi in profundo ſunt poſiti, calidus eſt, atque impoſtor. Cuius oculi foris promi-nent, inuerecundus eſt, & loquax, ac ſtolidus. Quando autem o-culi in corporis longitudine poſiti fuerint, calidum & decepto-rem demonſtrabunt. Cuius uerò pupillæ multa participant nigredine, timidus eſt. Cuius oculi in colore caprarum oculis ſimiles exiſtunt, ſtoli-dus eſt. Cuius oculi cito mobiles ſunt, & acutè cernentes, deceptor eſt, & calidus, atque latro. Cuius oculi adeò ſunt immobiles, ut quaſi lapi-des ſint, calidus eſt. Cuius uerò intuitus mulieris intuitu aſſimilatur, lu-xurioſus eſt, & inuerecũdus. Quando aũt ita, ac ſi puer eſſet intuetur, atqꝫ tota eius facies & oculi quaſi ridere uidētur, lætus eſt, & diuturna potietur uita. Cum oculi magni ſunt & tremuli, homo piger eſt, et ſpacioſus, & ama tor mulierum. Cuius oculi parui ſunt, & tremuli, ac uarij, ualdè eſt inuere-cundus, & mulierum amator. Cuius oculi in rubore prunæ aſſimilan-tur, homo peſſimus eſt, & obſtinatus. Pupilla ſi eſt nigra, pigrum porten-dit & hebetem. Oculi uarij ſuo colori citrinitatē habentes ammixtam, qui quaſi croco tincti eſſe uidēt, peſſimos ſignificant mores. Maculæ mul tæ circa pupillam in oculo apparētes, malum ſignificant hominem. Quod ſi cum his oculus etiam fuerit uarius, erit deterius. Oculi ſi parui fue-rint, & foras prominentes, ut oculi cancri, ſtultitiam ſignificant & ſtolidi-tatem, & ſuas ſequentem cupiditates. Quum oculi fuerint parui, & multũ mobiles, palpebræ quoqꝫ frequenter palpitantes, hominem ſignificabunt peſſimum. Pupillæ in quarum circuitu margaritæ apparet ſimilitudo, hominem demonſtrant inuidum, & uerboſum, & timidum, & peſſimum. Oculi qui ſunt uaccarum oculis ſimiles, amentiam protendunt. Cum pupilla nigra exiſtens, talem habet citrinitatem, ex qua quaſi deaurata ap-paret, hominem malum, homicidã ſanguinem fundentē declarat. Ocu-li ſurſum tendentes, ſicut oculi boum, qui & cum hoc rubei uidentur, & ma ximi, hominem peſſimum, ſtolidum, atqꝫ ſtultum, & ebrioſum ſignificant. Oculi autem meliores eſſe dicuntur, qui inter nigrum & uarium medij ſunt, ſi cum hoc nec multum ſint radioſi, neque rubedo, uel citrinitas appa-ret. Oculi enim iſti bonam demonſtrant naturam. Oculi uarij cum citri nitate radiantes, aut ut color lapidis fiſuret uirides, hominem ſignificãt ma lum. Præterea homines cum hoc habentes in oculis maculas rubeas, ut ſanguis, aut albas, omnibus hominibus ſunt deteriores, & magis decepto-res. Qui autem pupillam foris prominentem, cum totius oculi ſubſtan tiæ latitudine habet, eſt amens. Cum oculi profundi fuerint, & parui, calidum & deceptorem, & inuidum indicabunt. Et quando pili palpe-brarum curuantur inferius, uel ad unam naturaliter partem torquētur, men dacem ſignificant & calidum, & ſtultum. Homo habens oculos ualdè tremulos, malus eſt. Quum oculi fuerint parui, homo erit malus & ſtul tus. Oculus uerò ſi fuerit magnus, minor erit malitia, & ſtultitia maior. Qui oculos habet uarios & uirides, malus eſt, & latro. Oculi quorum

Digitized by Google

palpebræ cum magna palpitant frequentia, hominem timoroſum & mani-acum declarant.

De ſignificationibus ſuperciliorum. Cap. XXIX.

QVi in ſupercilijs pilorum habet multitudinem, multarum eſt cogitationum, & multæ triſtitiæ, atq; eius loquela fœda eſt & craſſa. Cuius ſupercilia longa ſunt, arrogatus, & inuerecundus. Cuius ſupercilia inferius deſcendunt à parte naris, & ſuperius eleuātur à parte temporis, inuerecundus eſt, & hebes.

Significatio quæ ſumitur à narium forma. Cap. XXX.

CVius narium extremitas eſt ſubtilis, homo eſt diligēs lites. Cuius nares magnæ ſunt & craſſæ, paucæ ſapientiæ homo eſt. Cuius narium extremitas longa eſt, & ſubtilis, feſtinus eſt & ſtultus, atq; leuis. Cuius nares latæ ſunt, luxurioſus eſt. Cuius narium foramina ualdè ſunt aperta, iraſcibilis eſt.

Significationes frontis. Cap. XXXI.

CVius frons plana eſt, rugas non habens, litigioſus eſt, & commouens rixas. Cuius frons eſt rugoſa ad medium ſui declinans, iraſcibilis eſt. Qui paruam habet frontem, ſtolidus eſt. Qui uerò magnā habet frontem, eſt piger. Cuius frons uehementer eſt rugoſa, inuerecundus eſt.

Significationes oris, labiorum & dentium. Cap. XXXII.

QVi magnum habet os, guloſus eſt & audax. Cuius magna ſunt labia, ſtultus intelligitur, & hebes. Cuius labia non benè ſunt tincta, ægrotans eſt. Cuius dentes debiles ſunt, & rari, & minuti, totum eius corpus eſt debile. Cuius canini longi ſunt & firmi, guloſus eſt & malus.

Significationes faciei & formæ. Cap. XXXIII.

CVius facies hominis ebrioſi faciei aſſimilatur, ebrioſus eſt. Iracundo uerò cum aſſimilatur, iraſcibilis eſt. Cum autem uerecundo inuenitur ſimilis, uerecūdus eſt. Cuius facies carnoſa eſt, piger eſt, & ſtultus. Cuius maxillarū caro craſſa eſt, craſſæ eſt naturæ. Qui ſubtilē habet faciem, multarum eſt cogitationū. Cuius facies uehemēter rotūda eſt, ſtultus exiſtit. Cuius facies eſt ꝑmaxima, piger eſt. Cuius facies eſt ualdè parua, malus eſt, et calidus, & adulator. Cuius facies eſt deformis, mores habere bonos non poteſt, niſi raro. Cuius facies eſt longa, inuerecūdus eſt. Qui tempora habet inflata, & uenas arteriatas craſſas, iraſcibilis eſt.

Significationes aurium. Cap. XXXIIII.

CVius aures magnæ ſunt, ſtolidus eſt, & longæ uitæ.

Significationes uocis, & anhelitus, & loquelæ. Cap. XXXV.

CVius uox eſt ualdè craſſa & alta, audax eſt. Cuius loquela eſt uelox, feſtinus eſt, & parui intellectus. Cuius loquela cum quadam feſtinatione uelox eſt, feſtinus eſt, iraſcibilis, & malorum morum. Cuius anhelitus longus eſt, uilis eſt. Qui uocem habet grauem, ſui uentri ſeruiens eſt. Cuius uox eſt aſpera, inuidus eſt, & malum in corde tenet occultatum. Bonitas uocis, ſtultitiam & paucam demonſtrat ſapientiam.

Digitized by Google

Significationes carnium. Cap. XXXVI.

CArnes multæ & duræ, craſſum declarant ſenſum & intellectum. Carnes uerò lenes, bonam naturam ſignificant, & intelligentiam.

Significationes riſus. Cap. XXXVII.

QVi multum ridens eſt, benignus & omnibus eſt conueniens, neque pro rebus aliquibus ſollicitus eſt. Qui uerò parũ ridet, huic contrarius eſt. Diſplicent enim ei omnia hominũ facta. Qui alta ridet uoce, inuerecundus eſt. Qui autem cum ridet tuſſit, aut inſpirandi difficultatem patitur, inuerecundus eſt & tyrannus.

Significationes motuum. Cap. XXXVIII.

MOtus tardus, ſignificat hebetudinem. Motus feſtinus, leuitatem deſignat.

Significationes colli. Cap. XXXIX.

QVi collum habet curtum, calidus eſt & ingenioſus. Cuius collum eſt longum, & gracile, ſtolidus eſt, & garrulus, atq; timidus. Qui craſſum habet collum, durum ac forte, iracundus eſt, & feſtinus.

Significationes coſtarum. Cap. XL.

COſtarum fortitudo, & ſuper ipſas carnium multitudo, ſtoliditatem declarat. Corporis ſubtilitas, multam ſignificat aſtutiam. Ventris magnitudo, libidinis declarat nimietatem. Coſtarum gracilitas, ac earundem ſubtilitas, cordis innuit debilitatem.

Significationes dorſi. Cap. XLI.

DOrſi amplitudo, fortitudinem declarat, & arrogantiam, atq; iræ uehemẽtiam. Dorſi uerò curuitas, morum innuit malitiam. Aequalitas dorſi, bonum eſt ſignum.

De ſignificationibus ſpatularum. Cap. XLII.

SPatula ſubtilis ſenſus, oſtẽdit paucitatem. Spatula lata, bonum indicat intellectũ. Capitis ſpatulæ eleuatio, ualdè elongata, ſtultitiã ſignificat.

Significationes brachiorum. Cap. XLIII.

QVum brachia adeò fuerint elongata, ut manus ad genu attingãt, ſubtilitatem animæ & arrogantiam, ac regendi deſignant cupiditatem. Cũ brachia multũ curta ſunt, hominẽ timidũ, & malitiæ amatorẽ ſignificãt.

Significationum uolarum manuum. Cap. XLIIII.

MAnus leues & ſubtiles, ſapientiam multam & bonum deſignant intellectum. Manus ualdè curtæ, ſtultitiã ſignificant. Manus graciles & multum longæ, tyrannidem declarant atq; ſtultitiam.

Significationes ilium, coxarum, & pedum. Cap. XLV.

PEdes in quibus carnis eſt multitudo atq; ipſius duricies, mali intellectus hominem portendunt. Pedes parui & pulchri, hominem fornicatorem & iocundum innuit. Quum calcaneum eſt gracile, timorem ſignificat. Craſſum uerò & forte cum fuerit, fortitudinem indicabit. Quum cauillæ utrinq; atq; crura craſſa fuerint, hebetẽ & inuerecundum demonſtrabunt. Coxæ cum exterius multas habent carnes, fortitudinis imbecillitatem atq; laxitatem declarant. Quando coxarum oſſa foris prominuerint, audaciam ſignificabunt. Ilium quoq; oſſa cum exterius ten-

E 2 duntur,

duntur, fortitudinis demonſtrant multitudinem, & uirilitatem. Ilium gracilitas, mulierum ſignificat amatorē, & corporis debilitatem atq; timorem.

Significationes paſſuum. Cap. XLVI.

CVius paſſus ampli ſunt & tardi, ſpacioſus eſt. Cuius paſſus ueloces ſunt, & breues, feſtinus eſt, & pro rebus quibuslibet ualdè ſollicitus, quas tamen diſponere ignorat.

Significationes audaciæ. Cap. XLVII.

AVdax eſt cuius capilli ſunt fortes & aſperi, et ſtatura ipſius erecta, oſſa quoq; fortia, & extrema, atq; coſtę, nec non & iuncturæ fortitudinem habentes, & magnæ. Pectus præterea magnum, & uenter magnus, ac ſpatulæ magnę. Collum quoq; forte & craſſum, in quo carnis non ſit multitudo. Eſt etiam thorax latus, & coxæ abſconditæ, atq; lacertus qui in pulpis cruris ab interiori inuenitur, inferius deſcendit. Cutis etiam eius & carnes, ſiccitatis ſunt maioris, frons quoq; eius uenas habens & rugis carens, nec eſt ſine pilis. Sunt præterea audaciæ ſigna, carniū æqualitas, & ſtaturæ erectio, ac iuncturarū & digitorum fortitudo, & uentris gracilitas, & q̄d eius nates paruæ, uel omnino uidentur deletæ, & quod utraſq; ſpatulas magnū diſtinguit ſpacium, et quod ſupercilia ſunt erecta, & frons non eſt rugoſa. Ipſe quoq; eſt ualdè iracundus, & ſemper iram conſeruans. Eſt etiam in pectore piloſus, & ſpatulis.

Significationes hominis timidi. Cap. XLVIII.

TImidus eſt cuius capilli ſunt plani, & ſtatura curua, & muſculi cruris interiores ſurſum aſcendunt. Color citrinus & oculi debiles, & frequenter palpitantes. Manus quoq; & pedes, ſubtiles & macri. Intuitus uerò eius, intuitui triſtis ſimilis eſt.

Significationes hominis boni intellectus, & bonæ naturæ. Cap. XLIX.

HVius ſigna ſunt, quod carnes ſunt lenes, & molles, & paucæ, medius inter craſſum exiſtens & macrum, non multas habens in facie carnes, & ipſius ſpatulæ ſunt eleuatæ, cuius dorſum carnes non habet, & eius color inter rubeum & album eſt medius, & tener, & lucidus, atq; clarus. Cutis præterea eſt ſubtilis. Capilli etiam non ſunt multi, & duri, nec multum nigri. Cuius oculi ſunt inter uarios & nigros medij, ſunt etiam molles.

Significationes corporis habentis bonam naturam. Cap. L.

HVius ſigna ſunt, quod inter longum & curtum, craſſum atq; macrum, medium inuenitur, & eſt album paucam habens ammixtam rubedinem. Manus quoque & pedes, inter magnos & paruos, atq; inter multas habentes carnes, & paucas medij exiſtunt. Caput præterea, corporis magnitudini eſt proportionale. In cuius collo pauca extat craſſities. Capilli quoque eius inter lenes medij, & aſperos, rubedini parumper uicinantur. Facieſq; eius rotunda, & nares erectæ & perpulchrę, & in magnitudine æquales. Oculi etiam ſunt inter nigros & uarios medij, in quibus humiditas exiſtit, & claritas.

Significationes

Digitized by Google

Significationes hominis philoſophi. Cap. LI.

HVius ſigna ſunt, quod eius ſtatura eſt erecta. Carnis quoq; tenet æqualitatem, & eſt albus, paruam habens rubedinem, ammixtam. Capilli eius inter multos & paucos, & planos, & criſpos ſunt me dij, & inter nigros & rubeos. Manus quoq; ſunt planæ, digitos ha bentes diuiſos. Frons etiam eſt magna, et oculi inter uarios, & nigros, ſunt medij, molles quoq; ſunt. Et quod eius intuitus ridenti, uel gaudenti ſimilis inuenitur.

Significationes hominis qui eſt craſſæ naturæ. Cap. LII.

HVius figura ſunt, uel quod eſt multum albus, uel multū niger, uel fuſcus, uenter quoq; eſt magnus, & digiti curti, & facies ualde ro/ tunda, atq; in maxillis carnis multitudo. De ſuis præterea ſignifi/ cationibus eſt, quod in collo & pedibus, & in eo, quod eſt inter ea multa exiſtit carnoſitas. Venter quoq; cum rotunditate foris prominet. Et quod eius ſpatulæ ſurſum ſunt eleuatæ, & frons in rotūditate pilę ſimilitu/ dinem, ac ſi eſſet gibboſa tenet, multas habens carnes. Mandibulæ etiam e/ ius magnæ, & crura longa. Eſt etiam longa facies & collum craſſum.

Significationes hominis inuerecundi. Cap. LIII.

INuerecūdus eſt, cuius oculi multū ſunt aperti, & foris prominentes, & acutę intuentes, eius quoq; palpebræ craſſæ. Statura autē eius non mul tum longa. Quum uerò incedit, pectus parumper anterius tendit. Cu/ ius ꝓterea ſpatulæ eleuatæ ſunt, motus feſtinus. Color uerò ruffus, mul tum habens ſanguinem, facies rotunda, thorax parūper gibboſus. De ſuis inſuper ſignificationibus eſt, quod oculi multum aperiuntur, & ſunt acutæ intuentes. Eſt etiam multum loquax.

Significationes hominis malorum morum. Cap. LIIII.

HVius ſigna ſunt, facies fœda, colorem cum quadam obſcuritate rube um habens, cutis faciei ſicca, totius corporis macies, rugoſa facies, ac capillorum nigredo & lenitas.

Significationes hominis luxurioſi. Cap. LV.

HVius ſigna ſunt, albedo coloris, & rubedinem habens ammixtam, ca pillorū etiam multitudo & craſſities, lenitas, atq; nigredo. Præterea quod ſuper tempora multos habet capillos, & quod eius oculi ſunt craſſi.

Significationes fœmineæ. Cap. LVI.

IN omnibus animalium generibus, fœminæ magis mortuum habent ani mum minusq; ſunt patientes, & citius cōuerti poſſunt, citiusq; iraſcun/ tur, & uelocius ſedantur, maiorisq; ſunt caliditatis. Sunt præterea præ/ cipites, & inuerecundæ. Caput etiam habent paruum, & faciem & col/ lum ſubtilia. Pectus quoq; & ſpatulas habent magis anguſta, atque coſtas minores. Coxas uerò utrinq; habent craſſas, & nates ſimiliter. Earum inſu per crura, gracilia ſunt. Manus autem & pedes, tenues. Quæ in omnibus animalium, ut prędictum eſt, generibus maſculis, & timidiores, & deterius inueniuntur morigeratæ.

 Significationes

Digitized by Google

Significationes eunuchi. Cap. LVII.

EVnuchus malorum eſt morum. Eſt enim ſtultus & cupidus, & præſumptuoſus. Qui autem caſtratus non fuit, ſed ſine teſticulis natus, uel paruiſſimos habens, eunuchus apparet, cui, uidelicet, barba nunquam naſcitur, deterior eſt.

De ſumma eorum quæ in conſideratione phyſionomiæ ſunt neceſſaria. Cap. LVIII.

OPortet ut cum iudicare uolueris, non unam tantũ attendas intentionem, ſed inquantum uales ad ipſarum intendas aggregationẽ. Et ſi quando ſignificationum acciderit contrarietas, ipſarum uirtutes & teſtimonia metiaris. Deinde ad fortiores ipſarum declina, & earum iudica teſtimonio, & ſimiliter quæ plures ſunt. Præterea ſcire debes, quod faciei ſignificatio, & præcipue oculorum, omnibus alijs ſignificationibus in fortitudine & firmitudine præiudicat.

ABVB. RHAZAE LIB. II. AD MANSOREM FINIS.

QVAE IN LIBRO TERTIO CONTINEANTVR.

LIBRO tertio de ſimplicium medicamentorum, & alimentorum facultatibus, iuxta autoris ſententiam pluribus capitulis diſputat. Quorũ uiceſimũ octauũ, in plura ſecundũ alphabeti ſeriẽ, in plurima diductũ eſt capita. Quæ infrà poſito ordine ponunt.

CAPITVM LIBRI TERTII INDEX.

VNIVERSALIS indicatio facultatum nutrimentorum & pharmacorum Cap. I.
De uirtutibus granorum & ſeminum uſitatorum ex quibus ſolet confieri panis Cap. II.
De panibus ac cæteris quę ex tritico & hordeo fiunt Cap. III.
De uirtutibus aquarum Cap. IIII.
De uirtutibus uini Cap. V.
De facultatibus potionum quæ non inebriant Cap. VI.
De uinis factitijs, & falſis Cap. VII.
De ſuccis Medicatis, quæ Arabes Rob uocãt & Robub Cap. VIII.
De uirtute carnium, & earum ſpeciebus Cap. IX.
De carnibus uolatilium Cap. X.
De diuerſitate uirtutum partium animalium Cap. XI.
De uirtutibus quas acquirunt cibaria ex artificio Cap. XII.
De uirtutibus ſiſamorum, uel de his, quę ex melle conficiuntur, & μελιτώματα dicuntur Cap. XIII.
De ouorum facultatibus Cap. XIIII.
De lacte, & his quæ ex eo conſtituuntur Cap. XV.
De uirtutibus piſcium Cap. XVI.
De ſeminib. ſpecieb. & alijs qb. coci utũt, ad cõdiend. cib. Cap. XVII.
De oleribus & quæ adminiſtrantur ex eis in decocto Cap. XVIII.
De uirtutib. rerũ quæ cibis auferũt faſtidiũ, & de ſalſamẽt. Cap. XIX.

De uiribus

Digitized by Google

De uiribus fructuum & pomorum Cap. XX.
De herbis recentibus & benè redolentibus Cap. XXI.
De ſpeciebus odoriferis,& earum uirtutibus Cap. XXII.
De liquoribus unctuoſis,ſeu oleis Cap. XXIII.
De ueſtimentis Cap. XXIIII.
De uentis & aëre Cap. XXV.
De ciuitatibus Cap. XXVI.
De uiribus ecligmatum ad comedendum ſuauium, quæ de fructib. & florib. fiũt,& uocant Arabicè Mirambahat Cap. XXVII.
De uirtutibus ſpecierũ,quibus quotidie & qualibet hora eſt utendũ, Quod iuxta literarũ Arabicarũ ordinem (Nã Latinis non per omnia reſpõdet) diſpoſitũ eſt, cuius enim ſimplicis ſpeciei nomẽ ab Aleph,id eſt, A.incipit,ſub A orditur,& ſic de alijs. Cap. XXVIII.
De incipientibus à B.ut Balſamus & Baurach &c. Cap. XXIX.
De his q̃ à Cain,id eſt, C.auſpicantur,ut Caſtoreum &c. Cap. XXX.
De his quę à Del,id eſt, D.inchoãt,ueluti eſt, Darſeſahan. Cap. XXXI.
De his quę incipiunt He,id eſt,à H litera,ut Halilig, Cap. XXXII.
De his quę à Gau,id eſt, G.uel V.incipiũt,ut Guaſima,ſeu Guaſme,quę eſt planta, Vaëg,id eſt,acorus, nam quę apud Arabes ꝑ Gua ſcribũtur, melius fere per Va, V.uocali proferuntur & ſcribuntur Cap. XXXIII.
De ordientib. à litera Ze,id eſt, Z. aut C.ut zingiber,zarauna, hoc eſt,ariſtolochia,& cyfe,quod eſt,hyſſopus Cap. XXXIIII.
De auſpicantibus à litera Ha,id eſt, H. ut Hamenis Cap. XXXV.
De incipiẽtib. à litera Ta, id eſt,T. ueluti Tamarix Cap. XXXVI.
De his quæ ordiũtur à litera Ge, id eſt,G. ut ſunt, goborohaha,hoc eſt,mãdragoras,genehua,uel xeuchua, q̃d eſt, tithymalus etc. Cap. XXXVII.
Quę à K litera incipiunt,hoc eſt,à K ſiue C.ut,keſile Cap. XXXVIII.
Quæ ordiuntur à charactère Lem,hoc eſt,L.ut Lauet Cap. XXXIX.
Quæ à Mum,id eſt,M. incipiũt,ut maſtiche etc. Cap. XL.
Quę à Non,hoc eſt,N. incipiunt,ut nil,naphara etc. Cap. XLI.
Quę à litera Sim,id eſt,S.inchoant,ut ſpica Indica Cap. XLII.
Quę ab Hã,id eſt,H.litera inchoãt,ut haran,haſarai etc. Cap. XLIII.
Quę à Fe,id eſt,F.litera incipiunt,ut fu,fel etc. Cap. XLIIII.
Quę à Sath, hoc eſt,S. litera ordiuntur,ut Sapo etc. Cap. XLV.
Quę à Caph,id eſt,C.litera inchoãt,ut calamus,cartamũ Cap. XLVI.
Quę à Rhe,hoc eſt,R. litera incip.ut rheumbarbarũ etc. Cap. XLVII.
De his quę incipiunt à Sin, q̃d eſt, S.ut ſeilen Cap. XLVIII.
De his quę à Te,hoc eſt,T. litera auſpicant̃,ut tuber,etc. Cap. XLIX.
De his quę à Che inchoant,ut cheſiſie,etc. Cap. L.
De his quę inchoant à Cha,ut cheruha,caſſia etc. Cap. LI.
De his quę à litera Thel incip.ut therire,id eſt,cantharis, Cap. LII.
De his quę incipiunt à litera That,id eſt, T.ut tharo etc. Cap. LIII.
De his quę incip.à Gaim,id eſt,litera G.ut gar,garicũ etc. Cap. LIIII.

ABUBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI AQUE INſignis Medici liber tertius, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

Vniuerſalis indicatio facultatũ nutrimentorũ & pharmacorum. Cap. I.

Dulce. DVLCE calidum eſt, licet uiolente non ſit caliditatis. Cuius caliditatis fortitudo non apparet, niſi cum aliquis eo frequenter uti cœperit, uel cum eo utens caliditati aptus fuerit, ſicut febri, & qui calidam habet complexionem. Et qui dulci uſus fuerit, multa bili rubea in eo generabitur, & ſanguinis multitudo, & ægritudines ex utriſq; factas commouet, oppilationes quoq; generat, & apoſtema in hepate, & ſplene, & præcipue ſi hæc membra, ad hoc fuerint præparata. Vẽtris itidem fluxus ex eo ſequitur, & mollificat ſtomachum. Pectori uerò, & pulmoni confert, corpus *Acidum.* itidem impinguat, & augmentũ ſpermatis tribuit. Acidum frigidum eſt, licet uehementis non ſit frigiditatis, bilem rubeam & ſanguinem reprimit, atq; uentrem ſtringit, ſi ſtomachus & inteſtina munda fuerint. Si autẽ phlegmatis in eis fuerit multitudo, uẽtris efficit fluxũ, & corpus infrigidat, uirtutem quoq; debilitat digeſtiuam propriam in hepate. Neruis uerò & neruoſis membris nocumentum affert, atq; corpus deſiccat, uirtutem autem ap*Vnctuoſum.*petitiuam excitat. Vnctuoſum uerò, ſtomachum mollificat, & uẽtrem fluere facit. Ac ſacietatem affert, antequàm homo cibi quantitatem ſibi neceſſariam aſſumat, & calefacit, maximè tamen febricitantes, uel habentes hepar, uel ſtomachũ calida, corpus præterea humectat atq; lenit. Phlegma uerò auget, & cogitationem reddit hebetem, & augmentat ſomnum. Stypticum autem corpus infrigidat & deſiccat, carnium quoque ac ſanguinis minorationem facit, ſiquis eo multotiens utatur, ſtomachum quoque confortat, ac uentrem ſecundum plurimum conſtringit, & ſanguinem generat *Amarum.* melancholicum. Amarum calefacit & deſiccat fortiter, ſanguinemq; cito ad aduſtionẽ perducit & malitiã. Bilem quoq; rubeã ſanguine augmen*Acutum.*tat. Acutum multo plus calefacit quàm amarum. Vnde & calorem auget, & corpus uelociter inflammat, ac ſanguinem adurit, ipſumq; prius in *Inſipidum.* bilem mutat rubeam, poſtea in nigrũ. Inſipidũ aliud eſt, quod magis nutrit, quod æqualitati uicinum eſt, aliud uerò, quod temperatè calefacit, & aliud eſt, quod tẽperatè infrigidat, cum quæ ſi multa fuerit humiditas, humectabit. Quum autem fuerit ſiccum, deſiccabit. Cum autem prædictorum ſaporum, unus alicui rei adeò fuerit dominatus, ut alterius non poſſit dominium percipi, aut ſi ſentitur, parum tamen & occultè ſentitur, erit tunc eius in corpore operatio ſecundum quod diximus. Duo autem ſapores ſi æqualiter dominati fuerint, operatio eorum cõpoſita, æqualiter erit ſecundũ hoc.

De uirtutibus

Digitized by Google

De uirtutibus granorum & ſeminum uſitatorum, ex quibus ſolet fieri panis. Cap. II.

TRiticum temperamento eſt uicinum, licet caliditati parum attineat. Quod autem ponderoſius inuenitur & ſolidius, maioris eſt nutrimenti, hominibus quoq; omnibus alijs granis magis conueniens, & magis proprium inuenitur. Sanguis etiam ex eo generatus, omni ſanguine qui ex alijs generatur granis temperatior exiſtit. Hordeum æqualitati eſt propinquum, licet frigiditati attineat. Cuius nutrimentum tritici comparatione eſt paruum. Eſt inflatiuum, & infrigidatiuum. Solitos autem uentoſitatem ac ægritudines frigidas, & colicam pati, impedit, calefactis uerò & qui carnium uolunt adipiſci minorationem, confert. Sanguinem uerò melãcholiæ uicinum generat. Oryza temperiei quæ eſt inter caliditatem & frigiditatem uicinum exiſtit, & uentrem ſtringit. Solitis autem colicã pati, nocet. Quod licet multum nutriat, de uẽtre tamen non facile deſcẽdit, niſi coquatur cum aliquo multũ unctuoſitatis habente. Quod quando cum lacte coquitur, & cum ſaccharo comedit, plurimũ nutrit, atq; ſanguinem augmentat. Fabæ temperamento proximè exiſtunt, licet frigiditati parumper attineant. Quæ multum inflantes, ſcothomiã generat. Caput præterea grauant, corpusq; totum diſſolutum efficiunt. Guttur uerò leniunt, quando earum apoſtema bibitur, & ſine ſale comeduntur. Cum aceto autem, ſi comeſtæ fuerint uentrem ſtringunt. Solitis uerò pati uentoſitatem ex colica, uel ex ruptura, malè ſunt. Virides autem fabæ humores generant crudos in ſtomacho, ac inteſtinis, augmẽtant phlegma, & in ipſis uentoſitatem excitant. Cicer calidum eſt, inflat & urinam ac menſtrua prouocat, & auget ſperma. Viride præterea cicer in ſtomacho & inteſtinis multas generat ſuperfluitates, fabæ tamen & cicer ſi aſſentur, minoris ſunt uentoſitatis. Lenticulæ frigidæ ſunt & ſiccæ, & ſanguinem generãt melancholicum, & corpus deſiccant. Sperma quoq; deſtruunt, atq; ſanguinẽ ſedant, cuius extinguunt caliditatem. Infrigidant enim atq; oculorum tenebroſitatem, & melancholicas efficiunt ægritudines, quum aliquis in comeſtione eis frequenter utit̃. Quæ aũt ex eis aſſant̃ minus inflant, & magis deſiccãt. Mes frigida ſunt & ſicca. Qui fabis & lẽticulis leuiores, minus illis ſunt inflatiui. Ipſorum quoq; nutrimentum fabarum, ac lentium nutrimẽto minus inuenitur. Lupini craſſi ſunt, & ad digerendũ duri. Quum autẽ dulcorãtur & comedũtur non calefaciũt corpus, dum uerò amari ſunt, non ad nutriendum, ſed ad medicinã ſunt apti, diſſoluunt enim ſcrophulas & abſtergunt fortiter, quando adminiſtrant̃, non multum dulcorati. Vrinã quoq; ac menſtrua prouocãt. Aborſum præterea faciunt, & lũbricos atq; uermes de uentre expellendo educũt. Hæmorrhoydarũ inſuper ora aperiunt. Faſeoli inflant & inpinguant corpus. Vrinã quoq; ac mẽſtrua prouocãt. Ventrẽ etiã reddũt mollẽ, q̃d illi propriè efficiunt qui rubei ſunt. Corpus calefaciũt, capitis efficiunt ſcothomiã, ac mala ſomnia uidere faciunt. Robeliæ frigidæ ſunt & ſiccæ, quæ parum nutrientes malũ generãt ſanguinẽ, neruisq; impedimentũ præſtãt. Panicũ atq; miliũ frigida ſunt & ſicca, licet parũ nutriãt, uentrẽ tamẽ ſtringũt. Dora ſicca eſt, quę & parũ nutrit, & uentrẽ ſtringit.

Hordeum. *Fabæ.* *Cicer.* *Lens.* *Mes.* *Lupini.* *Faſeoli.* *Robeliæ.* *Panicum.* *Dora.*

De his

Digitized by Google

De his quæ ex tritico & hordeo fiunt. Cap. III.

PAnis qui ex tritico fit, pluribus hominũ conuenientior eſt. Qui etiam melior redditur, quando multum ſalis habens, & multũ fermenti, benè fermentatur & coquitur, unde & citius digeritur, & magis tenuis ac ſubtilior inuenitur. Azimus autem panis durè digeritur, tardè[que] de ſtomacho deſcendit. Qui in uentre dolorem efficiens, in hepate oppilationem, atq[ue] in renibus lapidem creat. Simyla ex qua fit darmachæ, & ipſa darmacha maioris ſunt nutrimenti, tardè tamen deſcendunt. Cõmunis autem farina citius deſcendit, minus nutrit. Sanguis uerò ex ea generatus, melancholię parumper attinet. Panis præterea qui in patella coquitur, omnis[que] panis non benè coctus, ad digerendũ inuenitur durus, & uentrem dolere facit. Cuius frequẽtem comeſtionem pati nequeunt, niſi qui multo utuntur labore & exercitio. Triticũ uerò, atq[ue] panis dieſcar negi, atq[ue] cypulæ & artocleoli, & cruſtula, omnia hæc ſunt, ut panis azymus. Verũtamen quodcunq[ue] horum & cum oleo, uel lacte confectũ fuerit, ſpongioſus erit, atq[ue] magis utilium, maioris tamen erit nutrimenti. Hordeaceus autem panis, triticei panis cõparatione, frigidus reperitur. Qui parui exiſtens nutrimenti, uentoſitatem & colicam, atq[ue] ægritudines facit frigidas, uentrem[que] ſtringit. Panis uerò natura qui ex alijs fit granis, eſt ut grani natura, ex quo ipſe fit. In amylo aũt uiſcoſitas, qua mẽbra excoriata plana fiunt atq[ue] lenia, inuenitur quod epiglottida, ac pectus lenit, cum pultes ex eo cum ſaccharo & oleo amygdalino fiunt. Sæpe enim comeſtum in hepate oppilationẽ creat. Ex aqua etiam furfuris fiunt quaſi pultes, quæ quandã habentes terſionem, pulmonem mundificãt. Aqua uerò hordei, acutè febricitantibus confert & lenit pectus, atq[ue] ſitim ſedat & ardorem. Simyla triticea, & calorem, & ſitim extinguit, hepar quoq[ue] habentibus calidum confert, ſi cum aqua prius benè abluta, deinde cum multa aqua calida, ac tandem cum ſaccharo mixta bibatur. Hordeacea uerò ſimyla magis infrigidat. Veruntamen hæc magis nutriet, & magis lenit, ac temperatior eſt.

Azimus panis.

Hordeaceus panis.

De uirtute aquæ. Cap. IIII.

AQua naturales in corpore conſeruat humores, qui cibum ſubtiliãs penetrare facit. Ipſa quoq[ue] calorẽ reprimendo, calefactis calidam[que] habentibus complexionem, pluſq[ue] uinum conueniens eſt. Aqua in ſuper quæ & pondere leuior eſt, calorem[que] & frigid. uelocius ſuſcipit, ſaporem retinens meliorem, quę, ſcilicet, ad dulcedinem parumper inclinetur, melior iudicatur. Aqua pręterea malum habens ſaporem, aut odorem mala eſt, nec eſt bibendo. Quandoq[ue] tamen quidam cauſa medicinæ, bibunt aquam. Turbida autem aqua, in hepate oppilationem, & in renibus lapidem generat. Salſa etiam aqua, prius uentrem ſoluit, poſtea uerò ſtringit, ſiquis eam conſuetè biberit, corpuſq[ue] deſiccat, in quo ſcabiem atq[ue] rhagadias generat. Aqua uerò ſtans & putrida, ſplenem augmentat, ac complexionem corrumpit, & generat febres. Aqua uerò cum niue infrigidata, uel ex ſe, ut hæc frigida inuenitur, ſtomachum percutit ſi à ieiunis bibatur, ſed hepar multum infrigidat. Quam nulli ieiuni bibere præſumant, niſi calefacti, confert enim eis hoc modo. Super cibum autem accepta, ſtomachũ corroborat.

Digitized by Google

roborat, & appetitũ auget, ex qua parua ſufficit quantitas. Aqua uerò quæ ex frigiditate ſui non peruenit ad hoc, ut delectet, uentrem inflat, & ſitim non minuit, ſed appetitum deſtruit, & corpus diſſoluit, & ad ultimum non eſt congrua. Aqua preterea cocta quouſq; mitior reddatur eius ſubſtantia, minus eſt inflatiua citiuſq; deſcendit. Pluuialis autem aqua, his qui cito incurrunt febres, eſt mala, & maximè ſi lõgi eſt temporis. Quæ tamen in ſuis alijs diſpoſitionibus eſt bona. Aqua etiam tepida, nauſeã facit. Aqua aũt calida quã quidam ieiuni bibunt, ſtomachũ à præcedentis nutrimenti ſuperfluitatibus lauat, quæ uentrem fortaſſe ſoluit. Hæc autẽ ſi frequenter bibatur, ſtomachũ corrumpit & debilitat. Aquã etiam in qua balneanť, non eſt bonum multũ eſſe calidã, uel multum frigidã, ſed cõuenit ut inter hæc duo tẽperiem teneat. Hæc enim tẽperatis corporibus magis confert. Aqua uerò frigida, corpora pinguia corroborat, ac calidiora reddit quã prius erant, ſenibuſq; nocet, & corpora habentibus debilia. Calida autẽ aqua, fatigationẽ remouet, & dolores minuit, atq; apoſtemata mollificat. Corporiſq; auget pulchritudinẽ, & ipſius carnes, atq; urinã prouocat, corpus tamẽ diſſoluit, ac ſanguinẽ à quibus exire conſueuit, citò fluere facit, uirtutẽ quoq; deijcit. De aquis præterea naturaliter calidis, quæ ſunt ſulphureæ, & bituminoſæ, neruos calefaciendo, frigidis neruorũ ægritudinibus conferunt, quãdo eas ingrediunť patientes. Scabiei quoq; & puſtulis proficiunt. Inteſtina uerò fortiter calefaciũt, & p̄cipue hepar. Aquę uerò ſale armoniaco ſalitæ, ac malũ habentes ſaporẽ, uẽtrẽ laxant, quũ bibunť, uel quũ in eis ſedent, aut quũ clyſterizanť. Aquæ autẽ calidæ, quæ ſup̄ alumẽ currunt, hæmoptoicis, atq; mulierib. menſtruorũ nimietatẽ patientib. & hæmorrhoydibus conferũt. Febres tamẽ in calidis generãt corporib. Aquæ uerò naturaliter calidę, quæ bulliũt & adurũt, colicã diſſoluũt, atq; craſſam uentoſitatẽ mẽbris infuſam, & ſpaſmũ expellunt humidũ. Aqua itidẽ, quæ ſuper terrã currit, ex qua extrahiť ferrũ, magnũ habentibus ſplenẽ, confert. Quæ uerò ſuper terrã, ex qua fit æs trãſit, cõplexionem habẽtib. corruptã, utilis cõprobatur.

Aqua cœleſtis.

De uirtutibus uini. Cap. V.

Vinum multis modis uariari & mutari inuenitur, ſecundum ſui ſubſtantiam, ac ſuum tempus. Vinum quoq; omne quod inebriat, corpus calefacit. Vinum autem album & clarum, quod non multæ tolerat aquæ commixtionem, minoris eſt calefactionis, ſed urinæ eſt magis prouocatiuum. In colore uerò igneum & amarum, quod maiorem poteſt ammixtionem recipere, maioris eſt calefactionis. Nigrum itidem, & craſſum, atque dulce, in quo eſt auſteritas, craſſioris eſt naturę. Vinũ præterea nouum, ſanguinem magis generat, ac uenas ueloci ſimplet, huic aũt uetus contrarium inuenitur. Vinũ præterea generaliter ſtomachũ & hepar ſemper calefacit, atque nutrimentum penetrare facit, ſanguinem quoquẽ ac carnes, & innatum calorem augmentat. Ipſam enim naturam in ſuis proprijs actionibus adiuuat, ideoquẽ etiam digeſtiua fit fortior. Et per illud ſuperfluitatum expulſio, & earum egreſſio fit facilis. Et hæc eſt cauſa, quare ſanitas & craſſitudo, & fortitudo perdurant, & ſenium tardatur.

Vinum

Digitized by Google

Vini immodici incommoda. Vinum præterea animum lætificat, ſed ſi ſuperfluè in potu ſumatur hepati & cerebro, ac neruis impedimentum facit, tremorem quoque atq; ſpaſmũ, nec non paralyſim, & apoplexiam, ac mortem generat ſubitaneam. Temperatè autem ſi bibatur, multę bonitatis cauſa in corpore exiſtit, & in ſenibus quàm maximè. Vinum itidē purum cui pauca ammiſcetur aqua, his qui craſſam in uentre ſoliti ſunt uentoſitatem pati, & quorum ſtomachus & hepar ſunt frigida, confert. Vinum uerò depuratum, multam aquæ habens ammixtionem, his qui ex uino dolorem patiuntur capitis, uel ex eo inebriantur, auxilium præſtat; licet uentrem inflet. Vinum craſſum & dulce, & nouum, interiorum habentibus oppilationem uel craſſitudinem, nociuum eſt. Cito autem uolentibus impinguari, eſt bonum. Potus qui de uuis paſſis nudè fit, uirtus eſt, ut uirtus uini nigri & craſſi, licet minorem eo habeat caliditatem. Qui autem mellis habet ammixtionem, craſſo uino eſt calidior ſecundum mellis multitudinem, uel eius paucitatem in ipſo exiſtentis.

Potus de melle factus, uehementer eſt calidus. Qui & bilis rubeæ eſt generatiuus, & calidam habentibus complexionem, non eſt congruus, frigidas tamen patientibus ægritudines confert. Potus qui fit de dactylis & ficubus eſt craſſus, ideoq; & ſtomacho malus eſt, & ſanguinem melancholicum, atq; in interioribus oppilationem generat, & propriè ſi nouus & dulcis fuerit. Corpus tamē impinguat, & in ipſo ſanguinem augmētat.

De uirtutibus potuum non inebriantium. Cap. VI.

CEruiſia de hordeo facta, neruos impedit, caput dolere facit & inflat. Vrinam tamen prouocat, ac calorem ex ebrietate reprimit. Quæ uerò de oryza fit ceruiſia, prædictæ in ſuis actionibus eſt uicina, minus tamen inflat. Quæ autem de pane ſimilagineo conficitur, mentham & apium habens ammixtā, omnibus melior iudicatur. Veruntamen ſolis calefactis, & in diſpoſitionibus & temporibus calidis, non eſt bona. Oxymel eſt frigidum, quod calorem reprimit, & bilem rubeam, ac ſanguinem ſedat, & ſitim: Quum non multæ participat dulcedine, phlegma quoq; incidit, ſubtiliat, abſtergit, & oppilationem aperit, urinam præterea prouocat. Guttur tamen & pectus exaſperat, quod propriè operatur quum multam habeat acredinem. Neruos autem habentibus debiles, uel in eis aliquid patientibus mali, atque abraſione laborantibus, & acidè ructantibus nocumentum præbet, eos etiam lædit, qui ſtomachum & hepar frigida habent. Syropus iulep eſt temperatus, licet frigiditati attineat. Extinguit enim ſitim, & guttur lenit, ac ſtomacho inflammato cōfert, & febrem acutam cum niue potatus reprimit. *Hydromel.* Hydromel ſimplex, calidum eſt & lenitiuum, frigidas patientibus ægritudines, remedium affert. In cuius autem confectione ſpecies apponuntur, magis ultimum eſt in illo, & calidius. Vnde & calefactis nocet, & ſtomacho confert, ipſum à phlegmate mundando, ac calefacit. Neruis præterea calorem inducit, & bilem commouet rubeam.

De uinis

Digitized by Google

De uinis falſis & artificioſis. Cap. VII.

ISta quæ falſo uina dicũtur de paſſis, uel ſacharo, uel melle facta, ei loco uini prius quàm bulliant & reſideant, bibantur, inflationẽ generãt & ſitim, ac faſtidium & uẽtris fluxum faciũt, ſanguinẽ quoq; cõmouẽt, ac bilem rubeã, quod uerò fit de melle cum bene coctũ eſt, minus inflat.

De robub. Cap. VIII.

ROb uiolarũ frigidũ eſt. Epiglottidi quoq; & gutturi ac pectori cõfert. Stomacho autem malum eſt, uentrem uerò ſoluit. Rob, quod fit de aqua roſata, in qua buliente recẽtes roſę multotiens poſitæ fuerũt, & quaq; uice fuerunt renouatę, nauſeam facit, uentrem uerò ſoluit, Rob de citonijs acetoſis ſimplex, uentrem ſtringit, ac ſtomachum corroborat, & aufert ſitim. Rob de malis granatis acetoſis ſimplex, uomitum retinet & uentrẽ ſtringit, atq; crapulatis & nauſeę ac dolori capitis ex crapula uenientibus cõfert. Rob de malis acetoſis ſimplex, pulſui cordis, & ardori ſtomachi, atq; nauſeæ remedium affert. Rob de ſucco uuę acerbæ, bilem reprimit rubeã & ſanguinẽ uehementer, ac ſtomachi ardorẽ, & ſitim qui ex caliditate procedit ſedat, uentrẽ quoq; atq; uomitũ conſtringit. Rob de ribes, eſt ſicut rob de ſucco uuæ acerbę & parũ plus operatur. Rob de ſucco pomi citrini, operaẽ ut prędicta, uentrẽ tamẽ ut ipſa cõſtringit, ſed calorẽ fortius iſtis reprimit & extinguit. Omnia pręterea robub quæ dicta ſunt, ei, in cuius pectore, eſt aſperitas, nocẽt. Rob de prunis ſãguinis & bilis rubeę calorẽ extinguit, ac uentrẽ laxat, gutturi etiã non multum nocet.

De uirtute carnium & ſuis ſpeciebus. Cap. IX.

CAro omnibus nutriẽtibus uehementius nutrit. Corpus prętereà impinguat & corroborat. Qui autem ea utitur, multũ habet repletionem. Ideoq; frequenti indiget phlebotomia, & pręcipue ſiquis cum ea uinum bibit. Animalium uerò decrepitorũ & impinguatorum caro, & eorum quę de uentre animalium ante partum extrahuntur mala eſt, nec eſt in eius comeſtione utilitas. Quę autem inter iſtas duas media reperitur, mediocris exiſtit. Quæ cum fuerit animalis, multo magis quàm alia iuuenis exiſtentis, erit humidior. Et quando fuerit animalis multum in ſenectute prouecti, erit ſiccior. Vniuerſaliter autem omnis caro calefacit, eoq; febricitantibus ac repletionẽ patientibus, incongrua iudicatur. Caro prętereà ſine pinguedine maioris eſt nutrimẽti, quàm qui eſt cum pinguedine, qui & pauciores generat ſuperfluitates, & ſtomachũ plus corroborat. Caro autẽ craſſa, multũ laborantibus conueniens eſt. Subtilis autem, his qui prędictis ſunt cõtrarij, conuenit. Hedulina caro eſt temperata, nullã in ſe habens malitiæ admixtionem, qui licet temperatũ generat ſanguinem, laborãtibus tamen non congruit, cui nulla alia caro prefferẽda eſt. Et nõ oportet ut ſuper eam eligaẽ, eis, quorum diſpoſitio huic diſpoſitioni eſt contraria. Non eſt enim adeò debilis, ut ex ea uirtus deſtruatur, neq; eius nutrimentũ adeò multũ eſt & craſſum, ut ex eo in corpore proueniat repletio, & craſſus generetur ſanguis. Sanguis quoq; qui ex eo generatur inter ſubtilem & craſſũ, ac inter calidũ & frigidum exiſtit. Arietina autẽ caro, hedulina carne craſſior eſt, uireſq; plus augmentat, & plures efficit ſuperfluitates, quę in bonitate hedulinam ſequitur

Caro hedina.

Arietina caro.

F

Caprina quitur carnē. Caprina uerò caro, arietina carne frigidior eſt, paucas faciēs ſuperfluitates, atq; uires minus accreſcere faciens & minus nutriens, qui frigidam habentibus complexionem, atq; his quibus frigidę accidūt ægritudines incongrua exiſtit, quibus arietina plus confert. Calidam uerò habētibus cōplexionē, & his quibus calidæ ex repletione ſolent accidere ægritudines, plus

Bubula. confert caprina. Caro uaccina craſſa eſt, multūq; nutrit, ſanguinē quoq; ſpiſſum ac craſſum generat, neq; cōgruit niſi his qui multo utūtur exercitio. A cuius cōeſtione abſtinere debēt, quibus melācholicę accidūt ægritudines.

Aczeurina. Caro azeurina calida eſt, & craſſa, ſanguinē craſſum generans, cuius fi-

Chamelina. nis ad melācholiā ducit. Caro chamęlina uehemēter exiſtens calida, melancholiā generat. Harū uerò triū carniū nulla eſt comedēda, niſi ab his qui multū laborāt. Inter illas tamē uaccina melior exiſtit. Caro gazel capreolū inter ſylueſtres carnes melior habeť, ſāguis quoq; ex ea generatus, paucas efficit ſuperfluitates, qui cū ſuccus ſit melancholię attinet.

Hircina. Hircorū uerò ſylueſtriū caro craſſior eſt, ac melācholię ꝓpinquior.

Ceruina. Ceruina ſimiliter caro, atq;

Onagrina. onagrina eadem operantur. Onagrina tamē manifeſtius calefacit. Omnes autem carnes iſtę, ſanguinem generāt melancholicū.

Leporina. Leporina uerò caro, hoc præcipue operať. Ipſa enī plus alijs melācholię generatiua exiſtit.

De carnibus uolatilium. Cap. X.

STarnę caro omni carne auiū leuior inuenitur, atq; his qui ſubtili uolunt cuſtodiri regimine conuenientior. Poſt iſtam autem coturnicis caro ſecūda in bonitate exiſtit, quæ paruam generans ſuperfluitatem, non multum calida iudicatur. Caro itidem pullorum poſt ipſam ponitur, coturnicis tamē caro melioris eſt generatiua ſanguinis, & ſpermatis augmētatiua. Perdicis caro iſtis craſſior exiſtens, uentrē ſtringit & multū nutrit. Caro alaudę quę pileata dicitur, uentrē ſtringit, cuius uentrē fluere

Pulli colūbini. facit. Caro paſſeris calidiſſima eſt, luxuriamq; cōmouet. Pulli columbini ſimiliter uehementis ſunt caliditatis, qui & ſanguinem generant inflāmatum, & cito febrire faciūt. Anatis caro plures efficit ſuperfluitates, ac plus faſtidire facit, & maioris eſt caliditatis. Non tamē plus nutrit quàm caro gallinacea. Caro gruis eſt craſſa, quę & tardè digeritur, & ſanguinē generat melancholicū. Strutionis caro omnibus craſſior iudicatur. Caro ſiſonis & aliarū auium ſylueſtrium, quanto maiori participat rubedine & nigredine, tanto calidior atq; ſanguine melācholico propinquior uideť. Quę autē illarū malum habet odorē, ſanguinis generatiua deterioris. Ideoq; nullo modo comedi debet. Volatilium autem caro in fluminibus uel lacubus morantium multarum eſt ſuperfluitatum effectiua, quę ſi malū habet odorem, deterior iudicatur.

De diuerſitate membrorum animalium in nutrimento. Cap. XI

CApuт eſt craſſum, quod multum nutriens calefacit nec eſt comedēdū niſi in temporibus frigidis. Ex eo enim febres multotiens generātur & colica, multū tamen confortat, ſanguinē quoq; ac ſperma auget, cerebrum cum ſit frigidū nauſeam facit, ac ſtomacho nocet. quod ab omnibus ipſum comedere uolentibus, ante omnem ſumendum eſt cibum, niſi catharticum ſint ſumpturi. Calidam pręterea complexionē haben

tibus confert. Quibus uerò frigidæ accidere ſolẽt ægritudines, non congruit.

Medulla inter caliditatẽ & frigiditatem temperamento uicina exiſtit, caliditati tamen magis appropinquat, quę & ſperma augmentat, & ſtomachũ mollificat. Vber eſt frigidum & craſſum, quod licet multũ nutriat, tardè tamẽ digeritur, ſtomachũ uerò & hepar habentibus calidũ cõfert. Epar calidum eſt, & humidũ, quod & tarde digeritur, & graue exiſtit. Renes tardè digeruntur, qui nec bonũ generãt ſanguinẽ, nec multũ dant nutrimentũ. Splẽ mali exiſtens nutrimẽti, tardè digeritur, ac nigrũ generat ſanguinẽ, ſtomacho tamẽ cõfert, ſed cito ſatiat. Vẽter tardè digerit̃, qui frigidus exiſtẽs, parũ nutrit, atq; phlegmaticũ generat ſanguinẽ. Cor calidũ eſt & dure ſubſtãtiæ, quod & tardè digerit̃, & nõ multũ nutrit. Pulmo tardè digerit̃, parũq; nutrit, & eſt frigidus. Muſculi ſiue lacerti ſanguinẽ multa abundantẽ humiditate, multasq; generantẽ ſupfluitates efficiũt, qui in ſe uiſcoſitatẽ retinẽs minoris eſt caliditatis. Caro ſine pinguedine, rubea uidelicet, ſanguinis ſicci eſt generatiua, paucas faciẽs ſuperfluitates magis tamẽ adipe nutrit. *Renes.* *Venter.* *Muſculi.*

Pinguedo ſanguinẽ generat humidiſſimũ, multas facientẽ ſupfluitates, minoris tamen eſt nutrimẽti. Caro uariata, quę, ſcilicet, inter pinguẽ & macrã exiſtit, ſanguinẽ generat tẽperatũ. Cauda eſt calida, q̃ ſtomacho nocẽs, faſtidiũ facit, ac bilẽ generat rubeã. Cutis frigidũ generat ſanguinẽ, in quo multa exiſtit uiſcoſitas, & oppilationẽ facit. Pedes ſanguinẽ generãt uiſcoſum, qui frigidior ac leuior eo exiſtit, quẽ caro generat. Animaliũ anteriora leuiora ſunt, & calidiora, poſteriora uerò grauiora ſunt & frigidiora. *Pinguedo.* *Pedes.*

De uirtutibus quas acquirunt cibi ex artificio. Cap. XII.

CAro ſup prunas aſſata multũ nutrit, corpus nãq; corroborat atq; uelociter nutrit, hęc etiã eis qui multi ſãguinis fluxũ ꝑpeſſi ſunt cõfert, tardè tamẽ digerit̃, atq; uix unq̃ tota omnino digerit̃. Quæ neq; poſt aliũ ſumẽda eſt cibũ, neq; cũ ea alius ſumi debet cibus, poſt cuius comeſtionẽ potus ſumẽdus nõ eſt niſi in parua quãtitate, maximè tamẽ cogẽte neceſſitate. Caro aũt cũ pinguedine frixa faſtidiũ facit, atq; de ſtõacho tardè deſcẽdit. Cuius nutrimentũ calidũ eſt. Grauior tamen eſt ea quę ſup prunas aſſat̃. Quę autẽ frigit̃ in oleo leuior eſt, atq; digeſtibilior. Caro q̃ in patellis poſita, in furno coquit̃ mala eſt, parũ enim nutrit. Acidè tamẽ ructãtibus cõfert. Vniuerſaliter uerò omnis mortariolorũ ac patellarũ ſpecies paruũ ꝑbet nutrimentũ, reſpectu cibariorũ ius habentiũ, multos tamẽ habẽtibus humores cõferunt, ac corpora ſua deſiccare & ſubtillare uolẽtibus, auxiliũ prębẽt.

Caro quoq; quę in ueru aſſat̃ craſſa eſt, & multũ dat nutrimentum. Quæ non digerit̃, niſi cũ ſtomachũ inuenit robuſtũ ac calidũ, uentrẽ uerò ſtringit, & hoc propriè facit cũ ex ea illud quod eſt pingue nõ comedit̃. Iudebegi ante omnem cibum comedi debet, cui res uentris ſolutiua ſit admixta. Ex ea enim colica ſępe accidit, propriè tamẽ, quando cum multis comeditur herbis, poſt cuius comeſtionem aqua in potu ſumitur. Triticũ coctum quouſq; album fit, & quaſi puls omnibus cibis plus nutrit, & maximè ſi cum lacte coctum fuerit. Quod his qui uirium indigent augmento confert, & qui corporis deſiderant craſſitudinem, calidis quoq; natura atq; macris, necnon qui multum laborant & exercitantur, auxiliũ præbet. Diſpoſitiones uerò his *Triticum.*

Digitized by Google

habentibus contrarias, cito replet uenas, atq; ad febres, & arteticum perducit dolorẽ. Lapides quoq; in eorum renibus, atq; phlegmones & magna generat apoſtemata. Caro cocta cum aqua cui poſtea ammiſcentur acetũ & crocus eſt frigida, quę ſanguinem & bilem reprimit rubeã, atq; calidũ habẽtibus hepar: Necnõ qui in hepate oppilationẽ atq; icterum & febres patiuntur confert, phlebotomatis quoq; beneficium præſtat. His uerò qui catharticum hauſerunt uel qui in neruis læſionem patiuntur, ſiue qui corpora habẽtes macra & debilia, neceſſe habẽt ea corroborare, atq; inpinguare, nocumẽtũ tribuit, deſiccat enim & ſubtiliat. Carniũ uerò & ſanguinis habẽtibus multitudinẽ, atq; his quibus ſanguinis & bilis rubeæ multitudo nocet, cõgruit, uentrẽ etiam ſtringit. Caro cũ aqua cocta & infrigidata, cui uuę acerbæ ammiſcetur ſuccus frigida eſt, quę ſanguinẽ & bilem reprimit rubeã, ac uentrem ſtringit. Verũtamen nõ ſubtiliat, neq; oppilationem aperit, ut prædicta caro cũ aceto facit, cui tamen aſſimilatur. Caro cocta cũ ribes uel ſumac de nutrientibus eſt, quę in æſtate conferũt, quando cucurbita uel portulaca, uel citrulli, uel his ſimilia ei ammiſcenť. Omnia uerò hæc atq; caro ſupradicta cũ aceto preparata, pectoris habentibs aſperitatem nocẽt. Caro cum aceto cocta, temperatè nutrit, ſtomachoq; ac hepati confert. Quæ carnis predictę cum aceto pręparatę, bonitatem in ſe habens, nullum eius retinet nocumentum. Caro cocta cum tritico & lacte craſſa eſt, quæ & multum nutrit, & calidis natura, atq; macris congruit, quibus phlegmaticę ex more accidũt ægritudines, incongrua eſt. Sed quibus febres acutę ac tertianę conſuetę accidunt, beneficiũ pręſtat. Caro cocta cũ lacte aceroſę ſimilis eſt ei, quæ cum lacte coquitur & tritico. Caro cocta cũ aqua ordei, eſt ſicut illa cum qua ſuccus ponitur uuę acerbę, hæc tamen inflatiua eſt. Caro cocta cum ouis & pipere ſemper calida eſt, & ipſa eſt cibus hyemalis, quę & corpus corroborat, & plus omnibus cibis nutrit. Diuerſificatur tamẽ ſecundũ quantitatem ammixtionis calidarũ ſpecierum, ſcilicet, ſecundũ quod habet eas ammixtas uel non. Hec preterea, ſperma & ſanguinem augmẽtat, corpus etiam robuſtum reddit & humectat, & pulchrũ atq; forte & craſſum efficit. In æſtate uerò faſtidium generat & calefacit, ac lapidem creat.

De uirtutibus ſiſamorm uel de his quæ ex melle conficiuntur. Cap. XIII.

PHeludem multum nutrit. In ſtomacho tamen diu moratur. Ei autem qui ipſo utitur, oppilationẽ creat. Gutturi uerò & pulmoni nec non corpus habentibus debile ac uacuum, confert. Caubem pheludẽ leuius exiſtit, minus tamen nutrit, atq; magis à generatione in hepate oppilationis eſt longinquum. Anabadha eſt ſicut pheludem, niſi quia in eo ponitur ſiſamum multum nutrit, & corpus ualde robuſtum reddit, ſanguinem quoque ac ſperma augmentat. Catahif eſt craſſæ naturæ, quod faſtidium facit, & corpus inpinguat. Leozinegi ſimile eſt catahif, leuius tamẽ multo plus iudicatur. Zulenig calefacit, ac ſitim generat, ructuſq; fumoſos procreat. Vniuerſaliter autẽ omnia quę de melle fiunt, ſanguinẽ augmentant & ſperma, corpuſq; inpinguant, hepati quoque ac ſpleni, quę repletionibus & apoſtematibus apta ſunt nocumentum præbent, gutturi uerò atque

pulmoni

Digitized by Google

pulmoni conferunt. Medullæ quoq́, & cerebro augmentũ tribuũt. Quæ omnia ſi loco mellis ſaccharum habeant, minus redduntur calida quàm cum ex melle fiunt. Vnctuoſitas præterea que eis ammiſcetur plus cõferens, oleum eſt amygdalarum. Ea uerò quę de melle cum nucibus uel piſtaceis, ſiue nuce Indica fiunt, ſunt ſuperfluè calida.

De ouis. Cap. XIIII.

OVa plus alijs hominibus conuenientia, gallinæ ſunt & perdicis. Poſt quæ oua anatis in bonitate exiſtũt: Quamuis malũ efficiat nutrimentum. Alia uerò oua ſicut ea que ſunt paruarum auium, atq́ magnarũ, comedẽda nõ ſunt, niſi medicinę cauſa. Duo uerò ouorũ prius dicta genera, gallinę, uidelicet, atq́ perdicis, ſperma ualde augmentant, atq́ ad coitum ſtimulando incitant. Anſerum autem oua faſtidium faciunt, grauem habentia odorem, ſed gallinæ & perdicis oua tẽperata ſunt & conuenientia. Vitellus quoque oui in caliditate temperatus exiſtẽs, benè nutrit. Albumen uerò, frigidum eſt & uiſcoſum, durecq́ digeritur, ſanguis etiã ex eo generatus non eſt bonus. Oua cum elixantur & dura fiũt plus nutriũt, ad digerendũ tamen ſunt duriora, tardiusq́ de ſtomacho deſcendũt. Mollia uerò ad deſcendendum uelocia, his à quibus ſanguinis fluxit multitudo, ac uires fuerunt diminutę conferunt. Tremula uerò quę neq́ dura ſunt, neq́ mollia, inter illa duo media exiſtunt. Oua præterea gutturis ac pulmonis conferunt aſperitati, ex quibus ſanguis temperatus ac multarũ uiriũ generatur. Ipſa quoq́ aliquando uicem carnis retinent, quibus ualdè pingues uti non debent. *Oua.*

De lacte, & his quæ fiunt ex eo. Cap. XV.

LAc recenter mulctum temperamento exiſtit uicinum, licet frigiditati & humiditati parũper approximet, quod corpus humectat & impinguat. Hecticis inſuper ac phthyſicis, nec nõ ſiccę tuſſi, atque ardori urinæ, & quibus hyoſchyamũ uel canthariđes dantur, auxilium præbet. Corporibuſ ſiccis optimum tribuit nutrimentũ, atq́ ad temperiem ducit, ſanguinẽ quoq́ ac ſperma augmentat, eius tamen conuerſio eſt uelox. Quapropter acutè febricitantibus, uel quibus capitis dolor ex more accidit, colicis quoque, ac quibus frigidę ex conſuetdine accidunt ægritudines, nullo modo eſt tribuendũ. Quod multipliciter diuerſificari inuenitur, uidelicet, ſecundũ animalis ſpeciẽ ac ſecundũ eius ætatẽ, ſecundũ loca quoq́ in quibus paſcit, ac ſecundum propinquitatem ſui temporis partui. *Lac.*

Vaccinum enim lac omni lacte cuiuſ libet alterius animalis craſſius iudicatur, quod etiã omnibus ſui corporis pinguedinem adipiſci uolẽtibus, cõuenientius exiſtit. Aſininum autem omni lacte ſubtilius eſt, quod in pulmone patientibus dandum eſt. Caprinũ uerò lac, inter hec duo tẽperiem tenet. Sed ouium plures quàm aliquid aliud procreat ſuperfluitates. Chamelinũ præterea dolorem in hepate patientibus dandum eſt, atque complexionẽ habentibus corruptam. Lac itidem animaliũ ping- *Lac bubulum.* *Aſininum.*

Digitized by Google

uium & iuuenum, quę diſcurrendo bonas paſcunt herbas, & partui adhuc uicina exiſtunt, temperatum & melius iudicatur, quod autem huic contrarium eſt, contraria operatur. Lac in utre moram ad minus per octo faciens dies, unde etiam pingue efficitur, quod Arabicè uocatur feres, lacte recēte frigidius eſt. Quod calorē extinguens, ante omnem comedi debet cibũ, in die tamē laboris ac caloris. Raib uerò feres multo eſt frigidius, quod ſtomacho calido atq; calidis natura cōuenientius exiſtens, neruis ac frigidis ægritudinibus nocet. Lac autē quod poſt butyri extractionē remanet, fluxum uentris ex acumine bilis rubeæ patientibus, corpusq; habētibus macrũ ac debile cōfert, quod ad hoc melius erit, ſi ferrum ignitum totiēs in eo poſt butyri extractionem extinguatur, quoad inſpiſſetur. Hoc enim modo præparatum, & fluxum uentris ex bilis rubeę acumine, ac in inteſtinis uulnera patientibus utilè exiſtit. Serum bilem expellit rubeam, ſcabiei quoq; ac puſtulis, necnon ſahafati, ictericiæ etiam atq; ei cui fortis uini potus nocuit, auxilium præbet. Butyrum aſperitati gutturis, ac impetiginem patientibus, necnon rubori faciei cum cutis craſſitudine, atq; puſtulis ſiccis & aſperis, quando fricantur cum eo, auxiliatur, faſtidium tamen facit, atq; ſuperius ad os ſtomachi deſcendit. Butyrum coctum ſtomachum debilitat, ac dura mollificat apoſtemata, quando ex eo fit emplaſtrũ, morſibusq; uiperarũ, & acutis uenenis acutiſſimisq; confert. Qui autem eo in comeſtione uſus fuerit, phlegmaticas patietur ægritudines. Nutribilius quoq; omnibus unctuoſis, atq; maioris exiſtit uirtutis. Caſeus recens frigidus eſt & craſſus, qui carnis augmentatiuus exiſtens, aduſtionem reprimit ſtomachi, neq; natura frigidis bonus dicitur. Vetus autem ſecundum uetuſtatis quantitatem diuerſificatur. Qui enim acuti eſt ſaporis, calidus eſt adurens, atq; ſitim faciens, ac male nutriens. Veruntamen cum poſt comeſtionem parua ex eo ſumitur quantitas, os ſtomachi corroborat. Satietatem quoq; nimiam atq; faſtidium, quę ex dulcibus & unctuoſis in ore ſtomachi proueniunt cibis, aufert. Veruntamen oportet ut & recens dimittatur, & uetus. Lac ſimiliter ſpiſſum omnino uitandum eſt, generat enim lapidem in renibus, eo utentiũ.

Serum lactis.

Lac coagulatum faſtidium facit, atque graue exiſtens, appetitum non irritat, ut caſeus, neque ſitim facit, quod in ſapore lacte atque caſeo unctuoſius ſentitur. Maſal eſt quod fit de lacte acetoſo & farina hordei, infrigidat fortiter, atque ſitim & bilem reprimit rubeam, neruis ac frigidis ægritudinibus malum eſt.

Maſal.

De uirtutibus piſcium. *Cap.* XVI.

Piſces recentes frigidi ſunt & humidi. Omnes uerò piſces ad digerendum ſunt duri, & in ſtomacho longam faciunt moram, ſitim quoq; cauſant. Sanguis autem ex recentibus generatus, phlegmaticus eſt. Hi autem piſces corpus humectant, ac ſperma augent, qui colicis, atque his quibus frigidę accidere ſolent ægritudines mali exiſtunt. Complexionem autem habentibus calidam, atque his quibus bilis dominatur rubea conferunt, licet eorum nutrimentum omnino ſit malum. Cum alijs pręterea

Digitized by Google

terea cibis mixti,ad bilis rubeæ extinctionẽ ſunt meliores. Piſces enim ſemper in ſtomacho longam facientes moram,ſitimq; generantes,malas in corpore adunant uiſcoſitates,ex quibus multę proueniunt ægritudines.Omnibus autem piſcibus ezie & buui ſunt meliores,& eis ſimiles. Poſtremò quoque illi ſunt eligendi piſces,quorum caro non eſt uiſcoſa, neq; multũ craſſa, neq; grauẽ habens odorem, neque cito putreſiens. Ipſi inſuper neq; in lacubus, neque in paludibus, neq; in locis ſordes habentibus ſint capti,neq; in luto malum habente odorem, neque in aqua malas habente herbas ſint nutriti, neq; maximi ſint. Huiuſmodi enim piſces omnibus ſunt meliores, qui uerò his ſunt cõtrarij,ſunt deteriores. Saliti autẽ piſces nullo modo ſunt comedendi, niſi in die in quo aliquis ſe medicare uoluerit, ſi tamen eos aliquis appetit,parua ex eis ſumatur quantitas. Qui cum rebus unctuoſitatem habentibus & ſatietatem facientibus,ſint præparati. Ipſi quoq; ſi ita ut ſunt, uel in aqua ſalita poſiti comedantur, appetitum parumper corroborãt. Cocti autem ſaliti piſces & infrigidati,deſtructionem duorum prædictorum in ſe retinent. Neq; enim infrigidant, neq; calidorum generant extinctionem, neque etiam inciſionem,neq; ſubtiliationem efficiunt. Qui in ſtomacho lõgam facientes moram, ſitim generant.

De ſeminibus & ſpeciebus & alijs coquinæ neceſſarijs,quæ quando quum cibis miſcentur condimentum præſtant. Cap. XVII.

SAl calidum eſt & ſiccum. Qui cibis auferẽs faſtidiendi nocumentũ, ſubtiliat,atq; appetitum excitat, & acuit. Eorum præterea ſanguinẽ qui multam ex eo ſumunt quantitatem adurit, uiſum quoque debilitat atq; ſperma minuit,pruritum generat & ſcabiem. Acetum frigidum & ſiccum quod & maciem efficit, & uirtutem deſtruit, ſperma quoque minuit,bilemq; corroborat nigram, rubeam uerò bilem ac ſanguinem *Moriſpia.*
debilitat, ciboſq; quibus ammiſcetur debilitat. Moripſia totũ quod ſal operatur,licet fortior ſit eo & ſubtilior, quę & uentrem laxat, & uiſcoſitatẽ incidit,ciboſq; ſubtiliat craſſos, ſitim quoque facit, atq; ſtomachum, & he- *Piper.*
par caleſacit. Piper cibum digerit ac uentoſitatem diſſoluit, uehemẽter calidum exiſtens & ſiccum,quod ſtomachum calefacit,atq; hepar, cuius caliditas quum,ut dictum eſt,fortis exiſtat,corpora habentibus calida,& præ- *Coriandrum.*
cipue in æſtate nocumentum præbet. Coriandrum frigidum eſt & ſiccũ, cuius natura ut quod nutrire debet in ſtomacho tandiu morari faciat, quo ad eius compleatur digeſtio. Ideoq; oportet ne de eo in cibis craſſę naturę *Cyminum.*
multum ponatur. Cyminũ calidum & ſiccum, quod digeſtioni auxiliũ *Carui.*
præbens, inflationem diſſoluit, minus tamen quàm piper. Carui in caliditate & ſiccitate ſicut cyminum exiſtit,habilior tamẽ ſtomacho eſt atq; cõuenientior,uentrem quoq; ſtringit. Keiſim calidum & ſiccum,quod digeſtiuam adiuuans,uentoſitatem diſſoluit & inflationem. Auiden calida eſt & ſicca,quę in ſtomacho diu morãdo,inflationẽ nõ diſſoluit,luxuriã *Origanum.*
multũ tamẽ cõmonet. Origanũ calidũ eſt & ſiccũ,q̃d ualdè exiſtẽs habile,

à ſtomacho

Digitized by Google

à ſtomacho diligitur. Excitat enim appetitum atq; uentoſitatem expellit.
Cinnamomum calidum eſt & ſiccum, quod ſtomachum & hepar roborando digeſtiuam adiuuat, atque uentoſitatem expellit. Galanga calida eſt & ſicca, quę uentoſitatem diſſoluit, ac digeſtiuam adiuuat. Cinamũ cinnamomo uicinũ exiſtit, licet eo ſit debilius. Maharot calidũ eſt & ſiccum, quod ſtomachum corroborat atque hepar.

Cinamum.

De oleribus & quæ miniſtrantur ex eis in decoctione. Cap. XVIII.

LActuca frigida eſt, quę calidi ſtomachi ardorem reprimit, atque ſperma minuit, ſomnumq; facit. Endiuia frigida exiſtens, extinctionem malę gignit caliditatis, quę ſtomachi ac hepatis ardoribus cõfert, oppilationẽ quoque diſſoluit. Porrum calidum eſt & ſiccum, quod licet appetitui auxiliũ tribuat, caput tamẽ dolere facit, ſomniaq; mala demonſtrat, atque his qui cephalęgam pati ſoliti ſunt, & qui à calore lęduntur, malum exiſtit. Coriandrum recens frigidum eſt, de quo nõ multa ſumenda eſt quantitas, forſitan enim mors ex eo ſequeretur, cuius parua quantitas eadẽ, quę & lactuca operatur. Veruntamen ipſum nõ humectat.
Eruca calida eſt, quę inflatiua exiſtens capitis creat dolorem, tardeq; digeritur, ſed uirgam erigere facit. Naſturtium calidũ eſt & ſiccum appetitum adiuuat, licet inflationem & capitis efficiat dolorem, digeſtiuam præterea retardat. Fœnugręcũ calidum eſt, & inflationem non facit. Andagoga dolorẽ facit capitis, quę calida exiſtit & inflatiua. Carohon calida eſt & craſſa, quę inflat ac digeſtiuam tardat. Ruta calida eſt & ſicca, quę & ſubtiliat atque uentoſitatem & inflationem diſſoluit. Meliſſa calida eſt, quę ſubtiliatiua exiſtens, cordis patientibus tremorem congruit, atq; inflationem faciens, uirgam erigit, deſiderium præterea comedendi tribuit, uomitumq; aufert & ſingultum. Albetarogi calidum eſt, quod & dolorem efficit capitis, & malè nutrit. Cuius comeſtio, utentis uiſum turbat, quãdo eo multum utitur, ſperma quoq; ac lac deſiccat, ori tamen ſtomachi confert, corroborat enim ipſum, atq; cordi auxiliatur. Apium eſt calidum, quod oppilationem aperiens inflat, luxuriam cõmouet, atq; malo oris odori remedium tribuit. Neque eſt comedẽdum, ubi ſcorpionum timetur punctura. Apium Romanum eſt ſicut prædictum, licet ſubtilius ſit, atque fortius operetur. Allia calida ſunt & ſicca, hæc ſitim auferũt, libidinem efficiunt, atque uentoſitatem expellunt, & corpus calefaciunt, regionibus uerò ac temporibus, necnon corporibus calidis nocumẽtum præſtant, conueniẽtia in eis quę illis ſunt cõtraria. Multũ ſubtiliant, colicę proficiũt, unde theriaca Ruſticana uocatur. Cepę calidę ſunt & ſiccę quę ſitim faciũt, atque appetitum adiuuãt, libidiniq; augmentum prębent, dolorem præterea capitis faciunt, ſi crudę comedantur, in ſtomacho quoq; humores generant ſuperfluos, atque phlegma. Troximel agreſte Serraia ſylueſtris dicta, domeſticæ ſimilis exiſtit, ſubtilior tamẽ eſt, atq; fortius operat̃. Arſes calidũ eſt & ſiccũ & ſtomacho cõgruit. Caulis Romanus, & caulis de Syria, qui imperialis dicitur, calidus eſt & ſiccus, qui bilẽ generans nigrã, ſomnia mala uidere

Andagoga. Saturcia. Ruta. Meliſſa. Baſilicon. Apium. Allia. Cepæ. Arſes. Caulis.

Digitized by Google

uidere facit. Veruntamẽ guttur ac pectus lenit, uentrem quoque fluere facit,
atq; ebrietatem aufert. Imperialis itidem eadem operatur, licet minoris ſit ca
liditatis. Alij pręterea inueniuntur caules, qui moſali & amedẽt uocati, frigi-
diores exiſtunt, quorũ operationes uaporũ operationibus ſimiles ſunt, ſper-
ma quoq; augmentant. Melongia calida eſt & multum ſicca, quę & bilẽ *Melongia.*
generat nigram & ſanguinem adurit, atq; in ore puſtulas facit, ſi quis ea uſus
fuerit. Si uerò cum aceto coquatur, in ore puſtulas non facit, ſed bilem forti-
ter reprimit rubeam, hepatis ac ſplenis aperit oppilationẽ, cuius comeſtionis
modus deterior eſt quando cruda comeditur, poſt quem, eſt modus ipſam co
medendi aſſatam. Poſt hunc uerò eſt ille modus, quo in patella coquitur.

Napi calidi ſunt & humidi, qui inflationem ac crudum generant phleg- *Napi.*
ma, ſperma quoq; acuunt, atq; gutturis & pectoris lenitatem efficiunt, renes
etiam & dorſum calefaciunt. Bauciæ calidę ſunt & inflatiuę, quę & durę *Bauciæ.*
digeruntur, ac ſpermati acuitatem tribuunt, urinam quoq; expellunt. Aſ *Aſparagi.*
paragi calidi ſunt & humidi, qui ſpermati augmentum tribuentes, renes ca
lefaciunt, ſtomacho tamen non ſunt congrui, imò nauſeam aliquando effici
unt. Tubera frigida ſunt & craſſa, phlegma quoq; generant crudum, quę *Tubera.*
autem ex eis ruborem habent mala exiſtunt, quorum multa comeſtio coli-
cam generant. Nec etiam abſq; caliditatis ſunt edenda cõdimentis. Fun- *Fungi.*
gi tuberibus ualdè ſunt deteriores, quorum quidam hominem ſtrangulant,
atq; occidunt, qui autem ex illis boni exiſtunt, in corpore uiſcoſum generant
phlegma. Alcorſof calida ſunt, quę appetitiuã ſpermati augmentum tri *Alcorſof.*
buunt, atq; urinę prouocatiua ſiue expulſiua exiſtunt, ſudoris quoq; fœtorẽ
auferunt, cum ex eis multa ſumitur quantitas, ac renes calefaciunt. Go- *Goſiæ.*
ſię ſunt frigidę & humidę, quę tuberibus propinqua exiſtentia minus ſunt fri
gidę atq; eis meliora. Feſich eſt frigidum & humidum, quod goſię uici- *Feſich.*
num exiſtit. Cautar calidum eſt & inflatiuum, quod ſperma augẽs, dolo *Cautar.*
lorem capitis & nauſeam facit. Sahar calidum eſt & ſiccum, ſtomachum *Sahar.*
quoq; ac hepar deſiccat. Caſcuta calida temperatè & ſicca exiſtens, ſto- *Caſcuta.*
machũ atq; hepar robuſta reddit. Talea frigidũ eſt & ſiccum, quod ſto- *Talea.*
macho faciẽdo robuſtũ deſiccat, atq; ſanguinis ebullitionẽ reprimit. Siclę *Siclæ.*
calidę ſunt, ſtomacho quoq; male exiſtentes, uentrẽ fluere faciũt, atq; phleg
ma incidunt. Firfir frigidus exiſtens, ſitim aufert. Portulaca frigida *Firfir.*
eſt, quę ſitim & aduſtionem extinguens, uentrem ſtringit, ac dentium aufert *Portulaca.*
congelationem, & bilis rubeæ ſuperfluitatem habentibus, & his qui ex bili
rubea fluxum patiuntur uentris, confert, ſperma quoq; minuit. Atriplices *Atriplices.*
frigidę ſunt & humidę, quę, uentrem mollificantes bene faciũt, ictericis quo
que atq; calidũ habentibus hepar beneficium pręſtant. Litri ſiue bliti atri *Litri.*
plicibus uicinantur, calidiores tamen atque minus humidi exiſtunt. Mal *Malua.*
ua atriplicibus uicina exiſtit, ſed eſt eis leuior. Spinachia ſunt temperata, *Spinachia.*
quę gutturi atque pulmoni, nec nõ ſtomacho & hepati congruentia, uentrẽ
leniũt, quorũ nutrimentũ bonũ exiſtit & optimũ. Corrigiola calida eſt, quę *Corrigiola.*
ſtomacho mala exiſtens, uentris facit fluxũ ac nauſeã efficit & anguſtiam.

Acetoſa frigida eſt & ſicca, quę & uentrẽ ſtringit & ſtomachum exaſpe- *Oxalis.*
rat, bilemq; rubeam & ſitim extinguit. Cucurbita frigida eſt & humida,
quę

Digitized by Google

quæ ſtomacho mala exiſtens appetitum deſtruit, ſitim quoq; ſedat, & epatis ac ſtomachi ardorem extinguit, quando in eis abundat calor. *Anetum.* Anetum calidū eſt, quod ſtomacho incōueniens nauſeā facit. Lac quoq; augmentat atq; uentrē lenit. *Raphanus.* Raphanus calidus eſt & craſſus, qui in ſtomacho longam faciens moram, phlegma incidit atque cibum ad os eleuat ſtomachi, uomitum quoque cōmouet, cuius folia cibum digerunt, & appetitiuā adiuuant, quoniam ex eis parum ſumitur. *Keneiuri.* Keneiuri fluxū facit uētris, hepatis quoq; ac ſplenis oppilationē aperit. *Enula.* Enula calida eſt & ſicca, quæ ſtomacho multis repleto humoribus bona exiſtēs, epatis ac ſplenis aperit oppilationē. Qui autem ex ea multam comedit quantitatē, ſanguinis patietur corruptionem, ac ſpermatis incurrit minorationem.

De uirtutibus quæ ex condimento auferunt faſtidium, & de cibarijs & ſalſamenis. Cap. XIX.

GArus calidus eſt & ſiccus ſitimq; facit. Verūtamen ſtomachū à phlegmate purgat, maloq; oris odori beneficiū præſtat. Aſanetu calidus & ſiccus, qui ſitim faciēdo ſtomachū quaſi abradendo à craſſo purgat phlegmate. Eo autē utentis ſanguis corrūpitur, atq; ex eius eſu ſcabies & eis ſimiles generantur ægritudines. *Rebite.* Rebite calidi ſunt, qui appetitū comedendi facientes, ſitim procreāt, ſtomachū quoq; mundāt, atq; ad ſpermatis emiſſionem ſtimulāt. *Sumekit.* Sumekit calidi ſunt, qui ſtomachi humorē abradentes ſitim faciūt. *Capparis.* Capparis ſalmuria cōdita calida eſt & ſicca, quæ ſtomacho mala exiſtēs, ſitim inducit atq; corpus macreſcere facit. Aludē ſale conditū uehemēter eſt calidū, doloremq; facit capitis, ſtomacho quoque multis repleto humoribus, atque cuius digeſtiua ualde exiſtit diuerſa, auxilium præſtat. Anetum ſale conditum calidum eſt, quod uomere uolēti congruit, & quando poſt cibum comeditur obeſt. Vniuerſaliter uerò omnium iſtorum ſale conditorum uirtus eſt, ut eorum ex quibus fiunt uirtutes exiſtunt. Quę præterea ex ſale & putrefactione ſecundam adipiſcuntur naturam, in qua ſuperfluè ſiccitas, atque caliditas & acuitas exiſtunt. Omnia uerò quę aceto condiuntur, multā ex ipſo acquirunt ſubtilitatem. Hepar quoq; infrigidāt. Capparis quæ cum aceto conditur, minus calida eſt ea quę in ſalmuria ponitur, oppilationi quoque hepatis ac ſplenis congruit. *Cepæ.* Cepę aceto conditę, neq; calefaciunt, ſed adiuuant appetitiuam. *Citri.* Citrioli & cucumeres aceto conditi uehemēter infrigidant, atq; cum hoc ſubtiles exiſtunt. Omnia autem aceto uel ſalmuria condita, in gutture aſperitatē habentibus, nociua exiſtunt. *Salmuria.* Salmuria præterea cōdita eis, quibus ſcabies & pruritus atq; ſahafati accidūt nociua inueniūtur, atq; quibus ægritudines prædictis ſimiles euenire ſolent quæ ex ſanguinis aduſtione atq; ipſius generantur corruptione. *Sinapi.* Sinapi calidū fortiter exiſtit & acutum, quod & phlegma abradit, atq; ſtomachum & hepar calefacit. Ipſum præterea ſępe comedendum non eſt. Eius nanque calor fortis exiſtit, neque debet comedi, niſi craſſis āmiſceatur nutrientibus. *Napi.* Napi cum aceto conditi, frigidi exiſtunt. Qui licet inflationē nō faciāt, bilem tamen extinguunt rubeā. Oliuæ de

aqua

Digitized by Google

aqua, calida ſunt & ſicca, quę ſi ante cibum comedantur uentrem mouent, & os ſtomachi robuſtum reddunt. Oliuæ autem de oleo, calidiores ſunt, quæ & os ſtomachi minus corroborant, & uentrem minus fluere faciũt. Stirgar aceto condita, calefacit, ac digeſtiuã adiuuat. Bruculi qui ſaliti non ſunt, parumq́ calefaciunt, & inflatiui exiſtentes ſperma augmẽtant. Saliti uerò plus calefaciunt, ac ſitim efficiunt & ſunt mali nutrimenti, ſanguinem quoq; aduriunt. Salſa quæ ex aceto fit & carui cibum digerit, & non multum calefacit. Que uerò ex alio fit, uel ſinapi in qua non ponitur acetum, calidiſſima eſt. Illa uerò in qua acetoſi lactis ſerum ponitur, eorum reprimit calorẽ. Phezipherezegi calida eſt, humor quoq; qui ex ea fit malus eſt, qui & neruos impedit atq; inflationem facit.

Oliuæ. *Stirgar.* *Bruculi.* *Phezipherezegi.*

De uirtutibus fructuum & pomorum. Cap. XX.

DActyli calidi ſunt & craſſi, multũq; dant nutrimentũ. Qui ſi in cõmeſtiõe multo accipiẽtur uſu, ſanguinẽ in interioribus generãt craſſum, dentesq́; corrumpunt, ſanguinẽ quoq; ac phlegma accreſcere faciunt. Rotab minus calidi ſunt quàm dactyli. Qui lenitiui exiſtentes, ſtomachum rectificãt. Vuę multum dulces calidę ſunt, minoris tamen ſunt caliditatis q̃ dactyli, neq; oppilationẽ ut ipſi faciũt. Inflatiuę uerò ſunt & uentrẽ mouẽt, atq; corpus uelociter impinguãt. Virgę quoq; erectionẽ augmentant, quæ autem ex eis corticẽ habent ſubtilẽ, citius deſcendunt, minusq́; inflant. His autem contrariæ contraria operantur. Sed illæ in quibus exiſtit acetoſitas non calefaciunt, imò cum aqua frigida ablutæ, atq; ante cibum comeſtæ, calorem quaſi extinguũt. Acerbę uerò uuæ frigidę ſunt, quę & uentrem ſtringũt, & bilem rubeã reprimũt ac ſanguinem. Vuæ autẽ paſſæ in calore ſunt temperatę. Quæ bene nutrientes, oppilationem ut dactyli non faciunt, licet ipſi fortius & plus nutriẽt. Ficus calidæ ſunt, quę cum ſunt recẽtes uentrem inflant, & leniunt, humorem creantes non malum. Siccę uerò multum nutriunt & calefaciũt. Quarum multus uſus pruritum & pediculos, creat, uentrem quoq; leniunt, quãdo ante cibum comeduntur. Iumẽ calidi ſunt, qui ſtomacho mali exiſtentes nauſeã faciũt, atq; ſubtilioribus naturæ ſunt quã ficus citiusq́; deſcẽdunt. Muſa calida eſt, quæ cũ ſtomacho ſit mala, faſtidium facit, citoq́; in bilem conuertitur rubeam, appetitũ quoq; aufert, atq; uentrem lenit, & gutturis remouet aſperitatẽ. Cãna mellis temperatè eſt calida, quæ & guttur lenit, & urinam prouocat, ardorem pręterea, qui in mictu ſentitur aufert, ac tuſſi auxilium præbet. Mala granata dulcia non infrigidant, ſed inflammationẽ & ſitim faciũt, atq; guttur leniunt. Acetoſa uerò pectoris aſperitatem faciunt, ſtomachum & hepar infrigidant. Hepar tamen propriè quę bilis ac ſanguinis calorem extinguentia, febrem reprimunt & uomitum. Citonia dulcia & acetoſa ſtomachum efficiunt robuſtum, licet acetoſa ad hoc ſint fortiora, appetitum inſuper excitãt. Quorum proprietas eſt uentrem ſtringere. Hæc autem ſi poſt cibum comedantur, ſtercus cito deſcendere faciunt, atque à uentre expellunt. Ante cibum autem ſi comedãtur, totum iſtud prohibent. Illa autem quæ acetoſiora ſentiuntur, in uentris conſtrictione ſunt fortiora. Pira quæ multum ſunt dulcia non infrigidant. Omnia tamen uentrem ſtringũt, ſi uerò poſt cibum comedantur.

Rotab. *Vuæ.* *Vuæ.* *Ficus.* *Canna mellis.* *Granata.* *Citonia.* *Pira.*

Digitized by Google

Sic enim comeſta ſtercus cito expellunt, poſt cuius expulſionem eorũ eſt fi-
nis uentrem ſtringere. Pira autē ſemi, licet minoris ſũt nutrimēti, in uen-
Sorbæ. tris tamen conſtrictione fortiora exiſtunt, ac ſitim ſedant plus. Sorbę frigi-
Naba.h. dæ ſunt, quæ & uentrem ſtringũt, & bilem reprimũt rubeā. Nabach fri-
gidæ ſunt & ſiccę, quę & uentrem ſtringunt, & bilem reprimũt rubeam, quę
Mora. uerò ex eis ſũt dulces ad hoc ſũt debiliores. Mora quę ſũt dulcia in calidi-
tate ſunt temperata, & in ſtomacho faſtidiũ faciunt. Acetoſa uerò frigida ſũt
Poma. quę & uentrē cōmouent, & ſanguinē fortiter reprimũt. Poma frigidio-
ra, ſũt acetoſiora & magis ſtringentia, quę licet ori congruant ſtomachi, ipſũ
Pruna. tamē uiſcoſitatibus replent. Pruna frigida ſũt, quæ licet uentrē moueāt,
Perſica. bilem tamen rubeā reprimũt, atq; appetitũ auferunt. Perſica frigida ſunt
& craſſa, quę licet ardenti conferant ſtomacho, durè tamen deſcendunt, atq;
in ſanguinem durè conuertũtur. Qui autē eorũ eſu uſus fuerit, febriũ phleg-
Chriſomela. maticarũ incurret generationē. Chriſomela frigida ſunt, quę uentrē cō-
mouent atq; inflant, & bilem reprimunt rubeam. Stomachum prętereà de-
bilitant, eius extinguendo calorem. Quibus qui frequenter uſus fuerit, in cō-
Ribes. ſequenti tempore febres patiũtur. Ribes frigida eſt, quę & uentrem con-
ſtringit, ac bilem rubeā & ſanguinē extinguit. Melones dulces ueIociter
Melones. in bilem uertuntur rubeam. Alij uerò ſitim ſedant & humectant, atq; urinam
prouocant. Melonibus autem ſi quis in comeſtione multum uſus fuerit, cole-
ricam patietur paſſionem. Cucumeres & citrulli frigidi ſunt, qui & ſi-
tim auferunt & ſtomachum infrigidant, atq; urinam prouocant. Glan-
des frigidę ſunt & ſiccę, quæ uentrem conſtringunt, atq; urinam. Caſta-
neæ melioris glandibus ſunt nutrimenti, minuſq; ſtringunt. Nuces cali-
dę ſunt, quæ in ore ueſicas faciunt, & calefaciunt, ac capitis generant dolorē.

Amigdalæ dulces in calore ſunt temperatę. Quæ licet leuitatem gutturis
faciant, graues tamen exiſtunt, diuq; in ſtomacho morantur. Verum ipſę
non ſolum oppilationem nō faciunt, ſed etiam oppilationem aperiũt, atq; uri-
Piſtatia. nę ſedant ardorem, & cum ſacharo comeſta ſperma augumentant. Fiſci
calidiores exiſtunt amygdalis, atq; hepatis aperiunt oppilationē. Auella-
nę nucibus minus ſũt calidę, grauioreſq; ipſis exiſtũt. Quæ à ſcorpiōe punc-
tis, beneficiũ prębent. Naragil calida ſunt, qui & ſperma augmentant,
& renes calefaciunt, & ea quæ ſunt in circuitu ipſarũ. Caro hortulana cali-
da eſt. Quod ſpermatis tribuit augmentum, & renes calefacit, & impin-
guat eos, atq; menſtrua prouocat. Faſſaſa genera calida ſunt. Quę & ſper-
ma augent, & corpus impinguant. Pini fructus multum calefaciunt cor-
pus. Qui in aliquibus membris tremorē patientibus, atq; aſchmaticis, cōfert,
ſperma quoq; auget. Kilkil calida ſunt, quæ & ſperma augent, & dolo-
rem faciũt capitis. Grana zelē calida ſũt & ſperma augent. Canapis ſe-
men calidum eſt. Quod dolorē ac faſtidiũ facit. Siſami ſemen calidũ eſt.
Quod & faſtidium facit, & malum in ore generat odorem, ſtomachũ quoq;
mollificat, ac uentrē lenit. Papaueris albi ſemē frigidũ eſt. Quod gutturi
& pectori bonũ exiſtens, ſomnũ auget. Gobora frigida ſunt & ſicca, qui
uentrem ſtringũt, & uomitũ abſcindũt. Iuſubę in caliditate ſunt tēperatę,
& ſunt bonæ gutturi & pectori, ſanginis quoq; acuitatē parũper extinguũt.

Siliqua

Digitized by Google

Siliquæ quæ in terra naſcuntur Hieroſolymitana, temperatum habent calorem, uentremq́ ſtringunt. Quæ uerò in alijs naſcuntur terris, in uentris constrictione fortiores exiſtunt, necq́ eſt in eis caliditas. Lutum comedendũ frigidum eſt. Quod os ſtomachi robuſtum faciens, faſtidium quod poſt comeſtionem fit aufert, atq́ in ore bonum efficit odorem. Qui autẽ ex eo maximam ieiunus comedit quãtitatem, hepatis oppilationem, atq́ ſuæ cõplexionis patietur corruptionem. Lutum lene calidum eſt. Quod in hepate oppilationẽ generat, atq́ ſplenem incraſſat, & deſtruit appetitum, & ſordidat ſtomachũ. Penidij calidi ſunt. Qui guttur & uentrem, ac ueſicam lenientes, ea, quæ in circuitu renũ ſunt, calefaciunt. Mel calidũ eſt, citoq́ in bilem uertitur rubeam, atq́ phlegma quaſi lambendo deſtruit. Quod ſenibus frigidam habentibus complexionem, cõfert. In æſtate autem, & qui calidam habent complexionem malum exiſtit. Saccharum guttur & uentrem lenit, neque calefacit niſi parum. Tereniabin calidũ eſt, uentremq́ ſoluit, atque guttur lenit.

De herbis recentibus & benè redolentibus. Cap. XXI.

SErabram caliditati attinet. Quæ quãdo ſuper ipſam aqua roratur roſata, infrigidat & ſomnum prouocat. Maiorana calida eſt & ſubtilis, omnibus frigidis paſſionibus, quæ in cerebro fiunt, proficiens. Nemen calidum eſt & ſubtile. Roſa frigida eſt, capitiſq́ dolorẽ ex caliditate proueniente remouet, atq́ crapulam aufert. Rheumatiſmũ tamen & ſternutationem inducit. Violæ frigidæ ſunt ac ſomniferę. Quæ capitis dolorem à calore factũ ſedant. Mirtus frigida eſt & ſicca. Quæ debilia membra reddit robuſta, quando ſuper ea epithimatur. Poma citrina, cortices habent calidos, atq́ ſubtiles. Quorum caro licet ſit temperata, ad digerendum tamen eſt craſſa. Acetum uerò eorum frigidum eſt & ſiccum, bilemq́ reprimit rubeã. Semina autem eorum omnibus uenenis utilia exiſtunt. Mandragoræ poma frigida ſunt. Quæ quidẽ in capite grauedinem, atq́ ſubeth efficiunt. Comeſta uerò, nauſeam ac uomitũ inducũt, & faciunt ſubeth, atque forſitan interficiunt. Nenufar frigidũ eſt, atq́ ſomniferum, dolorem quoq́ capitis ſedat. Vchuen eſt calida, grauedinem faciens capitis, & facit ſubeth. Sea flos calidus eſt & ſiccus. Qui nares habẽtibus oppilatas, remediũ præſtat. Geuſſini calid. eſt & ſiccum. Quæ oppilationi ac dolori capitis ex frigiditate, uel craſſa uentoſitate accidentibus proficiens, cerebrum robuſtum efficit. Neſrim calida eſt & ſicca. Quæ quidem calidam habentibus cõplexionem, capitis uelociter affert dolorem. Narciſcus calida eſt & ſubtilis, cerebro quoq́ auxilium præbet. Felengemisk calidum eſt & ſubtile, tremoriq́ cordis, & alguaſa remediũ præſtat. Flos lilles frigidus eſt, atque cerebrum corroborat, fumumq́ reprimit calidum. Keiri calidi ſunt & ſubtiles, & citrini propriè hoc habent. Omnes præterea herbæ, in quarum odore ſentitur acuitas, & acritas, et ſtimulatio, ut flos ſtichados Arabici, et mentaſtrum calidæ ſunt. Quarum uerò delicatus eſt odor, ex quo anima ſedatur, ut nenufar et flos ſalicis, atque roſa omnes frigidæ exiſtunt.

Digitized by Google

De ſpeciebus benè redolentibus, & earum uirtutibus. Cap. XXII.

MOſchus calid. eſt & ſiccus. Qui calidis natura, capitis dolorẽ ue lociter inferẽs, omnibus paſſionibus, quę in capite ex frigiditate fiunt ualdè congruit, nauſeęq́; bonus exiſtit, atq; appetitu carentibus confert. Ambra calida eſt, cerebrum quoq; atq; cor robuſta efficit. Cãphora frigida eſt & humida atq; ſubtilis. Quę dolori capitis, nec nõ omnibus eius calidis cõfert ægritudinibus. Quod etiam in toto operatur corpore. Sed qui eius odore multum uſus fuerit, uigiliarum ſentiet detrimentũ. Bibentibus eam præterea, renes infrigidãtur atq; teſticuli, eorumq́; ſperma cõgelatur, atq; frigidæ ægritudines in iſtis procreabuntur locis. Xiloõ aloẽs calidũ eſt & ſiccũ, humidoq́; ſtomacho, ac uiſcoſitate repleto congruũ exiſtit. Crocus calidus eſt & ſiccus. Qui ſtomachi incongruum exiſtens, nauſeam capitisq́; dolorem & grauedinem facit, ſomnumq́ue prouocat. Sandali frigidi ſunt & ſicci. Qui acutis conferunt ægritudinibus, quando patientes eos odorant, uel cum eis epithemantur. Totum præterea corpus, ſi cum eis in balneo epithematum fuerit, liberabitur à prurítu. Bunchũ calidũ eſt & ſiccũ. Quod ſtomacho congruum exiſtens, mali ſudoris odorem, atque pſilotri incidit, & aufert. Machaleb calidi ſunt, neruos craſſitiem habentes mollificantes, quorum ægritudo diuturna fuit & cronica. Aqua roſata frigida eſt et ſubtilis. Quæ dolorẽ capitis ex caliditate remouens, crapulam atque nauſeam ſoluit, multum tamen ea utentem cito caneſcere facit. Gariophili calidi ſunt et ſicci, ſtomachum quoque, atque cor robuſta faciunt. Sigia calida eſt, capitis grauitatem faciens, ac dolorem. Blactæ bizantiæ calidæ ſunt. Quæ in capite grauedinem atque dolorem creant. Coſtus calidus exiſtens et ſiccus, oppilationem aperit et purgat, carnemq́; corrodit ſuperfluam. Qui rheumatiſmũ ex frigiditate patientem, ſi nares cum eo ſuffumigentur adiuuat. Cyperi calidi exiſtentes et ſicci, malo oris odori, atque humido ſtomacho et uiſcoſitate repleto congruunt. Vſnen calida eſt et ſicca. Quæ purgat et aperit oppilationem, carnemq́; corrodit ſuperfluam. Vniuerſaliter omnium iſtarum herbarum bonum habentium odorem, quàmplures, calidæ ſunt, niſi illę ex quibus ſentitur illud, quod diximus, ſicut ſentitur in aqua roſata, & camphora, atque ſandalis.

De liquoribus unctuoſitatem habentibus. Cap. XXIII.

OLeum calidum eſt. In quo autem maior morſus, atq; fortior odor ſentiũtur, calidius exiſtit. Ipſum præterea neque faſtidium, ut alia unctuoſitatem habentia, facit, nec eorum habet craſſitudinem. Oleum de nucibus uehementer calidum, atque diſſolutiuum exiſtit. Oleum quod fit de neridem & cyperis calidum exiſtens, calefacit renes. Oleum reſim calidum eſt, neruoſq́ue à uiſcoſitate, quę eis adhærendo inuiſcatur, purgat. Oleum amygdalinum temperatum eſt. Quod pectori atque pulmoni, nec non ueſicæ & renibus auxilium præſtat, faſtidium tamen facit, tardæq́ue deſcendit. Oleum ſeritinum ſtomachum laxum facit. Quod ſi multis diebus bibitum fuerit, & rhagadijs medelam præbebit, ac totius corporis aſperitati auxiliabitur. Oleum raphaninum calidum

Digitized by Google

calidum eſt et ſubtile,atq; diſſolutiuũ,dolori auris ex frigiditate,uel craſſa uentoſitate medelam tribuens. Oleum de ben calidum eſt & mollificatiuum. Oleum de lilio calidũ eſt & ſubtile,neruos leniẽs,doloriq; matricis proficiens. Oleum de narciſco,eſt ſicut illud q̃d fit de lilio. Oleum uiolatum frigidũ eſt & ſomniferum. Oleum de nenuphare ſimile eſt huic, fortius tamen operatur. Oleum de ſemine cucurbitæ,illis duobus ſimile iudicatur. Quod etiam calori atq; uigilijs congruum exiſtit. Butyrum omnibus unctuoſitatem habentibus, plus nutrit,craſſiuſque exiſtit.

Oleum roſatum frigidum eſt,dolori capitis, ac reliquis eius ægritudinibus ex calore euenientibus, remedium tribuit. Ad ultimum uerò,omnia unctuoſitatem habentia, eorum ex quibus fiunt ſimilitudinem retinent.

Oleum coſtinum calidum eſt, neruoſque calefacit, tremuloſis ac paralyticis auxilium præbens. Quod ſtomacho frigido ſi cum eo epithemetur, confert, atque ſi emplaſtris mixtum fuerit,auxiliabitur. Oleum mirtinum frigidum eſt,capilloſque efficit robuſtos. Oleum de keiri calidum eſt & ſubtile,lenitiuum & reſolutiuum,& propriè quod ex citrino conficitur. Balſamum uehementer exiſtit calidum. Quod & lapidem frangit, & cum peſſario inditum,ad imprægnãdum ualet. Oleum nardinum calidum eſt,quod ſtomachi frigido cum ex eo epithematur,congruit. Oleum maſtichinum ſimiliter emplaſtro ammixtum, atque ſtomacho frigido ſuperpoſitum,uel etiam in emplaſtris poſitum,beneficium præſtat.

De ueſtimentis. *Cap.* XXIIII.

OMne ueſtimentum lene & terſum,minorẽ corpori affert calorem. Quod ad ueſtiendum in æſtate melius exiſtit. Cui ſimile iudicatur ueſtimentum,quod cum texitur rarum remanet. Quod autem piloſum eſt,neque radioſum & ſpiſſum inuenitur,corpus magis calefacit,quo in hyeme eſt utendum,lineum uerò omnibus ueſtimentis frigidius corpori exiſtit,eiq; minus adhęret,unde & minus calefacere iudicatur. Veſtimentum autem de coto factum, lineo calidius eſt, atque corpori magis adhæret. Sed ueſtimentum de ſeta factum, lineo calidius eſt,de coto uerò facto frigidius exiſtit,carnem quoque auget. Omne præterea ueſtimentum aſperitatem habens, carnem macreſcere ac duram ſentire facit. Quod autem huic contrarium exiſtit, contraria operatur. Veſtimenta itidem de lana,uel pilis facta,calida ſunt & aſpera,corpus debilitantia,& propriè in æſtate. Quæ autem de pilis chamelorum, uel caprarum fiunt, calidiſſima ſunt,corporiq; multum adhærentia,ac uehementer calefacientia. Gaſdia itaque tantum calefacit, quantum ueſtimẽta de lana uel pilis texta,licet neque exaſperet, neque carnibus noceat. Pellis quoq; de † griſionibus pellibus pilos habentibus,minus calida exiſtit. Vulpina aũt omnibus eſt calidior,quæ calidam habentibus complexionem,nullo modo confert. Poſt quam ſiberis pellis in caliditate ſecunda exiſtit. Phaneæ autem,& khahakim atque aguaſil,temperatè calefaciunt leueſque exiſtunt,corporaque temperata habentibus conferunt. Aliæ uerò pelles atque pili, quorum non

Lineus amictus.

† à ſinceb.

fecimus mentionem, cum in quantitate ſint ſuperflua, nullis niſi corpora habentibus craſſa & aſpera conferunt.

De uentis & aëre. Cap. XXV.

VEntus à polo ueniens Septentrionali, à parte, uidelicet, minoris Vrſæ, ac maioris, frigidus eſt & ſiccus. Qui corpora efficiens dura, reddit robuſta, ſenſus quoque, atque caput leuia facit. Ipſe etiam omnibus uentis melior exiſtens, putrefactionem plus remouet, tuſſim tamen facit. Aegritudines quoque, quæ in pulmone ac gutture fiunt, nec non rheumatiſmum, ſiue coryzam adducit. Ventrem inſuper ſtringit, ſed urinam prouocat. Ventus autem à polo ueniẽs Meridiano à parte Suhel, corpora diſſoluit, ſenſus turbat, atque dolorem capitis, & oculorum ægritudinem facit, epilepſiam quoque ante conſueta tempora accelerare facit, febres itidem parit propter ſuam putredinem. Gutturi tamen & pectori, & pulmoni exaſperationem non attribuit. Eſt etiam plus omnibus uentis ægritudinem inferre paratus, & quàm maximè ſi in æſtate flauerit, uel in fine Veris. Ventus autem qui ab extremitate ortus uernalis, uſq; ad extremitatem ortus hyemalis perflat, atque ille qui ab extremitate occaſus uernalis, uſque ad extremitatem occaſus hyemalis uenit, in caliditate & frigiditate omnino temperati exiſtunt. Qui autem ab oriente ad nos tendit, melior eſt. Sed qui ab occidente deterior, & craſſus magis exiſtit.

Aër præterea omnibus melior clarus eſt & ſubtilis, in quo neque multi exiſtunt uapores, neque quietus, neque præfocatus inuenitur, ſed uenti uenientes ad eum, commouent ipſum, atque cum attrahitur, delicatus ſentitur, qui uelociter poſt ſolis occaſum infrigidatur. Aër uerò omnia, quæ diximus, habens contraria, omnibus deterior iudicatur. Qui autem ori ſtomachi atque cordi quaſi compreſſionem inferre ſentitur, atque ex multa ſua caliditate & craſſitie anhelitum ſuum retinet. Atque ille in quo multi ſequuntur uapores craſſi pro uicinitate lacunarum, & ſtagnorum, in quibus aquæ inueniuntur ſtantes, uel in quibus fœtores ex renibus putridis, uel cadaueribus exiſtunt, aut in quibus eſt calor uehementer ardens, uel qui conſtrictus à uentis non mouetur, omnes iſti generaliter peſtilentiales exiſtũt. Aër quidem præfocatus in locis, quæ inter multas ſita ſunt fauces, inuenitur, uel quem montes altiſſimi & lacunæ circundant, ad quas multi non ueniunt uenti.

De ciuitatibus. Cap. XXVI.

SCiendum eſt quod maior mutatio in ciuitatibus, eſt à parte ſuarum latitudinum. Ciuitates enim quæ ſunt Septentrionales, frigidiores exiſtunt. Meridionales uerò exiſtentes, calidiores ſunt, frigidæ autem ciuitates, ſaniores ſunt. Vnde qui in eis morantur, corpore maiores ſunt & fortiores, atque melius digerentes, & colore pulchriores, ac leuiora habent corpora. Calidæ autem his omnibus contrariæ ſunt. Ciuitates itidem quas Septentrionales cooperiunt montes, quamobrem Septentrionales uenti ad eas minus ueniunt, utilitates quas Septentrionales eis

uenti

Digitized by Google

uentí erant præbituri ammittũt. Quapropter ſi cum hoc Meridionales uenti ad eas tranſeunt, fit eorum complexio calida & humida. Sed ciuitatum Septentrionalium complexio frigida exiſtit & ſicca, paucas febres, atque paucas efficiens putrefactiones. Ciuitates autem meliores ſunt, & temperatiores, quæ cum ab oriente ſunt diſcoopertę, ab occidente coopertę inueniuntur. Quibus contrariæ deteriores iudicantur. Ciuitates præterea quæ à parte Septentrionalis habent mare, Septentrionales ſunt. Quæ uerò à Septentrionis parte habent montes, & à Meridionali ſunt diſcoopertæ, Meridionales dicuntur. Ciuitates itidem quas undique montes circundant, quę, ſcilicet, in prædictis exiſtunt faucibus, ægritudinum oculorum ualdè generatiuę exiſtunt. Ciuitatum autem in alto ſitarum, quę à multis perflant uentis, aër benè redolens ac ſubtilis exiſtit. Illę ſimiliter ciuitates in quibus aquarum multitudo, ac multę inueniuntur arbores, humidiores ſunt, in quibus oculorum ęgritudines ſępius generari ſolent. Ciuitates autem in plano ſitę, quę quaſi abraſę, uel à prędictis nudę exiſtunt, in quibus aquarum eſt paucitas, ſiccę ſunt. Quę ſi ſuper lapidem ſint ſitę, ſicciores iudicantur. Ciuitates ſimiliter quarum lutum rubeum habet colorem, inter humiditatem & ſiccitatem mediocres exiſtunt. Quarum autem lutum nigrum & cœnoſum exiſtit, atque inſuauem habet odorem, malę ſunt ac putridę. Terra pręterea paluſtris quę cum aëre exiſtit calor, deterior eſt. Quę quando eſt frigida, minorem habet malitiam. Ad ultimum uerò ciuitas calida, colorem atq; corpus citrinitate afficit, uel nigredine. Quę carnium & ſanguinis minorationem faciens, corpus debilitat, atq; uirtutem diſſoluit. Frigida autem exiſtens ciuitas, huic omnino contraria exiſtit, humiditati quoque attinens ciuitas, capillos longos, & corpus lene ac pingue, neruosq; efficit laxos. Sicca uerò exiſtens ciuitas, huic redditur contraria.

De uirtutibus eclignatum ad comedendum ſuauium, quæ de fructibus & floribus fiunt, & uocantur Arabicè Mirambabat Cap XXVII.

SAccharum roſatum ſtomacho humoribus repleto, ſi à ieiunis ſumatur, & benè maſticetur, confert, quando poſt ipſum aqua bibitur calida. Quod hi qui calorem patiuntur & ardorem, nullo modo comedere debent, & maximè ſi ęſtas fuerit. Calefacit enim & ſitim affert. Quod ſi ipſum propter illud quod diximus, comedere neceſſe fuerit, cum ſyropo acetoſo de ſaccharo facto accipiat. Saccharum uiolaceum guttur lenit, tuſſim mitigat, facilemq; reddit ſcreatum, atque uentrem lenit. Stomachum tamen diſſoluit, & appetitum deſtruit. Electuarium de myrobalanis Indis cum ſaccharo, ſtomachum corroborat & præparat. A quo humorum ſuperfluitates ex cibo præterito remanentes, exprimendo educit. Quo ſi quis ſæpe utatur, colorem acquirit bonum, ac canicies tardabitur. Triphera tamen minor in iſtis actionibus fortior exiſtit, licet ſperma minuat. Zingiber conditum cum melle uehementer calidum eſt. *Zingiber conditum.* Quod ſtomachum atque hepar calefaciendo, cibi adiuuat digeſtionem, uirgam quoque erigere facit. Secacul conditum, faſtidium faciens, appetitum deſtruit, ſperma tamen uehementer augmentat, quando eo aliquis *Secacul.* ſæpe uſus fuerit. Piper nigrum conditum & longum, zingiberi condi- *Piper conditũ.*

Digitized by Google

to uicinum exiſtit. Alia uerò electuaria cauſa delitiarum tantummodo comeduntur.

De uirtutibus ſpecierum, quibus omni hora multum eſt utendum, quod ſecundum literarum Arabicarum ordinem, diſpoſitum eſt. Cuius enim ſpeciei nomen incipit ab A. in capitulo de A. inuenitur: ſimiliter quoq; in alijs fit literis.

De A. *Cap.* XXVIII.

ASarum calidum eſt & ſiccum. Quod in hepate oppilationem habentibus confert, & urinam prouocat, atque hypoſarcam patientibus, auxiliũ cõfert. Scœnoſanthos calidũ eſt & ſiccum, duro apoſtemati ſtomachi, uel hepatis beneficiũ præſtãs, quando ex eo fit emplaſtrum deſuper. Vſneæ parum exiſtit calidum. Quod uomitum abſtinendo, ſtomachum efficit rigidum. Anthimonium frigidum eſt & ſiccum. Quod oculum efficiens robuſtum, ipſius cuſtodit ſanitatem, ſuppoſitum quoq; menſtrua conſtringit. Abel calidum eſt & ſiccum, menſtrua uehemẽter prouocat atq; abortire facit. Acatia eſt frigida & ſicca. Quæ ſanguinis arcet fluxum, atque longanonem exeuntẽ reducit interius. Ventrem quoque ſtringit, fit de ſucco paruæ cuiuſdam arboris iunco ſimilis in Alexandria. Sarcocolla in oculis patientibus lippitudinem confert, plagis etiam recentibus remedium præbet. Epithymum calidum exiſtens, bilem expellit nigram, ac timorem minuit. Berberis frigidum eſt. Quod & uentrem ſtringit, & ſitim aufert, ſtomacho quoque ac hepatis ardorem patientibus remedium affert. Emblici frigidi ſunt & ſicci. Qui & ſtomachum faciunt robuſtum, & capillorum corroborant radices. Azedarach calida eſt & ſicca. Hæc oppilationibus quæ ſunt in capite congrua exiſtens, capillos prolongat, fructus tamen eius ualdè exiſtit ſtomacho nociuus, qui etiam quandoque pernicioſus inuenitur. Vrtica calida eſt, quæ coëundi ſtimulans uoluntatem, de pectore uiſcoſum expellit phlegma, uentrémque mouet. Coagulum omne calidum eſt. Quod & uentrem uehementer conſtringit, atque ſanguinem fluere non permittit. Scylla calida eſt & acuta. Hæc autem epilepſiæ, ac tumori ſplenis, necnon & eius magnitudini atque uiperarum morſibus, & dyſpnœæ uetuſtæ auxilium tribuit. Abſinthium calidum eſt & ſiccum. Quod ſtomachum reddens robuſtum, hepatis aperit oppilationem, atque febribus longi temporis auxiliatur. Stichas calida eſt, bilemq; nigram & phlegma expellit, epilepſiæ quoque ac melancholiæ beneficium præbet, cum multotiens bibitur, ut uentris faciat purgationem. Melilotum calidum exiſtens, dura apoſtemata in artubus, uel in interioribus nata mollificat. Aniſum calidum eſt. Quod uentoſitatis diſſolutiuum exiſtens, hepatis aperit oppilationem, coëundi præterea uoluntatem ſtimulat. Ammoniacum calidum exiſtens, dura mollificat apoſtemata, ſcrophuláſque diſſoluit.

De incipit

Digitized by Google

De incipientibus à B. ut Balſamus. Cap. XXIX.

BAlſami ſemen atque lignum, uiperarum, ac ſcorpionum morſibus, necnon matricis dolori congrua exiſtunt. Anacardi calidiſſimi ſunt, frigidis ægritudinibus & obliuioni auxilium ferentes. Sanguinis tamen generant aduſtionem, ac forſan ad amentiam perducunt. Baurach calidus eſt & ſiccus. Qui uomitus prouocatiuus exiſtens, uentrem cum ſupponitur mollem reddit. Corallus frigidus eſt. Qui bene tritus ac potui datus, hæmoptoicis auxiliatur. Oculum præterea corroborat, atque lachrymas ſtringit. Bedeguart caliditati attinet, ac febribus longi temporis remediū affert. Ebus uel ebul calidus eſt. Qui dura apoſtemata mollificando reſoluit, & faciei ſuperpoſitus, panum eius aufert. Cuius unctuoſitas, craſſitudini in membro poſt ſui rectificationem remanenti confert, chordaſque ſiccas, molles efficit, neruos præterea calefacit, ſtomacho tamen malus exiſtens, nauſeam facit, atque uentrem laxat.

Faugenkeſt calidus eſt & ſiccus. Qui cum tumori hepatis proficiat, uirgam tamen erigere non permittit. Omnes hyoſcyami ſpecies inebriant & ſtuporem faciunt, deterius autem omnibus nigrum iudicatur, quia interficit. Hyoſcyamum autem tritum, atque apoſtematibus in quibus uehemens pulſus eſt ſuperpoſitum, deſtruit ſenſum. Pſyllium frigidum eſt. Quod ſi cum iulep bibitum fuerit, febrem extinguit acutam, ardoremq; ſedat, pectus quoque lenit, atque inteſtinis uulnera habentibus ſanguinolenta, aſſatum & bibitum auxiliatur. Si autem cum aceto mixtum moueatur, donec coaguletur, atque artubus calida patientibus apoſtemata ſuperponatur, dolorem ſedat. Behen rubeum calidum eſt, & coëundi incitat deſiderium. Capillus Veneris calidus eſt. Qui ſi aduſtus fuerit, & loca capillis denudata ex eo fuerint inuncta, capillos naſci facit, & ſcrophulas diſſoluit, pulmonem quoq; à craſſis humoribus, quibus eſt inbibitus mundat. Bulbus eſt cepe quod comeditur. Qui coëundi præterea ſtimulat deſiderium, atque faciei ſuperpoſitus, eius delet panum. Satyrion calidus eſt. Qui & ſpermatis augmentatiuus exiſtit, & podagræ confert.

Polypodium calidum exiſtens, bilem expellit nigram, colicamq; diſſoluit. Borongi phlegma atque aſcarides expellit. Bellirici in ſua natura emblicorum uicinantur naturæ.

Faugenkeſt. *Hyoſcyamus.* *Pſyllium.* *Behen.* *Capil. Ven.* *Bulbus.*

De his quæ auſpicantur à Cain, id eſt, C. Cap. XXX.

CAſtoreum calidum exiſtens neruos calefacit, ac menſtrua prouocat, tumoremque diſſoluit. Gilbeuce calidum eſt. Quod uehementer uomere faciens, confert paralyticis, ſi cum eo uomere cogātur. Cuius actio operationi hellebori uicina exiſtit, de quo non eſt dandum niſi pondus drachmæ unius, fortaſſe enim ex multo uomitu, qui fit ex eo, prouenit mors. Nux methe facit ſtuporem. Quæ quandoque pernicioſa exiſtens, inebriat & nauſeam, ac uomitum infert. Nux moſchata calida eſt & ſicca. Quæ uentrem ſtringens, ſtomacho, atque hepati frigidis confert. Gentiana calida exiſtens, puncturæ ſcorpionis,

ac hepati frigido, ſplenis quoque oppilationi atq; tumori congrua exiſtit. Oppopanax calidiſſimum eſt. Quod cum uehementer uentoſitatis ſit diſſolutiuum, his quibus craſſa accidit uentoſitas, confert, doloriq; matricis ex frigiditate auxiliatur. Iadac calida eſt. Quæ licet capitis generet dolorem, febribus tamen longi temporis, atque hydropiſi, nec non icteritiæ, atque puncturæ ſcorpionis remedium affert. Gypſum frigidum eſt & ſiccum. Quod ſanguinem cum albumine oui mixtum, atque loco ſuperpoſitũ retinet. Ipſum aũt nullo modo bibendum eſt. Bibitum enim forſitan perniciem affert. Balauſtia frigida ſunt & ſicca. Quæ & uentrem ſtringunt, ac ſanguinem fluere non permittunt.

De his quæ à Del, i. l eſt, D. inchoant. Cap. XXXI.

DArſeſahan calidum eſt & ponticum. Quod ueſicis oris, ſi cum eo fiat gargariſmus, uel eius apozemate os abluatur, perutile eſt, mictus præterea difficultati, atque neruorum molliciei proficit, fœtori quoque narium ſi licinium in eius apozemate intinctum, naribus immiſſum fuerit, auxiliatur. Dulb folia & nuces frigida ſunt & ſicca. Quæ trita & aceto mixta, atque pro emplaſtro loco igne aduſto ſuperpoſita, remedium afferunt. Cuius cortex cum aceto coctus, dolori dentium confert, ſi eo os abluatur. Viſcus calidus eſt & ſiccus. Qui uẽtoſitatem diſſoluit, atque apoſtemata. Saiem frigidum eſt, uentrem quoque ſtringit, plagaſq; recentes coniungit. Vatiramech calidum eſt, quod craſſe conferens uentoſitati, dolori matricis ex frigiditate, tremoriq; cordis cum frigiditate, ac puncturæ ſcorpionis, auxilium præbet. Oleander calida eſt, ſcabiei atque prurituí confert, aſinos & animalia, ac homines comeſta interficiens. Antiquis tamen doloribus, & uetuſtis genuum & renum remedium affert, ſi ex ea fiat emplaſtrum. Deiudar uehementer eſt calidum. Quod frigidis ægritudinibus cerebri & neruorum conferens, ſtomacho ac hepati frigidis bonum exiſtit. Cuius eſt proprietas apoplexiæ, atq; paralyſi remedium præbere. Fex uini calida exiſtens, dura diſſoluit apoſtemata. Fex aceti non calefacit, imò apoſtematum calorem ſuper ipſa epithemata reprimit.

De his quæ à He, id eſt, H. litera incipiunt. Cap. XXXII.

HAlilig, id eſt, mirobalani citrini bilem rubeam ex corpore educũt. Nigri uerò ſtomachum præparando corroborant, hæmorrhoidibuſque conferunt. Hylboë calida eſt & ſicca, atque ſubtilis, ſtomacho & hepati auxilium præbens. Hypericon calida eſt & ſubtilis. Quæ & oppilationis eſt aperitiua, & dolori coxarum confert. Hypociſtis quæ herba uocatur hircina, frigida eſt & pontica, ſiue aſtringens. Qua utuntur, ubi neceſſaria eſt retentio & ſtypticitas.

Hypociſtis hircina uocatur.

De his quæ à Gau, id eſt, G uel V incipiunt. Cap. XXXIII.

VAëg, id eſt, acorus calidus eſt & ſiccus. Qui craſſæ uẽtoſitati, ac ſpleni duro, nec non grauedini linguæ confert. Guaſima calida eſt, atque aſtringens, cum qua capillorum fit tinctura.

De his

De his quæ à Ze, id eſt, Z. aut C. incipiunt. Cap. XXXIIII.

Zingiber calidum eſt & humidum. Quod & cibum digerit, & uentrem mouet, ſtomacho quoq; atq; hepati frigidis confert. Obſcuritati itidem oculorum ex humiditate, in oculis poſitum uel comeſtum auxiliatur. Omnes ariſtolochiæ ſpecies calidæ ſunt, oppilationem aperientes, & ſcorpionis puncturæ conferentes. Quæ & menſtrua prouocant, & abortire faciunt. Cyſe, id eſt, hyſſopus quæ uegetatur, calida eſt & ſicca. Quæ ut origanum ualens, pectus & pulmonem purgat. Aſthmati præterea atque uetuſtæ tuſſi & antiquæ confert. Phlegma itidem & uermes è corpore educit. Oeſypus autem humida, quæ & cerotes dicitur, quæ ex lanæ ſordibus fit, dura maturat, & mollificat apoſtemata, & propriè ea quæ in ueſica fiunt & matrice. Zurumbet calida eſt & ſicca. Quæ uentoſitatem diſſoluens, uenenoſorum animalium morſibus ualdè proficit, atq; impinguat. Argentum uiuum quando extinguitur, ardens eſt. Quod ſcabiei & pediculis auxilium affert. Azegi calidũ exiſtens & ſiccum, ſcabiem ex humiditate deſiccat, atque ſahafati ex humiditate factam emendat, ſanguinemq; ex naribus fluentem, naribus inſufflatum, & ſanguinis fluxum ex percuſſione, ſuppoſitum ſtringit. Arſenici omnes ſpecies calidæ ſunt, & incendentes, conferunt ſcabiei, & putredini, & ſahafati humidæ. Herpeti præterea eſtiomeno atque pediculis remedium adfert, aſthmati præterea ſi cum eo ſuffumigatio, uel epithema fiat, confert. Maculam inſuper quæ ex ſanguine mortuo accidit propter percuſſionem, remouet. Spuma maris plures habet ſpecies. Quæ omnes calidæ exiſtentes & ſiccæ, ſcabiei & morpheæ, atque alopeciæ auxiliantur. Vitri proprietas eſt, lapidem qui in ueſica generatur frangere, furfures præterea aufert, ſi cum eo caput lauetur. Zarnab calidum exiſtens & ſiccum, ſtomacho atque hepati frigidis confert, uentremq; ſtringit. Ziniar calidum eſt, & corrodit carnem.

Zaraũna.] Oeſypus. Zurumbet. Argentum uiuum. Azegi. Arſenicum.

De incipientibus à litera Ha, id eſt, H. Cap. XXXV.

HAmenis, id eſt, amomum calidum eſt & ſiccum. Quod oppilationi hepatis ex frigiditate proficiens, dolorem aufert matricis. In capite tamen grauedinem, & dolorem, atque ſcotomiam generat. Alchamma, puſtulas quæ ſunt in ore, & aduſtioni ignis remedium affert. Litium inter caliditatem & frigiditatem temperatum exiſtens, calidis oculorum apoſtematibus confert, ſi cum eo epithementur. Quod mollibus atque ſolutis apoſtematibus confert, & panum faciei epithematum, necnon in gutture tranſglutiendi duritiem gargarizatum aufert, oriſq; puſtulis auxiliatur. Horſ. id eſt, naſturtiũ calidum exiſtẽs, ſtomachũ & hepar calefacit, uentrẽ mollificat, ac uermes è uẽtre educit, coëundi præterea ſtimulat deſiderium, & pulmonem mundat. Aſthmati quoque & craſſitiei ſplenis prodeſt, aborſum itidem facit. Haſce calida eſt. Quæ in oculo poſita uel comeſta, uiſus debilitati confert, aſthmatique prodeſt,

Digitized by Google

prodeſt, atq; uermes expellens, facit aborſum. Ad digerendum inſuper cibum, adiutorium præbet. Harmel calidum exiſtens, inebriat, dolorem capitis facit, uomitumq; commouet, urinam quoq; & menſtrua prouocat. Haſech frigida eſt. Cuius apozema bibitum lapidem frangit, & ſperma auget, atq; urinæ ſoluit conſtrictionem. Habenil phlegma expellit, morpheæ albæ atq; albaras auxiliatur. Conturbationem tamen & nauſeam facit. Collocynthis calida exiſtens & ſicca, craſſum expellit phlegma, ac caput mundat, & neruorum dolori atq; iſchyaticæ paſſioni, nec non podagræ frigidæ, & elephantię beneficium parat. Ferri ſquama, ſtomachum corroborat, & hæmorrhoidum ſtringit ſanguinem. Aqua uerò, in qua ferrum extinguitur, coëundi ſtimulat deſiderium, craſſoq; confert ſpleni.
Semperuiua frigida eſt. Quæ calidis apoſtematibus ac aduſtionis, & oculorum ægritudini, epithemata congrua exiſtit.

De Ta, id eſt, T litera incipientibus. Cap XXXVI.

TAmariſce frigida eſt & ſicca, ex cuius folijs emplaſtrũ ſuper molle apoſtema poſitum, auxiliatur. Eius autem apozema in ore retentum, dolorem dentium ſedat. Vinum pręterea in quo folia eius cocta fuerint, bibitum ſplenem ſubtiliat. Idem quoq; facit uinum, uel ſyrupus acetoſus, cum paruo ſcypho, ex eius radice facto, ſi diu bibatur. Thubab eſt frigida, apoſtematibus calidis, cum ex ea emplaſtrum deſuper ponitur, conferens. Tarathit frigida eſt & ſicca. Quę & uentrem ſtringit, & ſanguinem exire prohibet. Spodium frigidum eſt & ſiccum. Quod febribus acutis, ac ſiti, & nimio uentris fluxui, & uomitui confert, puſtulis quoq;, quæ in ore & lingua naſcuntur, atque tremori cordis auxiliatur. Terra ſigillata, & Armena utræque ſanguinem ſpuentibus, atque hæmorrhoidas patientibus, nec non omni loco, ex quo ſanguis fluit, congruunt. Alia uerò terra, quæ à quibuſdam conſuetè comeditur, in hepate creat oppilationem, & complexionem deſtruit, & præcipue eorum qui ad hoc parati ſunt, os tamen ſtomachi rigidum reddit, faſtidium ex cibis faſtidioſis factum, atque nauſeam remouens. Taliſafar calida eſt & ſicca. Quæ fluxum uentris, atque ulcera inteſtinorum & hæmorrhoidas remouet.

De his quæ ordiuntur à Ge, id eſt, G. Cap. XXXVII.

GOboraha, id eſt, mandragoras frigida eſt, faciens ſtuporem. Quæ ſi in uino mittatur, ualdè inebriat. Medicinis autem ammixta, dolorem aufert, de qua ſi maxima bibatur quantitas, perniciem inducit. Tithymalli multæ ſunt ſpecies, quæ omnes calidæ exiſtentes, adurunt ac ſoluunt uentrem, & nauſeam efficiunt. Corpus quoque ulcerant. Gembut frigidum eſt & ſiccum, fluxum prohibens uentris, ſuccuſque eius bibitus ictericis medetur.

De his

Digitized by Google

De his quæ à K litera ordiuntur. Cap. XXXVIII.

VItis de qua ſit uinum folia, uel capreoli trita, & more emplaſtri ſuper calida apoſtemata poſita, atq; dolenti capiti, beneficium præbet. Succus præterea ipſorum, ſi bibatur uentrem ac uomitũ ſtringit. Gummi autem eius lapidem frangit, & ſcabiem remouet. *Inflammationes.*

Thus calidum exiſtens & ſiccum, carnem in uulneribus creat, uentrem quoq; ac uomitum arcet, & intellectum acuit, de quo tamen ſi multa ſumatur quantitas, adurit ſanguinem, & efficit alguefegues, tremori itidem cordis auxiliatur. Chamæpitys calida eſt, conſtrictioni urinæ, atque icteritiæ, & iſchyaticæ paſſioni cõferens. Condiſi calidũ eſt, quod uehemẽter uomitum ac uentris ſolutionem prouocat, ſternutationemq; commouet.

Karmeſich frigidum eſt & ſiccum, quod & uentrem retinet, & fluentem ſiſtit ſanguinem, dentibus preterea, qui frangi incipiunt, atq; moueri, auxiliatur. Charabe frigidum exiſtens & ſiccum, menſtruorum ſuperfluitati atq; hæmorrhoidibus & hæmoptoycis, nec non & dyſſent[illegible]is, ac cordis tremori, remediũ confert. *Succinum.* Keſile calidi ſunt & ſicci. Qui cum corpus impinguant, ſtomacho boni exiſtunt. Keſte calidũ eſt, corpusq; impinguat, ac ſtomacho confert. Cubebe calidũ eſt, oppilationes aperiens. Quod & uritides poros mundat, & guttur mundificat, uentremq; ſtringit. Sulphur calidum eſt. Quod aduſtionem faciens, ſcabiei confert, ſi cum eo fiat inunctio, atque aſthmati ſi bibatur auxilium præbet. Chamædrys calida eſt. Quę cum oppilationem aperiat, ſplenis craſſitiem atq; icteritiam remouet. Dragachanthum guttur lenit, atq; pulmonem, tuſſi quoque cõfert.

Kebikengi calidum exiſtens, adurit ac ſitim facit, ſcabiemq; remouet, ſi ex eo inunctio fiat. Kildaru calidum eſt, & expellit aſcarides.

Quæ à Lem charactere, hoc eſt, L litera inchoant. Cap. XXXIX.

LAuet, id eſt, amygdalæ amaræ calidæ ſunt. Quæ hepatis aperientes oppilationem, aſthmati atq; lapidi qui in renibus & ueſica eſt, conferunt. Plantago frigida eſt, congrua exiſtens apoſtematibus calidis, & aduſtioni ignis, quando more emplaſtri ſuperponitur, dolori quoque auris auxiliatur, ſi ex caliditate fuerit. Cuius ſemen ulceribus confert inteſtinorum. Dragontea calida eſt, quæ oppilationem aperiens, deſiderium ſtimulat coëundi, atque antiquæ aſthmati beneficium præbet. Lacca calida eſt, calori hepatis, atq; hydropicis proficiens. Lingua auis, ſpermati augmentũ tribuit, ac cordis remouet tremorem. Bugloſſa melãcholicis eſt bona, tremori cordis, atque ueſicis oris conferens. Larghia calida eſt, atque adurens, quæ & uentrem ſoluit, & uomitum facit.

Quæ à Mum, id eſt, M litera incipit. Cap XL.

MV calidum exiſtens, urinæ congruit conſtrictioni, ſi bibatur uel ſuper fœmur more emplaſtri ponatur. Maſtiche calida exiſtens, ſtomachum et hepar corroborat. Bdellium Iudaicum calidum exiſtens. Quod dura diſſoluens apoſtemata, hæmorrhoidibus

Digitized by Google

dibus utile iudicatur, bdellium tamen de mecha, frigidũ eſt & ſiccum, uentremq́; ſtringit. Mumia hæmoptoycis bona exiſtens, rupturã uel fracturam uelociter reſtaurat. Dolorẽ præterea gutturis ac diſſolutionis, & conculſionis, & plagarum, ſedat. Illi autem, qui dixerunt, quod perfecte emendat, mẽtiti ſunt, dolori inſuper ex frigiditate, naribus cum oleo ſambucino inſufflata, auxiliatur. Meizâbara calida eſt, quæ uentrem ſoluens, podagræ, ac coxarum, & coſtarum dolori confert. Mirrha calida eſt, quæ tuſſi antiquæ congrua exiſtens, uocem efficit claram. σκοτώματα tamen inducit, dormire præterea faciens, mẽſtrua prouocat, ac puncturis Scorpionum bibita beneficium præbet. Memithe frigidum exiſtens, apoſtematibus calidis, more emplaſtri ſuppoſitum, confert. *Catapuliæ.* Meubedhena, calidæ ſunt, uentremq́; ſoluunt, atq; uomitum prouocãt uehementer, podagræ quoq; conferunt. Marchaſitha calida exiſtens, oculum facit rigidum, & abradit fortiter. Fuligo ſi de ea fiat epithema, ignis aduſtioni confert. Staphiſagria calida eſt & adurens, quæ & pediculos interficit, ac ſcabiem remouet, de qua parua accepta quantitas, uomitum prouocat. Ipſam tamen dare timoroſum eſt, fortaſſis enim perniciẽ inferet. Chelidonia calida eſt, quæ albedini oculorum congruit, uiſumq́; acuit. *Mugath.* Mugath bona exiſtit, ſi ex ea emplaſtrum ſuper diſſoluta membra fiat. *Mezereon.* Mezerion calida eſt, quę & bona eſt & multum acuta. *Lithargyrũ.* Et licet aquam citrinam uehementer expellat, hepati tamen nocet. Merdaſengi frigidum eſt & ſiccum, quod excoriationibus, atq; fœtori ſudoris confert, carniq́; augmentum tribuit. In emplaſtris præterea ponitur. Omnia fellis genera calida exiſtunt, oculorumq́; auferunt tenebroſitatem. Meſcathrameſir calidum exiſtens, prouocat menſtrua.

De his quæ à Non, hoc eſt, N, litera incipiunt. Cap. XLI.

NIl ſiue Indicum calidum exiſtẽs, & ponticum, deſiccat apoſtemata mollia, id eſt, è pituita prognata. Arneos calidum eſt & ſiccum, ſtomachum calefaciens & hepar, lapidemq́; frangit, atque urinam prouocat. Vitrum calidum eſt, abradens, & mundans. Calx calida exiſtens, adurit atq; ſuperfluam corrodit carnem, fluxum præterea ſtringit ſanguinis, quæ cum lauatur aduſtioni ignis confert. Sal Amoniacus, calidus eſt, qui uuluæ cadenti, ac dolori gutturis, qui non permittit transglutire, & albedini oculorum auxiliũ præbet. Neheremiſch calida eſt, ſtomacho & hepati frigidis remedium tribuens. Naphara calida eſt, quæ aſthmati atque uentoſitatibus congrua exiſtens, uermes paruos ano ſuppoſita interficit.

Quæ à litera Sim, id eſt, S, inchoant. Cap. XLII.

SPica Indica calida. Quæ ſtomacho ac hepati frigidis auxiliatur, urinam etiam prouocat. Cyperi calidi ſunt & ſicci, qui ſtomachum ac hepar calefacientes, frangunt lapidem, & putrefactioni, ac malo dolori, qui in naribus atq; in ore ſunt, beneficium tribuunt. Salegha calida exiſtens & ſicca, acuit uiſum, & urinam prouocat. Folium calidũ eſt, & urinã prouocat, tremori quoq; cordis atq; fœtori auxiliatur. Sandoros ſanguinem uomentibus, atq; hæmorrhoidibus confert. Sel calida eſt, dolori

Digitized by Google

eſt, dolori neruorum ac uentoſitati conferens. Cypreſſi nuces & folia, calida exiſtunt, & aſtringētia, quæ rupturæ inguinis auxilium præbent, ſi ex eis emplaſtrum fiat. Sumach frigidum exiſtens & ſiccum, uentrē ſtringit, ac ſtomachum præparat. Sydere frigida eſt & ſicca, uentrem ſtringens. Cancri caro phthiſicis auxiliatur, ac ſperma augmentat.

Hermodactyli podagræ conferunt, ſperma quoque augent. Scedu ram uel ſcedeguaram frigidus exiſtens & ſiccus, retinet ſanguinem, ac capillos ne cadant confirmat. Subedigi dentium concauitates radendo abſtergit. Secancur calidus eſt, coëundi ſtimulans deſiderium, quod eius renes propriè operantur. Liquiritia gutturi confert, ac pulmoni, ſuperflua in eis exiſtentia expellendo. Sitim præterea atque urinæ ardorem aufert. Sebeſten guttur & pectus lenit. Siſeleos calidus exiſtens, aſthmati, retentioni urinæ, atq; inflationi uentris confert, partumq́; accelerare facit. Sekebinegi calidum eſt, quod craſſæ uentoſitati, ac colicæ, nec non epilepſiæ, ac paralyſi conferens, oculorum tenebroſitatem aufert, & ſcorpionum puncturis auxiliatur. Saculuſundurion calida eſt, ſpleniq́; craſſo, ac ſtranguriæ, & lapidi remedium affert. Scammonea bilem rubeam uehementer expellit, ſtomacho atque inteſtinis, & hepati nocumentum parans.

De his quæ ab Ham, id eſt, H inchoant. *Cap.* XLIII.

HArar eſt arbor, cuius fructus calidus exiſtens, prouocat urinam, ac ſtomacho confert. Aſarai frigida eſt, calidis apoſtematibus, & ardori ſtomachi beneficium tribuens, quando more emplaſtri ſuperponitur. Haelchalinibit calidum exiſtens, fiſſuris & plagis congruit. Pyrethrum calidum exiſtens, dolori dentium atque puſtulis oris congruum exiſtit. Solanum frigidum eſt, ardenti hepati remedium tribuens. Curcuma calida eſt. Quæ cum ſit abradens, uiſum acuit, atque albulam delet. Iuiubæ in calore ſunt temperatę, quæ & guttur leniunt, & ſanguinem licet parum clarificant, graues tamen ſunt & faſtidium facientes, tardeq́; deſcendunt.

Quæ à Fe, id eſt, F litera incipiunt. *Cap.* XLIIII.

FV calida exiſtens, prouocat urinam. Felenge eſt calidum & ſiccum. Fel calidum eſt, dolori neruorum proficiens. Feſire calida eſt. Quæ cum ſit detergens & abradens, pannum & lentigines magnas delet. Feſaraſtin uel feſireſin brionię ſimilis eſt, mēſtrua & urinam prouocans, atque epilepſię proficiens. Argentum frigidum eſt, cordiſq́; proficit tremori. Fulſeleminie calida ſunt, colicæ atq; uentoſitati congruentia. Fauſel frigidum eſt. Quod apoſtematibus calidis epithematum benè facit. Euphorbium uehementer eſt calidum. Quod & aquam expellit fortiter, atque paralyſi, & ſimilibus ægritudinibus confert. In oculis uerò poſitum, initianti aquæ cataractarum auxiliatur. Feluca haragi, capillos facit rigidos. Marubium calidum eſt, dyſpnœæ proficiens, & difficultati anhelitus, atq; icteritiæ. Mentaſtrum calidum

Digitized by Google

eſt & ſiccum. Quod & ueteri aſthmati, atque difficultati mictus auxilium præbet. Pœonia pueris epilepſiam patientibus confert, ſi ſuper eos appenſa fuerit, uel ex ea ſuffumigentur. Rubea calida exiſtens, urinam atque menſtrua prouocat. Morpheæ itidem albæ atque albaras, epithemata confert.

Quæ à Sath, hoc eſt, S. litera ordiuntur. Cap. XLV.

COcleæ marinæ aduſtæ, abradẽdo purgant dentes. Ex non aduſtis uerò & tritis, emplaſtrum factum, & aduſtioni ignis ſuperpoſitum, ſanat eam. Sapo calidus exiſtit. Qui ulcerans corpus, in ipſo fortem efficit abſterſionem. Aloës calidum eſt, bilem rubeam expellens, & caput ac ſtomachum purgans, carnemq́ue creat.

Gummi Arabicum frigidum exiſtens, uentremq́ ſtringens, inteſtinorum excoriationi confert. Cordumeni calidum eſt. Quod epilepſię atque aſthmati & paralyſi conferens, expellit aſcarides, atque ſcorpionis puncturę remedium affert.

De his quæ à Caph, id eſt, C. litera inchoant. Cap. XLVI.

CAlamus aromaticus calidus exiſtens, ſtomacho atque hepati modo emplaſtri ſuperpoſitus, auxiliatur. Cartamum calidum eſt. Quod & uentrem ſoluit, & ſperma auget, ſtomacho tamen nocet. Katram uehementer exiſtit calidum. Quod menſtrua prouocat ac fœtum expellit. Aquam uerò in oculum deſcendere prohibet. Scabiei prætereа proficiens, ſperma ita immutat, quod ex eo embrion generari non poteſt. Centaureum crudum phlegma è corpore educens, neruorum dolori ac colicæ confert. Curth frigidus eſt, uentrem quoq́ ſtringit. Cambil calidum exiſtens, expellit aſcarides. Kerſe calidum eſt, ſtomachumq́ calefacit, & nauſeam reprimit. Milium ſolis calidum eſt. Quod & urinam prouocat, & lapidem frangit. Kana calida exiſtens, prouocat menſtrua, ac uentoſitatem diſſoluit, carnem prætereа in uulneribus creat, atque ſcrophulas diſſoluit. Cathmia argenti, ſcabiei quæ in corpore oritur, ac puſtulis quæ ſunt in oculis cõgrua exiſtit. Cathmia auri ea ſubtilior eſt. Quæ etiam albulam quæ eſt in oculo, remouet. Calcanthum corroſiuum & calidum eſt, ponticumq́ue exiſtens, polypum à naribus remouet. Pumex frigida exiſtens, in medicinis ponitur oculorum, dentiumq́ue mundificat concauitates. Cacule aquam repellens, lac prouocat, & urinam. Aes uſtum capillos tingit, uulnusq́ue conſolidat, & aquam expellit.

De his quæ à Rhe, id eſt, R. litera incipiunt. Cap. XLVII.

BAccæ lauri exiſtentes calidæ, puncturis conferunt ſcorpionũ, quando cum uino bibuntur, ac naribus inſufflatæ, torturæ conferunt oris. Gummi pini calidum exiſtens, carnem in uulneribus creat, ideoque ponitur in emplaſtris. Faſſaſa calida eſt, carnemq́ue

creſcere

Digitized by Google

creſcere facit,& urinam prouocat, cuius ſemen ſpermati ac lacti incrementum præbet. Rheumbarbarum calidum eſt. Quod ſtomacho ac hepati conferens, caſui atque percuſſioni bibitum,remedium tribuit. Cinis calidus eſt & ſiccus. Qui & aduſtionem facit, & mollia diſſoluit apoſtemata.

Fœniculum calidum eſt, & urinæ prouocatiuum, ac antiquis conferens febribus. Quod cum recens eſt,lac generat. Cuius ſuccus in oculo poſitus,acuit uiſum.

De his quæ à Sin,id eſt,S.incipiunt. Cap. XLVIII.

SEilen eſt calidum,& diſſoluit apoſtemata. Sertaragi,calidus eſt & acutus. Morpheæ quoque albæ,atque lepræ cum aceto epithematus confert. Seucar eſt calidus. Qui morpheæ cum aceto epithematus,atq; hic tertianæ & craſſitudini ſplenis,bibitus cōfert. Scebran calida eſt, quæ bilem rubeam & aquam, atque phlegma uehementer purgans, hepati exiſtit nociua. Sepum omne diſſolutiuum eſt, atque mollificatiuum. Scordion calidum exiſtens, craſſo ſpleni confert.

Seteregi calidus eſt, ſcabiei atque prurituí ualens,uentriſq́ue efficit ſolutionem. Sedine frigida eſt & ſtyptica, atque in pulueribus ponitur oculorum. Alumen uehementer exiſtit ſtypticum,dentes quoque motos confirmat. Sebenic uel ſeneſchila calida eſt,quæ fluori ab ore infantium decurrenti, atque epilepſiæ remedium affert. Sacahic calidus exiſtens tenebroſitatem uiſus, atque oculorum albulam remouet. Suchaha calida exiſtens,antiquis confert febribus. Sunim calida eſt & acuta, quæ phlegma quaſi lambendo deſtruens,aufert rheumatiſmum atque uentoſitatem expellit.

Quæ à Te,hoc eſt,T litera incipiunt. Cap. XLIX.

TVderi eſt calidum & augmentat ſperma, ac puerorum lapidibus remedium aufert. Tamarindi frigidi exiſtentes,uentrem ſoluunt, ac bilem rubeam,& ſanguinem reprimunt. Tereniabin temperata eſt,uentremq́ue ſoluit. Tuthia utilis exiſtit ad oculi rigiditatem faciendam, axillarumq́ue remouet fœtorem. Tiregi calidum eſt,atque apoſtemati congruum exiſtit. Turbith calidum exiſtens, expellit phlegma.

De his quæ à Che inchoant. Cap. LI.

CHefiſiæ calida eſt multum, atque aduſtionem faciens. Quæ alopeciam patientibus, pilos renaſci facit. Mollificationi præterea, ſi ex ea fricet̃ corpus,auxiliũ præbet. Thil prouocat urinam,& frangit lapidē.

De Cha incipientibus. Cap. LI.

CHeruha calida exiſtens,colicæ atq; paralyſi confert, durities quoque mollificat,ſi ex ea fiat emplaſtrum. Sinapi calidũ eſt,quod in palato poſitum,phlegma incidit, uermes præterea expellit, atq; apoſtemata maturat. Maluauiſcus in calore tēperata eſt. Quæ apoſtemata mollificans, dolorem ſedat. Cuius ſemen morpheam remo-

 uet,ſi cum

Digitized by Google

uet,ſi cum eo & aceto in ſole epithema fiat, atque ardori mixtus auxiliatur. Helleborus niger, bilem expellit nigrã. Albus uerò uomitum uehementer prouocans, multum uomere facit. Ipſum tamen bibere non eſt ſecurum. Caſſiafiſtula uentrem ſoluit, apoſtematibus interiorum confert. Fermentum de farina triticea, doloribus qui ſunt in plantis pedum, ſi ex eo fiat emplaſtrum auxiliatur, & apoſtemata maturat.

De his quæ à Thel, hoc eſt, L. litera incipiunt. Cap. LII.

CAntharides calidę ſunt & acutiſſimę, quæ licet ſcabiei conferant, ueſicam tamen, ſi ex eis multa ſumatur quãtitas uulnerant, ac ſanguinem mingere faciunt, & interficiũt. Ex quibus parua accepta quantitas, urinam uehementer prouocat, atq; albaras albę cum aceto epithemate remediũ afferunt. Cauda equina eſt frigida, quę uentris fluxum patientibus, & hęmoptoicis, ac calidis auxiliatur apoſtematibus. Aurum tremori cordis & melancholiæ adiutorium præbet.

De his quæ à That incipiunt. Cap. LIII.

ATahro ſolutioni, & ueſicis oris, atq; inteſtinorum, maximum affert remedium.

De his quæ à Gaim, id eſt, G. incipiunt. Cap. LIIII.

GAr apoſtemati matricis cõfert, atq; puncturę ſcorpionis, & dolori neruorũ auxiliatur. Quod totum ſemen & oleum operantur. Nauſeam tamen atq; uomitum faciunt. Glutem de corijs antiquis, faciei puſtulis, quę cum cutis duritie & rubore conſiſtunt, confert, atq; ramici initianti, & hęmoptoicis auxiliatur. Agaricum calidum exiſtens, hepatis aperit oppilationem. Aſthmati quoq;, atq; epilepſiæ, nec nõ & uetuſtis febribus, remedium affert. Humores præterea craſſos à capite expellit. Gafit hepatis oppilationem aperit, ac uetuſtis febribus auxilium præbet.

ABVB. RHAZAE LIB. III. AD MANSOREM FINIS.

QVAE IN LIBRO QVARTO CONTINEANTVR.

QVARTVS hic totius operis ad Regem Manſorẽ liber eſt, in quo omnia ſanitatis tuendæ præcepta traduntur, hoc ordine per capita triginta duo digeſta.

CAPITVM LIBRI QVARTI INDEX.

SVmma quædam conſeruandæ ſanitatis capita Cap. I.
De modo ac menſuratione motus & quietis, & ſuarum ſecundum horas diſpoſitionum Cap. II.
De menſuratione ſomni, & horarum ſuarum, & iuuamenti ipſius & læſionis Cap. III.

De regimine

De regimine cibi Cap. IIII

De regimine potus conſeruando Cap. V.

De purgationibus corporis à ſuperfluis humoribus Cap. VI.

De temperandis domibus & hoſpitijs Cap. VII.

De prognoſticatione malorum accidentium, antequã preualeant & augeantur Cap. VIII.

De functionibus animalium cogitationum Cap. IX.

De cuſtodiendis conſuetudinibus Cap. X.

De auferenda malitia ciborum inconuenientium Cap. XI.

De nocumento uini auferendo Cap. XII.

De alijs potibus qui loco uini propinantur Cap. XIII.

De iuuamento phlebotomiæ & eius nocumẽto, & quomodo debeat fieri Cap. XIIII.

De iuuamento purgationis, et eius nocumento, & quomodo debeat purgari corpus Cap. XV.

De utilitate uomitus & eius nocumento, & quomodo debeat fieri Cap. XVI.

De utilitate coitus, & eius nocumento Cap. XVII.

De iuuamento balnei, & eius nocumento, & quomodo debeat fieri Cap. XVIII.

De forma corporis laudabili Cap. XIX.

De iuuamento fricationis labiorum cum corticibus nucũ, & eius nocumento, & quomodo debeat fieri Cap. XX.

De conſeruatione dentium Cap. XXI.

De conſeruatione oculi, & eius clarificatione Cap. XXII.

De conſeruatione auditus Cap. XXIII.

De præcautione popularium & contagioſarum ægritudinum tranſeuntium de uno ad alium Cap. XXIIII.

De peſtilentia & præcautione eius Cap. XXV.

De regimine corporis ſecundum anni tempora Cap. XXVI.

De ratione uictus prægnantis, & conſeruatione fœtus ipſius Cap. XXVII.

De facilitate partus, & regimine parturientis Cap. XXVIII.

De regimine infantis Cap. XXIX.

De eligenda nutrice, & ratione uictus ipſius Cap. XXX.

De regimine omnium ætatum Cap. XXXI.

Quis medicorum ſit præferendus Cap. XXXII.

ABVBETRI RHAZÆ MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber quartus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

Summa quædam conſeruandæ ſanitatis capita. Cap. I.

SANITAS conſeruatur bonitate menſurationis motus & quietis, cibi & potus, ſomni & uigiliæ, nec non expulſiōis ſuperfluitatum, ac domorum, & cæterorū locorum, in quibus homines manere debent, mediocri tēperamento, malorumq́ accidentium antequā augmētum recipiant, ſuccurſu, atq; animaliū cogitationum ſibi conuenientiū, & conſuetudinum cuſtodia. Nos autem in uniuſcuiuſq; iſtorum tractatu, quātum noſtro competit inſtituto, ſi Deus uoluerit, abundè loquemur.

De modo ac menſuratione motus, & quietis, & ſuarum ſecundum horas diſpoſitionum. Cap. II.

SAnitatem cōſeruare uolenti, ante comeſtionem moueri neceſſe eſt. Motu autem quiſque uti debet ſibi conſueto, quod uires ipſius non excedat. Sit etiam motus deambulationis uel uectatiōis. Quo nemo tam diu uti præſumat, donec fatigationem & multā ſentiat grauedinem. Sed cum utitur motu ex quo laſſari ſe ſenſerit, dimiſſo motu ſtatim antequā aliquam inde conſequatur læſionem, quieſcat. De natura enim motus eſt, quod quando ante comeſtionem fit, calorem accreſcere facit innatum. Quamobrem & cibus calorem inuenit accenſum, & corpus inde craſſitudinem & tolerabilitatem, & uires acquirit. Summopere præterea obſeruandū eſt, ut qui fortibus & grauibus uti uult motibus, gradatim in eis procedat, neq; de quiete ad grauem motum ſubito tranſeat. Venter quoq; eius ſi grauis fuerit & magnus, lata conſtringendus eſt faſcia. Poſt comeſtionem uerò, à forti motu ac longi temporis, omnino eſt cauēdum. Sicut enim motus ante comeſtionem factus, ſanitatem conſeruat, ita poſt comeſtionē ſtatim ægritudinem generat.

De menſura ſomni & ſuæ horæ, deq; utilitate & incommodo ipſius. Cap. III.

OPortet, ut tamdiu poſt comeſtionem aliquis à ſomno abſtineat, donec cibus ab ore ſtomachi deſcendiſſe, atq; inflatio & grauedo minui, atq; inferius mergi ſentiatur. Quod ſi tardetur non incongruum eſt, ut parua iuuetur deambulatione, donec deſcendat. Eſt etiam obſeruandum ne de uno latere ad aliud, ſæpe uoluatur. Tardatur enim inde digeſtio, atq; inflatio & rugitus ſentitur. Oportet itidem, ut puluinar ſit altum, & præcipuè ſi cibus nondum ab ore ſtomachi deſcenderit. Somni autem utilitas, animæ aufert laborem, eamq́ reddit ſubtiliorem, atque cogitationem & rationem, quæ hebetes erant, & quaſi feſſæ ſubtiliat

& acuit.

Digitized by Google

& acuit, corporiſq; fatigationem mitigat, & digeſtiuam meliorem efficit, ac corpus inpinguat. Multum autem dormire corpus deſiccat, ac tenerum efficit, phlegmatis quoq; multitudinẽ in eo creat, ipſumq; infrigidat. Quod in corporibus craſſis & pinguibus præcipuè operatur. Vigiliæ uerò multæ calorem intendunt, ac formam corrumpunt, corpuſq; deſiccant, atq; bilem rubeam in ipſo augmentant. Quod præcipuè operantur, cum corpora ſunt macra. Oportet itaq; ut anima uigilare non cogatur, cum diſſoluta & ſtupida fuerit, neq; ad dormiendum incitetur, cum excitata atq; ſubtilis & acuta fuerit, motuſq; leues & ſenſus fortes.

De regimine cibi. Cap. IIII.

COmedere poſtquam cibi præteriti fex inferius deſcẽderit, & pars uentris inferior leuis efficitur, in qua nulla remanſit tenſio, & motus præceſſit conueniens, appetitiua quoq; præualet, melius iudicatur. Et præterea cauendum ne comeſtio poſtquã appetitus affuerit, tardetur, niſi appetitus fuerit mendoſus, ſicut ebrijs, ac faſtidioſis accidere ſolet. Sed poſtquam homo qui ebrius non eſt appetere inceperit, & cibus qui præceſſit, neq; multus neq; craſſus fuit, ipſa hora comedere debet ſine dilatione aliqua, hoc nanq; melius eſt. Si enim comeſtio adeò tardetur quo ad appetitiua deſtruatur, quæ prius intenſa erat, ſyropum aut iulep, uel acetoſum, uel aquam calidam ſumere debet, aut comeſtionem una hora tardare donec uomat, uel aluum deijciat, aut appetitiua excitetũ, & redeat. Quibus ritè peractis, comeſtio ſubſequi debet. Valdè quoque cauendum cenſemus, ne cibo adeò impleatur homo, ut ſtomachus tendatur uel multũ grauetur, aut anhelitus anguſtetur. Quapropter ſi hoc aliquando acciderit, cibus ſumptus antequam deſcendat euomi debet. Quod ſi euomi non poterit, ſomnus & motus incrementum recipere debent, atque ea quæ uentrem ſoluant, ſumenda ſunt. Cibus præterea quo uti conſueuerat, in ſequenti die minuendus erit. Eſt etiam ſummopere obſeruandum, ut cibos ſibi conſuetos quiſque accipiat, & totiens edat, quotiens cõſueuit, niſi cõſuetudo peruerſa fuerit, quæ omnino uitari debet. Quam tamen non repente, ſed ordinate paulatim de illa, uidelicet, ad bonam tranſeundo deſerere debet. Ordo quoque in comeſtione iſte obſeruari debet, ut ſani per diem & noctem ad minus ſemel, ad ſummum autem bis in die, & quod tẽperatius eſt, inter duos dies ter, reficiantur. Semel autem in die comedere, corpora habentibus macra & ſicca, nocet. Bis uerò in die refici, corpora habẽtes craſſa, & pinguia lædit. Multo præterea utentes motu, ac multum laborantes, maiori & craſſiori indigent cibo. His autem contrarijs, contraria inueniuntur. Quapropter cuiuſque hominis quęrenda eſt cõſuetudo, quiſque cibus conueniens ſit, interrogandum. Sæpe enim contingit, ut cibaria aliqua quæ mala ſunt aliquibus conuenientia reperiantur, à quibus ipſi ſicut alij ſibi cauere non debent. Et fortaſſis cibaria aliqua exiſtentia bona, aliquibus incongrua inueniuntur, à quibus penitus ſibi cauere debent. Si autem ſint aliqua cibaria aliquibus conuenientia, quæ ipſi appetant, licet minus bona ſint, appetitui tamen tribuenda ſunt, niſi omnino peſſima fuerint. Non tamen malis ſemper utendum eſt cibis.

Parum deterior cibus, ſuauior autem melioribus, ſed minus ſuauib. præferendus.

Digitized by Google

Quare ſi aliquis hoc egerit, ſolutiuis medicinis malos humores ex tali ci/bo generatos mouere ſolitis, uti debet. In hora etiam qua talem comedit ci/bum, aliquid cum eo comedere, uel poſt ipſum bibere debet, quod eum tem/peret, & minus malum faciat, ſicut, ſi Deus uoluerit, dicturi ſumus. Quod autem digeſtio fit mala, & corrumpitur, inde eſt quod cibi multi & diuerſi in una ſumuntur hora, & quod cibus craſſus ante ſubtilem comeditur, & quod multa cibaria cum iure habente micas panis accipiuntur, atque quod inter principium prandij & finem multa ſit hora. Oportet pręterea ut in hyeme ſit cibus actu calidus. In æſtate actu frigidus. Eſt etiam abſtinẽdum à cibis calidiſſimis, quales ſunt, quum iam ab igne remouentur, & ab illis quæ ſunt uehementis frigoris, ſicut qui ſuper niuem refrigerantur, quibus nullus uti debet. Cibo enim ſuper niuem infrigidato, nullo modo eſt utendum, niſi in tempore magni caloris, corpore quaſi inflammato exiſtente.

Cauſæ cruditatis.

Meliores quoque horæ ad ſumendum cibum, ſunt frigidæ. Quod ſi horæ frigidæ eſſe non poſſunt, manſiones ſaltem frigidæ ſint. Sint itidem horæ comedendi, poſt quas dormire & quieſcere poſſint. Fructus etiam ſi in prandio ſumendi ſunt, ante omnem edendi ſunt cibum, niſi ſint de his qui in ſtomacho multam faciunt moram, atque tardantur, in quibus eſt uis a/ſtringens & aceroſitas, ut cotonia, & poma, & mala granata. Si autem de his cauſa medicinæ ſumere parum uoluerint, comedant. Melius tamen in conſeruanda ſanitate iudicatur, ut omnes recentes fructus dimittantur, uel parua ex eis ſumatur quantitas. Ex quibus ſi multũ comederint, cum medi/cinis ſolutiuis, & motu eis ſuccurrendum eſt. Eſt etiam diligẽter obſeruandum, ne recentibus utatur fructibus, niſi in die quo multo uſi fuerint exercitio, atque in ſtomacho ardor ſentitur. Eſt enim conueniens, ut in hac diſpoſitione fructus comedant recentes, ſicut ſunt ficus, uuæ, pira, mora, & criſomela, infrigidata in aqua. Poſtquam autem prædictos comederint fructus, aliquo interpoſito ſpacio, cibum, quem debent ſumere, edant. A faſtidio præterea ſummopere eſt cauendum. Quod ſi quis faſtidium paſſus fuerit, in eadem die circumſcribet cibum, atq; in ſequenti ſimiliter alleuiet cibum. Sed ſi multis diebus & continuis faſtiditus fuerit, medicinam bibere debet, non multum ſolutiuam, qualis eſt, ea quæ ſtercus expellere, ac ſtomachum & inteſtina, & hepatis foramina mundificare ſolet, ſicut triphera minor, quæ picram recipit & turbith. Vel pilulæ quæ ſpecies recipiunt redolentes, uel pilulæ de maſtiche & aloë confectæ, uel diacitoniten ſolutiuum. Vel e/lectuarium laxatiuum de dactylis, uel ſcheri ebezen, & his ſimilia. Sunt etiam homines in quibus craſſa benè digeruntur cibaria, & corrumpuntur in eorum ſtomachis cibaria ſubtilia. Iſtis ergo ea, quæ non in ſtomacho corrumpuntur tribuenda ſunt, & quæ digeruntur. Huic autem diſpoſitioni habentibus contrariam, contraria danda ſunt. Et expedit, ut plus nutrimenti illius, in quo alicuius humoris generatio corruptibilis multiplicari ſolet, ſibi inferens nocumentum, ſit huic contrarium humori, ipſumq; generari prohibeat.

Horæ ſumendi cibum.

Fructuũ uſus qui.

Pharmaca ſano amica.

De reginine

De regimine potus. Cap. V.

IN potationis uſu & ratione obſeruanda eſt regula, ne aquam ieiuni, uel ſuper menſam, niſi prius comederint, & uentris ſuperiora alleuiata fuerint, ſumere præſumāt. Si tamen ea cauſa reprimendi ſitim uti uoluerint, non ad ſatietatem, ſed parum ex ea ſumant. Poſtq̃ uerò uentris ſuperiora, ut dictum eſt, alleuiata fuerint, cibusq; ab eo deſcẽderit, ſatiari ex ea uel uino debent. Summopere autem cauendum eſt, ne aquam niuis aliqui bibant, neque aquam in menſa accipiant, niſi frigidam. Frigida enim cum fuerit, parua ex ea ſufficit quantitas. Ab aqua prꝫterea niuis, neruos habentes debiles, quorum ſtomachus & hepar frigida ſunt, atque in digeſtione ſua omnino debilia, & quorum anima † ſubtilis, ac quaſi conſumpta cernitur, ſibi cauere debent. Qui autem carnoſus fuerit, & ſanguinem multum atque colorem rubeum habuerit, quorũ & appetitiua fortis exiſtit, nihil ab aqua timere debent. Nullus etiam ieiunus aquam bibere debet, niſi qui magnum habet ardorem, uel qui eſt ebrius, debet inſuper quiſque ieiunus, uel poſt balneum, uel poſt coitum, uel poſt fortem motum, qui hominis anhelitum frequentem facit, cauere, ne multum aquæ frigidæ ſubito bibat. Sed parum ex ea paulatim ſumere debet. Quod eo uſque facere debet, donec illud remoueatur accidens, atq; eius extinguatur impreſſio. Aqua etiam nocte bibenda non eſt, ſi ſitis mendoſa fuerit. Signum uerò huius eſt, quod ſitiens ebrius eſt, uel quod iam bibit aquam ſibi ſufficientem antequàm dormiret, ſicut conſueuerat. Quod ſi contingat aliquem aquam multam bibere, & ſitim augmentari, à potu ipſius abſtinere debet, atq; ſitim multum tolerare. Cito enim remouebitur ſitis. Homo autem famelicus & uacuus, uinum bibere non debet. Neque poſt cibum acutum, nec poſt balneum. Neq; poſt fortem motum. Neq; poſt ciborum ſaturitatem, niſi poſtquàm deſcenderint cibi, neq; poſt crapulam, neq; uini tanta ſumenda eſt quantitas, ut ex ea grauet̃ ſtomachus & tẽdatur, niſi aliquis poſt eius potũ ſibi medicare uelit. Debet etiã quiſq; uinum eligere, q̃d ſibi conuenientius eſt, ut diximus. Diuerſificat̃ enim uinũ in ſuis ſpeciebus multipliciter. Frequentius quoq; ebrietate nullo modo eſt utendũ. Malas enim generat ægritudines. Vna autẽ ebrietas uel duæ in menſe, auxiliũ ꝓbent, ſi non ſunt cõtinuꝫ. Vino uti quiſq; debet, quod ſibi cõuenientius eſt. Sunt enim qui cibũ ſine uino digerere nullo modo poſſunt, & ſunt alij, qui à uino grauãtur, & in q̃bus cibus cum uino corrũpit̃, q̃bus † calorẽ atq; repletionẽ facit, febrẽq; cito inducit.

† debilis.

Aqua ieiuno uitanda.

Sitis mendoſæ notæ.

Ebrietas frequens fugienda.

† faſtidium.

De mundificatione corporum à ſuperfluitatibus. Cap. VI.

VT corpus à ſuperfluitatibus mundum permaneat, ualdè ſtudere conuenit. Quod uentris ſolutione, ac urinæ prouocatione, nec non motu & exercitio fieri poteſt. Vnumquodque enim iſtorum aliquam ſuperfluitatum ſpeciem, à corpore expellit. Quapropter ſi egeſtionem comparatione ciborum aſſumptorum, paucã inuenerimus, atque minorem quàm eſſe conſueuerat, uentrem cum aliqua re temperata hoc faciente, ſoluere debemus. Vrinam quoque, ſi minuatur, ſimiliter temperatè prouocare debemus. Quod uinum ſubtile & ſyropus acetoſus, atq; melonum, & citrullorum ſemina, nec non ipſum apium, & fœniculum, &

cucumeres,

Digitized by Google

cucumeres, & citrulli, & melones, & his ſimilia facient. Quando autē quod per ſudorem expelli ſolet, minuitur, atq; longum iam præterijt tempus, ex quo magno non uſi fuimus exercitio, necq; aër circundans eſt calidus, cum exercitio atq; balneis ſudorē prouocare debemus. Et ſi cōtingat, ut cibis bilis rubeæ generatiuis utamur, rem ipſam temperatè expellentem ſumere debemus, ſicut ſunt myrobalani citrini, & pruna, & tamarindi, & ſerum, & ſuccus granatorum cum pulpa ſua tritorum. Quod ſi cauſa erroris illud facere, dimiſerimus, donec humoris maxima quantitas in noſtris adunetur corporibus, fortioribus tūc uti oportebit medicinis, quas in parte de curandis ægritudinibus, in locis illarum nominatione dignioribus, nominabimus, atque tunc forti oportebit nos uti medicina, ſicut qui ægritudines medicatur, non ſicut qui ſanitatem conſeruat. Si autem cibus bilem nigrā generare ſolet, mirobalanos Indos, atq; polypodium, nec non epithymum ſumere debemus. Et ſi phlegma generare ſolet, triphera minore picram & turbith recipiente, uel electuario ex zingibere, & turbith ac ſaccharo facto uti conuenit. Stomachum quoque ſi uiderimus quaſi ſtupidum, & ſine ſenſu, atque appetitiuam deſtructam, & homo iam non appetit niſi acuta, aliáq; cibaria eum grauant, & propriè dulcia & unctuoſa, uomitus tunc hoc modo prouocandus erit. Prius comedat res ſalſas, & ſinapim, aut ſiclam, aut raphanū, poſtea bibat ſyropū acetoſum, uel hydromel, aut medicinas quæ temperatè purgare ſolēt, quas nominauimus. Corpus autem ſi quando inflammatum atque ad motiones grauem, colorem quoque rubeum & tactum calidum uiderimus, uenáſque eleuatas, ac plenas conſpexerimus. Sanguinem minuere feſtinabimus, atque ciborum menſuram minuemus, carnem quoque, atque uinum, nec non omnia dulcia dimittere cogemus, & nitemur ad hoc, ut omnia cibaria ſint aſtringentia uel acetoſa. Quod tamdiu fieri conuenit, donec prædicta ceſſent accidentia. Viri præterea ac mulieres cum appetunt coire debent. Quod quidem faciant naturæ non repugnātes. Sunt etiam quædam alia, quæ ſumma cum diligētia fieri debent, ut dentium & gingiuarum, ac labiorum cum corticibus radicum nucum fricatio, & gargariſmus, atque ſternutatio in aliquibus horis. Superfluitatum quoq; nulla eſt retinenda. Ex retentione enim urinæ, mingendi accidit difficultas. Aegritudines quoq;, quæ ueſicæ in ſuis partibus ſolent accidere, eueniunt. Egeſtio uerò retenta, uentoſitatem & teneſmon, atque malam colicam, nec non appetitiuæ deſtructionem, ac faſtidium generant.

Nihil recremēti retinendum.

De domibus ſiue hoſpitijs temperandis. Cap. VII.

OPortet attendere ne in his locis ſit calor talis, ex quo corpus in ſudorem reſoluatur, & humectationem: Neque frigus tantum ſit, ut ex eo corpus contrahatur, & horrore corripiatur. Terra quoque non ſit mollis, neque humida, neque multum ſicca, neque ſit ſordida, neque puluerulenta, ſed ſit inter has diſpoſitiones mediocris. Quod erit, ſi locus ſordidus & puluerulentus, ita roretur aqua, ut ex ea recipiat tēperamentum. Et ſi fuerit mollis, ſuper lectos uel in ſolario ſedeatur. Manſiones, ſicut prædictum eſt, temperatę corporibus, quorum ſanitas eſt perfecta, &

Digitized by Google

cta, & natura temperata, conferunt. Corporibus uerò diſpoſitionẽ his ha-
bentibus contrariam, quę, ſcilicet, macra ſunt & cholerica, manſiones mol-
les, & humidæ congruę exiſtunt, ſi cum hoc etiam frigidę fuerint. Siccę au
tem & calidę manſiones, quę cum hoc mollitiem non habeant, corporibus
diſpoſitionem iſtis habẽtibus contrariam auxiliantur. Quibus illę quę ab
iſtis diuerſæ inueniuntur, nocumentum prębent. Decet præterea ſummope
re caueri, ne malus in eis ſentiatur odor. Qui ſi forte affuerit, ſuffumigatio-
nibus erit emendandus.

De præſagijs malorum accidentium, antequàm præualeant, & au-geantur. Cap. VIII.

CApitulum hoc ex elementis conſeruandi ſanitatem nobilius exi-
ſtit. Et eſſet ſatis conueniens, ut in ipſo multiplicaremus uerba,
& uſque ad unguem ea quę in ipſo ſunt, conſideranda perſcruta-
remur. Sed quia iſtius noſtri libri intentionem præterire nolumus,
tamen nullo ſuorum moram faciemus capitulorum aggregationes, & ſum
mas apponentes paucas. Dicamus igitur quod cum capitis dolor fortis eſt
& diturna, uel hemicranea, uerendum eſt ne ad oculos aqua deſcendat, &
dilatetur pupilla. Quapropter, ſi capitis dolor diu perſeuerando grauiter
infeſtauerit, neq; medicinis releuari poterit, infirmitati ſuccurrendum erit
cum extractione arteriarum, quæ in temporibus pulſant. Saltus faciei
diu permanens, ſi multus fuerit & fortis, oris torturam adeò portendit uici-
nam, ut ſtatim inuadere debeat. Poſtquam igitur iſtud ſentiri cœperit, medi
cinæ uehementer ſolutiuę, ac uomitus prouocãtes dari debent. Facies quo-
que cum forti aceto quod de uino factum ſit, in quo mẽtaſtrum ſit decoctũ
fricari cõuenit. Et comeſtio parua erit danda. A uino præterea omnino ab-
ſtinere debet. Fortibusq; euacuationibus, ac fricationibus, nec non garga-
riſmis & ſternutationibus, utendũ erit. Totius uerò corporis ſaltus mul *Spaſmi præſagia.*
tus & diu permanens, ſpaſmum prognoſticatur. Oportet igitur cum iſtud
acciderit, fortiter euacuare, & fricare corpus, & ipſius regimen ſubtiliare.
Medicinæ quoque calidæ, quas in ſuo nominabimus capitulo, dandæ e-
runt. Stupor paralyſim portendit. Quapropter cum accidit, regimen *Paralyſis.*
ſubtiliandum erit, corpusq; cum medicinis acutis, quas in paralyſis capitu-
lo nominabimus, euacuandum erit. Faciei & oculorum rubedo, atque *Phreneſis.*
uenarum in ipſis manifeſtatio, & lachrymarum deſcenſus, & claritatem lu
minis patiendi impotentia. Omnia hæc ſi cum forti capitis dolore affue-
rint, phreneſis prognoſtica erunt. Succurrendum igitur erit cum phleboto
mia ac uentris ſolutione. Caput quoq; oleo roſeo cum aceto mixto perfun
dendum erit, totumq; corpus infrigidandum. Incubus & uertigo ſi diu *Epilepſiæ præſagia.*
perſeuerauerint, forteſq; extiterint, epilepſiã portendẽt. Non eſt igiť negli
gendũ, quin taliter laborãtibus ſuccurramus cũ his, quę in capitulo de epile
pſia dicturi ſumus. Triſtitia abſq; manifeſta cauſa diu permanẽs, & cor *Melancholia.*
dis malignitas, atq; deſperatio melancholiam ſignificãt. Quapropter ſuc-
currendum eſt, ut dicturi ſumus. Cum aliquis ante oculos quaſi muſcas
uolare, uel quaſi pilos ſtare aſpexerit, uel in circuitu eorum quæ aſpicit,
quaſi

Digitized by Google

quaſi fumum uel uaporē uiderit, principium deſcenſus aquæ innuitur. Hoc igitur diligenter eſt conſiderandum, ut in ſuo dicturi ſumus capitulo, & ut medicetur properandum.

Pulmonis morborū prognoſtica.

Rheumatiſmus & coryza, ſi frequenter euenerint, ne phthiſis, uel aſthma, uel pulmonis proueniant paſſiones, timēdum erit. Ideoq; ſtatim erit ſuccurrendum. Sudor multus & diu perſeuerās, corporis ſignificat repletionem. Subueniendum igitur erit cum phlebotomia ac cibi paucitate. Si autem ſudor malè fuerit olens, quod febris ſit iam uicina ſignificat. Quapropter ea quæ rubeam ſoluant bilem, danda erunt.

Apoplexiæ præſagia.

Cordis tremor fortis & frequens, mortem portendit ſubitaneam. Ideoq; cum phlebotomia & medicinis uētrem leuiter ſoluentibus, ſuccurrere oportet. Repletio ſuperflua timorē hæmoptoicæ paſſionis futuræ, atq; apoplexiæ, & mortis ſubitaneę affert. Vnde ſtatim cum phlebotomia ſubuenire oportet. Si ſenſuum turbatio, ac motuum debilitatio cum repletione affuerint, ne ſuperueniat apoplexia, timendum erit. Succurrendū igitur erit cum phlebotomia & gargariſmo.

Hepatis uitia.

Grauitas ſi in dextro fuerit latere apud coſtas poſteriores punctura atq; tenſio, hepatis ſignificat læſionem. Subueniendum igitur erit, prout in ſuo dicemus capitulo. Egeſtio plus ſolito tincta icteritiam ſignificat.

Hydropis.

Facies etiam, ac palpebræ, & extremitates ſi inflatę fuerint, prognoſticabūt hydropiſim. Digeſtionis fœtor, faſtidium atq; grauedinem quæ exiſtit in uenis, innuit.

Febris futuræ notæ.

Fœtor qui eſt in urina, putrefactionē ſignificat, & quod febres euenire debēt. Laſſitudo & diſſolutio cum deſtructione appetitiuæ, febrem ſignificant.

Colicæ.

Appetitiuæ autem deſtructio & nauſea, innuunt colicam. Succurrendū eſt igitur cum longo ſomno, & cibi abſtinētia, poſtea cum medicinis, quas ibi nominauimus.

Renum noxæ.

Grauitas & tenſio in inferioribus uentris, & iliorum, cum urinę à diſpoſitione ſolita permutatione, nocumentum in renibus inceptū demonſtrat. Ideoq; cito ſuccurrendum erit. Vrinæ ardor diu perſeuerans, ueſicam & uirgam puſtulis hereditabit. Subueniendum igitur erit, ſicut in ſuo dicemus capitulo.

Dyſſenteriæ præſagia.

Mollis egeſtio ani, aduſtionem ac puncturā faciens, dyſſenteriam demonſtrat futuram. Subueniendū eſt igitur. Pruritus ani, futuras ſignificat hæmorrhoidas, ſi non cauſa & uermium paruorum multorum, ibi exiſtentium contingat. Ex multitudine ademenul magnæ exituræ aduentus timetur. Ex multis modis magnæ collectionis ſuſpitio exoritur. Morphea alba, albaras albæ timorem inducit.

Lepræ prognoſtica.

Multus faciei rubor cum obfuſcatione & anhelitus anguſtia, & uocis raucedo, lepram aduentare, quæ iam incœpit accidere timere faciunt.

Portēta ægritudinis cuiuſpiam.

Si autem aliqua diſpoſitionum corporis ſani, præter ſolitum permutata fuerit, ut, ſcilicet, appetitiua fortior uel debilior exiſtat, uel exeūtia à corpore plura ſunt, uel pauciora, uel ſomnus longior ſit, aut breuior, uel agitatio, uel etiam uigiliæ adſit, uel ſudor præter ſolitum ex corpore decurrat, uel ea quæ à corpore manare ſolita erant retineantur, ut hæmorrhoidum, & menſtruorum ſanguis, atque ſanguinis uomitus, qui ſtatutis diebus euenire ſolitus erat, uel ſanguis qui ex naribus fluere conſueuit, uel ſi totius corporis diſſolutio fiat, uel ingenij pigritia, aut in ore extraneus ſentiatur ſapor, aut ea quæ non conſueuerunt delectationem afferant, aut econtrario, aut coëundi deſiderium aliquis au-

gmentari

Digitized by Google

gmentari ſentiat,uel diminui, uel in ſomno occurrat ſomnium, quod non conſueuit euenire, uel corporis color conuertatur & mutetur, aut tactus præter ſolitum, & ultimum,quum aliquod non aſſuetum acciderit,& permanſerit,ac augmentari cœperit,ægritudinẽ prognoſticabit futurã. Quamobrem cuiuslibet prædictorum cauſa ſubtiliter eſt inueſtiganda, & ad eius ſanationem feſtinandum. In corpore quoq;,ſi quando repletionis ſignificatio uiſa fuerit, in ipſius phlebotomia elaborandum erit, ac comeſtio minuenda. Et ſi quando alicuius humoris dominij ſignificatio apparuit,ſuccurrendũ erit cum ſolutione eius, & cum medicinis quibus huiuſmodi humor ex corpore duci conſueuit. Preterea ſi infirmitas alicui cum periodo nota ſuperuenire conſueuit, antequã paroxiſmi hora accedat,ſanguinẽ detrahere debet,uel quod aluũ deijciat,tribuendũ,omnia quoq; alia quæ poſt ægritudinis aduentum fiunt,exerceri debent, quemadmodum in ſuis,ſi Deus uoluerit, capitulis dicturi ſumus.

De cogitationibus animæ. Cap. IX.

QVæcunq; ex illis animam gaudere atq; lætari facit, robur uiribus tribuit,et naturã excitat,& in ſuis adiuuat actionibus,omnibusq; ſanis confert, niſi his qui carnis minoratione, eò quod ſuperflua ſit indigent. Qui tamen ſani non exiſtunt,è contrario. Quæ uerò triſtari facit,omnibus ſanis nocumẽtum infert,exceptis his, qui carnis indigent minoratione.

De conſeruatione conſuetudinum. Cap. X.

COnſuetudines conſeruare,& ſecundũ earum incedere regulã,niſi peſſimę ſint,oportet. Quando ergo peſſimę fuerint,ab eis paulatim ac ordinatè eſt recedendũ.Quapropter quiſq; cauere debet,ne alicuius rei ſibi conſuetudinẽ faciat,quã ipſum obſeruare oporteat, ex cuius obſeruatione conſtrictionẽ patiatur. Vt ſi quis uno cibo conſuetè ſemper utaẽ,uel aliquo potu, uel omnino ab eis abſtineat,uel dormire,uel moueri,uel egerere, uel coire cõſueſcat, & ex aliquo iſtorũ grauiter cõſtringaẽ, maximũ incurret nocumentũ ſi ab eis abſtinuerit. Quapropter quiſq; corpus ſuum ſic diſponere debet, ut caloris & frigoris patiens eſſe poſſit, & ad motiões & cibaria ſibi neceſſaria aptum reddatur, & ut ſomni & uigiliarum horas,atq; manſiones & domos ſine lęſione permutare poſſit.Fortaſſis enim ex neceſſitate hoc agere cogetur.

De his qui à cibis inconuenientibus nocumentũ expellunt. Cap. XI.

SAluus exiſtit à ciborũ malitia,qui eis non utitur. Quod ſi aliquẽ eis uti contingat,ſibi ſubuenire debet,catharticũ, humorẽ ex eis generatum expellens,ſumendo. Multotiens tamẽ aliquis eorum euadet nocumentũ,ſi ea temperauerit. Temperari autem poſſunt,ſi ante ea, uel poſt ipſa, aliquid,quod eorum reprimat malitiã, ac digerendo ducat ad temperiem, edatur. Vt ſi quis dulcia diligat,à quibus tamen lædatur, poſt ipſa ſyropũ ualdè acetoſum bibat,uel acetũ cũ aqua,uel comedat poſt ipſa, mala granata acetoſa, & ad ſummum quælibet ſumat acetoſa, & phlebotomia uti incipiat,& cathartico, bilis rubeæ ſolutiuo. Sed qui cibaria diligit acetoſa,ſicut eſt caro cũ aceto cocta,& alcharis,& almoſos, & his ſimilia,

Digitized by Google

ex quorum eſu contrahatur nocumentũ, poſt ipſa comedat mel, & uinum uetus & forte bibat. Quibus uerò unctuoſa nocẽt cibaria, poſt ipſa pontica & ſtyptica, atq; amara, & ſalſa, & acria comedere debẽt, ſicut ſunt lentes, glandes, almuri, garus, & cauguamich, quæ ſale condiuntur, & cepæ, & allia. Quibus autem iſta nociua exiſtunt, ipſorũ refrenare malitiam debẽt, cum unctuoſis & humidis ac ſolutiuis. Sed quibus craſſa incongrua exiſtũt cibaria, ut triticũ cum aqua ſimplici coctũ, uel cum lacte, & his ſimilia, & tamen ex eis edunt, ante ea, uel poſt ipſa, de almuri parum ſumere in potu debent, motum quoq; & exercitiũ augere conuenit, atq; diacyminum, & diatrion pipereon ſumere conueniens eſt. Qui ſi ex eis multũ comederint, uentrem forti medicina phlegma expellente ſoluere debent. Si quis autẽ in hepate grauedinem atq; puncturas propter craſſorũ ciborum comeſtionem pati ſolitus eſt, ſyropũ acetoſum cum multis radicibus & ſeminibus factum aſſiduè bibat. Si quis præterea ex recentibus fructibus multum comederit, ſyropum acetoſum, poſt eſum dulcium ſumat, ut ſunt rotab & muza, & melones dulciſſimi, & ficus, poſt acetoſorum uerò ſtypticorũ comeſtionem, bibat hydromel, niſi ideò comederit, ut ſibi medicaretur. Poſt q̃s, ſi inflationem fecerint diacyminum ſumere conuenit, & uinum uetus & forte bibere, & aquam ſeminum, & his ſimilia. Poſt fructus autem ſiccos, & quorum tantum interiora comeduntur, quæ comedentes calefacere conſueuerunt, ſyropum ualdè acetoſum & apozemata, quę fiunt ex ſuccis fructuum acetoſorum ad ſpiſſitudinem decoctis, bibere conueniens eſt, & cibaria edere acetoſa. Poſt fructus autem qui inflare, & appetitum auferre, ac diſturbare conſueuerunt, miua ſumenda eſt. Poſtea autem comedat diacyminum, & diatrionpipereon, & zingiber conditum. Aqua uerò craſſa quæ tardè deſcendit, nequaquã abſq; uino eſt bibenda. Si quis præterea aquã niuis ſæpe in potu ſumpſerit, oportet ut adeò ſæpe intret balneum, quoad ſudet, & incipiat ſumere medicinas uentris ſolutiuas, quas cum de neruorum tractabimus ægritudinibus, commemorabimus.

De illis quæ nocumentum à uino illatum auferunt. Cap. XII.

SI uinum hepatis ac totius corporis calefactiuum exiſtat, multę aquę ammixtionẽ habens bibendum eſt, poſt quod granata acetoſa ſunt edenda, & acetoſitas citri ſumenda, & his ſimilia. Ipſum quoq; tunc erit bibendum quando cibaria comederint acetoſa, ſicut ea quæ uuæ acerbæ ſuccum habent ammixtum, & eis ſimilia. Quod ſi quis ex uino grauẽ capitis incurrit dolorem, uinum non bibat, niſi clarum, quod multę aquę habeat ammixtionem. Et dum ipſum bibere appetit citonia, & his ſimilia ſtypticitatem habentia, edat. Deinde uerò poſt ipſius potum, cibarijs utatur leuibus, in quibus ſtypticitas ſit, & uaporis extinctio, ſicut ſunt cibaria infrigidata, uuæ acerbæ ſuccum habentia, & his ſimilia. Si quis uentris inflationem uel dolorem patiatur, uinum purum bibat, aut parum mixtum, cum quo nihil craſſitiem habens comedat, neq; poſt eius hauſtum comedat.

Digitized by Google

De illis quæ uice uini in potu ſumuntur. Cap. XIII.

VInum ſtomachum & hepar calefacit, inflationem quoq; diſſoluit, cibumq; digerit, atq; urinam prouocat, & uentrem ſoluit, & propter hoc animam lætificat, & gaudere facit. Hunc autem poſtremum bonitatis uini modum nondum inuenimus aliquid, quod uicem uini compleat. In alijs autem modis quandoq; reperiri poſſunt, quædã uini uicem ſupplentia, licet in his operationibus uino debiliora exiſtant.

Syropus calefaciens ſtomachum, & hepar, & remouens inflationem, & cibi adiuuans digeſtionem, & nutrimentum penetrare faciens. Recip. mellis apum libram unam, aquæ libras 6. Hæc mixta tamdiu coquantur, & ſpumentur, donec iulepi teneant ſimilitudinem. Deinde in una libra huius hydromellis quod remanſit, puluis ſubtiliſſimus in panno lineo ſubtili ligatus: qui Recip. zingiberis, piperis nigri, & longi, cinnamomi, maſtiches, gariophillorum, ſpicę, añ ℥ 1. Manibus exprimatur, dum adhuc benè calet, & in ipſo manere dimittatur, & ſic poſtea bibatur. Syropus uentris ſolutiuus. Recip. ficus albas, quibus aquæ decuplum ſuperfundatur, & tamdiu coquãtur donec diſſolui incipiant, & per noctem unam dimittatur, poſtea uerò colentur, & in colatura illa mel ad ſuæ medietatis menſuram ponatur, et bullire dimittatur, donec ad iulep redeat craſſitudinem & reponatur. Sũt autem quidam qui unicuique libræ huius ſyropi ℥ 2. lactificij ficulneæ admiſcent, ut uentris ſolutiuus magis exiſtat.

De uſu & iactura phlebotomiæ, & quomodo debeat fieri. Cap. XIII.

EX frequenti ſanguinis detractione, complexionis malignitas, & hydropiſis, ac feſtina ſenectus, ac appetitiuæ deſtructio. Pulſusq; paruitas, & ſtomachi, ac hepatis, & cordis debilitas, tremor quoq;, & paralyſis, nec non & apoplexia, & poſtremo omnium uirtutum naturalium imbecillitas, ſępiſſime euenire ſolent. Ex negligentia autem extractionis eius, cum aliquis ea indiget, accidunt denemul, & apoſtemata, et exituræ, & febres concluſæ, ac phreneſis, & pleuritis, & uariolæ, & morbillus, & paſſio hæmoptoica, & mors ſubitanea, & peſtilentia, atq; apoplexia ſanguinea, de qua facies uiridis apparet, uel nigra & ſynanchia, & lepra. Phlebotomia præterea magna exiſtit medicina, in ſanitate conſeruanda ualdè proficiens, & ad ægritudinum curationem congruens, ſi ut oportet, fiat. Qui uerò phlebotomiam plus alijs tolerare poſſunt, ſunt hi in quorum corporibus uenæ manifeſtæ cernuntur & amplæ. Et quorum corpora piloſa, & fuſca nigraue, ſeu rubea, uel recentia, & carnoſa conſpiciuntur, niſi pinguia fuerint. Sint etiam qui phlebotomantur, iuuenes, uel ſenes. Infantes enim, uel decrepiti phlebotomandi non ſunt, niſi magna imminente neceſſitate. Qui uerò ea multum indigent, hi ſunt quibus puſtulæ, & maxima apoſtemata, atque adenemul accidunt, & febres. His quoque neceſſaria eſt phlebotomia, qui multa carne & uino, ac dulcibus uti conſueuerunt. Illi uerò à phlebotomia abſtinere debent, qui ſtomachum & hepar habent debilia, atque quibus frigidæ accidere ſolent ægritudines. Non enim iſti abſque magna phlebotomandi ſunt neceſſitate. Alia uerò quę de phlebotomia ſcienda ſunt, iam in ſuo dicemus capitulo. Eſt etiam ſummopere

Sub cine ... | mopere in phlebotomia cauendum, ne in tempore calidiſſimo multa ſanguinis fiat extractio, neque in tempore frigidiſſimo.

De utilitate purgationis & eius nocumento, & quomodo debeat fieri. Cap. XV.

SOlutione uentris uti prout oportet, ſumma eſt medicina ad ſanitatis conſeruationem, magnum prębens auxilium. Eſt enim poſſibile, ut huius operationis cauſa corpus ab humore, qui propter ciborum errorem, uel ex dięte negligentia, uel qui ex corporis intemperantia ſolet generari, mundificetur. Ob hoc igitur eſſe poteſt, ut corpus ſemper mundum exiſtat, & neque in eo ſuperfluitates ad ægritudinum generationem aptæ remaneant. Quapropter medicina uentris ſolutiua quiſquis uti debet, quæ humorem qui ei nocere ſolet, uel qui in eo ex ſui corporis diſpoſitione generari conſueuit, aut cauſa erroris ſui regiminis expellere conſueuit. Oportet etiam ut à medicina quę humorem prædicto humori contrarium, educere ſolita eſt, ſibi caueat. Huius enim actionis nocumentum, maximum exiſtit. Sed quem humorem unaquæq; ſpecies uentris ſolutiua educat, iam in ſuo capitulo nominauimus. *Qui magis purgandi.* Qui autem uentris ſolutione plus indiget, eſt, qui corpus habet magnum & pingue, & qui eſt guloſus, atque qui multos comedẽs cibos, & fructus, parum mouetur & exercitatur. Qui autem uentrem habet leuiter ſolubilem, & cuius uenter ſæpe ſolutionem incurrit, atque cui dyſſenteria cito accidit, & præcipuè ſi fortis fuerit, à uentris ſolutione abſtinere debet. *Cotta medicare.* Medicinas quoque uentris ſolutiuas ſępe ſumere corpus debilitat, & ad hecticam atq; phthiſim adducit, præcipuè ſi fuerit corpus ſiccum. Eſt etiam ſummopere obſeruandũ, ne quis medicinam uentris ſumat ſolutiuam, niſi prius uentrem cum iuribus mollificauerit unctuoſis, & balneum per duos dies ante acceptionem ingreſſus fuerit, & corpus in balneo multa aqua infuderit, & in ipſa ſederit, & ſyropum acetoſum biberit. *Quo tempore purgandi.* Hoc quoque eſt intuendum, ne medicinas uentrem uehementer ſoluentes in diebus calidiſſimis, uel frigidiſſimis ſumat. A ſomno quoque omnino poſtquam ſolui inceperint, eſt abſtinendum, neque cibo aliquo quamdiu medicinæ eructuando ſaporem ſenſerint, utendum erit, & ſolutio nõ debilitat̃, neq; minuit̃, donec eius cõpleatur operatio. Qđ ſi, ut decet, purgandus ſolutus fuerit, leui † tafeada cibari debet. *† Altafeada.* Eſt uerò Tafeada duplex, alba ac uiridis, Alba fit ex ſola aqua, carne & coriandro. Alia èx aliqua herba uiridi, ex qua non auide, ſed mediocriter ſumere debet. Nemo enim in die qua ſoluitur, ſaturari debet, ſed mediocriter eſt reficiendus. Si autem contingat aliquem ſuperfluè ſolui, cibaria cum ſumac, uel cum ſucco malorum granatorum acetòſorum, uel cum ſucco uuę acerbæ facta, ſumere debet, per multum tamen tempus antequàm comedat, puluerem de ſeminibus factum, in potu ſumere debet. Sed ſi alicuius corpus ex medicinæ hauſtu fortiter calefactum fuerit, uel medicinam bilis rubeæ purgatiuã ſumpſerit, ut eius potus ſit iulep neceſſariũ eſt, niſi uehemẽter ſit purgatus. Qui ſi fortiter fuerit ſolutus, Rob pomorũ, uel cytoniorũ, uel malorũ granatorũ, & ſimiliũ bibere debet. Et eſt neceſſe, ut q multũ ſolutus eſt, abſtineat

Digitized by Google

abſtineat á iulep, & ſyropo acetoſo, & hydromelite. Si uerò accidat ut ex medicina corpus non caleſcat, neq; ex corpore aliud quicquã præter phlegma, uel bilis nigra educatur, aqua uino temperata, in potu eſt ſumenda. Quod ſi fuerit impoſſibile, cum melle erit temperanda. Quod ſi contingat medicinam ſolutiuam multò plus operari quàm debeat, qui eam aſſumpſit, in balneo ponendus erit. Qui ſi hoc modo ſtrictus non fuerit, puluere de malis granatis facto, uti debet. Qui ſi ſuffecerit, quieſcẽdum erit. Sin minus, puluis hic dandus erit, qui Recip. tortellarũ de † Syria ℥ cẽtum, thuris, boli armeni, gummi arabici, glandium, xilocaractarum de Romania, id eſt, uuæ arillorum, ſeminum granatorum, omnium, ut tuthia tritorum an. ℥ decem, ſeminis hyoſcyami albi ℥ quinq;. De hoc uerò puluere tantum ſumere debet tribus uicibus, quãtum pugno teneri poterit. Quod ſi iſtud non contulerit, trochiſcos de balauſtijs, & his ſimilia quæ in capitulo de uentris ſolutione nominabuntur, dabis. Si autem infirmum cõtingat debilitari, & ad immobilitatem & ſyncopim deuenire, ei ſubueniendum erit, ſicut in capitulo de cholerica paſſione dicturi ſumus.

† Sceni.

De utilitate uomitus & eius nocumento, & quomodo debeat fieri. Cap. XVI.

VOmitus ſi uti debet, temperatè fiat, ſtomachum purgat, & digeſtiuam efficit meliorem, corpusq; renouat, & mundat, caput quoq; & ſenſum alleuiat, uiſumq; acuit. Qui ſi multus fuerit, corpus deſiccabit, & hepati ac pectori, necnon oculis & pulmoni nocebit. Venas quoq; quandoq; findit, atq; rumpit, ex quo etiam paſſio accidit hæmoptoica. In cuius autem ſtomacho multum adunatur phlegmatis, ſanitas uomitui conſeruanda erit, cuius ſigna iam nominauimus. Et iſtis quidẽ neceſſe eſt ſemel in menſe uel bis, uomitu uti. Quod etiam poſt cibi ſaturitatem fieri oportet. Vomere enim ſine ſtomachi repletione, durum eſt, neq; abſq; magno labore & ſtudio fieri poteſt. Vomitus præterea non frequenter fieri debet, corrumpitur enim ſtomachus, & ipſius deſtruitur uirtus.

Eſt etiam obſeruandum, ut cum aliquis uomere uoluerit, duos panniculos in rotunditate circumuolat, & ſuper oculos ponat, & cum panno alio optimè liget, neq; inde auferat donec uomitus ſit expletus. Poſt uomitus autem perfectionẽ, facies rhodoſtomate eſt abluenda, & os hydromelite, uel ſyropo acetoſo eſt colluendum. Qui uerò collum habent longum & epiglottida, foris prominentem pectusq; ſtrictum, & à carne nudum, à uomitu omnino abſtinere debent.

De iuuamento coitus, & eius nocumento, & quomodo debeat fieri. Cap. XVII.

COitus corpus repletum alleuiat, & animam hilarem & lætam efficit, eiusq; auget leuitatem, iram quoq; ſedat, ac † ſollicitudinem remouet. Quod adeò quandoq; fit, donec melancholia eius occaſione, quandoq; ſanetur. Si quis etiam amore mulieris in tantum coartatur, ut quaſi ad mortem deueniat, coitu multotiens utatur, licet ea quã diligit non patiatur, ſedatur tamen eius furioſus amor. Coitus præterea caput alleuiat atq; ſenſus. Ad ultimum uerò, ſi quis multo uſus fuerit coitu, repletiõis malum euacuando euadet. Eſt etiam ualdè obſeruandũ, ne quis coitu ſæpe utatur, qui ex eo ueloci ter debilitatẽ incurrit, ac appetitiuæ con-

† cogitationẽ.

ſequitur deſtructionem, oculorum quoq; habebit concauitatem. A coitu etiam corpora habentes ſicca, ut ab inimico interficiente, ſibi cauere debẽt. Quo etiam ſi quis multum uſus fuerit, hecticam incurret. Conualeſcentes quoq; & debiles atq; macri, nec non quorum ilia & uẽtres, ſubtilia ſunt & macra, & quorum nerui ſunt debiles, coitum omnino uitare debent. Coitus enim multus & frequens, neruis magnum infert nocumẽtum, oculosq; fortiter lędit, & corporis uires deſtruit, corpusq; corrumpit, ac debilitat, ad ſenium quoq; cito adducit. Et hæc coitus nocumenta, corpora habentibus robuſta & craſſa, & ſanguinem multum, ac uenas amplas, & colorem rubeum, multosq; pilos minus accidunt. Corpora autem habẽtibus prædictis contraria, malum afferunt magnum ac manifeſtum. Coitu itidem nemo uti debet, dũ eſt famelicus, neq; cum multo cibo ac uino eſt repletus, neq; cum de balneo egreditur, neq; poſtquam uomuerit, neq; poſt uentris ſolutionem, neq; poſt phlebotomiam, uel laborem. Si uerò aliquis multo fuerit uſus coitu, à labore & phlebotomia abſtinere debet, & debet cauere ne in balneo ſudet. Cibis etiam augmentantibus ſperma uti debet, uinumq; dulce ac craſſum bibere. Rebus quoq; odoriferis faciem ac totũ corpus ſæpe inficere debet, atq; ſuffumigationibus aromaticis uti, & augere ſomnũ.

De iuuamento balnei, & eius nocumento, & quomodo debeat fieri. *Cap.* XVIII.

CORpus balneo humectari & deſiccari poſſibile eſt. Quapropter corpora macra habentes et ſicca, balnei indigent humectatione. Ideoq; cauere debent, ne in balneo ſudent, ſed in loco eius temperato maneant, & circa ſe in pauimẽto multam aquam calidam proijciant, ut uapor multam habẽs humiditatem ibi eleuetur. Corpora autem ſua aqua calida ſuauitatem afferente infundant, & in eam ingrediantur, in qua tam diu morari debent, donec corpus lene & parumper turbidum fiat. Deinde cauere debent, ne aquam calidam ſuper ſe proijciant, ſed aqua frigida ſemel, per paruã tamen moram infundi debent, & poſtea inungi oleo. Si quis uerò, ut corpus exiccet balneum ingreditur, multum ſudare & confricari debet, & cum farina fabarum, & ciceris, ac baurace, & uſnem fricari. Comeſtio quoq; poſt balneum, longo ſpacio eſt tardanda. Et cum ſudor fluere inceperit, ſine unctione fricatione uti conuenit. Sunt etiam de iuuamentis balnei, corpus humectare, & renouare, porosq; aperire, ac ſordes congregatas detergere, & repletionẽ quoq; minuere, uentoſitatẽ diſſoluere, & ad ſomnum ducere, ac humores ſubtiliare. Balneum prætereà dolores reprimit, uentrem ſtringit, atq; laſſitudinem remouet, corpusq; cibis aptum efficit. Ipſius uerò nocumenta ſunt, uires deſtruere, & corpus uſq; adeò calefacere, ut quandoq; ad ſyncopam perducat, nauſeam quoq; commouet, maliſq; humoribus occaſionem cito deſcẽdendi tribuit. Ideoq; febricitantes, uel qui contuſionẽ eſt perpeſſus, uel apoſtema, uel plagã, uel excoriationẽ habens, balneũ timere debẽt. A cuius quoq; introitu, qſquis poſt cibũ ſibi caueat, niſi q corporis uult pinguedinẽ adipiſci. Qđ ſi aliquis aliqua imminẽte neceſſitate balneũ ſatur ingredi cogaƭ, poſtq; exierit aliq̃t dieb. ſyropũ bibat acetoſ. & à cibis craſſis abſtineat, ſuũq; ſubtiliet regimẽ.

De forma

Digitized by Google

De forma corporis laudabili. Cap. XIX.

CORpus ualdè craſſum non eſt laudandum, neq; quod macrum eſt, corpus enim quod ualdè eſt craſſum, multis expoſitũ eſt ægritudinibus. Huiuſmodi enim habens corpus ſubitaneã uelociter incurrit mortem, atq; uenarũ fiſſuram, ſputo quoq; abundat multo, anhelitus etiam uelociter conſtringitur, dureq; mouetur, parum inſuper generare aptus eſt. Macra autem corpora ad phthiſim atque hecticam præparata ſunt, & ut cito caſum incurrant, & uires in ægritudinibus diſſoluãtur, atq; ut cito impedimentũ patiantur à ſuperfluitate caliditatis & frigiditatis. Corpus uerò in carnoſitate temperatũ exiſtens, quod craſſitiei parũ appropinquat laudabile eſt. Huiuſmodi enim corpus ab ægritudinibus remouetur, neq; ad earum receptionem, ut cito accidant aptum inuenitur. Corp drati

De iuuamento fricationis labiorum ac gingiuarum, ſiue dentium cum corticibus nucum arborum, & eius nocumento. Cap. XX.

COnfricatio huiuſmodi dentes abſtergit, rigidoſq; efficit, ſi temperatè fiat, gingiuas quoq; corroborat & inpinguat. Concauationes etiam fieri non permittit, ac bono oris odori, auxiliũ præbet. Caput quoq;, atq; os ſtomachi, licet parũ alleuiat. Quæ cum corticibus arborum ſtypticitatem & amaritudinem habentium, fieri cõuenit. Multa autem ſi huiuſmodi fiat confricatio, albedinem remouebit dentium. Quapropter neceſſe eſt, ne ſæpe fiat. Ex ea enim uelociter accidit multitudo ſordium, denteſq; mouentur, & gingiuæ ſubtiliantur, atq; debilitantur.

De conſeruatione dentium. Cap. XXI.

SVmmopere cauendũ eſt, ne res duræ dentibus frangantur, neq; res uiſcoſæ eis ſæpe maſticentur & diu, ut ſunt dactyli & mel coctum, & his ſimilia. A multo præterea uomitu ſibi cauere debent. Ipſæ nanq; eos corrumpit. Oportet quoq; ſi in dentibus aliqua cibi pars remanſerit, & præcipuè, ſi de lacte fuerit, in ipſorum ablutione & mundificatione ſollicitari. Cũ ſyropo acetoſo, uel hydromelite, ipſoſq; cum arborũ corticibus, ut prædictũ eſt, & cum dentifricijs tẽperatè fricare. A rebus quoq; quæ ſtupidos faciũt dentes atq; cõgelant, ſicut nix & eius aqua, & propriè poſt calidũ cibũ, abſtinere conueniens eſt. Dentifriciũ dentium ſanitatẽ conſeruans. Recip. cornu ceruini aduſti, ſeminũ tamaricis, cyperi, roſarũ, ſpicæ, omnium añ. ℥ i. ſalis gemmæ ℥ quartã, hæc omnia puluerizata cribellent, & ex eis dentes fricentur. Hoc enim multũ ualet ad dentium conſeruationem.

De oculorum conſeruatione, & eorum clarificatione. Cap. XXII.

QVi oculorum uolunt ſanitatem cuſtodire, à ſole æſtiuo, & puluere, atque fumo ſibi cauere debent. Ne etiam colores albos, uel radioſa ſemper inſpiciant, ualdè obſeruare debẽt, ac ne unam rem, ſicut ſtupefactus ſemper intueatur, cauere debent. Literas quoque, uel ſubtiles ſculpturas nequaquam aſpiciant. A multo præterea fletu, & à longo poſt comeſtionem ſomno, planè eſt abſtinendum, neque diu eſt morandum in loco, ubi frigidus perflat uentus. A cibis etiam ualdè ſiccis, ſicut ſunt lentes, & res ſalſæ, atque frequenti coitu omnino cauere debent. Viſus itidem impediunt frequens ebrietas,

& uinum ac cibaria craſſitiem habentia, acuta quoq; ſicut cepæ, ſinapi, & eruca, atq; allia, necnon & ea quæ nocumentum faciunt, & capitis adducũt dolorem, ſicut dactyli, porri, fœnugrecum, andacoca, & ozimum, cuius eſt proprietas, uiſum obfuſcare, ſi multa ex eo ſumatur quantitas, & frequens ſit eius uſus. Caules quoq; ac lentes & ſomnus multus, atq; multæ uigiliæ.

Viſui autem iuuamentum tribuunt, collyria lachrymas expellentia, & oculos in ſua ſanitate conſeruãtia, & ne mali ad eos deſcendant humores prohibentia, ſi aliquibus horis in oculis ponantur. Ad hoc quoq; auxiliatur, licium aqua ſolutum, aliquotiens in menſe oculis imponere. Hoc enim malos prohibet humores ad oculos deſcendere. Eſt præterea de eorum numero, quæ oculos acuunt, aquam intrare claram, atq; per magnũ ſpacium oculos in ea apertos tenere, hoc enim eos claros facit & rigidos. Multotiens quoq; corroborantur oculi, cum aliquis librum incipit aſpicere, cuius literæ non ſunt ſubtiles, & intendere ceperit, q̃d in eo ſit, uel quid ſit in picturis. Quod autem cõſeruat ſanitatem & abſterget, tuthia eſt cum ſucco ſamſuci confecta. Sunt etiam de his quæ oculos abſtergunt, ut recẽtis fœniculi ſuccus, ſi in oculis ponatur, uel collyrium de malis granatis. Quod. Recip. granatum unum dulce, & aliud ualdè acetoſum, deinde extrahatur utriuſq; ſuccus ſeparatim, atq; in duabus ampullis orificia habentibus oppilata, ſub ſole à prima die lunij, uſq; ad ultimam Auguſti ſuſpendatur, & ſingulis menſibus quod ſubtile fuerit, ſemel euacuetur, & quod craſſum eſt, proijciatur. Poſtea uerò de unoquoq; partes ſumantur æquales, & miſceantur. Et in unaqua q; huius commixtionis libra, pulueris aloẽs, piperis nigri & longi, ſalis ammoniaci, an̄. ℥ una ponatur ſubtiliſſimè tritorum, & reponatur. Hoc enim collyrium quanto fuerit uetuſtius, tanto melius erit. In quo ſtylus intingi debet, & ſic in oculis poni. Eſt enim mirabile in oculorum abſterſione. Collyrium quod oculorum conſeruat ſanitatem, & ipſos ne cito ſuſcipiant nocumenta, prohibet. Recip. antimonij multotiens aqua abluti, & poſtea per hebdomadam unam aqua pluuiali lauetur, nec non tuthiæ, ſimilis fiat ablutio. Cuius antimonij ſint præparati ℥ uiginti, tuthiæ, & cathmiæ ablutorũ, ut diximus, an̄. ℥ duodecim, marcaſithæ lauatæ, ℥ octo, margaritarum paruarum non perforatarum, coralli an̄. ℥ duæ, folij Indi, croci orientalis, an̄. ℥ una, camphoræ tertia pars drachmæ, muſci ſexta pars, lapides ſimul per tres dies, cum aqua pluuiali terãtur, deinde omnia admiſceantur, & recondantur, & in palpebris mane, & ſub noctem ponantur.

Collyrium ex malis Punicis.

Aliud collyriũ nobile.

De conſeruatione ſanitatis aurium. Cap. XXIII.

VT ſordes quæ fiunt in auribus mundificentur, ſummo ſtudio inſiſtendum eſt, ſicut in capitulo de aurium ſanatione, dicturi ſumus, atq; ne cibaria craſſa edantur obſeruandum. Quaq; etiam hebdomada, parum olei amygdalarum amararum auribus eſt inijciendum. Quod autem aures cuſtodit ne doleant, eſt frigido uento longo tempore non opponi. Eſt etiam ſummopere cauendum, ne aliquid eas ingrediatur, & ne puſtula in eis naſcatur acuta. Quod cuſtodiri poterit, cum eius timetur aduentus, ſi poſtquam in facie acutas puſtulas naſci uidebis, aut in aure dolo-

Digitized by Google

aure doloris principium ſenſeris, qui cum capitis ardore, ac puſtulis acutis in facie, & circa faciem ſit, ſoluas parum ſief memithe in aceto, & in aurem ponas. Quod ſi aure ſana quaqꝫ hebdomada fiat, ipſam prohibet rheumatiſmum incurrere. A faſtidio quoque ualdè cuſtodiri debent, & ne ſtomacho pleno dormiant.

De cautela popularium & contagioſarum ægritudinum, ab uno ad alium tranſeuntium. Cap. XXIIII.

TErra in qua antrax & peſtilentia fiunt fugienda eſt, quam ſi quis fugere non poterit, & fuerit manſio uel exercitus, in quibus iſta fiunt, in loco altiori morari debet, locumq́ꝫ qui uento ſuper eſt infirmi eligere. Aegritudines uerò quæ de uno tranſeunt ad aliũ, ſunt lepra, & ſcabies, & phthiſis, & febris peſtilẽtialis. Quę tunc accidũt, quum aliqui in manſionibus anguſtis cum hominibus iſta patientibus, uel ſub uento ſedent. Aegritudo etiam oculorum de uno ad alium, ſi eum intuitus fuerit, tranſit. Puſtulę quoque malę & multę, de uno quandoque ad alium tranſeunt. Eſt inſuper ſummopere obſeruandum, ut ab omnibus ægritudinibus malum habentibus odorem, ſani elongentur, ac ſupra uentum ſedeant.

Locus ſupera eſſe uẽto infirmi dicitur, per quẽ uẽtus tranſit ad infirmũ.

De peſtilentia & eius cautela. Cap. XXV.

PEſtilentia plerunqꝫ in fine æſtatis & autumno accidere ſolet. Quapropter ſi in æſtate, multę uenerint pluuię, nubes quoqꝫ & pluuiarũ multitudo nocte & die permanſerint, ac meridionales uenti multi perflauerint, uel aër etiam ita quietus ſit, ut non moueatur, & cum hoc etiam meridionalis uentus, turbidus exiſtat, à carne & uino, & confectionibus de melle factis, & à fructibus recentibus, & dulcibus, atqꝫ à balneo & lauacro aquę calidę, omnino abſtinendum erit. In omni autem cibo ex aceto utendum erit, & omnia in quibus acetum ponitur comedenda.

Rob quoqꝫ fructuum ualdè acetoſorũ, & ſtypticorum, ſicut rob de ſucco uuæ acerbæ, & ſucco ribes, & granatorum acetoſorum, & malorũ acetoſorum, atqꝫ de ſucco ſumac, & acetoſitas citri ſumenda erunt. Syropi pręterea acetoſi multa quantitas ſępe bibenda erit. Quod ſi maxima neceſſitas carnem comedere cogat gallinę, & ſtarnę, & perdices maſculini ſexus, hedus quoqꝫ, atqꝫ uitulus cum aceto, & uuę acerbę ſucco, & ſumac, & his ſimilibus conditi, nec non charis, & hulem, & moſos edi debent. Si autem in corpore ſanguinis aliqua appareat motio, phlebotomia abſque mora inſiſtendum. Manſiones quoqꝫ, in quibus eſt ſedẽdum, frigidę eſſe debent, quarũ portę & foramina à parte Septẽtrionis ſint aperta. Eſt enim poſſibile, ut hoc utentes regimine à peſtiferi aëris diſpoſitione, & uariolis atqꝫ morbillo, nec non antrace & malis apoſtematibus, ac febre ſynocha, Deo auxiliante euadãt. Pręterea cum talis fuerit temporis diſpoſitio infantes & iuuenes ac corpora habentes craſſa, & colorem rubeum, plus alijs cuſtodiendi erunt. Quando autem in fine æſtatis multus fuerit calor, autumnus quoque ualdè ſiccus, & multum puluerulentus extiterit, ac frigus & pluuia uenire tardauerint, manſiones tunc infrigidandæ & humectandæ, pannis craſſis de cannabi uel lino aqua aſperſis, atque appenſis,

& aquæ

Digitized by Google

et aquæ in pauimento domus rorandæ erunt. A labore quoque et coitu abſtinendum erit. Corpus præterea aqua frigida lauandum, & aqua niuis in potu ſumenda. Sauich etiam coctum in mane cum multa aqua, & pauco ſaccharo bibendum erit, & aqua in niue infrigidata potanda. A cibis uerò calefacientibus, & à uino niſi multa frigida temperatum fuerit aqua cauendum. De cucumeribus autem & citrullis, atq; cucurbita & portulaca, & his ſimilibus multum erit edendum. Summopere quoq; cauendũ erit, ne in ſole fiat ſeſſio, neq; ieiunet aliquis, neque comeſtio tardetur, ſitis etiam nullo modo eſt toleranda. Si quis uerò in meridie dormire uoluerit, in locis quieſcat frigidis. Cibaria quoque edant, quæ diximus. Piſces autem ſi comedere uoluerint, ſuper carbones aſſatos, edant. Vuas quoque in quibus adhuc eſt acetoſitas, ſumant. In tali uerò tempore ſingulis diebus aquam bibere hordei, multum confert, & præcipuè corpora calida habentibus & ſicca. Hi enim hoc regimine plus omnibus alijs indigẽt. Et propter hoc eſt poſſibile à febribus acutis, peſſimis & calidis in tali tempore euadere. Quando autem in nocte multæ aëris apparent apparitiones coruſcationibus ſimiles, & aëris color icteritiæ ſimilis eſt. Venti quoq; flant, poſt quorum aduentum multi homines & animalia ægrotãt, in nocte quoque in aëre radij uidentur & ſplendor, atque ægrotantes citò mortem incurrunt. Aër etiam difficulter attrahitur, & ægrotantium ora fœtidum emittunt odorem, ipſi quoque infirmi multum anguſtiantur, ardoremq; magnũ habent, & ſitim patiuntur uehementem, ac ipſorum infrigidantur extrema, & uomunt. Et egerunt humores fœdos & diuerſos, quãdo talia adſunt fructus & olera, quæ in tali naſcuntur tempore, ſunt dimittenda, & aqua quæ in ſuperficie terræ eſt manifeſta, bibenda eſt. In habitationibus quoque frigidis eſt morãdum, & aër calidus fugiendus. Domus præterea quotidie aqua & aceto mixtus eſt roranda. Et ſi cum hoc in aëre odoris putridi, ac fœtentis ſimilitudo fuerit, homines cum ſandalis & camphora ſunt ſuffumigandi, atque aqua roſata rorandi. Domus autem cum coſto & thure, & ſtyrace, et bunch, et ſandalis, et camphora ſuffumigari debent. Cibaria uerò ſint, acetum et lentes, et ſumac, et hulem, et ſuccus uuæ acerbæ. Acetum quoque cum aqua temperatum bibendum eſt, et uinum dimittendum. In hac quoque diſpoſitione ſumere in potu omni die, unum de trochiſcis camphoræ confert. Eſt etiam aqua cum niue bibenda, et aquæ frigidæ ablutione utendum. Vnus præterea antiquorum phyſicorum dixit, quod ſi duæ partes aloës ſumantur, et croci orientalis, ac mirrhæ uniuſcuiuſq; pars una, et detur eis in principio peſtilentiæ cuiq; pondus 12. alchilat, ſingulis diebus cum uncia uini temperati, maximum affert remedium. Dixit enim hic ſe neminem uidiſſe, hanc medicinam in principio temporis peſtilentiæ bibentem, qui non euaſiſſet. Galenus quoq; dixit, q̃d bolus Armenus cum aceto, et aqua habitus, huic diſpoſitioni cõueniens eſt, q̃ꝫ theriaca diacigenes eidẽ ualdè congruit. Cõfert preterea prędictæ diſpoſitioni, ſi in tẽpore aëris putrefacti ſuffumigatio cum coſto, thure, et ſtyrace, et xiloaloës, et bũch, atq; ſandalis, et cãphora, et mirrha fiat. Accidit quoq; ut in aliq̃bus annis in Vere, ſinãche ſępe multos inuadat, quę mala, et etiã pniciosa exiſtat.

Oportet

Digitized by Google

Oportet itaq; in hoc tempore ęgritudinem pręuenire cum phlebotomia, & ſanguinis extractione, uentoſis in cruribus poſitis, & uentris ſolutione, ac gargariſmis qui ſingulis diebus ac noctibus, cum aqua roſata fieri debent, in qua ſumac madefactum fuerit, & cum rob mororum & nucum. Contingit etiam ut in aliqua hyeme multotiens apoplexia, uel paralyſis, & ægritudines iſtis ſimiles eueniãt. Eſt igitur neceſſe ut cum talis fuerit annus, frequenter euacuetur corpus cum pilulis, quas in harum ægritudinum capitulis nominabimus, & gargariſmis, atq; ſternutationibus & unctionibus totius corporis ex oleis, quę ibi nominabimus. Cibus quoque erit minuendus, ac ſubtiliandus.

De regimine corporis ſecundum anni tempora. Cap. XXVI.

Oportet, ut in Vere phlebotomia & uentris ſolutione præueniendo ſuccurratur, antequàm calor irritetur, minus quoque in ipſo uinum eſt bibendum, & caro comedenda. Omniaq; dulcia minus ſumenda, & præcipuè hoc obſeruare debent, quibus ægritudines ex repletionibus accidere conſueuerunt, decet etiam ut cibis ſubtilibus & infrigidantibus in eo cibentur, quibus in æſtate uti conſueuerunt. *Victus Veris.* Quum autem uenerit æſtas, motus minuatur & labor, ſoli quoque minus apponendum erit, & cibaria calida, & craſſa relinquenda. *Aeſtatis.* Venter etiam non ſemel cibo repleri debet, ſed multis uicibus diuiſus ſumendus erit. Et aqua frigida eſt bibenda, & in ablutione utenda. Sauich quoq; cum aqua coctum, cum ſaccharo eſt potandum. In potu præterea in mane ſumi debet nix cum ſaccharo, & ſyropus acetoſus, & iulep, & rob de fructibus acetoſis. Res autem frigidæ & cibi cum aceto, & ſumac compoſiti, & charis, & hulem, & res acetoſæ comedi debent. A dulcibus autem & unctuoſis, atq; acutis, & ſalſis eſt abſtinendum, ſed acetoſis & inſipidis ad temperiem cõſeruandam eſt utendũ. Vino quoq; tanta eſt admiſcẽda aqua, ut quaſi aqua ſentiatur, uetus uerò & forte dimittatur. In autumno uerò fructuum comeſtio, *Autumni.* minuenda eſt, quantũ eſt poſſibile, & obſeruãdum in meridie ſoli aliqui ſe opponant. Caput quoq; in nocte & mane à frigore cuſtodire debent. Caueant etiam ne aquam bibant frigidã, uel lauentur cum ea, & à labore ſimiliter & coitu abſtinere debent. Aqua uerò tepida ſe lauent, & obſeruent ne in locis dormiant, in quibus corpus horripilationem patiatur, neq; poſt cibi dormiant repletionem. Aqua etiam frigida non lauentur, ex qua corpus horripiletur. Et non oportet ut uomitus prouocetur, quia in eadem hora febrire facit. Caueant præterea ne famem uel ſitim patiantur, uel cibo una hora repleantur, uel aqua. Vinũ autem taliter temperatũ bibant, ut animã delectari faciant, ſtomacho uerò neq; tenſionem, neq; grauedinem afferat. In ipſo quoq; corpus ſecundũ plures res ſine intermiſſione cuſtodiatur, & regatur, ſicut in æſtate gubernari conſueuit; uſq; ad pluuiarum aduentum. Quæ poſtquam aduenerint, à multo malo nocumento ſecuros reddunt. Si autem contingat autumnum longum & æſtiualem fore, cuſtodia maior erit obſeruanda. Tota autem intentio in cuſtodia autumni, eſſe debet in humorum repreſſione, & temperamento maior, quàm in ipſorum euacuatione cum uentris ſolutione, ac phlebotomia. Quod ſi in autumno

aliqua

Digitized by Google

aliqua contingat ægritudo, cito ei cum medicina antequam augmentetur, ſubueniendũ eſt. Huius enim temporis ægritudines malę ſunt & peſſimę.

Ad ultimum autem tota intentio ſit in corporis humectatione. In hoc enim tempore hoc plus exiſtit neceſſarium, quàm etiam in æſtate. Hoc nanq; tempus, pro ſuę complexionis malignitate errorem non tolerat regiminis, neq; largis permittit uti cibis, neq; diętam deſpicere. Hyems autem regiminis errorem atq; ciborum largitatem tolerat. Et poſtremo hyems cõſeruat ſanitatem, unde in ea ægritudinem non incurrunt abſq; magni erroris cauſa. In qua à mala uentris ſolutione caueri debet. Oportet quoque, ut ſi quando febres in hyeme commoueantur, cito eis cum medicina ſubueniatur, & propriè cum euacuatione. Hæc nanq; febres plerunq; ex repletione accidunt, ideoq; & creſcũt, & fortiores fiunt, ſi non in principio euacuenť. Qui autem frigidæ eſt complexionis, calidis poterit nutriri cibis, ſicut ſunt allia, & cepæ, & alia calida quę cibis cauſa condiendi & ſaporem tribuendi ammiſcentur, ut piper, cyminum, ſinapi, eruca, & his ſimilia. Sed qui iuuenis fuerit & calidæ complexionis, conuenientius eſt, ut ex eis minus accipiat, uel omnino ea dimittat. Iſta enim ſi in hyeme ægrotare eum non fecerint ægritudinem acutam, in Veris principio uel in eius fine facient, niſi ei cum phlebotomia, aut uentris ſolutione ſubueniatur. Ille præterea qui in tempore hyemis multa auidè & ſimul in ſtomacho recipit, atq; qui bonorum cibariorum multitudinẽ cum uino ſuſcipit, ſibi cito cum phlebotomia ſubuenire debet. Qui autem cibis craſſis utitur & malis, uentris ſolutione ſibi ſuccurrere cogitur.

Hyemis ratio uictus.

De ratione uictus infantis & prægnantis. Cap. XXVII.

PRægnans ab omnibus cibis in quibus eſt acuitas & amaritudo abſtinere debet, ut ſunt cappares, & lupini, atque oliuæ immaturæ, & his ſimilia. Omnia etiam quæ urinam & menſtrua prouocant, uitare debet, ſicut ſunt cicer, & phaſeoli, & præcipuè ruta. A ſaltu quoq; atq; percuſſione, & caſu cuſtodire debet, & præcipuè in prægnationis principio, & in fine, et à coitu omnino remoueri debet. Nam hoc totum multotiens aborſus cauſa exiſtit. Nutriri itidem debet cibis ſubtilibus, humorum bonorum generatiuis, ac nauſeæ repreſſiuis, & os ſtomachi corroborantibus, ſicut eſt caro gallinæ, & perdicis, ac hedi. De uino etiam boni odoris parum bibat, quod temperatè ſit aqua dilutum. Ieiuna quoq; in potu ſumat rob de fructibus acetoſis & ſtypticis, cum quibus parum de trochiſcis, xilõaloës accipiat, ut nauſeam atque alguaa reprimat: Motu & exercitio utatur temperato, & caueat ſibi ne in balneo, uel in ſole longam faciet moram. Cantilenas uerò & iocos atq; ea quæ delectationem afferunt, necnon ſomnum augere debet, rebus quoq; odoriferis circa caput & faciem, ac ſuffumigationibus uti debet. Cibũ quoq; alleuiet, atq; in die multotiens comedat, neq; cibo ſemel impleatur. Si autem appetitus multum deſtruatur de rebus acribus, parum eſt ei tribuendum, ut ſunt cepæ, & ſinapi, & his ſimilia, quæ diſgregando appetitum cõmouent. Maſtichem etiam atq; olibanum mandere cõuenit, atq; citonia, & granata, nec non mala maciana, & citra comedat. A malis autem cibis ſibi caueat, & ne mala cibaria & di-

Digitized by Google

ria & diuerſa in ſtomacho miſceat cauere debet. Eſt enim poſſibile, ut cum hoc regimine in prægnatione ægritudinẽ euadat. Quod ſi ipſam infirmari contingat, oportet ut ſine phlebotomia, ſeu uentris ſolutione medicetur, uel maximo timore, ac multa diligentia fiat, ad hoc ut fœtus remaneat, & partus ſit facilis.

De alleuiatione partus, & regimine parturientis. Cap. XXVIII.

QVum hora partus appropinquauerit, paritura in balneo mitti debet, ac in ſolio ſingulis diebus ſedere, & uētrem atq; dorſum cum oleo inungere, cibaria quoq; bonum habentia ſaporem ac lenientia ei ſunt tribuenda, ſicut isfidabegi, & aluia factum de ſaccharo, ac oleum de amygdalis recens. Cum autem partus aduenerit hora, dorſum inungi debet cũ oleo de keiri, & oleo ſambucino calefactis. Cui etiam fœmur & ilia, atq; hypochondria inungi debent, & ex eis in uuluam erit mittendum. Ipſa quoq; paulatim incedere debet, quæ poſt quam parum ambulauerit ſedeat, & pedes æqualiter tendat, deinde uerò ſuper utroſq; ſe ſimul eleuet. Dolor autem partus ſi fortis fuerit, nares & os apprehendendo ſe premat. Obſtetrix quoq; dorſum eius eleuet, atq; ilia & mirach eius inferius premat. Et ſi diu taliter ſe habuerit, isfidabegi unctuoſum de pullis factũ, in quo adeps pinguis gallinæ, ac anatis ponatur, in potu ſumat, & uinum boni odoris bibat. Quod ſi partus fuerit durus, & ne parturiens moriatur timeatur, detur ei aquæ in qua fœnugręcum & dactyli cocta fuerunt libra una, in qua antequam detur, parum olei amygdalarum dulcium ponatur. Quæ non una uice, ſed duabus, uel tribus bibenda erit, ne euomatur. Poſt hanc autem aquã, trochiſcos de mirrha accipiat. Et ſi adhuc etiam multum conſtringatur, ſuccum rutæ ſumat, uel altich, geuſir, galbani omniũ ana æqualiter accipiatur, de quibus duæ dandæ ſunt drachmæ.

Quod ſi delicata ſit mulier quæ harum medicinarum odorem multum ferre ualeat, pondus unius aurei de algalia in uino benè redolente diſſoluendum erit, & in potu ei dandum. Ipſa quoq; cum ſucco carnis ac bono uino eſt corroboranda. Secundina uerò ſi remanſerit, ſternutatio cum condyſi nares apprehendendo eſt prouocanda. Quod ſi hoc modo non exierit ſecundina, ad medicinas quas nominabimus erit reuertendum, dando eas. Suffumigatio quoq; cum mirrha, et kina, & keiſir, & ſulphure facienda eſt.

Ex iſtis autem cum felle uaccino mixtis fiunt pilulæ, quarum una poſt alium in igne mittatur, qui ignis ſit in foculari, quod magna ſcutella dę terra foramen in medio habente cooperiatur. Foramini autem huic uulua ſuper ponatur, ut fumum recipiat. Hoc enim fumigium, fœtum expellit mortuũ. Quod tunc fieri debet, quũ fœtus mortuus fuerit & non mouetur, uel non mouetur fortiter. Quod ſi poſt partum ſanguinis fluat multitudo unde uires deſtruantur, ſubueniendum eſt ei, cum his quæ in capitulo de menſtruorum retentione nominabimus. Corroborari quoq; debet cum aqua carnis, & uino bono, & atibu. Sanguis uerò ſi non ſequitur partũ, uel parum fluat, ſuffumiganda eſt parturiens fumigijs ſupraſcriptis, de quibus etiam in uuluam mitti debet, & medicari debet cum medicinis, quas in capitulo de menſtruorum prouocatione dicturi ſumus. Hoc autem non eſt dimit-

K tendum,

Digitized by Google

tendum nec uilipendendum niſi macra fuerit & debilis. Ex hoc enim gene rantur multotiens ægritudines duræ & malæ.

De uictus ratione infantis. Cap. XXIX.

INfantis aures ſtatim poſt partum premendæ ſunt. Quod etiam poſtea multotiens eſt faciendum. Eſt præterea obſeruandum, ne lac au res ingrediatur cum lactatur, & ut pallatum cum melle tangatur, & na res cum aqua calida, & oleo ſemper mundificentur, atque mucillagines emungantur. Ipſe quoque prius ſemper fricandus, poſtea inungendus eſt. Et membra ſimiliter eius ſunt in unamquamque partem tendēda & faſcia cingenda. Sunt etiam rectificanda eius membra caput, uidelicet, & nares ac frons. Hoc enim regimine ſi cuſtodiatur, multas euadet ægritudines.

Mammillas quoque taliter ſugat, ne eius uenter tendatur, neque multa ex eo egrediatur uentoſitas, et ut non accidant ei diſſolutio & pigritia, neque ſo mnus longus, neque de latere ad latus reuoluatur, & non ploret, neque uo mat. Quod ſi iſtarum ſignificationum aliqua appareat diutius ſolito, a mã millarum ſuctione abſtinere cogatur, & tempus dormitionis augeatur.

Poſtea uerò in aqua calida balneetur, & mammillarum ſuctione unius ſolito utatur, deinde uerò ad ſuam reducatur conſuetudinem, cui de medici nis ſomniferis parum eſt dandum, ut diu dormiat. Cuna itidem eius æqua liter eſt mouenda. Quod quidem fieri conuenit, poſt mammillarum ſuctio nem. Oculi quoque eius in primis natiuitatis diebus, pãno ſunt operiendi. Et eſt ſummopere cauendum, ne in loco ſit multum luminoſo & radioſo, ante eum tamen uitreæ margaritæ, & panni diuerſos habentes colores ap pendi debent. Cantilenis quoque quæ uocibus proferũtur extenſis, & qui etis delectationem facientibus ante eum eſt utendum, non aſperis neque rau cis. Poſtquam uerò loquēdi hora appropinquauerit, nutrix eius linguã frequenter fricet. Superiorem tamen linguæ partem, cum ſal gemma & mel le fricare debet. Et hoc præcipuè eſt faciendum cum loquela tardatur.

Phonaſci adhibendi pueris.

Ante ipſum quoque frequenter eſt loquendum, & uerba facilia, & leuia eſt docendus. Cum autem natiuitatis dentium tempus appropinquaue rit, gingiuæ ſingulis diebus cum butyro & adipe gallinæ ſæpe ſunt frican dæ, ac hordeum ſuper eas trahendum. Guttur quoque & ſpondyles colli, fre quenter cum oleo inungi debent. Quod ſi eius uenter ſolutus fuerit, uen tri ſuperponatur emplaſtrum, quod de cymino & roſis cum modico aceti, & aqua madefactis fiat, lacti quoque gummi Arabicum, & bolus armenus, ſunt ammiſcenda, & danda ei. Venter uerò ſi ſtringatur, ſuppoſitorium de melle cocto, & baurach, uel de melle cocto, & ſtercore muris, cõfectum ano eſt ſupponendum. Quum autem ad tempus peruenerit in quo come dere incipiãt, fiant de ſimyla, & lacte, ac ſaccharo magdaliones glandibus ſimiles, et infanti manu tenenda dētur, ut cum eis ludat ac eos ſugat, et gra datim diſponatur ad aliquid ex eis traijciendum. Caro quoque, quæ eſt in pectore teneri pulli uel perdicis, eſt ei tribuenda. Poſtquam autem hoc benè ſapere ceperit, atque ex eo comedere et appetere inceperit, ſuctio mam millarũ paulatim minui incipiat. In nocte quoque eas ſugere non permittat,

Digitized by Google

deinde gradatim perducatur ad hoc, ut in die non lactet. Eſt etiam ualdè obſeruandum, ne in tempore calido ablactetur.

De electione nutricis & eius regimine. Cap. XXX.

NVtricem oportet eſſe iuuenem colorem habentem clarum. Quæ cum ſit alba rubedinem habeat ammixtã, neq; ſit partui propinqua, nec ab eo multum remota, neq; læſionem habeat, neq; infirma, neq; ad infirmitatem ſit præparata. Mammillas quoq; habeat magnas, & pectus amplum, ac pinguedinis corporis mediocritatem teneat. Ipſa præterea neq; ſalſa comedat, neq; acuta, neq; acetoſa, neque ſtyptica, neq; tabeguil utatur, in quibus eſt fortis caliditas, neq; porris, neq; cepis, allia quoq; atq; erucam, & præcipuè apium omnino dimittat. Non enim conuenit nutrici, ut ei appropinquet omnino. Nutrienda uerò eſt cibarijs de tritico et oryza factis, et carnibus iuuenibus et bonis, et coctura benè conditis. A coitu autem et menſtruorum prouocatione ſibi caueat.

Quod ſi eius minuatur lac, pultes de farina fabarum, uel oryza, uel panis de ſimyla ſicci, et lacte, et ſaccharo factę ad ſorbendum tribuantur, quibus parum ſeminis fœniculi ſit ammixtum. At ſi lac eius ualdè craſſum fuerit, cibus erit ſubtiliandus. Ipſa quoq; parum laborare cogenda eſt. Cui inſuper ſyropus acetoſus, et uinum ſubtile dari debent. Multum autem ſubtile ſi eius lac fuerit, cibaria fortia et craſſa cum augmento ei danda ſunt, ſomnusq; augmentandus. Quod ſi infantis uẽter ſolutus fuerit, nutrici de his quæ uentrem ſtringant dandũ erit. Cui neq; dulcia, neq; unctuoſa ſunt tribuenda. Quod ſi in corpore infantis bothor apparuerint, nutrici aqua hordei detur, quę neq; dulcia, neq; calida comedẽs, cum almezezet nutriatur & phlebotometur. Infans quoq; ſi iam quatuor preterijt menſes, uentoſetur. Lac autem quod melius iudicatur, eſt cuius una gutta ſuper unguẽ diſtillata, neq; multum ſubtilis & currens, neq; craſſa conſpicitur, et congelata, bonum habens odorem et ſaporem, et dulce. Salſum autem lac, uel malè olens, nullo modo nutrimento infantis eſt conueniens.

Summatim de aliarum ætatum uictus ratione. Cap. XXXI.

PVeri cum phlebotomia uel forti uentris ſolutione, nequaquã ſunt medicandi. Cum uentoſis autem et uentris ex aqua fructuum ſolutione, eis erit ſubueniendum. Qui ex neceſſitate cuſtodiendi ſunt, ne multum de confectionibus mellis, uel fructibus comedere permittantur, ne multas incurrant ęgritudines. A lacte quoq; atq; caſeo, nec non cibis craſſis abſtinendi ſunt, ne in eorum ueſicis lapis generetur. Quibus ſemina melonum excorticata cum ſaccharo ſunt tribuenda, ut urinæ inſtrumenta mundificentur, ne lapidis ibi generatio fieri incipiat. Ipſis quoq; cibis multum repleri, non eſt permittendum, neq; cibos ſumere permittantur, donec primus cibus ſit digeſtus, et ex ſtomacho exierit. Quod ideò faciendum eſt, ut à ſcrophulis ſint ſecuri. Adoleſcentes autem et iuuenes, ab acutis infirmitatibus ſunt cuſtodiendi, eos phlebotomando, et ipſorum uentres ſoluendo. Quibus fortiter reprimentia ſtatim ex quo acutarum ægritudinum in ipſis apparuerit ſignificatio, danda erunt, antequàm ægritudines perficiantur et augmententur. Senes uerò ſic conſeruandi

Digitized by Google

ſunt, ut ad eorum corporum euacuationem cum medicinis magis intenda/tur quàm cum phlebotomia. Quorum corpora ne ad malum deueniāt, ſunt conſeruāda ipſorum minuendo laborem, ac coitum, ut ſuorum corporum uires diu perdurent, & non balneentur ſpacio longo. Qui autem ſunt in ſenio à labore atq; coitu, nec non phlebotomia, niſi magna imminente ne/ceſſitate, ſunt remouendi. Qui cibis bonis ſuauem habentibus ſaporem, ac facilè digeſtibilibus ſunt alendi. Sæpe quoq; balneis uti debent, ac mul/tum dormire. Rebus etiam odoriferis faciem & caput inficere, atq; ſuffumi gationibus uti, & quiete conuenit: Ea quoq; exerceant, quæ multum dele/ctari faciunt. Vinum præterea temperatę naturæ, ſubtilè atq; clarum bi/bant. Quod & aquam mediocriter habeat ammixtam, ac temperatè ab eis ſumatur. Hi autem ſi hoc regimine tali modo cuſtodiantur, poſſibile eſt, ut ad decrepitam tēpore longo deueniant, atq; ad phthiſim, & ut eorum cor/pora, neq; deijciantur, neq; deſtruantur.

Qui Medicus ſit eligendus & approbandus. Cap. XXXII.

VAldè conſiderari debet, in quibus uitam ſuam expendit medicus, & in quibus illud quod de ſuo præterijt tempore exercuit, atq; de quibus ſtādo ſolus cogitat. Si enim ſuæ uitæ ſpacium medicorum ac phyſicorum libros perſcrutando præterijt, eiusq; ſtudium eſt quando ſolus ſtat, eos diligenter intueri, bona de eo haberi poteſt ſuſpitio. Quod ſi uitæ ſuæ ſpacium in alijs quàm in his quorum fecimus mentionem ſtudendo præteriuit, ac ſolus ſtando in cantilenis & inſtrumentis muſicis delectatur, inebriari quoq;, atq; his ſimilia concupiſcit, ſuſpitio mala de eo haberi poteſt. Poſtquam autem ſcitum fuerit, quod ipſe frequēter libros intueatur conſiderandum erit, qualis ſit eius aſtutia, atque ingenium, & an cum loquacibus & oppoſitoribus ſit conuerſatus, & ſi in eo ſit potentia perſcrutandi & medicandi uel non. Et eſt etiam perquirendum ſi cum præ/dictis hominibus, quos prædiximus diu ſocietatem habuerit, & ſi ab eis ſit adeptus perſcrutandi & medicandi uirtutem. Obſeruari etiam debet, ſi ea quæ legit intelligit uel non. Poſtquam autem eum libros legere ac in/telligere notum fuerit, an in infirmorum cura laborauerit, & eis medicatus fuerit, atq; ſi hoc in ciuitatibus famoſis, ubi medici atque infirmi multi ſunt egerit, diligenter erit perquirendum aut non. Qui autem hæc duo habere inuentus fuerit, ſapiens erit, & alijs præferri debet. Quod ſi contingat a/licui unum iſtorum deeſſe, conuenientius eſt ut operandi magiſterium ei de ſit, ita tamen quod non penitus eius expers exiſtat, ſed operādi nouerit par tem, quàm ut eam quæ in antiquorum libris continetur ſapientiam, prorſus ignorent. Qui enim quod in libris eſt nouit, atq; imaginatur cum pauca o/perationis notitia perueniet ad id, ad quod multi eorum, qui ea quæ in libris continentur non nouerunt, neq; imaginati ſunt, nullo modo peruenire po terunt. Qui etiam nihil ſciunt niſi quod ab his, qui longam ſocietatem ha/bentes, cum eis qui hæc in ciuitatibus famoſis ubi multi medici ſunt, ac mul ti infirmi, didicerunt, edocti fuerunt. Si quis autem huius doctrinæ nomē ſit adeptus, qui literas non nouit, uel ſi literas nouit, uerba tamen non intel ligit, nec etiam cum ſapientibus moratus fuerit, non eſt cōfidendum in eo,

Oportet Medicum eſſe ſcientem & peritū.

neq; ſuæ

Digitized by Google

neq; ſuę ſapientiæ eſt credendum. Imò ſciendum eſt eum nullo modo poſſe proficere. Impoſſibile eſt enim unum hominem, etiam ſi longo tempore ui uat huius doctrinæ per ſe maximam conſequi partem, niſi ſecundum præcedentium inceſſerit regulam. Huius enim doctrinæ quantitas, uitæ hominis menſuram multum excedit. Quod non in hac tantum doctrina, uerum etiam in pluribus inuenitur doctrinis. Qui autem de hac doctrina uſq; nũc aliquid ſunt conſecuti, non pauci fuerunt, neq; in breui hæc conſecuti fuerunt, ſed fuerunt mille, & in mille annis hoc adepti fuerũt. Quorum libros ſi quis frequenter perſcrutatus fuerit, in breui, omnes uidere uidebitur, ac ſi illi mille annis uixiſſent, & illorum laborem mille annis pertuliſſet. Sed ſi eorum negligantur libri, homo, in uita ſua, quantum perſcrutari poterit, aut eius experimenta uel inuenta quam menſuram habebunt, etiam ſi omnibus hominibus ſit doctior atq; acutior. Quapropter ſi quis libros non perſcrutatur, ac ægritudinum formas non intelligit, antequã eas uideat, quamuis ipſas multotiens uideat, dimittat eas, quia eas non cognoſcit, & abſolutè pertranſit eas, nullomodo aliquid ex eis intelligendo. *Ars longa.*

ABVB. RHAZAE LIB. IIII. AD MANSOREM FINIS.

QVAE IN LIBRO QVINTO CONTINEANTVR.

LIBRO totius operis quinto, omnia ferè externa corporis uitia emendare, formæ & animæ gratiam conciliare, & alia plurima tam externa quàm interna corporis uitia corrigere, & inſtaurare, ſeptuaginta ſeptem capitibus, hoc ordine docet.

CAPITVM LIBRI QVINTI INDEX.

De furfuribus	Cap.	I.
De caſu capillorum, ſeu alopecia	Cap.	II.
De generatione capillorum in locis, in quibus deſiderantur	Cap.	III.
De conſeruatione capillorum qui cadunt, deq; elongatione ipſorum, & de medicatione initij caluitij	Cap.	IIII.
De ſciſſuris extremitatum capillorum	Cap.	V.
De criſpandis capillis	Cap.	VI.
De planandis capillis	Cap.	VII.
Quemadmodum atrum reddatur capillitium	Cap.	VIII.
De regimine capillorum ne cani cito fiant	Cap.	IX.
De tinctura capillorum rubea, uel ſubrubea	Cap.	X.
De albificandis capillis	Cap.	XI.
De his quæ auferunt capillos, & quæ ſubtiliant, & quæ euellunt, & quæ eorum prohibent ortum	Cap.	XII.

De his que penitus auferunt pilos	Cap.	XIII.
De illis quæ odorem pſilothri reprimunt	Cap.	XIIII.
De his quæ prohibent ne pſilothrũ aduſtionem, neq; puſtulas in corpore faciat, & de curatione eius q̃d aduſtũ eſt	Cap.	XV.
De ſahapha quæ ſunt ulcera cruſtas habentia, quæ in capite naſcuntur, uel facie, & multotiens ſicciſſimę exiſtunt rugoſę & albę, & quandoq; humore abundantes, uirus ex ſe fundunt	Cap.	XVI.
De his quæ faciem albam reddunt, & cutem ſubtiliant, & faciem claram ac lucidam efficiunt.	Cap.	XVII.
De his quæ colorem efficiunt rubeum	Cap.	XVIII.
De his quæ colorem flauum, aut citrinum reddunt	Cap.	XIX.
De illis quæ denigrant colorem	Cap.	XX.
De illis quæ delent panum	Cap.	XXI.
De medicandis lentiginibus magnis & paruis	Cap.	XXII.
De illis quæ auferunt cicatricem ulcerum	Cap.	XXIII.
De illis quæ auferunt ruborem in facie exiſtentem	Cap.	XXIIII.
De illis quę auferunt uiriditatẽ ex percuſſione factã, quando in loco neq; nocumentum remanet, neq; color, neq; corpus, & eſt neceſſe ut uiriditas illa reſoluatur	Cap.	XXV.
De illis quæ auferunt alguaſſen	Cap.	XXVI.
De illis quæ delent ueſtigia uariolarum & ulcerum	Cap.	XXVII.
De pruritu & ſcabie, & magnis puſtulis	Cap.	XXVIII
De ſare uel ſafre	Cap.	XXIX.
De alhaſa, id eſt, ablutione ſudoris	Cap.	XXX.
De impetigine	Cap.	XXXI.
De morphea alba	Cap.	XXXII.
De morphea nigra	Cap.	XXXIII.
De albaras	Cap.	XXXIIII.
De lepra	Cap.	XXXV.
De ficubus uel celſis	Cap.	XXXVI.
De his qui palpebrarum generant pilos	Cap.	XXXVII.
De pediculis in palpebris exiſtentibus	Cap.	XXXVIII.
De ordeolo	Cap.	XXXIX.
De geſte exiſtentẽ in oculo	Cap.	XL.
De oculis foras prominentibus	Cap.	XLI.
De fœtore narium	Cap.	XLII.
De fœtore oris	Cap.	XLIII.
De illis quę odorem uini reprimunt	Cap.	XLIIII.
De illis quę occultãt fœtorẽ alliorũ, & ceparũ, et porrorũ	Cap.	XLV.
De illis quę ꝓhibẽt fluxũ ſaliuę currentẽ ab ore in ſomno	Cap.	XLVI.
De illis quę abſtergunt dentes, & deſtruunt alhapha, uel concauitates	Cap.	XLVII.
De illis quę prohibent corroſionem dentium	Cap.	XLVIII.
De illis quę prohibent dentes commotos cadere	Cap.	XLIX.

De ſuperflui

Digitized by Google

De ſuperfluitate aurium purganda Cap. L.
De illis quę auferunt fœtorem alarum Cap. LI.
De illis quæ prohibent ſudorem pedum Cap. LII.
De illis quę ſudorem totius corporis benè redolere faciunt Cap. LIII.
De diminutione fœtoris urinę & egeſtionis Cap. LIIII.
De cuſtodia corporis mortui ne fœteat, & ne cito putrefiat Cap. LV.
De illis quę prohibent ne puerorum teſticulis, & puellarum mammillis properet magnitudo Cap. LVI.
De eis quę accidunt in unguinibus de fœditate Cap. LVII.
De ſciſſuris faciei, & labiorum, & manuum Cap. LVIII.
De tumore & pruritu, qui accidunt digitis in autumno & hyeme Cap. LIX.
De his quę incraſſant corpus, uel inpinguant Cap. LX.
De his quę macrum faciunt corpus Cap. LXI.
De his quę augẽt ſperma, & quę ualẽt ad erectionẽ uirgę Cap. LXII.
De illis quę calefaciunt uuluam Cap. LXIII.
De illis quę augent deſiderium coẽundi Cap. LXIIII.
De ſanatione illius qui in fine coitu ilico egerit Cap. LXV.
De ſanatione illius qui ex nimio coitu debilitatur Cap. LXVI.
De illis quę diminuunt ſperma, & uirgę erectionem Cap. LXVII.
De illis quę craſſiorem reddunt uirgam Cap. LXVIII.
De his quę conſtringunt uuluam Cap. LXIX.
De illis quę auferunt humiditatem in uulua Cap. LXX.
De his quę calefaciunt uuluam Cap. LXXI.
De his quę ualent ad impręgnandum Cap. LXXII.
De his quę prohibẽt impręgnari, & quę aborſum faciunt Cap. LXXIII.
De his quę multum faciunt bibere Cap. LXXIIII.
De his quę cito inebriant Cap. LXXV.
De his quę alleuiant ebrietatem, & ex quibus ipſa cito aufertur Cap. LXXVI.
De curatione ebrietatis Cap. LXXVII.

FINIS.

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber quintus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

De ſurfuribus. Cap. I.

FVRFVRES remouentur continuè abradendo caput & ſingulis inungendo noctibus, & poſtea in mane cum multa calida aqua abluendo in balneo, uel in domo. Quæ ſi nõ ſuffecerint, cum farina ciceris, & ſemine altheæ, & aceto tribus lauetur diebus. Similiter quoque cum aqua in qua ſicla cocta fuit, & baurach pauco, caput eſt abluendum. Ablutio fortis in ablutione furfurum: Recip. farinæ ciceris ʒ 100. farinę fœnu græci, furfuris triticei, baurach panis, nitri albi & triti, ſinapis, omnium añ. ʒ 1. s. altheę ʒ 10. miſceãtur omnia cum pauco aceto & aqua, & unaquaq; hebdomada lauetur caput ex ea. Quod ſi poſt prædictorum adhibitionē furfures permanſerint, oleo roſeo cum pauco aceto mixto, caput quaq; nocte eſt infundendum. Venter quoq; ſuauiter eſt ſemper ſoluendus.

De caſu capillorum, ſeu alopecia. Cap. II.

QVum pili capitis uel barbæ cadunt, locus cum panno aſpero eſt fricandus, donec fiat rubeus. Poſtea uerò cum cepis fortiter fricetur, donec patiens in loco illo incenſionem ſentiat, & ardorem. Qui die illa ac nocte ſic manere permittatur. In mane autem ſimiliter regatur. Et ſi in loco ampullæ apparuerint, cum adipe anatis, uel gallinæ inungatur, & fricatio aliquot relinquatur diebus, donec quieſcat. Et ſi tunc pili naſci ceperint, locus multotiens abradatur, & cum panno ſingulis fricetur diebus, & oleo in quo keiſim, & capillus ueneris, et chamęmelinũ fuerint cocta, inungat̃. Quod hoc modo fiat: Cuiuſq; iſtorum ℥ 1. ſumatur, & in aqua poſita, ſuauiter uſque ad diſſolutionem coquantur. Quibus diſcoctis aqua coletur, ex qua libra una, cum una libra olei de ben miſceatur, quæ ſuauiter uſque ad aquæ conſumptionem coquatur. Quod autem remanet, ab igne deponatur, et uſui cum opus fuerit reſeruetur. Si autem pili ex huiuſmodi medicinis non naſcantur, ægroti regimen eſt inquirendum, quo in præcedenti uſus ſit tempore, ac corporis diſpoſitio qualis, in ea hora ſit inueſtigandum, quemadmodum in capitulo de cognitione humoris in corpore dominantis, & in capitulo de uirtutibus ciborum cõtinetur. Et ſi cognitum fuerit ipſum cibaria phlegmatis generatiua frequenter comediſſe, color quoque cutis à qua pili cadunt, albedini attinere uideatur, pilulæ dandæ ſunt, quarum deſcriptio: Recip. turbith albi, pulueris hieræ picræ, ana ʒ 10. colocynthidis ʒ 3. & tertiam. Ex his tritis & cribellatis, ac oleo inunctis, informentur pilulæ ex quibus ʒ 2. uel trium pon-

Digitized by Google

um pondus, ter in menſe, uel quater tribuatur. Patiens quoque nutriendus eſt cum cibis bonorum humorum generatiuis. Poſtea uerò reuertendum eſt ad medicinas, cum quibus idem locus medicari ſolet. Quod ſi patiens cibos bilis rubeæ generatiuos edere conſueuerat, & color atque etiam corporis diſpoſitio hoc idem ſignificauerit, pilulę iſtæ quas nominabimus multotiens erunt dandę, ipſiusq; regimen ad ea quæ humorem generant frigidum reducendum erit. Pilularum confectio: Recip. mirobalanorum citrinorum, roſarum rubearũ añ. ʒ 5. aloës Sucotrenſis ʒ 1. ſcãmoneæ ʒ quarta pars, ex his omnibus fiant pilulæ, & pro una potione dentur. Quod ſi patiens cibis bilem generãtibus nigrã uti conſueuerat, & color atq; loci obfuſcatio, & eius aſperitas hoc idem monſtrauerint, locusq; uehementer ſiccus extiterit, apozema de epithymo, & epithymum cum ſero, & his ſimilia quæ bilem nigram expellere conſueuerunt, ſicut in capitulo de melancholia dicturi ſumus, danda ſunt: Patiens quoq; bonis utatur cibis, & poſtea ad medicandum eundem locum redeundum erit. Epithema pilos in infirmitate alopeciæ naſci faciens: Recip. ſpumæ maris ʒ 10. baurach, furfuris, euphorbij añ. ʒ 2. ſtaphiſagriæ, cantharidũ añ. ʒ 1. omnia cum oleo ueteri miſceantur, & poſtquam locus cum cepis fricatus fuerit, epithemetur. Et ſi in loco apparuerint ampullæ, per aliquot dies dimittantur, & cum anatis adipe, & unguento de ceruſſa curentur, donec ſedentur. Poſtea uerò hoc idem reiterandum erit, ſi neceſſe fuerit.

Epithema pilos generans.

De generatione pilorum in locis, in quibus deſiderantur. Cap. III.

SI barbæ uel ciliorum pili exiles, ac molles fuerint, locus fricãdus ex ſpuma maris, & cinere keiſon, cum oleo ueteri mixtis, ſingulisq; noctibus ex eis inungendus. Patiens quoque uinum forte bibat. Cuius regimen ad ea quæ temperatè calefaciunt, reducendum eſt. Ad idem alia confectio, quæ etiam fortior exiſtit: Recip. olei de ben, ℥ 1. cãtharidum alas, & capita abſciſa habentium ʒ 3. conficitur ſic, cãtharides tritæ in oleo mittuntur, deinde oleum cum ipſis in olla parua poſitum ſuper lentum ignem, cum ligno frequenter commiſcendo coquatur, donec ipſum inſpiſſetur, poſtea ab igne depoſitum reponatur, cui parum muſci, uel ambræ, eſt ammiſcendum, ut benè redoleat. De quo ſi locus fricatus fuerit, donec ueſicas habeat, apparebit citiſſima pilorum natiuitas.

De conſeruatione pilorum qui cadunt, deq; elongatione ipſorum, & de medicatione. Cap. IIII.

ABlutio faciens capillos longos, folia azedaragi ſumantur, & capillus ueneris uiridis, & mirrha, & mirobalani emblici, & ponantur in ablutione, & cooperiatur caput ex ea, poſtquam aqua madefactum fuerit in qua emblici fuerunt poſiti. Alia ablutio, capillos faciens longos. Aqua in qua ſicla cocta fuerit ſumatᷣ, in qua parũ ſinapis ponatᷣ, & cum ea capilli lauentᷣ, poſtea uerò inunganᷣ oleo & augmentabunᷣ. De his aũt quæ capillos cadere prohibẽt, oleũ eſt mirtinũ, cum frequẽter

Digitized by Google

capilli eo inunguntur. Eos etiam confirmat, ſi ladanum in uino reſolutum æquali menſura cum oleo mirtino ſit ammixtum, cum frequenter eo utuntur, ſcilicet, ut capillorum radices eo in nocte fricentur, & poſt in mane balneum ingreſſus qui patitur, cum aqua calida eos lauet. Oleum capillos cadentes retinens. Emblici, & folia mirti ſumantur, & in aqua coquantur uſquequo aqua turbida fiat. Poſtea huius aquæ libra una, & olei omphacini libra una accipiantur, & mixta ad aquæ conſumptionē coquantur. Poſtea uerò ei quod ex decoctione remanſit ℥ 1. ladani in uino reſoluti adda tur, & capillorum radices, ex hoc oleo fricentur. Oleum capillos faciens rigidos, & etiam nigros, ſi eo inungātur. Recip. foliorum mirti, foliorū papaueris ruffi, capilli ueneris, ſpicæ nardi, cyperi, ſeminis ſiclę, ſemin. apij, emblicorum añ. quantum una manu capi poteſt. Hæc autem omnia tribus libris aquæ, donec ad unam redeant libram coquendi ſunt, & poſtea colanda, deinde colatura hęc cum una libra olei alkeiri eſt miſcenda, & uſque ad aquę conſumptionem coquenda. Cui poſtea admiſcenda ſunt ℥ 5. acacię, et tantundem cineris corticis pini, deinceps uerò reponendū ſingulis diebus, & ex eo inunctio eſt facienda. Medicamen prohibens caluitium, & curans quod ex eo iam incepit. Recip. capillorum ueneris, foliorū mirti. corticum pini, thuris añ. partes æquales. Quę aſſari debēt donec teri poſſunt, poſtea uerò ammiſcentur eis ladani & mirrhę añ. quantum de uno quoque ſupradictorum ex quibus cum uino ueteri, & oleo de ſemine raphani mixtis, caput in nocte epithemet̄, & in die lauetur. Et aſſiduetur, hoc enim caluitium ſanat inceptum.

De ſciſſuris extremitatum capillorum. Cap. V.

SI capillis hoc euenerit accidens, aqua & oleo concuſſis donec benè commiſceantur, frequenter erunt inungendi. Cum mucillaginibus quoque uiſcoſis, eos lauare oportebit, ſicut eſt ea quę fit de ſemine lini et pſyllij, & foliorum ſeſami, & quę iſtis ſimilantur. Quod ſi iſta non ſuffecerint, quies, & comeſtio, et balnei uſus, & potus augmentari debent. Si autem contingat, ut cum hoc in corpore ſit pinguedo, & ſit eius figura pulchra, & hoc accidens paruum exiſtat, à medicinis deſiſtēdum erit. Si autem magnum fiat, frequenti uentris ſolutione utendum erit, & phlebotomia facienda, cibaria quoque, ac uinum ſunt minuenda.

De criſpatione capillorum. Cap. VI.

CApilli frequenter ſunt fricandi cum folijs ſidræ albæ, & gallis. Res fortis ad iſtud: farina fœnugręci, & mirrha, & ſemina hyoſcyami albi trita, & ſidræ, & gallæ, ac calx, & merdaſengi, ſumantur, et ex omnibus capilli fricentur.

De his quæ efficiunt capillos planos. Cap. VII.

IN hac medicatione eis eſt utendum, quibus capillorum curantur fiſſuræ, et inunctio ex oleo ſeſamino tepido eſt facienda. Super capillos quoq; aqua calida ſępe eſt fundenda.

Digitized by Google

Quemadmodum atrum reddatur capillitium. Cap. VIII.

SVmatur tertia pars unius libræ gallarum, & inungantur oleo, & fricentur donec nigreſiant & findant, deinde accipiantur æris uſti, tragacanthæ añ ℥ 5. ſalis gemmæ ℥ 2. aluminis ℥ 1. terantur omnia in modum collyrij, deinde aqua calida ad modum maſſæ conſperſæ, quatuor horis fermentari permittantur, & caput, & barba prius abluta cum aqua calida, & poſtea exiccata, manibus perfricando liniantur, ex prædicta medicina, & folia deſuper ponantur, ne medicamen deſiccetur. Quæ poſtquã per ſex horas ſic permanſerint, cum aqua tepida lauari debent. Tinctura alia: Sumantur merdaſengi & calcis non extinctæ amborũ partes æquales, luti quantum de prædictis duobus, ceruſæ quantum de omnibus. Ex his omnibus aqua conſperſis inungãtur capilli, & folijs deſuper cooperiantur. Et poſtq̃ per tres horas taliter manſerint, cum aliquibus lauentur mucillaginibus, proueniet enim ex hoc nigredo pulchra. Tinctura alia: Merdaſengi, & calx ſumantur, & ſuper ea ſextuplum aquæ fundatur, & in ſole ſic manere per tres dimittantur dies, frequenter cõmiſcendo, deinde aqua hæc coletur, & mittatur in ea lana, quæ ſi denigretur, bona eſt. Sin autẽ ſic non eueniat, in hac aqua ſexta pars merdaſengi & calcis, ut prius iterum ponatur, & manere permittatur. Quod tamdiu fieri cõuenit, donec lana immiſſa tingatur. Poſtea uerò alchanna cum aqua prædicta cõſperſa fermentari permittatur, de qua tinctura facienda eſt, denigrat enim perfectè, & ualet ad anuſul, hoc eſt, ad albedinem radicum pilorum, quum extremitates ſint nigræ, ſi ex lana, in hac aqua intincta pilorum radices fricentur. *Alnuſul.*

De regimine capillorum ne cani cito fiant. Cap. IX.

SAepe aliquibus hominibus cani cito intempeſtiui, uidelicet, innaſci ſolent, alijs autem tardari, ſuæ complexionis cauſa. De his autem quæ canitiem tardare faciũt eſt hoc, ſcilicet, ut triphera minori in mane frequenter ſumatur. Cuius deſcriptio. Recip. mirobalanorum nigrorum, kebulorum, belliricorum, emblicorũ omnium añ. partes æquales, terantur & oleo inungantur, & cum melle cõficiantur, de qua ſingulis diebus in mane, ad nucis magnitudinem ſumi debet. Maior autem pars eorum quibus nutrimentũ fit, ſit moretum kalagiæ appellatum, & aſſaturæ. Abſtinere autem conuenit à lacte, & à cibis habẽtibus micas panis admixtas, & à pultibus quæ ſunt multum ſpiſſæ, & à frumento cocto, & ab his quæ ex melle conficiuntur, & à potu aquæ niui, & à multæ aquæ potu. Vinum autem uetus & purum modicè bibendum eſt, uel hydromeli. Ea quoque quę ſalmuria condiuntur & ſunt ſalſa, edenda ſunt, & panis in almuri nabati eſt intingendus, & de eo parum à ieiuno eſt potandum. Sicla præterea cum ſinapi comedatur. Quod ſi hoc utens regimine calore infeſtetur, cum aceto & ſyropo acetoſo ipſum reprimat. Multus etiam balnei uſus cum aqua, ac coitus minui debent. Hoc quoque ſummopere eſt cauendum, ne capilli aqua roſata infundantur, & præcipuè ſi camphoram habuerit admixtam. Et ſi quando hoc factum fuerit, ſtudendum eſt ut deſiccentur.

Vnguentis

Digitized by Google

Vnguentis quoqꝫ utendum eſt, in quibus ſpecies calidæ & odoriferę ac ſtypticæ ponuntur, ſicut eſt oleum, quod diximus. Quod ſi quis ad hoc multum anhelauerit, ordinatum ad electuarium de anacardis accipiendum tendat, quod in hyeme incipiendum erit.

De tinctura capillorum rubea, uel ſubrubea. Cap. X.

SVmantur lupinorum tritorum ℥ 10. mirrhæ ℥ 5, floris ſalicis, fecis uini ſiccatæ, & aſſatę an. ℥ 3, deinde cinis ſarmentorũ accipiat, & aqua ſuper eum fundatur, & per noctẽ unam, ſic dimiſſus coletur, & ex hac aqua prędictę conficiantur medicinæ. Poſtea uerò capilli eis inuncti, per noctem unam dimittantur, ac deinde lauẽtur. Quod iterum atqꝫ iterum ſimiliter faciendum eſt, & fient prius ruſi, poſtea uerò rubei.

De albificandis capillis. Cap. XI.

SVmantur ſtercus hyrundinum, & enula ſicca, et mes, & ſemina radicum, & ſemina uefrim ſicca, & ſulphur, & flos capparis ſiccus, & ex his omnibus cum felle uaccino, & aceto collectis inungãtur capilli, poſtquam cum ſulphure fuerint ſuffumigati, & non lauentur, ſed dimittantur ſic, & poſt hoc ſuffumigentur cum ſulphure, quod multis conuenit fieri uicibus. Poſtquam autem albificari ceperint, oleo ſambucino frequenter ſunt inungendi.

De his quæ auferunt capillos, & quæ ſubtiliant, & quæ euellunt, & quæ eorum prohibent ortum. Cap. XII.

CAlcis albæ & uehementer acutæ, & cineris coclearum maris partes ſumantur ęquales, arſenici citrini triti ut alcohol, octaua unius partis ſupradictorũ. Hęc omnia cum aqua in mortario trita, per duas horas ſic manere dimittantur. Ex quibus ſic peractis pili ſunt inungendi, aut ex ſpuma marina, & gypſo, hoc idem fiat. Iſta quoque bona exiſtũt. De his præterea quæ capillos ſubtiliant eſt, ut cinis uitium, uel baurach, in pſilotro mittatur, de quo cutis ſæpe eſt fricanda. Quæ poſt pſilotri ablutionẽ cum hordei farina, uel fabarũ, uel melonum ſeminis eſt fricãda.

De his quæ penitus auferunt pilos. Cap. XIII.

CAlx fortis ſumatur, ſuper quam ſextuplum aquæ fundatur, & per tres dies ſic dimiſſa, coletur, poſtea uerò in hac eadem aqua ſexta pars calcis ponatur, & ſic per tres dies regatur. His geſtis ſexta pars arſenici citrini triti in prædicta aqua mittatur, & tamdiu ſub ſole dimittatur, donec penna immiſſa depiletur, cum extrahitur. Poſtea autem corpus ex lana in hoc medicamine intincta fricetur. Iſtud enim cito abradit pilos, poſt hæc uerò oleo roſeo locus inungendus erit. De his autem quæ capillos hoc modo deſtruunt, eſt ut euellantur pili, & inungatur locus pſyllio & aceto multis uicibus, atqꝫ ex hyoſcyamo, & opio, & aceto. Aut locus depilatus ſanguine ranarum quæ in aqua morãtur, quæ non mouentur, inungatur, uel ſanguine teſtudinis, uel inungatur locus depilatus oleo, in quo ſtellio coctus fuit, uſqꝫ ad omnimodã diſſolutionem, aut oleo in quo eritius coctus fuit, aut inungatur ex caſtoreo, & melle, multis uicibus pilis quaqꝫ uice prius euulſis. De his autem quæ pilos in fœmore & barba, atqꝫ axillis naſci non permittũt, niſi poſt longum tempus, eſt ut chi-

moleæ &

Digitized by Google

moleæ & ceruſſę ſumantur partes ęquales, aluminis unius partis medietas, & miſceantur cum ſucco hyoſcyami uiridis, uel cum aqua aceto mixta, in qua hyoſcyami ſemen coctum fuit, & liniantur ex eis loca. Quod multis fieri debet uicibus. Pilorum enim ortus ex hoc uehementer tardatur, ac for taſſe eorum prouentus omnino prohibetur.

De illis quæ odorem pſilothri reprimunt. Cap. XIIII.

LOcus cum folijs perſici, & cum ſcrophis croci hortulani, & cũ alchanna, & roſis, & cyperis, & cum hunc ſiue ſeparatim, ſiue compoſite fricari debet.

De his quæ prohibent ne pſilothrum aduſtionem, neq; puſtulas in corpore faciat, & de curatione eius quod aduſtum eſt. Cap. XV.

PSilothrum aduſtionẽ facere prohibetur, ſi non multum cum eo fricetur corpus, & cito lauetur, & corpus antequàm ex eo liniatur, oleo roſeo ſit inunctum. Quod autem ipſum in corpore puſtulas facere non permittitur, eſt, ut cum aqua calida lauetur uſq; quo remoueatur, & poſtea in aqua frigida diu moretur corpus, & aqua frigidiſſima ſuper ipſum fundatur, & propriè ſuper loca, in quibus puſtulæ naſci ſolẽt, & aduſtio fieri. Si autem aduſtio fiat, lentes excorticatæ & tritæ mixtę cum aceto, & aqua roſea, & locis aduſtis epithematę pãno deſuper poſito ligentur. Sed ſi quando ampullæ naſcantur, & caro aduratur, cum unguento de ceruſſa, & unguentum quod fit ex merdaſengi, & oleo roſeo, & albumine oui curetur. Hoc quoq; puſtulas in corpore fieri prohibet, ſcilicet, ut poſt pſilothri remotionem cum aceto, & oleo roſeo fortis fiat fricatio.

De ſahapha, quæ ſunt ulcera cruſtas habentia, quæ in capite naſcuntur, uel facie, & multoties ſicciſſimæ exiſtunt rugoſæ, & albæ, & quandoq; humore abundantes, uirus ex ſe fundunt. Cap. XVI.

HAec autem curantur uentoſis in collo poſitis, & apertione alicuius uenarum, quæ eſt in cute capitis, uel poſt aures. Et quæ illarum maior fuerit, aperiatur. A rebus quoq; acutis, & ſalſis, ac dulcibus abſtineat. Et alatur cibis inſipidis & bonis, & ſi patiens tolerare poterit, uenter cum apozemate de mirobalanis, & aloë, & ſcammonea ſoluendus erit, poſtea uerò epithemata ſuperaccommodentur.

Epithema ad ſahapha cum recens eſt & in corpore fit infantis.

Venæ de curcuma, alchanna, ariſtolochia, merdaſengi, cortices granatorũ ſumant̃ & ex his omnibus tritis, & cũ aceto & oleo roſeo mixtis epithemetur locus. Cum autem ſahapha uetuſta fuerint, ſumantur ſal, & calcantum aduſta, ſulphur, & terra argenti uiui, gallę, uenæ de curcuma, merdaſengi, ariſtolochia, omnia hęc trita cum aceto & oleo roſeo commiſceantur & epithementur. Sed cum ſahapha ſicca fuerit, & alba frequenter fricãda erit cum oleo & cera, & adipe anatis, ac aqua calida lauanda, & mucillaginibus. Patiens uerò cibis humectatiuis ſemper alendus erit. Caputpurgium quoq; per nares inijci debet, ex oleo de ſemine cucurbitarum, uel ex oleo de amygdalis dulcibus, uel uiolato, & his ſimilibus. Quod ſi ægritudo ad curandum grauis fuerit, locus ſcapellandus erit, ut ſanguis effluat, cui medicaminis acuti puluis ſuperſpargendus erit, donec radicitus euellat̃. Poſtea

L uerò cum

Digitized by Google

uerò cum unguento rubeo, quod conficit̃ ex merdaſengi & aceto, & oleo, & uenis de curcuma medicetur. De his autem, quę ſahapha mollem remouet penitus, eſt fricatio cum aceto & ſale, & uſnen uiridi multotiens facta. Hęc enim eam remouet, & penitus deſtruit.

De his quæ faciem albam reddunt, & cutem ſubtiliant, & faciem claram ac lucidam efficiunt. Cap. XVII.

SVmantur farina ciceris, & fabarum, & hordei, & amylum, & tragachanta, & ſemen raphani, & cum lacte conſpergentur, & ex eis facies in nocte epithemetur, & aqua calida in qua uiolæ ſiccæ coctæ fuerint, & furfur in mane lauetur. Hoc decẽ noctibus fieri debet. Gumera alia conueniens & fortis: Sumantur amygdalę excorticatę, & amylũ, & tragachanta, & cõmiſceantur omnia cum aqua croci hortulani, & ex eis epithemetur facies in nocte, & lauetur in die cum aqua in qua uiolæ ſiccæ & chamæmelum coctę fuerint. Aut ſumantur amylum & tragachanta, & amygdalæ dulces excorticatæ & cum lacte conſpergantur, & epithemet̃ ex eis facies, & cum ceperit ſiccari, remouetur epithema. Quod poſtquam per hebdomadam unam factum fuerit, aqua calida locus eſt abluendus.

De his quæ colorem efficiunt rubeum. Cap. XVIII.

GVmera quæ colorem uehementem rubeũ facit: Recip. ſinapi albi, arſenici rubei partes æquales. Hæc trita cum lacte cõſpergãtur, & ex eis per hebdomadam unam facies epithemetur, & ſit epithema leue & ſubtile. Gumera alia: Recip. croci orientalis, rubeæ cum qua tinctores tingunt, thuris, mirrhæ, maſtiches ſingulorũ partes æquales, ſucci cepę quę uocatur bulbus, tantũ ut ex eo poſſint confici. Et ex hac confectione facies in nocte liniatur, & in die lauetur. De his uerò quæ colorẽ faciei rubeũ efficiunt eſt cicer, & ficus, & mala granata dulcia, & carnẽ comedere, & uinum rubeum, & craſſum potare, & eis quæ ex melle fiũt uti, & cum aqua calida dulci ſæpe lauari, & ouorũ uitellos edere, & aſſam. Eſt eñ in althit colorem faciendi rubeum proprietas, quod etiam in alijs inuenitur ſimiliter. Medicamen colorem faciens rubeum: Recip. hyſſopi ſiccę, ʒ 10. croci orientalis ʒ 3. ſacchari ʒ 13. ex his fiat puluis, de quo ſingulis diebus duæ ſumantur drachmæ.

De his quæ colorem flauum aut citrinum reddunt. Cap. XIX.

EX his quę colorem efficiunt citrinum ſunt, in locis morari calidis, & aquas bibere quæ non mouentur, & aceto in comeſtione frequenti uti, faciemq́ cum cymino ſinapiſmare. Azardach quoq́ faciẽ reddit citrinã, & comeſtio luti, et uigilię multę, & triſtari, et cibo in quo de cymino multũ ſit admixtũ uti, uel frequẽter ipſum odorare colorẽ efficiũt citrinũ, et q in domo in qua multũ eſt cyminũ iacet, citrinitatẽ incurret faciei.

De his quæ colorem denigrant. Cap. XX.

OPponi ſoli, & comedere ex cibis ſalſis & dimittere balneationẽ. Et de his quę ſuperficiem nigredine afficiũt, eſt ut cum pſilothro & merdaſengi epithemetur. Fortiter enim eius denigrabitur color, qui remoueri niſi duriter non poterit. Quem ſi remouere fuerit neceſſe, cum aceto in quo uſnen recens decoctum fuerit, locus lauetur

atq; lacte

Digitized by Google

atq; lacte acetoſo, & cum citri acetoſitate, & farina ciceris, & aceto multis fricetur uicibus. Gumeræ quoq; multis diebus ſunt faciẽdę, donec ad ſuam reuertatur locus diſpoſitionem. Eorum præterea quę colorem denigrant, eſt, origanum frequenter comedere, & mirobalanis uti conditis.

De illis quæ delent panum. Cap. XXI.

QVod panum remouet, eſt faciem cum ſemine raphani epithemare, uel cum ſemine erucę, uel cum fece croci hortulani decocta, donec incraſſetur, coſto & cinnamomo tritis, & ex ea conſperſis epithema faciendũ. Vel ſinapi ſumatur, & cum ficubus teratur, et ex eis locus cum aqua calida infuſus faciei ſuperponatur, donec rubeſcat, & medicamen ipſi adhibeatur. Et eſt obſeruandum ne facies uulneretur, ſed cum dolore incœperit, medicamen eſt auferendum, & locus quieſcere permittendus, & poſtea ad medicamen eſt redeundum.

Medicamen quod panum remouet.

Machael & amygdalę, & ſemina melonum ſumantur, et excorticentur omnia, & terra argenti uiui æquali menſura, & ex eis fiat epithema: Vel machael ſemina, & amygdalæ, & bdellium molle terãtur cum aceto, & fiat ex eis epithema. Medicamen aliud remouens panum: Recip. lupinorũ, ſeminum raphani, ſemin. erucæ, coſti, amygdalarũ amararũ, baurach, piperis, & bdellij æqualia pondera, confice ſic, bdellium in aqua acerdech diſſoluatur, ex quo aliæ medicinæ conſpergantur, ex quibus fiat epithema.

De medicandis lentiginibus nigris & paruis. Cap. XXII.

EX eis quæ lentigines auferunt, ſiue ſint paruæ, ſiue magnæ cum ſunt accidentes, ſunt phlebotomare, & bilem nigram à corpore frequenter expellere, ſerumq; cum epithymo, & epithymi apozema bibere. Quod ſimiliter fieri conuenit, cum panus epithematibus remoueri non poteſt, & poſtea ad epithema redeundum.

Epithema ad lentigines magnas & paruas.

Farina lupinorum & amygdalæ amaræ excorticatæ, & baurach, & ſemen raphani ſumantur, & ex eis cum mucillagine fœnugræci confectis, facies ſinapiſmetur, quæ tamen prius cum panno aqua calida infuſo madefiat, aut medicamine uti uolens de balneo egrediatur.

Aliud epithema.

Farina lupinorum, & amygdalæ amaræ, & ſemen caulis ſumantur, & ex his omnibus cum lacte ficulneæ collectis, epithema fiat. Aut fiat emplaſtrum ex ſapone, & cum pungere ceperit lauetur locus, & inungatur ex oleo amygdalino, poſtea uerò iterum ut prius ſapo apponatur, uel ex ammoniaco diſſoluto epithema fiat. Aut mabdach, diſſoluatur cum mucillagine fœnugræci, & epithemetur. Omne autem epithema quod ad neruos facit, & ad lentigines magnas & paruas, & ad panum poſtquam patiens balneum exierit, aut locus cum panno aqua calida infuſo multotiens humectatus fuerit, donec rubeus fiat & ſubtilis, faciendum erit.

Digitized by Google

De illis quæ auferunt ruborem in facie exiſtentem. Cap. XXIIII.

IN hoc malo conſtitutis confert balneum ſępe ingredi, & aquam calidam faciei ſuæ quotidie cooperire, & in fronte phlebotomiam facere, ſanguiſugasq́ꝫ locis ſuperponere, & loca prius fortiter fricare cum panno, donec ſanguis ab eis fluat, poſtea cum ſale & aceto, deinde cum unguento rubeo, quod in capitulo de ſahapha nominauimus inungere. Huic quoque ægritudini confert, ſi loca ſapone epithemata ſic dimittantur, donec ſapo ſuctionem faciat, & poſtea cum aqua calida lauentur. Quod multis uicibus fieri conueniens eſt.

De illis quæ auferunt uiriditatem ex percuſſione factam, quando in loco neq; nocumentum remanet, neq; calor, neq; pus, & eſt neceſſe ut uiriditas illa reſoluatur. Cap. XXV.

QVum in loco neque uulnus neque calor ullo modo poſt percuſſionem remanſerint, & fuerit neceſſarium uiriditatem ibi exiſtentem remouere, loco folia caulis, & raphani, uel menthaſtri uiridis, ſuperponantur, quod duobus alijs fortius exiſtit. Emplaſtrum forte ad idem: Sumantur arſenici citrini, lapidis kilkil an. partes æquales, thuris pars media, ex his omnibus tritis fiat epithema multis uicibus. Et melius eſt ut cum ſucco coriandri epithemetur, hoc enim eſt epithema ultimum. Aut fiat epithema ex ſolo arſenico citrino, uel cum ammoniaco.

De illis quæ auferunt alguaſen. Cap. XXVI.

LOcus cum melle anacardi epithemandus eſt, donec in loco fiat puſtula. Quæ poſtea curanda eſt. Aut fiat epithema ex unguento corroſiuo, quod in adurendo calidi ferri uicem tenet, & eſt ſcriptũ in capitulo de medicinis adurentibus. Poſt hæc autem locus cum nitro, & aqua calida lauandus eſt, & fricandus, deinde gummi de botim cum melle diſſolutũ loco ſuperponaur, quod per tres ſic manẽs dies, non diſſoluatur: Poſtea uerò eo remoto, locus ſale optimè fricetur, ac deinde epithemetur ex medicamine, quod percuſſionis ſigna ac caſus delere diximus. De hoc autem epithemate, decies in die locus erit liniendus: Ita tamen quod nihil de eo inde remoueatur, ſed una eius pars allij ſuperponatur. Quod poſtquam per tres dies continuos factum fuerit, locus cum nitro erit lauandus. Rurſus uerò ad idem regimen redeundum erit. Hoc enim omnino deſtruit.

De illis quæ delent ueſtigia uariolarum & ulcerum. Cap. XXVII.

SI ex uariolis ſigna remanſerint nigra, & cum faciei ſuperficie fuerint æqualia, in eorum cura his erit utendum, quibus in cicatricum uulneribus curatione uſi fuimus cum ſinapiſmis faciem albificantibus.

Quod ſi loca concaua apparuerint, corpus impinguare, ac remouere neceſſe erit. Et ſi nigra fuerint & concaua utraq́ꝫ prædicta neceſſaria erunt. De his præterea quæ uariolarum delent ſigna, eſt balneo & ſinapiſmis frequenter uti. Epithema ualidum ad ſigna uariolarum & puſtularum delenda: Recipe merda ſengi, mirobalanorum citrinorum, radices arundinum ſiccas, farinam ciceris, oſſa uetuſta, farinam oryzæ, ſemina melonum excorticata, ſemina alben, coſtum, hæc omnia cum mucillaginibus

fœnugræci,

Digitized by Google

fœnugræci, & ſeminis lini, commiſceantur, & ex eis facies ſinapiſmetur.

De pruritu & ſcabie, & magnis puſtulis. Cap. XXVIII.

SCabies & puſtulæ his ualdè accidũt, qui cibaria ſanguinem corrumpentia frequenter edunt, ſicut ſunt ſalita, uel muria, quæ ſale condiuntur, & taguebil calida, aut allia, uel mel, ſiue uinum uetus purum bibunt, eis quoq; accidunt, qui ſæpe laborant, & uigilant, & balneo non ſæpe utuntur. Quibus confert prius uti phlebotomia, & poſt, potione mirobalanorum citrinorum ℥ ſumantur 1. s. memireſin ℥ 2. epithymi, ſenæ, ſeminis fumiterræ añ. ℥ s. ſeminis ſcariolæ, antheræ, polypodij, abſinthij añ. ℥ 3. omnia in tribus libris aquæ, donec ad unius libræ duas redeant partes, coquantur excepto epithymo, quod in fine decoctiõis tantũ admiſcendum erit. Poſt hæc omnia manibus fricata, colentur. In quorum colatura tereniabin ℥ 10. ponãtur. Si autem tereniabin non habeatur, pro eo ſaccharum roſatum uetus ponatur, quæ multis bibatur uicibus. Pilulæ ad pruritum ualentes, & ſcabiem: Recipe aloës, mirobalanorum citrinorum, añ. ℥ 1. ſcãmoneę, roſarum rubearum, ſingulorum quartã drachmę partem. Fiant ex eis pilulæ, quarum potio ſit doſis una. Quæ multis ſumendæ ſunt uicibus. Poſtq; autem corpus phlebotomia ac uentris ſolutione euacuatũ fuerit, potio iſta quotidie erit danda: Recip. pruna damaſcena 15. thamarindorum à ſeminibus mundatorum, ſacchari albi añ. ℥ 10. Super iſta duæ partes libræ aquæ bulientis fundantur, & per noctem unam dimiſſa fricentur, & colentur, & in potu ſumantur. Si autem coquãtur, fortius operabuntur. Iſtis quoque quandoque adduntur ſenæ, & fumus terræ, ex quibus quotidie ℥ 4. ſunt bibendæ. Electuarium ad ſcabiem & pruritum ualens.

Pilulæ contra ſcabiem.

Electuarium cõtra ſcabiẽ.

Recip. mirobalanorum citrinorum partem unam, ſenæ, fumi terræ anã partem mediam, ſucci abſinthij quantum ad eorum ſufficit conſperſionem. Aliquotiens autem additur huic medicinæ, abſinthij, quantum quarta pars mirobalanorum, & conficiuntur omnia cum melle, & ſumatur ex ea quotidie quantum eſt auellanæ magnitudo. Confert præterea pruritui ſicco, in aqua calida balneari, & corpus in balneo ex aceto & oleo roſeo, & ſucco apij confricare. Serum quoque cum mirobalanis & ſaccharo in potu ſumere auxiliatur. Si autem ex frequenti corporis euacuatione remedium non ſubſequatur, ægroto quotidie in mane & in ſero poſt ſolis occaſum, triticum fractum coctum cum multa aqua & ſaccharo albo in potu eſt tribuendum. Lac quoque uaccinum acetoſum potare debet. Qui autem ſcabiem patitur & pruritum, ab omni re ſalſa, ac dulci, & acuta abſtinere debet. Olera autem frigida, & res acetoſas, & leues carnes edere debet. Vinum quoque ſi bibat, mulsum ſit mixtum aquæ. Epithema ſcabiei ſiccæ conferens.

Recip. baurach, coſti, ſalis, condiſi añ. ℥ 1. ſigiæ ℥ 7. aceti & olei roſei, quod ſufficit ad hoc, ut corpus ex eo in balneo epithemari poſſit. Quod poſtquam linitum fuerit maneat ſic, & poſtea lauetur. Epithema ad ſcabiem humidam: Recip. argentum uiuum extinctum, cathmiam argenti, oleandrum, condiſi, alchali, merdaſengi. Ex his cum aceto & oleo roſeo mixtis, fiat epithema, & per totam noctem ſic maneant. In mane uerò balneum ingrediatur patiens, & cum aceto & uſnen uiridi fricetur, poſtea au-

Digitized by Google

tem cum aqua lauetur calida. Et his geſtis, aqua frigida ſuper ipſum fundatur, & oleo inunctus roſeo, egrediatur. Scabiei quoque uetuſtę multum auxiliatur, per unamquanq; trium dierũ ſumere aloës põdus unius aurei. Quod iterum tribus intermiſſis diebus eſt faciendum. Quod ſi ex hoc excoriatio euenerit, curanda erit, hoc enim ſcabiem deſtruit & pruritum.

Epithema ad ſcabiem, quod, bonum exiſtens & ualidum, neq; ampullas facit, neque aduſtionem: Recip. merdaſengi, atramenti citrini, pondera æqualia, hęc per hebdomadam unam ad ſolem frequenter cum aceto terantur, & poſtea reponãtur ex quibus cum neceſſe fuerit, fiat epithema.

De ſare uel ſafre. Cap. XXIX.

QVando hęc accidit paſſio, ſanguinem minue. Et ſi uenter mollis fuerit, da ſuccum granatorum muzorum. Si autẽ ſiccus fuerit uenter, da potiones quæ predictæ ſunt, & mitte patientem quotidie in aquam calidam ter, & da ei cibaria quę recipiunt acetum & oleum, & amygdalinum oleum, taſeam quoq; cum oleo amygdalino, atq; chares, & muzos ei dabis, & his ſimilia, huic pręterea ægritudini confert lac acetoſum, & auxiliatur trochiſcus de ſpodio, uel trochiſcus de camphora cum ſucco granatorum. Quod ſi hęc paſſio permaxima fuerit, ſolue uẽtrem ex apozemate mirobalanorum citrinorum. Et ſi cum hoc fortẽ patiatur aduſtionem, teratur granatũ cum cortice ſuo, & exprimendo extrahatur ſuccus, in quo ſaccharum album ponatur, & ad bibendum tribuatur. Huic pręterea ægritudini confert ſumere ſerum, & potare cum iulep, ſeminum portulacę, atq; pſyllij añ. ℨ 3. Et cibarijs uti, quę cum aceto, & ſumach fiunt, & ſumere ptiſanam, & lac acetoſum.

De albaſaph, id eſt, ablatione ſudoris. Cap. XXX.

DEſudatio nõ egreditur, niſi ex ſudoris multitudine, cui in frigidis morari domibus, & aqua frigida dulci lauari, et loca in quibus deſudatio oriri ſolet, ex aqua frigida, & roſea, & oleo inungi remedium afferunt. Huic prętereaægritudini confert, poſtquam exorta fuerit, cum croco hortulano, & uenis chelidonię & aceto, & oleo roſ. epithemari. Alchanna quoq; & ſal ſumantur, & cum aceto miſceantur, ex quibus loca in balneo epithementur, quod donec una pertranſeat hora ſic dimittatur, poſtea uerò lauetur, & ſic cum furfure fricetur.

De impetigine. Cap. XXXI.

SI impetigo quaſi incipiens fuerit, neq; in carnis profundo fuerit fixa, ſanari poterit, ſi cum adipe gallinę, uel anatis, uel cum cera, & oleo, aut tragacantha, uel prunorũ gummi, aut oleo de frumento, uel cum butyro cocto, uel crudo fricetur, & cum hoc etiam dulcis aqua tepida ſuper eam fundatur, atq; à cibis qui bilem generant nigram abſtineat, qui patitur. Quod ſi iam carnis profunditatem occupauit, & in ea aſperitas, & cortex apparent, corpus cum phlebotomia et apozemate de epithymo, ac ſero cum epithymo, necnon ex his omnibus quę iam in ſcabiei cap. diximus, & in melancholię cap. dicturi ſumus, euacuari cõuenit. Sanguiſugæ prętereaa loco ſunt ſuperponendę. Qui poſt ipſarũ ſuctionẽ aqua calida lauandus eſt, & premendus. Sanguiſugę autẽ multis uicibus prędicto modo

ſunt

Digitized by Google

ſunt adhibendę, q̃d eo uſq; fiat, donec quicquid ibi eſt ſuperfluitatis, ſugendo penitus remoueat̃. Et poſt hęc epithema de ſahapha locis imponantur. Quę ſi non ſuffecerint, locus tamdiu fortiter fricetur, donec ſanguis ab eo fluat. Et deinde acuti medicaminis puluis deſuper ſpargatur. Quod eo uſq; fiat, donec caro ſana & rubea appareat. Poſtea uerò curetur cum unguēto, donec ſanet̃. De his autē quę impetiginē auferūt, eſt fricatio, quę fit cum citri acetoſitate, & ammoniaco, & aceto, uel cum maſhacumia mixta cum aceto, & epithemata, aut cum mugad & aceto. Oleum autē de tritico, incipienti ualet impetigini. Q̃d hoc modo fit: Triticū mundū ſumat̃, & in pyxide uitrea undiq; ex argilla inuoluta, ponat̃. Cuius os cū pila ex † filis ęris facta oppilet̃, quę in p̃dicto pyxidis collo conſtringat̃, ne frumentū ex pyxide exire permittat, cum eius caput inferius uerſum fuerit. Poſtea ſumatur teſta, in qua ignē homines tenere cōſueuerunt, in cuius medio ſit foramen, per q̃d pyxidis prędictę caput inferius uerſum transducitur. Et poſtea circa ipſum ac ſup ſtercus uaccinū ſiccū ponat̃, in q̃ ignis paulatim accēdat̃. Sub foramine uerò, q̃d eſt in teſta, aliq̃d uas mittat̃, in q̃, q̃d ex tritico fluit, recipiat̃. Ex q̃ impetigo epithemari conuenit. Eſt eñ hoc mirabile in ipſius cura.

Olei de tritico præparatio.

† pilis.

De morphea alba. Cap. XXXII.

MOrpheæ albę confert ex ſeitaragi Indi, & ſemine raphani, & rubea, ac cōdyſi, & ſinapi tritis, & cum forti aceto mixtis ad ſolem fricari. Aut cepa quę uocatur bulbus ſumatur, & ad ſolē multotiens quotidie ex ea fricetur. Quę ſi non ſuffecerint, triphera minoris duę ſumātur drachmę, atq; turbith pulueris picræ añ. ℥ i. colocynthidis pars quarta drachmę unius, de hoc ſingulis menſibus, ter uel quater in potu eſt ſumendum. Aliis autē diebus quibus non utetur hoc medicamine, pondus trium drachmarum tripheræ ſolius continuè ſumat. Et eo utatur regimine, quod in capitulo eorū, quę canitiem tardant, nominauimus.

De morphea nigra. Cap. XXXIII.

QVi morpheā patitur nigram, phlebotomandus eſt, eiuſq; uenter cum epithymo multotiens ſoluēdus. Poſt hęc autē ex ſemine raphani, & condyſi, & ſemine erucę, & aceto locus epithemetur. Ipſi uerò qui patitur balneum ingrediatur frequenter, & cibis humectatiuis utatur, & cuſtodiatur cum regimine melancholiam patientium.

De albaras. Cap. XXXIIII.

IN albaras curatione eodem utendū regimine, quo & in morpheæ albæ cura utit̃ quis. Vomitus preterea frequēter dandus eſt, atq; cibaria deſiccantia tribuenda, & eo eſt utendū regimine, q̃d canitiem tardat. Et ordinatim preparet̃ ad electuariū de anacardis ſumendū, & iſto utat̃ epithemate: Recip. ſeitaragi Indi, kebikegi, ſtaphiſagriæ, uentriū cātharidarū añ. partes æquales. Omnia hęc cum aqua in qua rubea ſit cocta miſceat̃, & ex his poſtq̃ locus cū bulbo fortiter fricatus fuerit, fiat ſuper eum epithema. Huic p̃terea ægritudini cōfert epithemari, ex nigri ſerpētis ſanguine. Eſt enim nigri ſerpentis ꝓprietas hoc operari. Quod ſi locus in quo hæc apparet ægritudo paruus fuerit, igne erit cōburendus. Poſtea tādiu medicādus, donec aduſtio remoueat̃. Aut cū ſuc. anacardi, eo uſq; fricand, q̃d ibi ue

Digitized by Google

ſica fiat,& caro ubi eſt albaras corrodatur, deinde uerò curãdus erit locus, donec ſanetur. Vel tingendus erit locus cum his, quæ rubeum efficiunt colorem aut nigrum. Tinctura quæ locum albaras ad corporis reducit colorem: Aloxanthus, myrrha, fex uini, macra rubea, & alumen ſumantur, & ex iſtis tamdiu multis fricetur uicibus, donec patiens anguſtietur. Hoc enim locum tingit, & eius tinctura uiginti permanet diebus. Quod ſi hæc ægritudo loca in quibus uentoſę ſolent mitti inuaſerit, ſanguis prius ex eis cum uentoſis erit extrahendus, & poſt ipſarum remotionem locus ex merdaſengi albificato epithemandus. Aut ex rubea & aceto epithementur. Aut poſt ſanguinis extractionem uentoſa, amaraci, id eſt, maioranę, habẽs ſuccum, apponatur loco, & diu ibi ſtare permittatur, uel loco poſt uentoſarum ablationem, epithema ex rubea, & ſeitaragi Indi, mixtis cum aqua in qua brazil fuerit coctum, apponatur. Si autem huius ægritudinis maxima quantitas locum occupauerit uentoſarum, uentoſis poſt poſitis, frequens facienda eſt phlebotomia.

De lepra. *Cap.* XXXV.

Notæ incipientis lepræ. SI huic ægritudini ſtatim ſubueniatur ex quo incipit, ut ſanetur uel reprimatur poſſibile eſt. Sed poſtquam membra uulnerauerit, ac eorum corrumpit figuras, fortaſſe non ſanabitur. Cum igitur oculorum albedo obfuſcari uiſa fuerit, uoxq́; raucefcere inceperit, ſudor quoque fuerit fœtidiſſimus, & facies ut uter inflata apparuerit, cum magna ac ualida rubedine, & nodi quidam in ea fieri ceperint, pili quoque ſuperciliorum ſubtiliantur, ſuccurrendum ei erit. *Curatio.* Erit igitur ergo in principio ſubueniendum cum ſanguinis extractione, ex uena purpurea dextri brachij, poſtea per aliquot dies quieſcere permittatur, atque in his quibus quieſcit diebus cum carne arietina, uel hœdina nutriatur. Vinum quoq; clarum & benè redolens, ac multum temperatum bibat, & in balneo quotidie ponatur. Poſt hæc autem de brachio ſiniſtro phlebotometur, & per aliquot dies quieſcere dimittatur, &, ut diximus, nutriatur. Deinceps uerò apozema de epithymo multotiẽs ei tribuatur. Inter quas licet una aliam ſequatur, quieſcendum tamen eſt. Patiens præterea cibis alatur humectantibus, atque in balneo quotidie ponatur. Et à labore & uigilijs, necnon ab omnibus cibis, à quibus melancholiam patientes abſtinere præcipimus, cuſtodiatur. Serum quoque cum ſaccharo, frequenter eſt dandum: Ipſe etiam taliter eſt regendus, ut ille qui ſui corporis humectationem adipiſci deſiderat. Eſt etiam in balneo cum farina ciceris, & fabarum, atque cum baurach & uſnien fricandus, & aqua tepida frequenter infundendus. Poſt hæc autem ex oleo de ſemine cucurbitarum, & uiolato inungendus, & ſic egrediatur balneum. *Si nihil minue teraueri.* Cum autem hæc ægritudo alicui fortiter adhæſerit, & in eo quaſi fixa manſerit, cum uiperarum carne medicandus erit. Eius uerò corpus qui hac utitur medicina inflatur, atque per aliquot dies abſque ſenſu manet. Sed eius poſtea excoriatur corpus & egreditur ſub loco excoriato caro tenera, & ſic ab infirmitate patiens curatur, ſicut ex antiquorum no

rum no/

Digitized by Google

rum nolumus recitatione, quam ueram eſſe credimus, ac ſicut etiam in hoc noſtro tempore non procul cõtingit. Retulit enim mihi quidam, ſe quandã curaſſe mulierem cum iſtis medicinis, quam lepra iam uehementer inuaſerat, & ſanata eſt. Curatio lepræ cum uiperis. Viperę ſumantur montanę de locis in quibus neque palus eſt, neque lutum, & earum capita atque caudę abſcindantur, & quicquid in uentribus eſt eijciatur, & lauentur, deinde in olla noua ponantur, in qua ſal & anethum, & galanga, & piper, & aqua, & parum olei mittenda ſunt. Quę tamdiu ſunt coquendę, donec tota caro diſſoluatur. His autem geſtis, patiens ius illud bibat, & carnem comedat. Et ſi ſcotomiam paſſus fuerit, & ceciderit, iam ſufficit ei. Quod ſi non acciderit, idem iterum ei dandum erit, quod tam diu faciendum eſt, donec infletur. Cum enim inflari ceperit, ac ſcotomiam pati, iam tunc ſufficit ei. Ego quoque adoleſcenti medicatus fui, in cuius facie nodi iam fieri incipiebant. Cui ſuccurrere incepi cum phlebotomia, & uentris ſolutione ex apozemate epithymi, & ex pilulis quæ bilem expellunt nigram, eum quoque balneũm atque ſolium frequenter ingredi feci, & cibaria humectationem facientia dedi. Poſtea uerò quietem per aliquot dies ei adhibui, nutriendo eum cibis, bonum pręſtantibus nutrimentum. Poſt quietem uerò, ad uentrem ſoluendum redij. Quod totiens feci, donec pluſquam quadrageſies illi quinq; menſium, & paucorum dierum ſpacio uentrem ſolui. Quibus peractis, pili qui exciderant renaſci ceperunt, facies & color emendati, oculiq; clareſcere, & fuit integrę ſanitati propinquus. Deinde autem quum à nobis receſſit, regimen, quo eum cõſeruabamus, pretermiſſum fuit. Poſt ſex uerò menſes, inueni eum iam penitus ſanum. Qui mihi retulit ſe eo uſum fuiſſe regimine dum foras erat, quo à me regi conſueuerat, hoc excepto quod medicinam uentris ſolutiuam, pręter ſerum non ſumpſit. *Vipa regitur in cura lepræ*

De ficubus, uel celſis. Cap. XXXVI.

VErrucę remouentur, ſi ex folijs myrti multotiens fortiter fricetur. Aut ſi cum folijs capparis uiridibus, uel aceto fricatę fuerint. Vel ſi ex emplaſtro, quod exituras aperit, ut in ſuo dicemus capitulo, epithementur, aut ſcarificentur, & cum desfregil calidis confricentur, quę quidem ſunt medicamina acuta. Fricatio quoque ex ſale & aceto in die multotiens facta, confert. Aut fiat epithema cum carmeſich & aceto, aut fricentur multotiens cum aceto. Ipſum enim eas radicitus euellit. *Desfregil.*

Vel fricentur ex xilocaractis recentibus de Romania. Verrucæ autem multas habentes radices, ſcarificari conuenit totas radices, & ea quæ circa ipſas ſunt loca, & ſuper ſcarificationis loca, puluerem acuti medicaminis ſpargere, quod tamdiu faciendũ eſt, donec tota corrodatur & denigret. Poſt hæc aũt butyrũ deſuper ponatur, donec quod denigratũ eſt auferatur. Quibus ita peractis, ad idem multotiens eſt reuertendũ, una uice ponendo butyrum, & aliud medicamen acutũ. Poſtq; autem penitus corroſa fuerint, locus cum his quæ carnem creant, erit medicandus. Si autem uerrucarũ multitudo in corpore exorta fuerit, patientem freqũẽter phlebotomabis, & eius uentrẽ, cum his quę in cap. de melãcholia nominabimus, ſolue. Ipſumq;

Digitized by Google

cum cibis & balneo interim dum iſta agis, humecta. Et in eius curatione utere eis, quibus in lepre ſanatione uti conſueuiſti.

De his quæ palpebrarum generant pilos. Cap. XXXVII.

COllyrium quod palpebrarum generat pilos & ſpiſſos facit, Recipit oſſium mirobalanorum combuſtorũ ʒ s. fumi thuris ʒ 4. ſpicæ Indæ, carpobalſami añ. ʒ 3. lapidis lazuli ʒ 10. Ex his omnibus fac collyriũ, in quo radius immiſſus, quotidie inter palpebras trahatur. Palpebris pręterea quandoq; accidit alopecia, quæ hoc modo eſt curanda, Radius multotiens in die in ſucco cepæ intinctus, per palpebras trahatur, & ſubſequẽter collyrium immittatur, & ex aliquo epithematum, quę nominauimus ibi, epithema fiat.

De pediculis in palpebris exiſtentibus. Cap. XXXVIII.

PAlpebræ in primis ab eis mundificentur, deinde cum aqua & ſale lauentur. Poſtea uerò alumen iameni teratur, ex quo cum radio palpebris immittantur. Quod ſi in palpebris pediculorum fuerit multitudo, facies ſuper aquam calidam ſępe ponatur, & palpebrę à pediculis mundificentur, atq; ipſis ſief immittatur. Recip. terrę argenti uiui, arſenici rubei, ſtaphiſagrię, anà partes æquales, gummi quartam unius partis, fiãt ex eis ſief. Ex quibus cum neceſſe fuerit in aqua aliquid reſoluatur, in qua radius madefactus per extremitatem palpebrarum, & pilorum radices trahatur, cum ſubtilitate & cautela maxima. Quo facto, palpebrę diu ſunt tenendę, ne oculum tangant.

De hordeolo. Cap. XXXIX.

Hordeolum. QVando in oculo fuerit hordeolum, id eſt, apoſtema longum hordeo ſimile, uel panico, præcipe patienti ut in mane frequenter balneetur, & ut abſtineat à cœna, & ne dormiat uentre repleto. Quæ ſi non ſuffecerint, ſuperpone ei parum de unguẽto, quod uocatur diachilon, quod in capitulo de ſcrophulis nominabimus. Aut ceram ſolue, & radium in ipſa calida intinctum, ſuper ipſum trahe, uel micas panis cum aqua miſce, donec fiat maſſa, & deſuper pone, uel cum ſief gia inunge. Patiens quoque, ut prędictum eſt, balneum frequenter ingrediatur, & ſuper aquam calidam faciem teneat.

De geſſe exiſtente in oculo. Cap. XL.

Geſſe quid. OPortet aliquem poſt dormitionem oculos aperire non ualentem, frequenter balneum ingredi, & aquam calidã cum oleo ſuper caput fundere, faciemq; uapori aquæ calidę ſupponere, atque oculos cum pãno aqua calida infuſo embrochare. Ouum præterea ac oleum roſeum mixta cum adipe gallinę reſoluta, & colata ſimul conquaſſentur, & palpebris in hora dormiendi ſuperponantur, aut ſcariola contuſa cum oleo uiolato deſuper mittatur.

Digitized by Google

De oculis foras prominentibus. Cap. XLI.

SI ex uomitu præcedenti, aut ex multo conamine, aut ex clamore, uel ex percuſſione, uel ex his ſimilibus oculi foras prominuerint, ſtatim in eadem hora fiat phlebotomia, & uenter fortiter ſoluatur, atq; oculi ex aloë & licio, & acacia, & ſucco tarataith epithementur ac reprimãtur, & in loco repreſſionis rotula parua de collo ponatur, & ſtringatur deſuper, & patiens ſupinus iaceat, & à ſternutatione, & à uomitu ſibi caueat. In ore quoq; teneat aliquid quod phlegma eijciat, & gargariſmum faciat, ac cibaria minuat, & uinum nullo modo bibat

De fœtore narium. Cap. XLII.

SI in naribus malus fuerit odor, aluminis, mirrhæ, calchãti, galliæ partes ſumantur æquales. Hæc omnia terantur, quibus ita peractis patiens uinum per nares ſugat multis uicibus odoriferum, ac deinde de prędicto medicamine in nares inſuffletur, uel liciniũ in eo intinctum ponatur in nares. Aliud medicamen: Recipiatur calami aromatici, ſeminum ueſrin, ſeminis roſæ, gariophilorum an̄. ʒ i. gallarum, mirrhæ an̄. ʒ ß. moſchi quantum ponderat unum granum hordei, terantur omnia & medicentur cum eis nares. Medicamen aliud: Spicæ Indę, galliæ, gariophilorũ an̄. ʒ i. coquant̄ omnia in̄ tribus libris uini bene olentis. Qđ per nares ſugatur, & ex eo gargariſmus fiat, liciniumq́ue in eo poſitum naribus immittat.

De fœtore oris. Cap. XLIII.

DEns ſi in ore corruptus fuerit, aut in gingiuis putrefactio, à quibus malus æſtimatur odor procedere, extrahe dentem. Gingiuas autem corruptas cura cum calidicon, hoc eſt, trochiſco de arſenico facto, ad cõcauitatem & nos iam nominabimus. Quod ſi à palato in os humor malum habens ſaporem deſcenderit, ipſumq; æger ſenſu perceperit, ægrum quotidie gargarizare facias ſyropum acetoſum cum ſinapi. Poſtea uerò in eadem die fac gargariſmum ex uino, in quo gariophili & gallia, & ſpica Inda, & cyperi cocti fuerint. Si autẽ cum fœtore oris nullum fuerit prædictorum quæ nominauimus, fac patientẽ uomere, poſtq; res ſalſas, & ſinapi, & ſiclas comederit, & bibere hydromel. Et da ei de picra doſes multas, frequẽtes, & cuſtodi eum à cibis unctuoſis & craſſis, & non comedat niſi frixa, & ea quæ in patella coquuntur. Panem quoq; in almuri de Romania intinctum edat, & ex eo ieiunus bibat. Ante etiam quàm comedat, ex rebire & ſenethu aliquantulum comedat. Vinum etiam quo utitur cyperum & ſpicã, ac gariophilos parumper habeat admixtos. Atq; de pilulis iſtis ſumat, quarum deſcriptio: Recip. galliæ, gariophilorum, cinnamomi, nucis moſchatæ, cyperi, ſpicę, corticum citri, xiloaloës an̄. partes æquales, moſchi, uiceſima unius partis. Et ex his omnibus cum uino bene redolẽte mixtis fiant pilulæ ad ciceris magnitudinem, ex quibus quotidie mane, tres ſumantur drachmæ, quas æger parumper maſticet, ac traijciat ſuccum. Medicamen probatum ad malum oris odorem ualdè conferens, qđ etiam omnibus alijs melius exiſtit, eſt apium frequẽter comedere. Eſt enim hoc medicamen, ad hoc fortiſſimum. Aliud: Viridis myrti ſummitas accipiat̄, & ſimul cum paſſulis eiuſdẽ quãtitatis, cuius ipſa eſt à gb. ſemina ſunt Apium.

eiecta

electa teratur, ex quibus in nucis ſimilitudinem magdaleones formentur, quorum unus manè, & alius in hora dormiendi, ſumatur. Dentifricium quod os benè redolere facit: Recip. ſpicæ, cyperi. roſæ, folij, galliæ, corticū citri, gariophillorum, amomi, corticum xiloaloës, maſtiches, ſalis combuſti, mellis, añ. partes æquales miſceantur, & ex eis dentes fricentur.

De his quæ odorem uini reprimunt. Cap. XLIIII.

SI cyperi poſt uinum maſticentur, eius reprimunt odorem. Et ſi cubebæ cum eis fuerint ammixtæ, fortius operabuntur. Aliud medicamen: Cyperi, cubebæ, zedoariæ, maſticētur, & cum eis dentes fricentur. De his quoq; quæ uini reprimunt odorem eſt, poſt eius hauſtum edere, & propriè res acetoſas, ut ſunt ſinapi, & cepæ aceto condita, & acetum bibere, & maſticare coriandrum.

De his qui occultant fœtorem alliorum, & ceparum, & porrorum. Cap. XLV.

CAſeus in parua fruſta inciſſus, in oleo frigatur omphacino, qui gariophili puluerem habens aſperſum, poſt ſupradictorum eſum comedatur: Aut coriandrū ſiue recens ſit, ſiue ſiccum, poſt ipſum fortiter maſticetur, ac de eius ſucco parū traijciatur: Aut fabæ, uel lentes aſſatæ comedantur. Aut maſticetur ruta, & ex ea parum edatur. Eſt enim eius proprietas huiuſmodi odorem fortiter remouere. Aut zedoaria maſticetur, & ex ea parum traijciatur. Aut ſummitas alaulaich maſticetur. Poſt cuius maſticationem parum uini odoriferi in potu ſumatur. Aut menta maſticetur, ſiue mentaſtrum, & poſt ipſa parum aceti ſumatur.

De his quæ prohibent fluxum ſaliuæ currentem ab ore in ſomno. Cap. XLVI.

QVi hoc infeſtatur, ſcariolam recentem cum ſale ieiunus multis comedat diebus, azuech quoq;, ac gargariſmum frequenter faciat. Et tripheram minorem quotidie bibat, frequentiq; utatur uomitu. Hic enim eo penitus remouetur. Huic præterea ægritudini, aquam calidam in mane bibere, & almuri de Romania, & uinum coctum in potu ſumere, & triticum factum & aſſatum ſine liquore aliquo comedere confert: Circa noctem quoque edere tortellas cum almuri nabati confert.

De his quæ abſtergunt dentes, & deſtruunt albaſab, uel concauitates. Cap. XLVII.

DEntifricium quod dentes abſtergit, & cōcauitatem remouet. Sal gemma, & ſpuma maris terantur, & ex eis dentes fricentur, congruunt enim. Aliud: cyperi, alkali, ſalis gemmę, ſpumæ marinę, partes ſumantur æquales, & ex eis tritis dentes fricentur. Aliud: Teſtarum urceorū uiridium, uitri de Syria, alkali, partes acceptæ æquales, optimè terantur, & ex eis ſoli fricentur dentes, ſed gingiuarum caro ab eis benè cuſtodiatur. Dentes quoque concauari prohibentur, ſi ſingulis diebus cum oleo inungantur.

De his quæ

Digitized by Google

De his quæ prohibent corroſionem dentium. Cap. XLVIII.

LOca dentiũ corroſa, maſtiche repleantur & alumine, uel dentes qui iam corrodi incœperũt, eodem muniantur medicamine, atq; cum pipere & cyperis tritis fricentur, uel gallæ, cypreſſi, & teſtę, & fructus tamaricis ſumantur & terantur, & fiat ex eis dentifricium. Quod ſi corroſio magna fuerit, multoſq; inuaſerit dentes, uenter à bile rubea multotiens eſt purgandus, & cibaria quę humectant tribuenda, atq; ab acribus cibis & ſalſis abſtinendum, ac eo eſt utendũ regimine, quo qui corporis uult adipiſci craſſitiem, uti conſueuit.

De illis quæ prohibent dentes commotos cadere. Cap. XLIX.

BAlauſtia, alumen, gallia, acacia, hypociſtis terantur, & ex eis dentium motorum radices fricentur. Mirobalanorum quoq; citrinorum, gallarum, emblicorum, aluminis partes ſumantur æquales, & tritę cum aceto miſceantur, & fiant ex eis trochiſci, & cũ neceſſe fuerit, motorum dentium radices ex eis fricentur. Quod ſi fortiter moueantur, moti cum ſanis aurea catenula ligentur.

De ſuperfluitate aurium purganda. Cap. L.

QVum hora affuerit dormiendi, oleũ tepidũ auri infundatur & mane qui patitur, balneum ingrediatur, & ſuper latus in quo eſt auris mundanda iaceat, & aurem ſolio balnei propinquã faciat, eãq; ibi teneat, donec ab ea egrediatur quicquid exire potuerit, & poſtea quod remanſit, cum radio cotum inuolutum habẽte, expellatur. Aliud: Acetum & baurach auri injiciatur, ibiq; poſtquam parũ remãſerint expellatur. Quod poſtea in balneo multoties fieri cõuenit, atq; auris in aliqua hora ſuper aquæ calidę uaporem eſt tenenda. Poſt hęc auris cũ radio inuoluto, ex toto interius eſt abſtergenda. Eſt etiã obſeruandũ, ut balneum ſepę ingrediatur, & prohibeatur ne iſtud multum fiat.

De illis quæ auferunt fœtorem alarum. Cap. LI.

LIthargyrum albificatum ſumatur & cum aqua roſacea in qua ſit cãphora conſpergatur, ex quibus trochiſci facti ſuperius & inferius roſis tegantur, & ſic maneant donec deſiccentur, poſtea reponantur, & ex eis cum neceſſe fuerit medicamen fiat. Aut tuthia cũ aqua & ſale lauata, cum aqua roſarum & camphora conficiatur, & utatur ea cum neceſſe fuerit. Aut roſarum rubearũ libra una, gallię, ſpicę, cyperi, mirhę, aluminis. añ. ℥. i. ſumantur, & ex eis cũ aqua roſarũ trochiſci informentur, ex quibus cum neceſſe fuerit, epithema fiat.

De illis quæ prohibent ſudorem pedum. Cap. LII.

SI pedes cum alumine in aqua reſoluto fricentur, aut cum foliis cypreſſi, uel cũ foliis tamaricis, aut cũ aqua myrti, expreſſe remouebit ſudor.

De illis quæ ſudorem totius corporis benè redolere faciunt.

Cap. LIII.

CArduorum capita comedantur & iuniperi ſemen quotidie in potu ſumatur, aut caſſia lignea. Corpus quoque cũ trochiſcis de roſis, quos in capitulo de axillarũ fœtore nominauimus, atque cum bunch fricetur. Vinũ etiam bibat aquatũ, ipſum enim bonũ facit odorẽ. Et de apio comedat.

Digitized by Google

De diminutione fœtoris urinæ & egeſtionis. Cap. LIIII.

VInum benè redolens eſt bibendum, & iuniperi ſemen in horis frigidis comedendum, ac caſſia lignea edenda. Cibus quoq; quo utitur, cinnamomi, ac galangę multum in ſe habeat. Fœnugręcũ uerò uel aſam, ſiue aniudem, & oua atq; eruca, necnon allia, & cepas, & porros, & ſinapi, ac iſtirgar nullo modo comedat, & caueat ſibi à faſtidio.

De cuſtodia corporis mortui ne fœteat & ne cito putreſcat. Cap. LV.

EX colocynthide & baurach rubeo fiat ſuppoſitorium, & ipſius ano ponatur capite inferius exiſtente & fortiter moueatur, poſtea ipſum ſtatuant rectum eiusq; uentrem premant, donec ſuppoſitoriũ egrediatur, poſtea de eodem aliud iterum ſuppoſitorium fiat, quod tamdiu faciendum eſt donec totum ſtercus quod eſt in uentre egrediatur. Et his geſtis, Aloës, & mirrha, acacia, & ramich, & camphora ſumantur, & ex his omnibus in aqua roſacea reſolutis ſuppoſitoriũ factum per anum immittatur, deinde anus coto in hac inuoluto medicina oppiletur, & poſtquã in aceto & aqua roſarũ fuerit reſoluta, omnes eius iuncturę inungantur, poſtquã parum ſalis eis fuerit ammixtũ. Naribus quoque eius argentũ uiuum purum inijciatur. Et deinceps omnia eius foramina cum hoc quod diximus, cõſtringantur, & condiatur ipſum cum aloë, mirrha, & gallia, & alumine, & ſali æquali menſura ſuſceptis. Omnis pręterea mortuus qui ſuper ſuam iacet faciem, uentrem nõ habebit inflatum. Et cum in eius naribus argentũ ponetur uiuum, cerebrum ipſius non defluet. De his quoque quę cadauer putreſieri non permittunt, eſt ut cum alkitran liniatur.

De illis quæ prohibent ne puerorum teſticulis. & puellarum mammillis properet magnitudo. Cap. LVI.

CYminum teratur, & ex eo aqua conſperſo emplaſtrũ fiat, quod deſuper cũ panno lineo in aceto & aqua infuſo ſtringatur, neque uſque ad dies tres diſſoluať. Quibus tranſactis cepę albi lilij terãtur, & ex eis cum aceto & aqua mixtis, fiat emplaſtrum deſuper, & ligetur, & per tres ſic manens dies non diſſoluatur, quod aliquibus uicibus in menſe fieri conuenit. Duos prætereà lapides demeſen ſimul cum aqua & aceto fricari conuenit, & ex eo quod ab eis reſoluitur, teſticuli ac mãmillæ epithementur, hoc nanq; eos conſeruat. Aut alumẽ cum oleo roſeo teratur, & mammillæ ex eo quotidie inungantur, durabit enim earum paruitas diu propter hoc medicamen. Aut ſumãtur boli, gallarum uiridium tritarũ, añ. partes æquales, ex quibus cum melle conſperſis epithema fiat, quod poſtq; per diem unum ſic manſerit, cum aqua lauetur frigida. Et iſtud in menſe pluribus fiat uicibus, paruitas enim longo perdurabit tempore. De his etiã quę teſticulos conſeruant, neq; creſcere permittunt, eſt ut ſumãtur chimoleę & ceruſſę partes æquales, ex quibus cum ſucco hyoſcyami & oleo myrtino cõſperſis, epithema fiat. Hoc enim neq; teſticulos creſcere, nec pilos in femore naſci permittit.

Digitized by Google

De illis quæ accidunt in unguibus, & de fœditate unguium. Cap. LVII.

VNgues ſi interius curuati fuerint, per tres dies ex adipe emplaſtrũ ſuper ſe habere debent, deinde ſoluantur. Qui ſi poſt quã ab eis emplaſtrum ſolutum fuerit ac ſeparatum, molles inueniantur, fricãdi erunt donec ſint æquales. Et ſi neceſſe fuerit, ad hoc idem erit redeundum, donec æquales fiant. Quod ſi in unguibus cum partibus quę ut in tinea excorticatur gibboſitas fuerit, cum aceto, & aſra_i, & ſale & fece aceti, epithema fiat, uel fiat emplaſtrum ex ſcylla, & oleo ſeſamino. Vngues autẽ qui finduntur, & partes ſciſſas ex ſe emittunt habentiũ, ex uẽtribus bilis nigra eſt educenda, atq; corpora humectanda, ungues etiã cũ cera & oleo ac apide & medulla mollificãdi. Pro citrinitate uerò quę unguibus accidit, epithema ex ſemine erucę, & aceto multotiens eſt faciendũ. Sed ſi puncta alba in eis apparuerint, cum pice liquidã epithemandi multotiens erunt. Vngues præterea qui ualde turpes ſunt, cùm ſummo ſtudio & labore ſunt curãdi, cũ his quę in cura cuiuſq; ſuperioris ægritudinis diximus, donec molleſcant & cadãt. Et poſtq; hoc factũ fuerit, quòd naſci incipiet manu nullo modo tangatur, ne aliqua ei accidat torſio.

De ſciſſuris faciei labiorum & manuum. Cap. LVIII.

SVmantur cera citrina, oleũ roſeũ, hyſſopus cerotes, adeps anatis colatus, amylum, tragacantha, mucillago ſeminis cotoneorũ, & ex eis hoc modo unguentũ conficiatur: Cera, oleũ & adeps diſſoluantur, quibus alia addantur, & in mortario tãdiu moueantur, donec in unũ tranſeant corpus. Et fiat ex eis fricatio, poſt fricationem patiens balneum ingrediatur. Et poſtq; locus fiſſus mollificatus fuerit, tragacãtha triti in modum collyrij ſuper eum ſpargatur, & deinde lauetur. Medicamen ad labiorũ fiſſuras. Si fiſſurę magnę fuerint, terantur gallę cum melle, & fiat ex eis epithema, uel ex fecibus olei & terebinthina, & adipe anatis ſimul cõmixtis, fiat epithema. Aut gallę ut collyriũ tritę, terebinthinę in oleo diſſolutę ammiſceanť, & fiat ex eis epithema. Vel fiat epithema ex terebinthina, & maſtiche & œſypo cerato & melle. Si autẽ fiſſurã habuerint labia, quę cũ ab aliqua re tangitur læſionẽ affert, panniculus oui interior ei annectatur.

De tumore & pruritu quæ accidunt in digitis in autumno & in hyeme. Cap. LIX.

SVper digitos aqua ſalſa calefacta, fundenda eſt. Ipſi quoq; in aqua in qua ſicla cocta fuerit, mittẽdi ſunt, uel ſunt inungendi ex oleo de ben, uel ex alijs oleis his ſimilibus. Quod ſi iſtud magnum fuerit, emplaſtrum ex ſale & ex ficubus tritis & oleo, uel ex cepis, uel ex uino fiat.

De his quæ incraſſant corpus uel impinguant. Cap. LX.

QVi corporis craſſitiem adipiſci deſiderat, cibis unctuoſis ac dulcibus & qui multum nutriunt frequenter utatur, ſicut eſt triticũ coctum, & pultes ſorbiles, & durę, & ab acetoſis, & ſalſis & acutis niſi pro ſapore cibi, & ut appetitus melioretur, omnino abſtineat. Dormitione quoq; & quiete in domibus frigidis & humidis freqũter utať. Cõuenit p̃terea poſt cibũ balneari, & oleo prius inungi, ac poſtea aquã tepidã ſuper corpus proijcere. Eſt etiã ei pręcipiendũ, ut ante

cibum leni utendo deambulatione diu moueatur, atq; à motu ueloci abſtineat, lectus præterea eius ſit mollis, & ioci atq; gaudia ſemper coram eo aſſiſtãt. Et corpus etiam ante cibum donec aliquantulum incipiat rubere, fricetur, ac in die bis comedat, & poſt primam comeſtionem balneum ingrediatur. Vinum quoq; quo utitur, rubeum ſit & craſſum & nouum ac dulce. Ex granis etiã quę impinguãt, ſunt triticũ & oryza ac fabę. Triticum etiã coctum cum lacte, nutrimentũ generat multũ & ſpiſſum. Ius præterea ex micis panis ſymilaginei ſicci, & farina fabarũ, & oryza, & lac, & bahata, quãdo cũ ſaccharo comedit̃, & caſeus recẽs, & fructus quorũ nuclei tantũ comedũtur cũ ſaccharo, ut amygdalę & auellanę, & piſtacia, & lac, & uuę recẽtes dulces. Omnia hęc corpus impinguant. De his itidẽ quæ corpus craſſum faciunt, ſunt caro arietina, & gallinę & oua aſſata & iudeb & meliche, & frani, & taphea de paucis taguebil, & uino ſemper uti ac iocis & gaudijs ſemper aſſiſtere, & phlebotomiã ac uentris ſolutionẽ raro facere, & nõ frequenter balneari, nec coire, neq; laborare, nec ſub ſole morari, nec uigilare. Famem quoq; atque ſitim parum pati, corpus incraſſare faciunt. Medicamen ad impinguandum bonũ: ℞ Semina cucurbitarum excorticata optimè terantur, & cũ lacte uaccino conſpergant̃, & fiant ex eis trochiſci ſubtiles, ex quibus deſiccatis mane una ſumatur uncia, & trita cum lacte & ſaccharo traijciatur. Sorbitiunculę etiam ex ſymila & cicere & fabis & oryza & lacte, & butyro & ex tortellis fiant, & bibantur. Sorbitiũcula quę impinguat: Farina oryzæ, & fabarum, & ciceris, ac tortellarum, & amygdalę excorticatę ſumant̃. Ex quibus ſorbitiunculę cum lacte & ſaccharo fiant, & poſtquam ex eis quotidie ſumpſerit balneũ ingrediatur, à quo cum exierit, nutrimẽto alatur ſibi proprio. Impinguãs congruum. Amygdalę excorticatę & auellanę, & albi papaueris ſemẽ, & granũ uiride, & butyrum uaccinum, & ſaccharum ſumantur. Omnia uerò hæc butyro peruncta cum ſaccharo diſſoluto conſpergantur, ex quibus mane & circa noctẽ aliquid edatur. Suppoſitorium impingatiuũ: Caput arietinum pingue & benè mundificatũ ſumatur ac benè teratur, cui media libra caudę, & duę libræ lactis, & tritici ac oryzę & ciceris uniuſcuiuſq; añ. quarta pars unius libræ addantur, quibus tantũ aquæ admiſceatur, ut ex ea cooperiri poſſit, & ſic coquantur uſq; ad omnium diſſolutionem, & poſtea ex aqua colata, tres unciæ, & pinguedinis duę uncię, & olei roſacei, atq; olei de nucibus. añ. ℥. i. ſumantur. Ex quibus in nocte poſtquam aluum fecerit, ſuppoſitorium fiat, quod in uentre tota nocte tenendo dormiat, hoc quoq; per quinque noctes in menſe fiat, quod etiam melius erit, ſi ſæpius fiat. De his quoque quæ corpus impinguant eſt, res comedere humidas. Quod etiam ſquama ferri operat̃, & nos in ſequẽtibus in capitulo de ſtomacho, huius mentionẽ faciemus.

De his quæ macrum efficiunt corpus. Cap. LXI.

SI quis corpus macrum efficere uoluerit, cibaria multum nutrientia dimittat, carnem quoq; atque uinum & lac, necnon omnia dulcia negligat. Plurimũ autẽ ſi in ſui nutrimẽto oleribus utatur, & maxime comedat ſalſa & acuta & acetoſa, & larga uẽtris utatur ſolutione, urinam quoq;

nam quoq;

Digitized by Google

nam quoq; atque ſudorem prouocet, & labore ac multo motu utatur & ue-loci antequàm comedat. In balneo etiam diu moretur, nec ſtatim poſt bal-neum comedat, ſed aliquando diu ante comeſtionem moretur, & etiã dor-miat ſic, & diſponat ſe ad comedendũ ſemel in die, multumq; uigilet. Vinũ quoque uetus & ſubtile bibat, & ad ultimum regimine utatur contrario ei, quod prædiximus. De his quoq; quę corpus macreſcere faciũt, eſt tripherã minorem ſæpe ſumere, & electuaria calida, urinę prouocatiua, ſicut diatrion pipereon, & diacyminum, atq; poſt eorum receptionem tamdiu antequã co medat morari, donec appetitus qui irritatus fuerat reprimatur & extinguat. Famem præterea atque ſitim pati & in balneo ſudare, & medicinas maciẽ fa cientes ſumere, & dormire in lecto duro, & morari ſub ſole atq; in manſioni bus calidis. Medicamẽ macrũ efficiẽs corpus: Recip. ammeos, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, rutę, cymini omnium. añ. partes æquales, ſamſuci ſic ci, baurach. añ. quartã unius partis, blactę partes duas, puluerizẽtur, de quo rum puluere traijciat quotidie eo utens, pondus aurei unius, hoc enim medi camen uehementer deſiccat corpus. De his quoq; quę fortiter deſiccant, eſt ſumere calcanthũ, quod tamen timoroſum eſt. Medicamen aliud cor-pus deſiccãs: Recip. triphęrę minoris ℥.3, pulueris picrę, turbith. añ. ℥.1, ſu matur medicina hęc quaquaq; hebdomada ſemel.

De his quæ augent ſperma, & quæ ualent ad erectionem uirgæ.

Cap. LXII.

Electuarium de nucleis fructuum: Recip. amygdalarũ, auellanarũ, nucis Indicę, pinearum enucleatarum, granorum kilkil, granorum zeilem, grani uiridis, omnium partes æquales, zingiberis, piperis lon gi, ſeminis pæonię, ana tertiam partem, penith ex ſaccharo tantum ex quo temperari poſſit. Sumantur ex eo in mane quotidie ad oui magni-nem & in ſero tantundẽ. Electuarium de ſeminibus quod auget ſperma. Recip. ſeminis baucię, ſeminis naporũ, ceparũ, ac raphani, & aſparagi, atq; ſeminis alfaſfaſa, & erucę ſeminis, pinearum, medullę interioris, granoũ kil kil, granorum zeilem, tuderi, linguę auis, ſecacul, behen albi & rubei, ſatyri-onis, coſti dulcis, zingiberis, macropiperis, naſturtij omniũ. ana, terãtur, & cum melle conficiant: Ex quo trium drachmarũ pondus cum. ℥.1. lactis ſta-tim mulcti & penith ſumatur. Pulmentũ quoq; ex carne arietina cũ ci-cere fracto ac cepis factũ, habens ſubtilem puluerẽ cinnamomi & galangę, comedat. Quandoq; etiam prædictum electuarium, cum uino nouo & cali do eſt ſumendum. Medicamẽ calefactis ac corpora habẽtibus ſicca cõ-ferens: Recip. lactis uaccini ſtatim mulcti ℔.2. in quo. ℥.2. tereniabin gra-nati ponantur, & coquantur uſq; ad mellis ſpiſſitudinem, atq; quotidie ex eo in ieiunio ℥.20, ſumãtur, quaſi ſorbendo, poſt cuius hauſtum piſces recen tes in ueru uel ſuper prunas aſſati comedantur, qui & calidi cum cepis ſunt edendi, atq; uinum craſſum, & mediocriter aquatum, poſt eos eſt bibẽdum.

Vnguentũ uirgam erigens: Sumatur oleũ de lilio, & ponatur in eo eu phorbij, piperis, ſinapis, nitri, omniũ añ. ℥.1, muſci, ſexta pars. ℥.1. Et ex hoc unguẽto renes & dorſum, & ſpondyles, & ſumẽ, & fœmur, ac uirga, & om- *Vnguentũ ue-retrũ arrigẽs.*

Digitized by Google

nia quę ſunt in circuitu ipſius inungantur. Cortex etiam pineę & cyperi atque anethum unà coquēda ſunt, & pannus in eo infuſus, in anum eſt mittendus. Medicamen ex quo uirga cito erigitur: Ex aſa cũ melle mixta, unius aurei pondus cum ℥.1. uini, per duas horas antequã comedat edatur.

De his quæ calefaciunt uuluam. Cap. LXIII.

SVmatur cordumeni, & exterius abraſum terat̃. De puluere cuius, in oleo ſambucino tantũ mittatur ex quo inſpiſſari poſſit, & mittatur in uuluam. Medicamen conferens ad frigiditatem uuluę & humiditatẽ: Cordumeni, & piper, & cyperi, & belliricì in uino coquantur, in quo pannus madefactus uuluę ſubijciatur.

De illis quæ augent deſiderium coëundi. Cap. LXIIII.

QVi hoc aſſequi deſiderat, cubebę ieiunus maſticet, aut pyrethrum, aut cum aſæ ʒ.1. olei ſambucini ʒ.10. cõmiſceat, & per aliquot dies ſic manere permittat. Et poſtea ex hoc unguento uirgam inungat, & mulieris crura uehemẽter eleuet, & ſuper ipſam crura ſua ſtringat. Sic enim operãdo, uterq; ualdè delectabit̃. Aliud: Recip. pyrethri, zingiberis, cinnamomi partes æquales, hæc trita cũ aqua qua parũ gumi diſſolutum fuerit conſpergantur & fiant ex eis trochſci parui, qui in ore teneantur, & poſtquam reſo luti fuerint cum ſaliua, coëundum eſt cum muliere.

De ſanatione illius qui in fine coitus ilicò egerit. Cap. LXV.

OPortet eos antequã coëũt egerere, ea uerò eis danda ſunt quę uentrem conſtringunt. Acacię præterea atq; aramich, & thuris ac balauſtię & gummi Arabici, omnium partes ſumantur æquales, ex quibus oſſis dactyli ſimilitudo facta, ano in hora coëundi ſubijciatur. In alijs uerò horis, oleũ de neriden ſupponatur, & ex eo inungatur.

De illius ſanatione qui ex nimio coitu debilitatur. Cap. LXVI.

HI aqua frigida ſunt lauandi, & ex aqua carnis nutriẽdi, parũ etiam uini benè odoriferi, & clari bibant, barbam præterea ac faciem & totum caput ex eis liniant, quę benè redolent. Pannoſq; & totum corpus cum odoriferis ſuffumigent. Quieſcant & in lecto iaceant ualdè molli.

De illis quæ diminuunt ſperma & uirgæ erectionem. Cap. LXVII.

DE his quæ ſperma & uirgę erectionem minuunt, eſt acetoſa, & ſtyptica comedere, ut eſt acetum, & uuę acerbę ſuccus, & ribes & his ſimilia, & olera frigida, ut lactuca & portulaca, & his ſimilia. De his quoque quę erectionem minuũt, ſunt ea, quę uentoſitates diſcutiunt, ſicut, ruta, agnuſcaſtus, menthaſtrũ, cyminũ & ammeos. Medicamen uirgę erectionem minuens: Recip. ſeminis agnicaſti, ʒ.10. foliorum menthaſtri, rutę ſiccę, cymini, cyperi balauſtiæ, añ. ʒ.2. Ex horũ puluere mane, & circa noctem traijciatur. Medicamen aliud, quando caliditatis fuerit cauſa: Recip. ſeminis lactucę, ſeminis portulacæ ana. ʒ.10. pſyllij, ſeminis coriandri ſicci, añ. ʒ.3. balauſtiæ, nenupharis, ana. ʒ.2. Ex his omnibus ſimul commixtis. ʒ.3. cum quarta ʒ.1. camphorę, per aliquot dies ſumantur & cibis utantur ſtypticis & acetoſis.

Digitized by Google

De illis quæ incraſſant uirgam. *Cap.* LXVIII.

MVltotiens in die tamdiu fricanda eſt, donec rubea fiat, & poſtea aqua calida ſuper eam fundenda, & exinde cum cera in oleo uiolato reſoluta epithemanda. Aut fricetur, & cũ lacte ouino, in die decies ungat. Aut epithemetur ex lumbricis terreſtribus deſiccatis, & cum oleo ſambucino tritis. Aut fruſtum † utris in quo remanſit pix caleſiat, & cum oleo fricetur uirga, & inuiſcetur ei, & dum calidũ fuerit, ſuper ipſam teneatur. Cum autẽ infrigidatum fuerit, remoueatur, hoc in die multotiens eſt faciendum. Aliud medicamen: Recip. ſulphuris citrini, piperis, ana partes æquales, hæc trita cribellentur cum orali, & ex eis cum melle puro commixtis fiat epithema, quod poſtquam per horã unã ſic mãſerit, lauetur cum aqua calida. Aut ſumatur ſeminis alcoti nuclei, & triti triconizentur, & cum lacte ſtatim mulcto commiſceantur, ex quibus uirga antequàm mulieri cõmiſceantur fricetur, augmentatur enim. Si quis autẽ prædicto regimine frequenter uſus fuerit, in naturalẽ tranſibit magnitudinem atque ſic remanebit.

† Membranæ piceæ ex quo poſtquam ei adhæſerit pix, uirga fricetur.

De his quæ conſtringunt uuluam. *Cap.* LXIX.

GAllię ʒ.3. gariophyliorum ʒ.1. moſchi ʒ. ſexta pars, ſumatur, & trita omnia, in unam uini unciam mittantur, in quo pannus madefactus in uuluã mittantur. Aliud quod corruptã, quaſi uirginem reddit: Recip. gallarũ, aluminis, ſchœnoſanthos, foliorũ lilij, cyperi, ana partes æquales, hęc omnia in aqua coquãtur, de qua mulier in uuluã multotiens mittat. Cum autem uulua multum ſtricta fuerit, atque uir ut coëat ad mulierem acceſſerit, parua pars inteſtini ſanguine columbę impleatur, & uuluę antequàm uir ad eam accedat immittatur. Poſtquam enim ad eam acceſſerit, & cum ea coire ceperit, findetur inteſtinum & ſanguis fluere incipiet.

De illis quæ auferunt humiditatem in uulua. *Cap.* LXX.

ANtimonij, aluminis iameni, partes ſumant æquales, & tritę tritonizẽtur, & ſic ſubijciãtur. Aut ſal gẽma, & alumẽ trita ſubijciãtur & lauetur mulieris uulua cum aqua, in qua gallę & glandiũ cupulę, & balauſtię coctę fuerint. Aut, pinearũ cortices, & alumen, & cyperi in uino coquantur, in quo pannus madefactus uuluę immittantur, & ibi teneatur.

De his quæ calefaciunt uuluam. *Cap.* LXXI.

COrdumeni excorticatum ſumatur & teratur, & proijciatur ex eo in oleo ſambucino tamdiu, donec inſpiſſetur & ſupponatur.

De his quæ ualent ad impręgnandum. *Cap.* LXXII.

AD hoc ualet ut uir & mulier non coëant niſi poſt longum tempus, & ut non ſint ebrij, & ut uir cum muliere ludat tãdiu, donec eam uideat deſiderare coitum, quod in oculis mulieris atq; anhelitu cognoſci poteſt. Et ſit coitus poſt menſtruorum purgationẽ. Qui poſtquam cum ea coire ceperit, ipſius uehemẽter eleuet crura, & ſit tũc mulieris caput inferius uerſum, atque uir à ſpermatis amiſſione abſtineat, donec ſciat mulierem ſuum impleſſe deſiderium, & tunc ipſe ſemen fundat. Mulier uerò poſt diu iaceat, hoc autem ſtatim poſt balneum fieri conuenit.

Digitized by Google

Oportet tamen ut antequã hoc fiat, mulier medicinas ſibi ſubijciat calidas.

Peſſarium ad impręgnandum ualens: Recip. ſigiã, caſtoreum, galbanum, opoponacũ, carpobalſamũ, ſemen behen, coſtum, ſpicam Indam, bdellium. Ex his omnibus tritis & cum uino cõmixtis, glandis fiat ſimilitudo, quę in uuluam miſſa, per multas noctes anteq̃ coëat quatuor teneat̃ horis.

De illis quæ prohibent impręgnari, & quæ aborſum faciunt. Cap. LXXIII.

SI mulier poſt coitum ſtatim parum alkitran ſibi ſubijciat, aut cum uir coire uult uirgę caput ex eo inungat, non fiet prægnatio. Quod & rutę ſuccus ſimiliter operatur, aut piper, ſi ex aliquo eorum mulier ſibi ſupponat, poſtquam coierit. Mulier quoq; ſi pedes habens apertos, poſt coitum fortiter retro ſalierit, ſperma quod cõtinetur in ea cadet. Vir etiam ſi coitum priuſq̃ mulier expleuerit, nõ impręgnabitur mulier. De his autẽ quę abortire faciunt, ſunt medicinæ, quas in capitulo de partu facili nominabimus, & peſſarium ex alkitran, aut ſucco rutę, uel ex pulpa colocynthidis, uel artanita facere, aut ſuccum rutę bibere. De his etiam quæ fœtũ uehementer expellunt, eſt quotidie prægnanti tribuere. ʒ.3, de ſemine ſauinę decem diebus continuis, niſi prius febrem paſſa fuerit. Quæ ſi acciderit, dimittenda eſt. Sana uerò hoc frequenter ſumat, donec in eius urina atq; ſudore, ſeminis hebel odor ſentiatur. His præterea omnibus, quę in capitulo de menſtruorum prouocatione, ac de facili partu diximus utendum eſt, aut electuarium de aſſa ei detur. Electuarium quod in aborſum faciendo ualidum exiſtit: Recip. ſeminis hebel. ʒ.100, menthaſtri ſicci, foliorum rutę ana. ʒ.20, rubeę, cordumeni, pulegij, cornu ceruini. ana. ʒ.10, hæc omnia puluerizata, cũ lacte ficuum, in modũ electuarij conficiantur, ex quo in mane & circa noctem ad magnitudem unius nabache ſumatur.

Peſſus impręgnationem promouens.

De illis quæ multum faciunt bibere. Cap. LXXIIII.

SI quis in potu mlto uult uti uino, oportet ut ea die non multo repleatur cibo, neque dulcia comedat. Tapheam autẽ unctuoſam ſorbeat, & micas in iure molles & unctuoſas comedat, carnemq̃ pinguedinẽ ammixtam habentem temperate edat, neque ea die ante comeſtionẽ laboret. Sed ſtatim poſtquam expergefactus fuerit, bibere incipiat, in ſtomacho ex præcedentis diei cibo non grauedinem habens. De his præterea quæ ad potandum ualdè adiuuant, eſt caro cum caulibus, & cum canabit, & cum lentibus. Poſt uinum quoque citri acetoſitatem, aut ribes, aut citonia, aut granata acetoſa, uel res acetoſas, aut ſalſas ſumere, maximè auxiliatur.

Medicamen quod ebrietatem retardat. Recip. cauliũ, nabati ſemina, cyminũ, amygdalas excorticatas, menthaſtrũ, ſalem, abſinthiũ, rutã ſiccam, ammeos, ex his omnibus ſimul tritis. ʒ.2, pondus cũ aqua frigida à ieiunio ſumatur, ſi ille qui ſumere debet calorem non habet. Qui ſi calorem patiatur, dimittat. Ad hoc præterea iuuamentũ præſtat, ut qui uult bibere amygdalas ſalitas, aut lẽtes ſalitas, aut oliuas ſale cõditas, aut cappares comedat.

De his

Digitized by Google

De his quæ cito inebriant. Cap. LXXV.

MAndragorę,opij,ſeminis hyoſcyami nigri omniũ.añ.ʒ.ſumatur, nucis moſchatę.ʒ.5.gallię,xiloaloës,añ.drachmæ tertia pars. Ex his omnibus tritis,trochiſci informent̃. Quorũ unus cum in uino diſſolutus fuerit,uehemẽter inebriabit. De his quoq; quæ inebriant eſt,ut hyoſcyamus niger & cortices mãdragorę in aqua donec rubea fiat coquãtur, quę poſtea uino cõmiſceri debet. Medicamen aliud leuius primo: Aqua in aqua ſeilẽ coquit̃ ſumat̃,& cum uino miſceat̃,uel aqua in qua uſne,aut res mucillaginẽ habens madefacta fuit,detur. Aut uinũ in quo xiloaloës madefactũ fuit, tribuatur. Medicamen aliud quod ualdè eſt forte: Recip.mirrhę,ſigiæ,opij,hyoſcyami omniũ.añ.ſextã partẽ.ʒ.i. gallię,gariophyli.añ.tertiã.ʒ.i.hæc trita cũ uino mixta tribuantur.

De his quæ cito alleuiãt ebrietatẽ & ex quibus cito aufertur. Cap. LXXVI.

AQua & acetum multotiens danda ſunt ei,aut aqua mixta cum lacte multum acetoſo,uel cum ſero acetoſo tribuenda ſunt. Acetũ quoq; & oleum roſeũ ſuper caput ſunt fundẽda,atq; camphora & aqua roſata naribus applicãdæ ſunt,ut eas odoret. In ſtomacho quoq; ſi aliqua pars uini remãſerit,ut ipſam euomat eſt cogẽdus. Manus præterea eius atq; pedes in aquã frigidã ſunt mittendi, & cũ ſale fricãdi,ac buccellę panis in ſucco uuæ acerbę infuſæ,ſunt tribuẽdę cum lentibus coctis. Caules etiam cocti atq; braſſica, Canauit appellata,dandi ſunt.

De curatione ebrietatis. Cap. LXXVII.

OPortet crapulatũ diu dormire ac poſtq; euigilauerit balneũ ingredi,ubi in loco ſedeat tẽperato. Et poſtquã ſuper ipſius caput aquę tepidæ multitudo fuſa fuerit,exeat, & pullũ cũ ſucco uuæ acerbę, necnon charis & hulem, atq; his ſimilia comedat,deinde alia uice dormiat. Quod ſi capitis habuerit dolorẽ, caput ex aceto cũ oleo roſeo mixto infundat. Et ſint acetũ & oleum roſeum ſuper niuem infrigidata. Quibus ita geſtis iterum dormiat. Si autem poſt hæc crapulę ſanitas tardauerit, parum uini cum multa aqua bibat. De his quoq; quæ crapulam remouent, ſunt multum loqui, & longam ſuauiter incedere uiam, & oleum uiolarum,ac flores ſalicis,necnon roſas,& camphoram & aquam roſatam olfacere,atq; aqua tepida caput infundere. Aliud: ſeminis ſcariolę,ſeminis caulis, berberis mundati à ſuis granis,ſumach, lentium excorticatarum,roſarũ, ſpodij.añ.ʒ.x.ſumantur, ex quibus.ʒ.iij.cum ſexta.ʒ.i.de camphora & cum.℥.i.acetoſitatis citri decoctę ad ſpiſſitudinem. Aut cum ſucco mali granati acetoſi,uel cũ ribes ſunt potandę. Aliud: de ſemine coriãdri ſicci trito, mixto cũ ſaccharo albo eiuſdẽ quantitatis,cuius ipſum eſt quantũ poteſt tribus traijciat uicibus. Robub autẽ quæ ad crapulę ualẽt remotionẽ,ſunt rob de ſucco uuæ acerbę & rob de acetoſitate ciri,& rob de ribes. Aliud: Aqua in qua ſumach,& thamarindi,atq; pruna fuerint infuſa,ſumat̃, & cum ſucco acetoſitatis citri eiuſdẽ quãtitatis miſceatur,quibus tantum ſacchari quantũ totum eſt addatur. Quę omnia ad ſpiſſitudinem uſq; coquantur. Ex quibus poſtea quaſi ſorbendo aliquid eſt ſumendum.

ABVB. RHAZAE LIB. V. AD MANSOREM FINIS.

Digitized by Google

QVAE IN LIBRO SEXTO CONTINEANTVR.

LIBRO ſexto omnis uiuendi ratio proficiſcentium, tam eorũ qui in terra iter faciũt, quàm qui in mari aliaſue nauigãt, Quomodo, uidelicet, autem peregrinationem & in procinctu itinereq́ ipſo, & deinceps uita inſtituenda ſit, hac capitum ſerie traditur.

CAPITVM LIBRI SEXTI INDEX.

DE cautela iter agentis à calore, & auferendo nocumento quod accidit ei ab ipſo Cap. I.
De cautela dierum canicularium & tutela eorũ que ex eis accidunt Cap. II.
De ſedanda ſiti & profligatione nocumenti eius Cap. III.
De regimine eorũ qui uolũt facere iter dũ magnũ eſt frigus Cap. IIII.
De ſanatione congelati à frigore Cap. V.
De ſyncopa quę fit ex fame & eius ſanatione Cap. VI.
De regimine extremitatũ digitorũ pedum & manuũ ne à frigore corrumpantur, & curatione ſi incepta fuerit corruptio & ſanatione eius quod eſt corruptum Cap. VII.
De immobilitate oculi ex niue, & qui pre nimia niuis albedine uidere nõ poteſt Cap. VIII.
De aduſtione & dolore quę accidunt in oculo ex frigore uel uento Cap. IX.
De ſanatione debilitatis, & laboris magni Cap. X.
De preparatione corporis ad ambulandũ, & regimine cibi in itineribus Cap. XI.
De ablatione nocumenti & diuerſitate aquarũ Cap. XII.
De manſionibus exercituũ expeditionum uel eorũ qui ſunt in caſtris Cap. XIII.
De regimine mare intrantium Cap. XIIII.
De prohibitione generationis pediculorum, & deſtructione eorum qui generati ſunt Cap. XV.
De illis quę prohibent ſoob Cap. XVI.
De illis quę prohibent fiſſuras quę fiunt in calcaneis Cap. XVII.
De excoriationibus quę accidũt ex equitatione uel calciamentis Cap. XVIII.
De caſu & percuſſione quę fiunt in capite uel in alia parte corporis Cap. XIX

Digitized by Google

ABVBETRI RHA-ZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI, AQVE INſignis Medici liber ſextus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

De cautela iter agentibus à calore, & auferendo nocumento quod accidit ei ab ipſo. Cap. I.

OPORTET ut qui in magnę caliditatis tēpore iter agit, cibo nō ſit repletus, neq; ſit ebrius, neq; etiam ea hora uinum biberit, non tamen ſit inanitus, neq; à cibo uel uino omnino uacuus, niſi faſtidiū patiatur. Quod ſi paſſus fuerit, omnino ab itinere abſtinere melius eſt, atq; quieſcere, & tamdiu dormire, donec faſtidium remoueatur. Qui ſi faſtidium nō patiatur, imò appetitus in ipſo aliquātulum uiguerit, mediocriter cibo reficiatur, qui tamen paucitati attineat. Cibaria uerò quibus utitur frigida ſint atq; extinguentia, necnon ſitim reprimentia, ut ſunt alkaris, & alhulem, & uuę acerbę ſuccus, & acetū cum oleo, & his ſimilia. De his quę ſunt frigida. Quod ſi nullo modo comedere deſiderauerit, caloremq; ſuperfluum atq; ſitim ſenſerit, triticum fractum cum multa aqua coctum, cum ſaccharo & aqua frigida bibat. Poſt cuius hauſtum non ſtatim eat, ſed parumper moretur, & præcipue ſi multū aquę biberit. Si enim ſtatim motus fuerit, cibus in ſtomacho exiſtens, de uno latere ad alterū trāſiens, ſtomachū inflat, ac malè digeritur. Si autem ipſum ire neceſſitas coēgerit, parumper bibat, & nunquā in aliqua hora fortiter incedat, omniaq; membra ſua à ſole cuſtodiat, & præcipue caput, & quammaximè ſi diu ambulare deſiderauerit. Diu enim cū fortis fuerit calor incedere, & ieiunare, corporibus macris plus, craſſis uerò minus nocet. Quædam tamen craſſa reperiuntur corpora, quibus prædicta conferūt. Nos autē iam diximus in hoc noſtro libro nō eſſe intentionē noſtrā, omnia iſta diſtinguere ac determinare. Oporteret enim nos hanc profūdius tractare doctrinā. Vnde ea quę ſæpius accidere ſolēt, cōſideramus. Vſus præterea in hoc, magnā cōtinet partē. Corpora nāq; calorē, aut laborē uel famē, ſiue alia conſueta ferre, aſſueta, in his fortiora, atq; magis tolerantia inueniūtur, à quibus etiā minus lædunt̃ quā ea quę his aſſueta nō ſunt. *Aſſueti aſſuetos poſſūt perferre labores.* Poſtq; autē is qui iter agere inceperit ſuū perfecerit iter, aliquātulū prius quieſcere, & deinde in aqua tepida & dulci balneari debet, poſtq; fructus ac cibaria infrigidantia & humectātia comedere & in loco uētis expoſito dormire utile ei exiſtit, coitū etiā ꝓtermittat. Capitis autē dolorē ſi ſenſerit cū aqua roſacea & rhodoleo ac aceto curet̃, atq; balneo aquę ſępius utat̃. Cibaria etiā omnia quibus utit̃, frigiditati & humiditati maximè attineāt. Oleū ꝓterea uiolarū, aut de cucurbitę ſeminibus, aut de floribus ſalicis factū, olfaciat. Si autē nihil mali ſenſerit, ſuū pagat iter. Quod ſi ægritudo ei acciderit ab itinere tādiu ſuſpendatur, donec quod accidit ſublatum credatur. Si autē morari nō poterit, paulatim incedat, ſe quàm maximè à ſole cuſtodiendo. Ante etiam quàm incedere incipiat, ea quę uehementer extinguunt bibat, ſicut hordeum fractum

Digitized by Google

& coctum, mixtum cum ſaccharo & aqua roſarũ ac mucillaginem pſyllij, aut iulep cum aqua hordei. Cum autẽ quieuerit, cibo & fructibus infrigidãtibus & lacte, ſi nõdum febris eum inuaſit, nutriatur. Qua ſi læſus fuerit, nec lac neq; butyrum, neq; aliquid ex lacte factum attingere præſumat, niſi multum acetoſũ fuerit. Lac enim acetoſum, & ſerum ſimplex, & maſal, huic nõ nocẽt diſpoſitioni. Febris uerò ſi perdurauerit maiore in eo indigebit ſermone, quàm ille quem in hoc libro explicare uolumus. Eſt enim in his neceſſarius medicus in talibus uſitatus, qui eum regat. Nos quoq; de febriũ curis quantum huic noſtro pertinet libro, in ſuo, ſi Deus uoluerit, dicemus loco.

Lac acetoſum & ſerum.

De cautela dierum canicularium & tutela eorum quæ ex eis accidunt.

Cap. II.

CVm in diebus canicularibus aliquis incedere cogitur, mediocriter cibis refici ex re unctuoſa debet, poſt quorum acceptionem à potu multę aquę abſtinere debet. Caput quoq; ac faciem panno lineo ſubtili cooperiat, quem patienter ferat. Quod ſi ipſum aliquo modo moleſtauerit, faciem à ſolis obuiatione uel uenti auertat, atq; in aliam declinet partem ſi potuerit, aut quantum plus poterit eis ſe occultet. Os quoq; aqua ſemper abluat, quam non traijciat, niſi cùm fuerit frigida. Calor autẽ ſi ei multum nocuerit, caput ſemper ſub pannis teneat. Oleumq; de cucurbitis, aut de dulcibus amygdalis ſemper odoret, & ex eo parum traijciat. Pectus quoq; atq; uentrẽ ante itineris incæptionem, ex pſyllij mucillagine, aut ex ſucco portulacę cũ oleo de cucurbitis & albumine oui mixtis epithemet. Ramos etiam portulacę ſi ſemper ſuxerit remediabitur, & quàm maximè, ſi ex eis cum lacte ualde acetoſo, & butyro coctis, antequã eat, comederit. Quod ſi lac acetoſum inueniri non poterit, maſal cum butyro utatur, hic enim cibus canicularium remouet nocumentũ atq; ſitim. Et ſi quis antequã iter incipiat, de oleo cucurbitarum magnam ſumpſerit quantitatem, canicularium ab eo remouebitur nocumentum. De his etiam quę ipſorum in ultimo nocumentum remouent, eſt ut cepę inciſę in lacte acetoſo per diem unam uel plus iacere permittãtur, De quibus antequam incedat comedat, poſt quarum etiam acceptionem de lacte illo bibat. Qui poſtquam quieuerit, non ſtatim aquam bibat, ſed ex ea os ſemper colluat & ex frigida parũper traijciat. Poſt hęc autem de his quę infrigidant, quantum uoluerit comedat, poſt quorũ comeſtionem aquã paulatim bibat. Hoc enim regimine ſi quis uſus fuerit, à ſiti præſeruabitur pernicioſa, ſi Deus uoluerit.

De ſedanda ſiti & profligatione nocumenti eius. *Cap.* III.

OPortet quemlibet ſitim in itinere timentem, à cibi ſaturitate antequam eat abſtinere. Ex oleribus tamen infrigidantibus, ac frigidis & acetoſis parum comedat. Aut ex ſauich cum ſaccharo & multa aqua frigidiſſima, bibat. A rei uerò ſalſę, uel dulcis, uel acris eſu abſtineat, pręſertim à piſcibus tam recentibus quàm ſalſis, atq; ſalmuria conditis, & omnino ab omnibus horum ſpeciebus. Ipſi enim ſitis ſunt effectiui. Et cauguamich, & genera lactis quę ſalita uel acetoſa condiuntur, dimittat, & cappares propriè & oliuas, quoniam ſitim procreant.

Cepę

Digitized by Google

Cepę uerò in aceto miſſæ,& quæ eis aſſimilantur,ſitim ſedant.Ipſum etiam obſeruare oportet ne uelociter incedat, ſed ſuauiter & cum mora tantum. Velox enim inceſſus hominem frequenter anhelare, ac uehementer facit. Quod in ſitis prouocatione omnibus deterius exiſtit. A multa etiam locutione abſtinere debet. Multa enim locutio ſitim creat. Si autem ipſum loqui neceſſe fuerit,ſubmiſſa uoce quãto plus poſſibile eſt loquatur. Clamor enim calorem ac ſitim multam afferre conſueuit. Ex his præterea,quæ ſitim ſedant & diu remouent, ſunt lac ualdè acetoſum, & portulaca, ac lactuca, & cucurbita,& citrulli,& melones non dulces,& pira ualdè humoroſa,& parum ſtyptica,non multum dulcia. Poma quoq;,ac mala granata,& quæ de fructibus acetoſis ſunt eis ſimilia,& acetoſitas citri,atq; uuæ acerbæ ſuccus,& ribes,& pruna. Siquis enim antequam eat,comederit,non ſitim patietur. De his quoq; quę in ore retenta in hora eundi,tẽperiem adducunt in ſitis ablatiõe,ſunt pira ſicca,acetoſa,cum unum poſt aliud ſingillatim ſumitur,& tamarindi, & granati acetoſi grana, aut ex maſal aſſiduè parũper ſumere, & in ore donec diſſoluatur,tenere. In hoc tamen non confert rekis,neq; ſumac,neq; his ſimilia. Huic autem,licet parum,cõfert,fruſtum criſtalli in ore tenere,& ſadasfa, aut argentũ merum,terſum. Labia præterea fortiter ſtringere,atq; aërem nullo modo per os attrahere,confert,ſi q̃s maximè poterit hoc agere ſtuduerit. Aliquãdo quoq; de rebus frigidis odorẽ reddentibus,una hora poſt aliam horam odoret, atq; olea infrigidantia olfaciat. Vẽtri quoq; ex herbis frigidis emplaſtrum ſuperponat,aut ipſi epithematibus quę in canicularibus nominata ſunt,unum ſuperaccommodetur. Quod ſi aquæ habuerit paucitatem, acetum ei commiſceat. Parua enim quantitas eius tunc ſumpta,uehementer ſitim ſedabit. Ea quoq; quæ ſitim extinguunt edat,& ea quę ipſam afferũt derelinquat. Trochiſci qui calorem extinguũt,& ſitim ſedant,febribusq; acutis,ignitis,in ultimo conferunt,ex quibus antequàm eat,& etiam in hora eundi,aliquid in ore teneat. Ipſi enim & ſitim remouent,& ardorem extinguũt: Recip. citrulli,cucurbitæq; ſeminũ excorticatorũ partes æquales, ſeminis lactucæ,ſeminis portulacæ,cuiusq; ana partem mediam, ſucci glycyrrhizæ puri,quartam unius partis,terantur hæc omnia,& cum ſucco portulacę,aut pſyllij mucillagine conficiantur,ex quibus trochiſci parui ad lupinorum ſimilitudinem informentur. Ex quibus dum incedit, unum poſt alium in ore teneat, quem non maſticet,ſed ſinat donec paulatim diſſoluatur,& q̃d ex eo diſſoluitur, traijciat. Ante uerò quàm eat, uel cum per eos febrem acutam ſedare uoluerit, pondus ʒ 3. ex eis bibat, cum rob alicuius fructus acetoſi, quos nominauimus. Si autem in pectore aliqua fuerit aſperitas,ipſos cum iulep uel ſyropo uiolato bibat. Hi præterea trochiſci ardori urinæ in ultimo conferunt.

Frequẽs anhelitus & multiloquium ſitim inducunt.

Cum autem aliquis in itinere ſitim patitur uehementem, oportet ne ſtatim aqua ſatietur cum eam inuenerit, ſed os ex ea longo colluat ſpacio, & ex ea parum traijciat, in quam etiam ſuas mittat extremitates, faciemq; ſuam ex ea lauet,atque in eam ſi uoluerit ingrediatur, neq; ex ea bibat niſi parum, de qua etiam quam parum poterit, paulatim ſorbendo una uice poſt aliam ſumat. Poſt hæc autem ex cibis quos nominauimus comedat, & pau-

Digitized by Google

latim in potu cum augmento ex aqua ſumat,de qua tamen non ſatietur. Et quanto plus ſitim diminutã eſſe ſenſerit, potum ſi uoluerit augmentet, donec ſatietur. Cum hoc enim regimine à ſiti pernicioſa, atque à malis accidentibus ipſam comitantibus, pręſeruari poterit.

De regimine illorum qui iter facere uolunt, dum magnum eſt frigus. *Cap.* IIII.

QVemadmodum ex longo itinere in tempore multi caloris ſiccitas corporis, & phthiſis, ac dolor capitis, necnon & febres, & his ſimilia accidunt, ita ex itinere in tempore multæ frigiditatis, aliæ eueniunt ægritudines. Ex quibus ſunt, congelatio, fames, ſyncopa, apoplexia, ſtupor, exolutio, alcuzegi, extremitatum putrefactio, & horum ſimilia. Hæ tamen ægritudines illis properè accidunt, qui ad eas naturaliter diſpoſiti ſunt, ſicut illis forſitan quorum complexiones his repugnant ægritudinibus, atque quorum corpora frigori uehementi exponi conſueta ſunt, huiuſmodi non accidunt ægritudines niſi raro, & cum cauſa, ſcilicet, frigoris uehementiſſima. Nos quoque in illo dicemus ſimile eius, quod in precedentibus diximus. Dicemus igitur quod ſi quem in uehementis frigoris tempore incedere oportuerit, cibis prius repleri, atque uini magnam bibere quantitatem debet. Poſt quorum acceptionem ab itinere aliquantiſper abſtineat, donec cibus calefiat, & motio quæ in corpore facta fuit, ſedetur. Cibaria autem quibus utitur, actu ac potentia ſimul calida ſint. Quod ſi frigus fortiſſimum fuerit, atque ipſum ſtatim poſt comeſtionem iter incipere neceſſe fuerit, uinum purum tepefactum bibat, aut uinum cui tantum aquæ calidæ ammixtum eſt, ut ex ea tepefieri poſſit. Vinum uerò ſi forte & ſubtile ſtypticitate carens, & aceroſitate. Faciem etiam ſubtili fortiter cooperiat panno, & pręcipuè ſi ſuæ faciei contrarius perflauerit uentus frigidus. Ab his autem ille præcipuè cuſtodiendus eſt, qui in pectore aſperitatem ſentit, uel tuſſim patiatur, uel cuius pulmo, aut pectus debile eſt. Hic enim ſi aërem attraxerit frigidum, ad tuſſim uel ad ſanguinem ſpuendum uelociter perueniet. Ex his uerò quæ in tempore uehementis frigoris ante inceſſum ſumuntur, ſunt cibaria cum nucibus & allijs facta, & cepis, & butyro. Et allijs quidem & nucibus uehemẽter proficiendi, ad hoc ineſt proprietas. Totum nanque calefaciunt corpus, caloremq; adeò augmentant innatum, donec per totum diffundatur corpus, & etiam multiplicetur in extremitatibus, ne dum in corporis medietate. Aſſa quoque ſimiliter operatur, ſi una drachma ex ea cum fortis uini libra una, uel cum hydromelle ſumpta fuerit. Piper itidem ſi ex eo in cibo multum ponatur, uel cum hydromelle bibatur, eiuſdem eſt iuuamenti. Cepæ præterea crudæ atque porri, & tafea alba, in qua multum ponitur de taguebil, ad idem conferunt. Hic autem non ſtatim poſt itineris perfectionem & dimiſſionem eius, ad ignem ſe calefacere, nec balneum ingredi, neque dormire debet. Sed per horam unam locum calidum, in quo ſit ignis, à longe circumeat, deinde uerò igni ſecundum gradus paulatim appropinquare incipiat,

ordinem

ordinem obſeruando. Poſt hæc autem ſi in itinere magnum tetigit eum frigus, balneum ingrediatur, in quo diu morando fricetur. Quod ſi balneum inuenire nō poterit, in domo igne calefacta tamdiu fricetur, donec corpus ipſius rubere incipiat, deinde in molli lecto diu dormiat, poſſibile eſt enim, ut qui hoc uſus fuerit regimine, à febre præſeruetur, ſi placuerit Deo.

De ſanatione à frigore congelati. Cap. V.

CVI congelatio ex frigore accidit, de quo nondum ſit deſperādum, præparandus eſt ei locus igne calefactus, qui uentis non ſit expoſitus, in quo cum fuerit, fortiter & uelociter calidiſſimis fricandus eſt manibus. Quod ideò fieri conuenit, ut totum corpus ſimul calefiat, capite excepto, quod calefactis pannis calefieri oportet. Cum autem totum corpus fricatum fuerit, homines corpora calida & lenia habentes, cum eo in lecto iacere debent. Quorum corpora ipſius corpus tangere, & quàmmaximè uentrem & dorſum, atque pectus conuenit, cui poſt hæc parum aſſæ, & myrrhæ, atque piperis cum uino forti, necnon aqua carnis, dari debet. Poſtquam autem eius anhelitus aliquantulum reuerſus fuerit, ex tafea alba nutriatur, uinum quoque non in magna quantitate ei tribuatur, lectusq́; mollis ei præparetur, in quo multis cooperiatur pannis, ut diu dormiat præcipiatur. Poſtquam autem expergefactus fuerit, & conualeſcere inceperit, balneum ingrediatur calidum, in quo longam faciens moram, multū fricetur, & ex oleo liliaceo, uel narciſcino, uel cui coſtus & caſtoreum, ac muſcus & euphorbium ammixta fuerint, inungantur.

De ſyncopa quæ fit ex fame, & eius ſanatione. Cap. VI.

ALiquando iter agentibus in tempore uehementis frigoris, fames accidit ualida, deinde uerò non morantur, ut ſedetur fames illa, & ſuperuenit eis ſyncopa, & extaſis uehemens, qui fortaſſe moriuntur inde. Cum hæc ergo fames inceperit, uelociter & ſubito ſunt cibandi, ex pane in uino forti madefacto, ius quoque ataffearum unctuoſarum, ut ſorbeant eis eſt dandum, uinoq́ue forti calefacto, in quo parum ſit poſitum piperis, ſunt potandi. Qui ſi curati non fuerint, niſi prius eos inuaſerit ſyncopa, aqua roſata ſunt rorandi, nareſq́; ipſorum ex moſcho & calamo aromatico ſunt inſufflandæ, labia quoque, atque griuones ex algallia inungi debent. Os præterea ſtomachi ac extremitates tamdiu fortiter ſunt fricanda, donec rubere incipiant, deinde uerò extrema ita ligaturis ſunt cōſtringenda, ut doleant. Poſtquam autem à prædicta euaſerint ſyncopa, ut prædiximus, ſunt regendi. Si uerò non euaſerint, uinum & aqua carnis per guttur ſunt inijcienda. Qui manibus diu ſunt fricandi, & aqua roſarum rorandi, atque uociferando, uel manibus tangendo excitandi. Quod ſi extaſim paſſi fuerint ex hoc, prohibe illos ab eo quanto plus poſſibile fuerit, ita ut manus atque pedes ita liges, ut doleant, & da eis ad ſorbendum ponendo, in ora eorum una uice poſt aliam, & moue eos, & uocifera ſuper eos. Vinum præterea cum pipere calefactum, eis ad bibendum tribuendum eſt.

Digitized by Google

dum eſt. Eis itidem de ſagzenea parum, aut de electuario ex aſſa facto, dandum eſt. Quos præter hæc igni adplicabis, corporaq́ eorum cum oleo de coſto, aut oleo de euphorbio inunges.

De regimine extremitatum, digitorum, pedum, & manuum, ne à frigore corrumpantur, & curatione ſi incepta fuerit corruptio, & ſanatione eius quod corruptum eſt. Cap. VII.

PEdum digiti prius manibus abſque ullo liquore uehementer ſunt fricandi. Deinceps uerò ex oleo ueteri inungẽdo, fricatio facienda eſt, poſtquam pannis cooperiendi inter ipſos, ac ſub ipſis, & ſuper ipſos interponendo pãnos. Sub pectine etiam toto ac ſuper ipſum lana mollis mittenda, deinde uerò caligis ſubtilibus, & mollibus calciandi. Quod ſi frigidis ſotularibus ſe calciauerit, ſummopere cauere debet, ne ſotulares madefiant, aut ex aliqua re ſibi accidente humectentur. De his quoque quibus extremitates fricatæ nocumentum ex frigore adueniens repellunt, ſunt olea calida, ſicut ſambucinum, & araziki, & oleum de ben, & liliaceum, atque laurinum. Alkitran uerò uehementius in hoc operatur, quàm ſupradictorum aliquod. Ipſum enim non ſolum frigus extremitates corrumpere non ſinit, uerumetiam ne id quod ceperit corrumpi putrefiat, prohibet. Viator præterea ſibi cauere debet, ne ſitim pati nitatur, aut frigus, ex quo extrema lædantur, fortaſſis enim ex hoc uelociter corrumpentur. Huius autem ſignum eſt, quod frigus quod ei nocebat, iam alleuiari ſentitur, licet eorum operimentum non ſit mutatum, nec augmentatum, neque ab aëre frigus ſit remotum, hoc enim tunc non euenit, niſi ex ſenſus minoratione. Verum oportet ut cum frigus nocere ceperit, pedum operimentum ſtatim mutetur, multaq́ in eis fiat fricatio, poſtquam operiantur, ac in inceſſu moueantur. Nihil enim eſt deterius ad uelociter afferendũ frigoris nocumentum, quàm ut pedes ſint ſuſpenſi. Si autem cõtigerit eos apoſtemari, eorumq́ ſenſus minui, adhuc curari poterunt, niſi uirides aut nigri fiant, ſi in aqua mittantur, in qua tritici palea cocta fuerit, aut in qua napi uel caules bullierunt. Aut anethum, aut chamæmelum, aut ſtichas arabica, aut ſiſymber, aut ſamſuchus, aut melilotum, ſiue lini ſemen, aut fœnogræcum, unumquodque ſeparatim, aut omnia ſimul. Et ſi cum aliquo ex oleis quæ nominauimus, & iuxta ignem, & ſæpe fricati fuerint. Virides aũt uel nigri ſi fiant, oportet ut ſtatim ad eos ſcalpellandos feſtinetur, & uelociter ſunt ſcalpellandi, & adeò profundè, ut ad carnem perueniatur, & ſanguis ab eis fluere permittatur, donec per ſe reſtringatur. Ipſi quoque interim in aqua ſtent calida, quod ideò fit ne in ore uenarum, aut in uulneribus ſanguis congeletur, & exire prohibeatur. Poſtquam autem ſanguis reſtrictus fuerit, & eius minuitur fluxus, epithema ex bolo armeno in aqua & pauco aceto diſſoluto ſuperponẽdum eſt, & ibi per diem unam & noctem dimittendum, deinde ex uino tepefacto, aut ex aqua & aceto lauandum. Poſt hæc quoque ſimiliter bis aut ter epithemandum. Et ad ultimum prædicto epithemate tamdiu utendum, donec loca denigrata uideas iam eſſe

Alkitran.

facta

Digitized by Google

facta dura & retenta. Quod ſi ante ſcalpellationem ad hoc peruentum fuerit, ut locorum ſoluatur durities, & malum reddat odorem, atque in putredinem uerſa fuerit, ſcalpellatio iam tunc nullo modo proficiet. Nam neceſſe eſt omnia quæ ſunt in illis locis cadere. Quapropter auxilium, ut cadant, prębendum eſt. Quod uelociter fieri conuenit, ne uſque ad ſanam carnem illi loco uicinam læſio perueniat. Multi tamen medici minus aſtuti à prædictis locis cutem remouent, & quod in eis putrefactum eſt cum ferro auferunt, licet non ibi magna reperiatur concauitas, ſed ſit locus tenuis. Quapropter multotiens neruos & chordas multum timoroſos taliter operando extrahunt, & diſtendunt, & incidunt. Vnde faciunt malas generari ægritudines. Caro nanque putrida cum ferro à membro remouenda non eſt, imò emplaſtrum ex folijs ſiclæ, aut caulis coctis, & calido butyro ammixtis, & in modum panis confectio fieri conuenit, & calidum ſuperponendum eſt. Quod in die multotiens erit mutandũ. Poſtquam autem, quod putridum erat, ab eo ceciderit, & nigrũ uel uiriditas nullo modo remanſerit, conſiderandum erit, an putrefactio os ingreſſa ſit, uel non fuerit, quæ ſi ipſum ingreſſa non fuerit, ex his quæ carnem creant, locus erit medicandus. Sin autem ipſa os ingreſſa fuerit, tunc erit neceſſe aut ipſum radere, aut aliquam eius partem ſerrando auferre, aut totum os à iunctura remouere. Sermo autem de hoc, tranſgreditur intentionem noſtri tractatus, quoniam eſt pertranſiens illum, quod ille facere poteſt qui non eſt huius artis, indigens medicante, ſciente, pio.

De immobilitate oculi ex niue, & qui præ nimia niuis albedine uidere non poteſt. Cap. VIII.

QVi hanc ægritudinem ſuis pertimeſcit oculis accidere, nigris ueſtiatur indumentis, atque caput panno cooperiat nigro, oculiſq; ſimiliter pannum ſuperponat, nigrum. Quod ideò fieri conuenit, ut pannum oculus ſemper intueatur. Aut in manu pannum teneat nigrum, quem ſæpe aſpiciat. Omnes quoque circa ipſum incedentes, nigris ſint cooperti ueſtimentis. De his præterea quæ ad hoc in ultimo conferunt, eſt ſuper oculos ligare rem, qua Parthi in ſuis uti conſueuerunt itineribus. Quæ, ſcilicet, ex pilis texitur nigris, qui de caudis animalium euelluntur.

De aduſtione & dolore quæ accidunt in oculo ex frigore, uel uento. Cap. IX.

QVandoque in hac diſpoſitione oculo accidit ardor, & dolor fortis, ac motionis palpebrarum difficultas, & ipſarum craſſitudo. Vnde oculus fortaſſis ſit rubeus, & fortaſſe ophthalmia fortis, & mala excitatur ex ea. Quapropter ſummopere ab his erit cauendum. Vnde oculus quantum plus poſſibile fuerit, erit operiendus, & circa ipſum pãnus ſubtilis inuoluendus, ut ex eo nihil ſit diſcoopertum, niſi quod eſt ualdè neceſſarium. Faciem præterea à uenti oppoſitione quãto plus poterit, remoueat. Qui etiam ſi ſuper oculum aliquid ligauerit, in quo ante pupillam ſit foramen, magnum ſentiet remedium. Si

autem adeò magnum fuerit ut totam circundet faciem, erit melius, & maioris utilitatis. Vinum quoque bibere, hoc remouet malum ſemper. Vaporare autem oculos omni hora in hac diſpoſitiōe, magnus eſt error. Oculus nanq; cum ex embrochatione calefit, impedimentum à frigore magis deinde ſuſcipit. Oculo autem ſi quandoque acciderit hoc, quod diximus, confert, ut uaporem aquæ, in qua frumenti pallea bullierit in facie recipiat, aut faciem ſuper ſamſuchi cocti uaporem, aut anethi, aut chamæmeli, uniuſcuiuſq; ſeparatim, aut omniū ſimul ponat. De his quoq; quę ad prædicta ualdè ualent, eſt, ut lapides donec rubei fiant igniantur, & in uinum uetus mittātur, & nouum eſt magis proficuum. Aut uinum ſuper lapides roretur, ſuper cuius uaporem facies erit tenenda. Sternutatio etiam ad hoc remedium affert. Rubor autem ſi oculo acciderit, properandum eſt, ut de uena Cephalica ueloci ter ſanguis minuatur. Poſt hęc autem in ſequenti die balneum ingrediatur. Cui ad comedendum aliquid erit tribuendum, & uinum forte & purum ad potandum offerendum. Poſt quorum acceptionem, diu erit dormiendum. Quod ſi aliquid remanſerit, tunc iteret embrochationem plus, & magis ultimè quàm fecit, & reliquo regimine plus etiam excepta ſola phlebotomia erit utendum. Venter quoq; fortiter erit ſoluendus.

De ſanatione debilitatis & laboris magni. Cap. X.

OMnis cui fortis labor ac fatigatio acciderint, cum ad ocium peruenerit, per horam unam quieſcat, deinde balneum ingrediatur. Si autem balneum non inuenerit, aquam calidam hora una ingrediatur. Quod & faciat donec caro lenis fiat, & rubea. Cuius totum corpus poſt hæc leniter fricetur, & iuncturæ cum pollice quaſi comprimendo palpendo. Poſt quæ ſi hyems fuerit, ex oleo in quo anethum coctum fuit, aut chamæmelum, inungendus erit, & præcipuè ipſius iuncturæ.

Aeſtas uerò ſi fuerit, cum oleo uiolato idem fiat, deinde uerò quieſcat & dormiat diu, lectiq; augmentet mollitiē, & plura ſuper ſe ponat operimenta. Cum autem à ſomno expergefactus fuerit, ad ſui redeat fricationem, & ad balneandi uſum, atq; ungendi, deinde uerò ad ſuum reuertatur uſum.

De præparatione corporis ad ambulandum & regimine cibi in itineribus. Cap. XI.

QVi longum uult peragere iter, ante ipſius inceptionem phlebotomari, ac medicinam uentris ſolutiuam ſumere debet. Et præcipuè ſi longum fuerit tempus, ex quo neutrum eorum peregit. Qui enim iter agere corpore non mundificato uoluerit, uix febres euadere poterit. Quod ſi eas aliquando euaſerit, quia eius corpus diſſolutum eſt, atque cutis rara, non euadet exituras, neq; puſtulas, neque alias apoſtematum ſpecies, neque catarrhum. Ei quoque ſtudēdum eſt, ut conſuetudinem ſuam in eam tranſmutet conſuetudinem, qua in itinere eum uti oportet in cibo, aut in ſomno, aut in motu. Si enim in itinere ipſum

Digitized by Google

uigilare neceſſe fuerit, & ante itineris inceptionem, ut uigilet, niti debet. Similiter comeſtionis horam, ad horam in qua in itinere ſe poſſe quieſcere ſciuerit permutari debet. Exercitio quoque atque motu plus ſolito uti conuenit. Et niti ut abſque balnei uſu eſſe poſſit. Cum autem ire inceperit, de medicinis quibus uti conſueuerat ſecũ deferre debet. Vſum autem cibi quem in terra ſua habuit dimittat, ut ex eis quibus ueſci ſolitus erat, nullo modo comedat. Qui cibo multi nutrimenti, & paucæ quantitatis utatur. Neque antequàm hoſpitetur & quieſcat, comedat. Si autem comeſtione multum indiguerit, licet parum ſumat, non tamen totum cibum ſibi neceſſarium, neque totum potum niſi poſtquam quieuerit, accipere præſumat.

Olera uerò præcipuè atque fructus nullo modo accipiat. Hæc enim uentrem abſque magno replent nutrimẽto, & in corpore humores crudos generant & malos. Si autem in tempore calido eis indiguerit, comedat ex eis ſicut iam cõſtituimus. Quod ſi in nocte neceſſe fuerit ipſum incedere, non erit ei cœnandum, ſed ſuæ comeſtionis integritatem, uſq; in tempus in quo ſe diu poſſe quieſcere ſciuerit, intermittat. A faſtidio quoque atque motu, uentre pleno omnino abſtinere debet. Hæc nanque apoſtemata generant & exituras. Balneo quoq; uti cum poterit, conueniet.

De ablatione nocumenti ex diuerſitate aquarum. Cap. XII.

DE his quæ nocumentum ex aquarum diuerſitate remouent eſt, ut non ſimplices bibantur, ſed ut cuiuslibet manſionis aqua, cum aqua præcedentis temperetur manſionis, ipſam ei ammiſcẽdo. Ad hoc quoque ualet aquas diuerſas uino, aut aceto mixtas, quæ ſecum deferat bibere. Impedimentum præterea diuerſitatis aquarum remouet, cepas, aut allia, aut lactucas cum aceto comedere. Viatori itidem ad hoc confert, lutum ſuæ terræ ſecum deferre, de quo cum quieuerit parum accipiat, & cum aqua miſceat quam ſic dimittat, donec lutum deſcendat, & aqua clarificetur ex qua poſtea bibat. Aquæ autem malæ in quibus manifeſtè cognoſcuntur qualitates temperari debent, ſicut dicemus. Aqua craſſa & turbulenta clarificanda eſt, ipſam multotiens de uno uaſe in aliud mutando. Quod ſi fieri non poterit, per colatorium quod ex farina tortellarum madefacta ſit coopertum, coletur. De his etiam quæ aquam colant, eſt, ut bulliatur prius, & poſtea infrigidetur & coletur. Ex his etiam quę ipſam colant eſt, ut in ipſam parum aluminis iameni triti proijciatur, hoc enim eam cito clarificat atque colat. Salſa autem ſi fuerit aqua cum aceto erit bibenda, & xilocaractę nabatiæ in ipſam mittendæ erũt, aut ſemen myrti, aut ſorbæ, aut lutum choraſceni. Aut qui ea uti uolunt, cotonea comedat. Cotonea enim ab aqua ſalſa nocumentum remouet. Quod ſi aqua *Cotonea.* ualdè fuerit inſipida, & oportuerit uiatorem ea uti, ipſam in ollam mundam uitreatam, uel in uas lapideum ponat, cuius orificio ligna ex tranſuerſo ſupponat, ſuper quæ uellus lanæ, aut lanam carminatam mundam mittat. Quibus ita peractis ignem ſub olla accendat, & quod in illa lana colligitur exprimendo colligat, & quod ab ea manauerit, bibat.

Digitized by Google

Acetum quoquæ aquæ ſalſæ ſaporem reprimit, atque ſyropus acetoſus ad hoc utilis exiſtit. Aqua uerò ſi fuerit ſtans, putrefactionem in ſe habens admixtam, cum rob de fructibus acetoſis miſceatur, ſicut eſt rob qui fit de ſucco uuæ acerbæ, & granatorum, & malorum. Quum autem aquam illam in potu ſumit, omnes calidos cibos dimittat, uinumque nullo modo bibat, niſi fuerit cauha. Hæc enim aqua ſtans, eſt quod uelocius generare poteſt febres, quàm res alia aliqua. Quod ſi in aqua fuerit amaritudo, ei dum bibitur iulep admiſceatur, aut ſaccharum, & comedat dulcia. Aqua autem ſi uentrem ſoluerit, ea quæ uentris ſunt conſtrictiua comedat, & econuerſo. Et ſi in aqua fuerint res minutæ, aut herbæ in quibus eſt acuitas, & malitia cibos unctuoſos ſemper comedat, & ad ipſam colandam ſit ſollicitus, aquam quoque non bibat niſi paraliſen, & præcipuè ſi in ea fuerint ſanguiſugæ. Vrina uerò ſi ex aqua reſtringatur, uinum habens aquam admixtam, in qua ſemen fœniculi, aut apij coctum fuerit erit bibendum. Aqua quoque ſi faſtidium fecerit, cum rob granatorum erit bibenda. Et, ut omnia cõprehendam, conſiderandum erit quid ei accidat, & ex eius contrario erit regendus.

De manſionibus exercituum expeditionum, uel eorum qui ſunt in caſtris. Cap. XIII.

ILlis qui ſunt in caſtris, ſi æſtas fuerit in altis locis, atque in collibus manere debent. Tentoriorũ quoq; hoſtia ad uentum Septentrionalem uertere oportet, atque inter unum tentorium, & aliud magnum eſt intermittendum ſpacium. Beſtiæ quoque quanto plus poſſibile eſt, elongandæ ſunt. In hyeme autem ſit ipſorum regimen huic cõtrarium, ſcilicet, in locis maneant profundis, & ad montium ac collium radices tendant, tentoriorũ etiam hoſtia ad Meridiem & Orientem uergant, & tentoria adinuicem coniungant. Si uerò aër Auſtrinus & humidus fuerit, diæta minuatur ac uinum penitus dimittatur, ſed exercitium ad incrementum perueniat. Et ſi aër ſiccus fuerit, huic contrarium fiat. Quod ſi multi homines ibi ægrotent, à caſtris ſeparati lõgè maneant, ita ut non ſuper uentum, ſed ſub eo ſtatuantur. Et ſi in locis caſtrorum mala fuerint reptilia, quanto plus poſſibile fuerit, inde erunt eijcienda. Deinde uerò medicamina erunt facienda, quæ ea à locis illis expellant & interficiant, quę dicturi ſumus. Herbæ quoque, aut arbores malę ſi ibi fuerint, ex quibus odores acuti, aut nociui perueniant, comburi debent, aut à parte earum ſuper uentum erit ſedendum. Cibus præterea, aut cauſa propter quã multi in caſtris ægrotant, ſummopere eſt conſideranda & quæ eis contraria eſſe poſſunt adhibenda, aut ipſa penitus admittenda.

De regimine mare intrantium. Cap. XIIII.

OPortet ut qui per mare uult incedere, rob de fructibus, atq; de medicinis quibus uti conſueuit, ſecum deferat, aut antequam mare ingrediatur, per aliquot dies comeſtionem, qua uti conſueuit minuere debet, quo tempore cibo utatur, qui ſit ex his quæ ſtoma-

chum con-

chum confortant. Ea quoque die qua primum mare ingreditur, aquam non intueatur, ſed ea odorare atq; comedere paulatim incipiat, quæ nauſeam ſedant, quæ in ſuo loco nominabimus. Quibus ita geſtis, ſi nauſea acciderit, atque uomitus aliquotiens uomere permittendus erit. Hoc nanque ei non nocebit. Si autem illud multiplicatur, de rob fructuum quaſi ſorbendo, ac quaſi lambendo bibat, & ſumach, ac granatorum grana, & his ſimilia ei tribuantur. Quod ſi ſuperfluus eum grauiter inuaſerit uomitus, cum medicinis cholericæ paſſionis curetur.

De prohibitione generationis pediculorum, & de deſtructione eorum qui generati ſunt. Cap. XV.

ALiquando ex mutatione aquæ, & ex multo labore, et ex ſudore, atque ex ſorditie, & paucitate balneandi, & mutandi pannos, contingit corpus & pannos pediculis repleri. Hæc quoque ſunt res quæ uiatori neceſſario accidunt. De illis uerò quę iſta prohibent, eſt, ut ſtudeat in uſu balnei & lauacri, ut pannos mutet quãto plus poteſt, & propriè, ut, pannus qui carni adhæret ſit lineus, tardè enim repletur pediculis. De illis autem quæ eos qui ſunt generati interficiunt, eſt, argentum uiuum extinctum, quando oleo admiſcetur, & ex eo cingulum, ex filis laneis inungitur, quod ſuper ſe aliquis appendit, aut quo cingitur, aut folia azedaract, uel oleandri in oleum mittantur, ex quo patiens inungatur, aut corpus ſingulis decem diebus ex arſenico rubeo, & ſtaphiſagria, atque condiſi, & baurach cum aceto epithemetur, quod poſtquam quaſi per horam unam ſic dimiſſum fuerit, cum aqua calida lauetur. Panni præterea cum condiſi, aut lupinis, uel folijs zadaract, aut artanitha, ſuffumigentur. Patiens quoque ex oleo in quo terra argenti uiui poſita fuerit, aut in quo cõdiſi miſſum fuerit, inungendus erit.

De illis quæ prohibent ſoob, id eſt, mutationem quæ fit in facie à ſole, uel uento. Cap. XVI.

EX horum numero eſt, umbram facere, & faciem ex panno operire. *Soob.* Quod ſi fieri non poterit. Tragacãtha, & amylum, atq; gummi Arabicum, & pſyllij mucillago, ac ſeminis citoniorũ mucillago, ſumantur, & cum albugine oui, aut cum ſucco portulacæ miſceantur, & facies in itinere epithemetur. Cum autem quieuerit, lauetur. Et ſi hoc fiat, aut ex unoquoque per ſe, aut ex omnibus ſimul, ad hoc ualebit. Ad hoc etiam confert tortellas in aquam infundere, donec diſſoluantur, ex quibus facies epithemetur, aut epithemetur ex albumine oui, & tragacanthæ. Si autem faciei color mutatus fuerit, confert ei ut in nocte epithemetũ ex cerato, quod fit ex cera & oleo, quæ ad ſolem per omnes dies caniculares morantur, & cum adipe gallinæ, & farina ciceris. Quod ſi mutatio coloris faciei fuerit multa, ex ſinapiſmatibus, quæ in tractatu de decoriatione nominauimus, curanda erit.

De illis

De illis quæ prohibent ſiſſuras calcanei. Cap. XVII.

FIſſuræ in calcaneo, atque in inferioribus pedis partibus fieri prohibentur, ſi pes in aqua uehementer calida teneatur, donec molleſcat, & poſtquam de aqua extractus fuerit tragacantha trita, ut alcohol, deſuper pulueriʒetur, deinde fortiter fricetur. Remouebitur enim & prohibebitur calcaneum findi, & ex pice liquida epithemetur, aut pannus oleo infuſus pedi ſuperponatur, & ſemper ſit calciatus, & à puluere ſibi caueat. Ei etiam multum confert, ut ſepum caprinum ſumatur, & liquefiat, cui parum gallarum tritarum, ut alcohol, deſuper pulueriʒetur. Quod poſtea cum liquidum fuerit, uel molle, in antiquis ponatur fiſſuris. Malis quoque fiſſuris quæ in carnem penetrant, confert ut lytargiri triti quinque ſumantur drachmæ, quæ cum olei ʒ 20, mixtæ in cocleari ferreo coquantur, & tunc frequenter moueantur, donec fiat, ut alkitran, cui poſtquã tale fuerit ʒ 1. pondus de galbano, quod uocatur beſart, addatur, & coquatur donec ſpiſſum fiat. Cum autem infrigidatum fuerit, fiet ut pix liquida, de quo calido & liquido ſuper fiſſuras cadendo diſtilletur. Antiquæ etiam fiſſuræ uſque ad carnem penetranti auxiliatur, ut ſandaracha & oleum de ſeminibus lini ſumantur, & mixta coquantur, donec inſpiſſentur, & guttatim deſuper fundantur. Aut adeps pedum ſumatur, cui parum galbani addatur, & deinceps parumper coquatur donec incraſſetur, poſtea adminiſtretur. Oportet etiam ut, antequam fiſſuræ ſanari incipiant, in aquam mittantur calidam donec molleſcant, & mundificentur, poſtea uerò abſtergantur & deſiccentur, & ſic cum medicinis curentur, deinde pes poſt medicationem calcietur.

De excoriationibus quæ accidunt ex equitatione, uel calciamentis. Cap. XVIII.

CVm aliquis corporis locus ex uectatione, uel ex alia cauſa excoriabitur, exigitur, ut ſtatim poſtquam quieuerit, ex multa frigida aqua tam diu roretur, donec eius calor ſedetur, quo facto diſcooperiatur locus & flabelletur. Quod ſi poſſibile non fuerit, panni linei in aqua roſata infrigidata infuſa, deſuper ponantur, atque deinde cum locus tepere inceperit, iterum panni madefacti ſuperponantur. Poſtquam autẽ quod ex caliditate & acuitate exiſtit in eo quieuerit, ex lytargiro trito cum aqua roſata mixto, epithema fiat. Ardor autem & dolor ſi remãſerint, cum unguento de ceruſſa curentur. Veſicæ uerò quę ex ſtrictura calciamenti fiunt, prius ſunt ſcindendæ, & poſtea in aqua roſea rorandæ. Deinde ex lycio & acacia epithemãdę, aut ex bolo armeno, aut ex gallis cum aqua fricatis, aut balauſtiæ benè tritæ deſuper ponantur.

De caſu & percuſſione quæ fiunt in capite, uel in alia parte corporis. Cap. XIX.

SI ex caſu de animalis dorſo, aut ex alio caſu capiti, aut alij parti corporis euenerit percuſſio, optimum eſt, ut patiens ex parte contraria ſtatim phlebotometur, & à carne abſtineat, & præcipuè à uino. Locus quoq;

Digitized by Google

cus quoque epithemetur, aut emplaſtrum ex confortantibus ei ſuperponatur. Quod ſi ex caſu in capite fuerit læſio, ex uena quæ uocaẽ Cephalica, phlebotometur, poſt phlebotomiam uerò capiti acetum mixtum cum oleo roſeo, quod aceti ſit triplũ ſuperponatur. Pannus quoq; in aqua roſata infuſus, deſuper mittatur. Patiens uerò aqua hordei mane, & iuxta noctem eſt potandus, qui per tres dies nihil aliud ſumat, donec ſit ſecuritas, quod apoſtema calidum in parte cerebri non oriatur. Signum autem quod loca iſta atque cerebrum ſint ſana, eſt quod intellectus non turbatur. Qui ſi poſt caſum turbatus fuerit, oportet ut ſanguinis tunc maior fiat extractio, & caput ex aqua roſata, & oleo roſeo cum aceto uini infundatur. Poſt hæc etiam folijs myrti, & balauſtijs, & corticis granatorũ in aqua & aceto uſquequo diſſoluantur coctis, parum moſchi, & galliæ, & xiloaloẽs, ac calamus aromaticus admiſceantur, ex quibus omnibus cum aceto, & aqua, & uino ueteri, ac ſtyptico coniunctis, quidam quaſi emplaſtrum conficiendo fiat, & capiti ut emplaſtrum ſuperponatur. Venter quoque ex ſucco fructuum, aut leui enemate ſoluatur, eiusq́ue extrema fricentur. De his præterea quæ moto cerebro ualdè conferunt, eſt, ut patiens gallinarum cerebella edat. De quibus poſt diem tertium quantum ſumere poterit, ei tribuatur. Ante enim ſola hordei aqua in potu utatur, cui parum ſucci granati muzi ſit admixtum. Hoc enim ad hoc quod hic uolumus melius exiſtit. Læſio autem quæ ex caſu accidit, ſi in pectore & in illis partibus fuerit, ex uena Baſilica phlebotomia facienda erit, eiusq́ue regimen ſubtiliandum. Quod ſi ſanguinis ſputum, aut uomitus, aut mictus, aut eius cum egeſtione exitus acciderit, ex medicinis, quas modo nominabimus, aliqua in potu detur. Si autem iſta diu perſeuerauerint, eorum curationis perfectionem ſume ex locis, in quibus has nominabimus ægritudines. Signum uerò an fortis læſio ex caſu ſit in capite, eſt intellectus turbatio. Iſtud enim erit menſura fortis læſionis in capite, aut debilis. Læſionis autem pectoris, aut uentris ex caſu, eſt menſura anguſtationis attrahendi aẽrẽ, & exitus ſanguinis ſignum. Medicamen quod ad bibendum datur, cui caſus aut fortis accidit percuſſio: Recipit Rheumbarbari ſeni partem unam, rubeæ, laccæ mundatæ, boli armeni, aut terræ ſigillatæ, ſingulorum partem mediam. Doſis huius medicinæ, ſit, à duabus drachmis uſque ad quatuor, cum aqua in qua cicer infuſum fuit. Huic autem ad comedendum tribuantur, mes, oryza, lentes, & cicer. Medicamen ad fortem caſum, & ad uehemens ſanguinis ſputum: Mumia, & bolum armenum, aut terra ſigillata cum parua uini ſtyptici quantitate, ad potandum dentur. Epithema ad percuſſionem, & ad remotionem carnis de loco ſuo: Recipe mugath, mes excorticatorum, partes æquales, boli armeni partem mediam, achathiæ, aloẽs, ana quartam unius partis. Conſpergantur omnia ex aqua myrti, ex quibus locus debilis epithemari conueniet. Aliud epithema ad caſum, quando cum eo febris, & apoſtema calidum fuerint. Recipe roſarum rubearum, lentium excorticatarum, boli armeni, ſief memithæ, ſantali, fauſel, ex his omnibus cum aqua roſata collectis, fiat epithema.

Medicamen

Digitized by Google

Medicamen quod ei datur ad potandum, à quo ſanguinis multitudo, aut ex percuſſione, aut ex caſu fluit: Recipe charabę, boli armeni, balauſtię, ſanguinis draconis, laccę partes æquales. Ex his autem collectis drachmę tres ad potandũ tribuant cum una uncia aquæ, in qua ſumac fuit fuſum, & opij recentis ſexta parte ʒ i. iſtud enim ilico ſiſtit ſanguinem. Patiens quoq; ſtyptica comedat. Medicamen ad leuem carnis motum & debilitatem, quod & dolorem confortat, & dolorem ſedat, locus ex oleo roſeo inungatur, cui deſuper puluis myrti ſpargatur, & mediocriter ligetur. Veſtigia autem uiridia, quæ poſt percuſſionem aut caſum permanent, curentur ex medicinis quę ſunt in tractatu ubi decorationem nominauimus.

ABVB. RHAZAE LIB. VI. AD MANSOREM FINIS.

QVAE IN LIBRO SEPTIMO CONTINEANTVR.

LIBRO totius operis ſeptimo περὶ τῶν χειρουργουμένων ſummatim omnia, ſiue uulnerum & abſceſſuum curationes, ſiue telorum & ſpinarum extrahendi rationes, ac ſanguinis deniq; detrahendi methodum requiras, iſto capitum ordine tractantur.

CAPITVM LIBRI SEPTIMI INDEX.

DE collectionibus & aggregationibus doctrinæ chirurgię Cap. I.
De mollificatione duriciei quę remanſit in membris poſt chirurgiam Cap. II.
De collectionibus & aggregationibus ſanationis uulnerum & apoſtematum Cap. III.
De medicinis generantibus carnem Cap. IIII.
De medicinis minuentibus carnem ſuperfluam Cap. V.
De his quæ conſolidant uulnera Cap. VI.
De his quę aperiunt magna apoſtemata, & ne cum ferro aperiantur excuſant Cap. VII.
De ſcrophulis Cap. VIII.
De cancro Cap. IX.
De carbunculis Cap. X.
De apoſtemate calido Cap. XI.
De apoſtemate molli Cap. XII.
De apoſtemate duro Cap. XIII.
De glandulis magnis Cap. XIIII.
De nodis glanduloſis Cap. XV.
De formica Cap. XVI.
De igne perſico Cap. XVII.

De aduſtione

Digitized by Google

De aduſtione ignis & aquę, & olei bullientis	Cap.	XVIII.
De panaritijs	Cap.	XIX.
De exitu ſanguinis à uulnere	Cap.	XX.
De miſſione ſanguinis	Cap.	XXI.
De cucurbitulis	Cap.	XXII.
De hyrudinibus	Cap.	XXIII.
De uena medene	Cap.	XXIIII.
De extractione ſagittarum, telorum, & ſpinarum	Cap.	XXV.
De plagis capitis, & fractura cranei	Cap.	XXVI.
De impoſtoribus	Cap.	XXVII.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber ſeptimus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

Scopi quidam congeſti totius Chirurgiæ. Cap. I.

PLERISQVE eorum qui hanc exercent artem, & dicuntur reſtauratores, non bene eam exercent, neq; ſapienter, neq; ſub certa radice ad quã redditio fiat, imò maior eorũ pars caſu operatur, & ſicut ab alio edocti fuerunt. Raroq; inuenies eorum aliquem qui huius artis libros legerit, aut qui eam à magiſtro qui nouit literas didicerit, imò qui maxime eam exercent ſunt idiotæ, & ruſtici, & ſtolidi. Ideoq; propter ſuæ ſtoliditatis cauſam, ægritudines peſſime in hominibus generantur. Nos uero huius artis ſummas atq; collectiões tales referremus, quas cum aliquis aſtutus meditatus fuerit, poterit ſecundum hanc artem quicquid uoluerit optime operari. In primis quoq; de regimine dietę, & poſt de exteſione, & rectificatione, ac ligaturis, & de fracturis rũpentibus, in quibus tenues oſſium partes, & acutę, necnon diuiſa fruſtula conſpiciuntur. Et poſtremo de dislocatione tractabimus. Homines ſtolidi præcipiũt, ut quicunq; fracturam, aut diſlocationem, aut carnis contuſionem perpeſſus fuerit, cum alachiſat nutriatur, & aſahith, & ex carne aſſata in ueru, aut in prunis, & bibat uinum. Nihil autem eſt quod apoſtematis calidi generationem uelocius afferat, quàm regimen hoc. Oportet autem ex quo infirmo fractura, aut dislocatio, aut carnis contuſio acciderit, regimen per aliquot dies ſubtiliari. Cuius etiam uenter ſi ipſe fortis fuerit, erit ſoluendus & ipſe ſimiliter phlebotomandus quemadmodum dicturi ſumus. Quod ideò fieri cõuenit, ut ſit ſecurus quod materia ad locum non fluat, quę magna apoſtemata atq; putrefactionẽ generare poſſit. Poſtquam autem dies aliquot pręterierint, & ſecurus fuerit

Caſu non arte exercet pleriaque medicinã.

Intentio.

O quod

Digitized by Google

quod apoſtema calidum non accidat ægro, præcipe ut ad regimen quo con ſueuerat uti reuertatur, ſi eius ægritudo dislocatio fuerit, aut carnis cõtuſio. Qui autem fracturã patitur, uiſcoſitas atq; craſſities eius ſanguini ſunt addende, ut natura materiam habeat paratam, ex qua porus fracturam ligans generetur. Ex his autem quæ hoc operantur, eſt, frumentum adeò coctum, ut quaſi plus uideatur & etherith. Capita quoq; ac pedes animaliũ, necnon hœdorum, agnorum, & uitulorum coria, & uaccarum uentres, atq; oua, & oryza, ac piſces recentes, & horum nutrientiũ ſimilia, in quibus ſunt craſſitudo & uiſcoſitas, de quibus in hoc tempore comedere debet. Et poſt eorũ acceptionem uinum bibere craſſum. Ex hoc enim regimine fractura melius & uelocius ligari poterit. In principio tamen olera frigida & muſaguarat tantum comedere debet, & carnem auium, & hædinam. Vinum autem nullo modo appropinquare præſumat. Cum uerò diſtendere, ac rectificare neceſſe fuerit, oportebit ut ita in ultimo leuiter fiat, quatenus dolor quãto minus poſſibile eſt ſentiatur. Nihil enim plus affert apoſtema quàm dolor.

Impoſturæ medicaſtri. Horum autem ſtolidorum pleriq; loca debilia diſtendunt, & rectificant, ubi etiam magnum nituntur facere ſonitum, quò uulgus eos benè operari putet. At uerò non oportet ut cum iũctura in qua non eſt dislocatio dolet, prematur ac diſtendatur aliquo modo, imò emplaſtrũ quod dicturi ſumus, ei ſuperponendum eſt, atque ligatura adeò ſuauis facienda, ut ex ea nullus ſentiatur dolor. Iſtorum præterea medicorum pleriq; decipiunt uulgus. Quum enim in membro fuerit dolor, quod fractura aut dislocatio in eo ſit dicere præſumunt. Sed fracturæ & dislocationis adeò eſt cauſa manifeſta, quod occultari nõ poteſt. Ex hoc enim ſequitur, quod figura membri cum torquetur, & cutis ex una parte fit gibboſa, & ab alia concaua, quapropter ſi quis diligenter conſiderauerit, impoſſibile eſt, ut occultetur ipſi qui illud conſiderat, niſi in iunctura adiutorij cum humero, aut anchæ cum coxæ fuerit dislocatio. Caput nanq; adiutorij quando dislocatur, concauitatem quę eſt ſub axilla ingreditur. Caput itidem coxæ carnem glandoſam, quę eſt in inguine à parte anchæ intrat. Vnde quum multa ibi ſit caro, contorſio non eſt ibi ualdè manifeſta. Signum tamen quod iuncturæ humeri dislocationem ſemper committatur, eſt rotunda eminentia, quæ ſub axilla accidit, & cum tangitur digitis ſentitur. Dislocationis ſimiliter quæ anchæ accidit, ſignum eſt eminentia exterior, & in inguine, & quod ægro non præparatur, ut expandat iuncturam quæ eſt inter crus & coxam, ne dum iuncturam dislocatam. Fractura autem niſi minima fuerit, cum eam manu diligenter inueſtigaris, gibboſitas ab una parte, & concauitas ab alia, non occultabitur, crepitãtiſq; oſſis ſonum percipies cum ipſum manu attractaueris. Cum autem in loco non manifeſta contorſio, neq; gibboſitas, neque concauitas fuerit, neque cum locus manu inueſtigatur oſſis crepitatio percipietur, non dislocatio neq; oſſis fractura, quæ extenſione aut forti indigeat compreſſione ibi erit. Non eſt enim ibi niſi aut carnis cõtorſio, aut fractura minima. Quapropter diſtendendo nullo modo eſt motio facienda. Extenſio nanq; loco maiorem generat anguſtiam, unde in hoc maior contingit error. Quapropter ſi aliquis ſtolidorum, in his locis extenſione aut compreſſione uti

uoluerit,

Digitized by Google

uoluerit, prohibendus erit ab hoc. Sed præcipiendum eſt, ut locus leniter palpando ungatur, & poſt ſuauiter ligetur, ne inde dolor ſequatur. Nihil enim amplius hoc eſt faciendum. Ego uerò unius iſtorum deceptorum ſtoliditatem uidi, ex qua uehementer miratus fui. Quidam nanque forte ſuper locum qui eſt in medio adiutorij cecidit, & dolere cepit, unde paruum ibi cepit oriri apoſtema. Quod cum prædictus uidiſſet ſtolidus, ipſius adiutorium eſſe diſlocatum dixit. In quo etiam hoc tãtillum ſapientiæ non erat, ut diſlocationem ſcire non poſſe accidere niſi iuncturæ, & non in oſſis medietate. Quamobrem ſe præparauit ad os ex utraque parte fortiter extendendum, quod ipſum facere non permiſi, imò locum ex oleo roſeo perunctum trita myrto in puluerem redegi, atque poſt hoc ſuauiter ligaui, & ex alterius partis brachio phlebotomaui. Poſtquam uerò dies aduenit tertia, ligaturam remoui, & quod non ampliori indigeret cura, cognoui. Verbum autem de hoc quod unumquodq; corporis membrũ de extenſione & rectificatiõe atq; ligatione, necnõ ex reliqua indiget curatione, donec eius cõpleatur ſanitas, extra huius noſtri libri menſurã, & ipſius intentionem reperitur. In huius nanque inquiſitione iſtius noſtri tractatus, multiplicibus multis indigeremus, atque poſtea eſſet neceſſarium ut quomodo opus fiat oculis uideretur. Nos quoque in hoc noſtro libro non intendimus, niſi ea quæ cum homines boni ingenij legerint, & in ipſis meditati fuerint, & ſi medici non ſint, bonis tamen medicis æquiparari poterint. Ligatura autem cum fit, oportet ut locus fracturæ tribus aut quatuor cingatur faſcijs, quarum prima ad partem tendat ſuperiorem, quæ ſit fortior cinctura ſuper locum infirmum exiſtens, à quo cum ſeparari ceperit, ſuauiter relaxari incipiat, & quanto magis ab infirmo elongatur loco, tanto magis lenta fiat. Hæc autem ligatura taliter protendenda eſt, donec ſanè partis maximam occupet quantitatem. Poſt hoc autem alia ſumatur faſcia, quæ primo loco ſuperponatur infirmo, & deinde deſcendendo ad partem tendat inferiorem, cuius ſtrictura aut relaxatio, ut in primæ faſciæ obuolutione diximus, fieri conuenit. Inter has uerò ligaturas † faſciæ ſunt locandę, quatenus membrum per eas rectificetur, ne gibboſitas aut concauitas in ipſo remaneat, deinde uerò totum iſtud alia inuoluendum eſt faſcia, ipſum ſuauiter cingente, cuius inuolutiones ubique æquales eſſe cõuenit. Super quam etiam aſtellæ ſunt ponendæ, & cum alia faſcia ſunt ligandæ, cuius ſtrictura in omnibus locis aliarum æquetur ſtricturis. Hæc autem omnia deſuper filis ligentur, ligaturæ hic modus eſſe debet. Deceptores autem ligaturæ principium in ſanis faciunt locis, ubi ligando uehementer conſtringunt, deinde relaxãdo ad locum deſcendunt infirmum, qui ligaturæ modus peſſimus eſt, & omnibus deterior. Sanguis nanque à duabus compreſſus partibus ad locos tranſmittitur infirmos, in quibus apoſtemata & uulnera generantur, unde herpes æſtiomenus & eryſipilas, atque putrefactio eis multotiens accidunt. Ligationis autem menſura talis eſſe debet, quæ infirmo nullum inferat dolorem, niſi minimum, nec etiam adeò ſit relaxata, ut ęger nullo modo eam ſentiat. Quod ſi ex ligatura apoſtematis initium, aut fortis acciderit dolor, ita ut uiride fiat ex ea quod eſt extra ligaturam, atque

Hiſtoriã cõmemorat.

† axillæ.

ſanguine impleatur ilico erit ſoluenda, & eius conſtrictio minuenda. Et ſi infirmus in loco ligaturę fortem ſentiat pruritum, atque nocibilem, ſoluatur, & locus ex aqua infundatur quæ ita calida ſit, ut ex ea delectetur, quod fieri conuenit, donec pruritus ſedetur. Poſtquam autem locus per unam ferè horam ſic permanſerit cum ſuis ligetur faſcijs, quæ aceto & aqua roſata, ac oleo roſato ſimul mixtis, & optimè motis ſint infuſæ. Temporis uerò ligaturæ menſura hæc eſt. Oportet enim ut in principio ſingulis ſoluatur diebus, & pręcipuè ſi apoſtema aut dolor ibi fuerit. Quod ſi iſtorũ neutrum ibi conſiſtat, non erit ſolutio facienda, niſi duobus aut tribus intermiſſis diebus, excepto ſi res aliqua euenerit, pro qua ſolutio neceſſaria fiat, ut eſt dolor, aut pruritus. Si autem aliquanti dies præterierint, in quibus ligatura non ſoluatur, & non apparuerit ibi apoſtema neque calor, neque ardor, non ſoluatur niſi poſt quatuor aut quinq; dies. Et quanto plus tardius ſoluetur, tanto plus ad conſolidandum aptior erit. Oportet præterea ut cum prius accidit ægritudo ligatura ſit relaxata, ne dolorem faciat nocumẽtum inferentem. Poſtquam autem dies quinque, uel paulò plures præterierint, & ab apoſtemate locus ſecurus fuerit, ligatura paulatim ſtrictior eſſe incipiat, cum uerò multi tranſierint dies, & fractura conſolidata fuerit, & fuerit neceſſe ut caro fracturę ſuperpoſita coaguletur, oportebit etiam tunc ut ligatura paulatim relaxetur, & diæta augmentetur, ſicut diximus. Oportet autem ut aſtellæ ſuper aliquod q̃d mollitiem habeat ponantur, & ut earum extremitates nihil attingant, ubi non ſit res mollis, atque ut maior ex eis & craſſior in parte locetur, ad quam os declinauerit. Quum autem in fractura fruſta oſſium carnem uulnerauerint, oportet ut faſcia prima non ſuper ipſum uulnus, ſed iuxta ipſius os ponatur, atq; duris faſcijs inuoluatur, cuius inuolutio aſcendendo ad partem tendat ſuperiorem. Alia quoque faſcia iuxta os uulneris à parte inferiori eſt ponenda, quæ deſcendendo inferius tendat. Os uerò uulneris diſcoopertum dimittatur. Ligatura etiam tota mollior ſit & parum plus relaxata, quę quotidie eſt ſoluenda, aut duobus intermiſſis diebus. Ori aũt uulneris cotum ſuperponatur, donec cum uirus minui incipiet, & locus ab apoſtemate fuerit ſecurus, calorq́; remotus fuerit, unguẽtum carnis generatiuum, q̃d dicturi ſumus, uulneri ſuperponatur. Fracturæ uerò, in quibus ſunt oſſium partes aſtellis ſimiles quæ cutem non fregerunt, niſi uehementer ſtimulent, rectificãdæ erunt & ſtringendæ, quantò magis poſſibile fuerit palpando eas & leuiter ligando, quod ſi ſtimulauerint, atque uehementem intulerint dolorem, ligandæ non erunt. Generabunt enim apoſtemata ac putrefactionem in toto oſſe. Verum locus tunc ſcindendus erit, & ſi aſtellæ ab oſſe ſeparatæ fuerint, extrahendæ erunt. Quarum ſi ſeparatę non fuerint, extremitas acuta quę ſtimulat cum ſerra erit ſecanda, & deinde cum medicinis fracturarum rumpentium erunt curandæ. Oportet etiam ut dislocationes cum acciderint, ilico ad locum reducantur proprium, antequam apoſtema ibi fieri incipiat. Si enim dislocatio in principio ſui dimiſſa tamdiu ſic permanſerit, donec apoſtema ibi fieri incipiat, non erit ingeniandum ut in toto hoc tempore ad ſuum reducatur locum. Nam ſi dum taliter fuerit extendatur, ægroto plerunque accidet ſpaſmus.

Ratio & finis deligaturæ.

Digitized by Google

det ſpaſmus. Ex his autem intentionibus atque ſummis, quas diximus, cum non congruè obſeruantur, peſſimum accidit infortunium, cui nemo ſuccurrere poteſt. Quapropter ſi chirurgicis qui nihil ſciunt præceperis, ut ab omnibus iſtis ſibi caueant, ab eorum liberaberis malo, & eorum opera tibi erunt profutura.

De mollificatione duritiei, quæ remanſit in membris poſt chirurgiam, uel reſtaurationem. Cap. II.

PLerunque poſt fracturæ rectificationem, aut diſlocationis ad ſuum locum reductionem, durities atq; conſtrictio in membris remanere conſueuerunt, quæ multotiens nociuæ exiſtunt membri motum prohibentes. Hoc quoque propriè accidit, cum prædictæ res iuxta iuncturam fuerint, has autem oleum & aqua calida cum locus multotiens manibus fricatus fuerit, atq; aqua calida ab alto per fiſtulam defluens loco ſuperfuſa fuerit, & adipes ac medullæ, quando ex eis fit emplaſtrum mollificant. Eſt etiam cum ex prædictis medicinis medicamen componitur, cuius effectus ſimplicium operatione fortior exiſtit. Medicamen ſtricturam & duritiem quæ eſt, ut chorda, & tenſionem leniens: Recip. ceræ citrinæ, adipis anatis, reſoluti & colati, añ. ℥ 1. olei de lilio ℥ 6. medullæ uaccini cruris ℥ 2. & his commixtis fiat medicamen. Aliud medicamen fortius membris quæ conſtrictioni ſunt propinqua, conferens: Recipe fecis olei de lilio, fecis olei de ſeminibus lini, bdellij, añ. ℥ 1. ſtyracis, galbani, opoponacis, ammoniaci, omnium añ. ℥ s. adipis urſini ℥ 2. Quod ſi adeps urſi non inueniatur, loco eius adeps anatis, aut gallinæ ponatur. Et etiam in hac intentione melius eſt, ut adeps porci loco ſupradictorũ adipum mittatur, deinde gummi in mortario cum pauco uino diſſoluantur, quibus ualdè mollificatis alia admiſceantur, & in mortario donec unum fiant agitentur. Aliud bonum habens odorem, delicatis congruens: Recipe ceræ citrinæ ℥ 1. olei de ben ℥ 6. maſtiches, nigri ſtyracis añ. ℥ s. Ex his cõmixtis fiat medicamen.

De collectionibus ſanationis uulnerum & apoſtematum. Cap. III.

DIſpoſitio ſcriptorũ huius artis propinqua eſt diſpoſitioni reſtauratorum, quam nominauimus in paucitate ſcientiæ radicum & canonum, quibus curationis rectificatio competens redditur. Quapropter de his principijs hic oportet nos dicere illud, quò à magno errore qui ex eorum contingit, curatione cõſeruatio fiat. Dicimus igitur quod cum uulnus paruum fuerit, poſſibile eſt, ut quãdo ligatura ipſum capit, occurrant ſibi adinuicem partes, & cõtinuetur eius concauitas tota. Non enim alia indiget curatione, niſi ut duarum aſtellarum auxilio ſuſtentetur, atq; ligetur ligatura, quę à duobus incipiat capitibus. Aeger quoq; à repletione & uino omnino cuſtodiatur, & ne pilus, aut unguentum inter labia illius cadat, cauendum eſt. Hęc nanq; conſolidationem fieri non permittunt, iſtorum autem ſtolidorũ plerīq;, his quę diximus contra operãtur.

Digitized by Google

Ponunt enim in uulnere oleum, infirmo carnem, & pultes craſſas, & duras comedere præcipiũt. Vnde ægroto apoſtema malum, atq; uirus in uulnere acquirunt, quod longo durabit tempore, ex quo fortaſſis membrum ad putrefactionẽ deueniet, & præcipuè in æſtate, licet uulnera quæ diximus ſola ligatura ſanari poſſent, ab uno die uſq; ad tres, nulla alia indigẽs medicina.

Vulneris ampli et alti curatio. Vulnus autẽ cum magnum eſt atq; profundum, indiget tunc, ut cum medicinis quas nominabimus, quæ ſunt carnis generatiuæ ſanenẽ, & uulnus ab apoſtemate cuſtodiaẽ, ita ut loco cui accidit, pannus aceto, & aqua infuſus ſuperponaẽ, & epithematib. frigidis epithemeẽ, & ſingulis horis infrigidetur, & p̃cipuè ſi calor ac dolor ibi fuerit, & ſanguis paucus ex eo manauerit. Nam in hac diſpoſitione, oportet ut infirmus ex parte cõtraria phlebotomeẽ, totumq; corpus, necnon totũ ipſius regimẽ infrigidãda erunt. Qđ ſi uulnus profundũ & non amplũ fuerit, cauendũ erit ne unguentũ q̃d ipſius continet os, ſuperponatur. Os nanq; uulneris profunditate nondũ conſolidatũ ſi cõtinuetur, multũ in eo adunabiẽ uirus, quare ut ipſum iterũ operiatur oportebit, & membrũ fortaſſe interim putrefiet, ac uulnus malũ & peſſimum ibi fiet. Quapropter in huiuſmodi uulneris ore, cotũ erit ponendum. Si autem uulneris conſolidationẽ properare uideris, butyro, aut oleo ipſum infunde. Et exhinc quidẽ prædicti errauerunt ſtolidi, quando oleũ in uulneribus, quorũ omnium incarnatio erat poſſibilis poſuerunt. Oportet præterea ut omnia medicamina quę huiuſmodi immittis uulnerib. aut tentis adhæreãt, aut per auliſcũ inijciaẽ. Cum aũt uulnus profundũ fuerit, & ipſius os amplũ, obſeruandũ erit ut ſi uulneris os non uehemẽter coartat ligatura ſuaẽ, tunc oportebit. Et contingit illud plurimũ cum uulnus in corporis tẽdit latitudinẽ. Ligatura uerò uehementior inuolutionũ & retẽtio ſint apud uulnus profundũ, & earum lenior ſit apud ipſius os. Membrũ quoq; tali eſt figurandũ figura, ut uulnus ſit inferius, quatenus uirus ab ipſo fluere poſſit. Quod ſi illud impoſſibile fuerit, oportebit tunc ut uulnus in die ſecundo, aut quarto conſidereẽ. Cuius pfunditas ſi minui inceperit, & neq; uirus, neq; putredo multa ibi cõtineri inueniaẽ, curatio nõ erit mutãda. Si autem uirus ab inferiori ad ſuperiorẽ ulceris partẽ, ad ipſius uidelicet os, cum impreſſeris manare cõſpexeris, cõuenientius eſt, ut in inferiori loco ibi exiſtente, ipſum inferius pfores apud finẽ pfunditatis ulceris, q̃d ideò fit, ut uirus iter unde poſſit manare habeat. Infirmi quoq; regimen in cibo, prout in cap. de algebra diximus ordineẽ, atq; ſubtilieẽ, & à principio uulneris cum accidit, per aliq̃t dies infrigideẽ. Ipſe quoq; ſi repletus fuerit erit phlebotomandus, & ſoluendus, ſi longũ fuerit tempus ex quo non fuerit ſolutus, ideò ut reddatur ſecurus, ne apoſtema accidat. Deinde uerò ipſius regimen paulatim ſecundũ dierum proceſſum erit incraſſandũ, ideò ut carnis natiuitas augmenteẽ.

Exiturarum cura. Oportet etiam ut cum exituræ maturę fuerint, & apertione indiguerint, perforenẽ in inferiori loco qui in ipſis inuenieẽ, & in tenuiori & magis gibboſo, ſi poſſibile fuerit. Apertio tamen in corporis lõgitudinẽ, & non ipſius latitudinẽ, cum in mẽbris ſit extenſis quæ non curuantur & dilataneẽ, tendat, in his uerò locis quæ curuãtur & extendũtur, inciſio ſecundũ ipſius loci curuationẽ & extenſionẽ tendere debet. Oportet etiam ut

Digitized by Google

am ut cum exitura in loco ubi uenarum eſt multitudo fuerit, ut circa iunctu ras inciſio propere fiat. Si enim in huiuſmodi locis inciſio cum tarditate & non uelociter fiat, os quandoq; exterius eminebit, & iuncturæ ligamētum diſcooperietur. Carnoſa autē loca bonum eſt ut ſic dimittant̄, donec benè ſint matura. Si enim anteq; benè ſint matura perforent̄, uirus ab eis diu manabit, atque ulcus multa ſorditie ac putredine abundabit. Labia quoq; eius quandoq;, atq; ipſius profundū dura fient, ipſumq́; uulnus pus & uirus cōtinuo emittet. Quod ſi exitura maxima fuerit, totum eius uirus non ſubito eſt retrahendum, ne ęgro ſuperueniat animi deliquium, ſed paulatim erit extrahendum, & præcipuè ſi æger fuerit debilis. Vulneris autem ſanitas tardatur, aut propter ſanguinis penuriam, quæ eſt in corpore, aut propter eius malitiam, aut, quia intus uel ſuper ipſius labia caro dura exiſtit, cuius cauſa caro non naſcitur, aut quia ibi eſt caro mala, aut quia os uel multa putredo eſt intus, aut medicamen quo curatur, non eſt ei cōueniens, aut quia uulnus in ſe ipſo ęſt profundum, & ſanioſum, & malum. Quum igitur ulceris, aut eorum quæ in ipſius circuitu cōſiſtunt, rubor paruus fuerit, ipſa quoque ab apoſtemate ſecura atq; ſicca, & aliquantulum dura fuerit, corpus quoq; macrum ac pauci ſanguinis, cauſa quare ipſius tardetur ſanitas, nō eſt niſi ſanguinis penuria. Locus igitur quotidie panno aqua calida madefacto eſt infundendus, donec rubeus fiat, & ægri regimen incraſſandum, ipſumq́; cum unguento nigro eſt curandum, ac in ipſius circuitu ex ipſo fricetur. Color uerò corporis ſi malus fuerit, atque eius forma mala, cauſa in hoc ſanguinis eſt malitia. Phlebotomiæ igitur atq; uentris ſolutione eſt prius ſubueniendum, deinde ad uulneris curationem eſt redeūdum. Super labia quoque ulceris ſi caro dura fuerit, fricatio ibi eſt facienda, donec ſanguis inde fluat. Si autem craſſa fuerit, prius eſt incidenda, & poſtea curanda Quod ſi hoc in ulceris fundo fuerit, eius ore ſicco & fuſco, aliquid in ipſum eſt mittendum, & fricandum donec ſanguis ab eo manare incipiat, deinde erit curandum. Aut in fundo ulceris perforatio fiat, poſtea fricetur & cum butyro medicetur, donec mala caro penitus corrodatur, deinde cum his quæ ex parte curationis remanſerint, curetur. Vlcus autem ſi prius claudatur, & poſtea aperiatur, uiruſq́ue ſubtile ab eo fluat, & longo tempore ſic diſpoſitum maneat, os corruptum eſt in eius fundo. Tenta igitur intromiſſa tentetur, & cum inuentum fuerit, perforetur ulcus donec ad os perueniatur, quod erit fricandum, aut ſerrandum, donec abſcindatur ſecūdum quod ex ipſius corruptionis multitudine uideris, poſt quæ cum pulueris carnis generatiuis curetur. Quod ſi ipſum perforari fuerit impoſſibile, cum medicamine corroſiuo, & butyro ſubueniendū erit, donec os diſcooperiatur, poſt hæc cum his quæ dicturi ſumus, curetur. Vlcus autē ſi fuerit profundum, & eius caro mollis & mala, medicamen corroſiuum deſuper erit ponēdum, donec caro illa deſiccetur, deinde in uulnere butyrum mittatur, donec tota mundetur, atq; tamdiu cum butyro medicetur, donec eſcara in uulnere exorta cadat, & poſtea curetur. Vlceri uerò ſi uarices ſuperuenerint æger phlebotometur, ipſiuſq́ue uenter multotiens ſoluatur ex apozemate epithymi, ſuoque nutriatur cibo, deinde ulcus curetur.

Impedimenta cicatricum uulneris.

Decolorati corporis cauſa.

Si ulcus uariceſum.

Q 4 Medicamen

Digitized by Google

Medicamen quoq; ſi ulceri fuerit incõueniens, quia fortaſſis ipſum pluſquàm deberet calefacit, cuius eſt ſignũ, quia ruborem atq; calorem & apoſtematis principium ei cum augmento adducit, tunc cum unguento frigido quod dicturi ſumus erit curandum. Aut fortaſſis plus infrigidat quàm deberet, cuius eſt ſignum quod ulcus tunc eſt uiride, aut nigrum & durum, & frigidũ, unde tunc cum unguento nigro eſt medicandum, aut fortaſſis minus deſiccat quàm deberet, cuius eſt ſignum, quod ipſum eſt molle & laxũ, multum habens uirus, unde tunc cum unguento uehementer deſiccatiuo eſt curandum, ut eſt illud quod cutem ſuperinducit, quod fit ex balauſtijs et gallis. Aut fortaſſis minus mundat & abſtergit quàm deberet, cuius eſt ſignum, quod putredinis multitudo, carneſq; malę, & molles ei adhæſerũt, ideóq; cum medicinis uehementer mundificantibus eſt curandum, ut eſt unguentum uiride. Aut quandoque mordicat, & ipſius conſumit carnem, cuius eſt ſignum dolor, & calor, & ardor, et apoſtematis principium & quod ulcus quotidie dilatatur. Vnde tunc ad unguentum quod ex eo ſit ſuauius, eſt facienda permutatio. Hoc quoque plerunq; euenit, quia curandi complexio ad unam declinat extremitatum. Quare tunc rebus ſibi conuenientibus curatio eſt facienda. Siccisſima nanque corpora exigunt unguenta quibus medicantur, cum caro in ipſorum ulceribus eſt generanda, ſpecies uehementer deſiccatiuas habeant ammixtas. Humida uerò corpora, unguentis indigent mollibus & humidis. Vulneribus aut uentri accidentibus, atque ipſum diſrumpentibus, medicus ſapiens ac ſuauiter operans neceſſarius eſt. Nos tamen huius curationis collectiones, & unde in ipſa timetur error dicemus. Cui inteſtina ac zirbum per uulnus exierint, & inflata intromitti non poterunt, pannus uino ueteri calefacto infuſus deſuper ponatur, donec ipſorum remoueatur inflatio, qua remota intromittantur. Quod ſi locus aut tempus frigidum fuerit, æger in balneum introducatur, & per manus & pedes ita ſuſpendatur, quatenus ipſius curuetur dorſum, & uenter arcuetur. Ex huiuſmodi enim diſpoſitione, inteſtina leuius intromittantur.

Vulnera uentri.

Zirbum uerò, ſi uelociter antequàm uiride fiat, aut nigrum, ei ſuccurratur, in uentrem eſt reducendũ, quod ſi ei non ſubueniatur donec uiride fiat, quicquid ex eo uiride factum eſt incidatur, deinde omnes uenæ quæ ſunt in ipſo cum ſubtili filo ligentur, poſtea intromittantur, & uenter ſuatur. Et ſi inteſtina propter panni madefacti infuſionem intromitti non poterunt, fiſſura amplificetur, & ſic intromittantur. Quibus intromiſſis uenter ſuatur prius, poſt puluis conſolidatiuus deſuper ponatur, atque ut æger ſupinus iaceat taliter, ut dorſum aliquantulum gibboſum exiſtat, præcipiatur. Cuius regimen eſt ſubtiliandum, neq; cibus inflatiuus ullo modo eſt ei tribuendus. Vulnus præterea ſi iuxta neruum, uel in neruo fuerit, ſtrictúmq; extiterit, non conſolidetur donec aliquot præterierint dies, & ab apoſtemate fuerit ſecurũ, imò medicamina aperitiua deſup ponãtur, & locus totus ex oleo inungat̃ tepido. Poſtq; aũt duos dies, aut tres p̃terierint, ac dolor ſedatus fuerit, & locus ab apoſtemate ſecurus, tũc cõſolidatiuis utẽdo, uulnus cura. Si autẽ ſpaſmus ex uulnere, q̃d eſt in neruo alicui accidat ęgro, cito eũ ſuccurre, et chordã quę cõtrahi incipit in latitudine incide, ſpondyleſq; ægri ex oleo

Digitized by Google

ex oleo palpando & comprimendo inunge. Oleum autẽ ſit mollificatiuum & tepidum. Si autem aliquando uideris ulcus, quod perambulet membrum, de uno ad aliud trãſiendo locum, & corrodat carnem, cito ſuccurre incidendo, aut comburendo & deſtruendo carnem ibi exiſtentem, anteq̃ multum dilatetur, deinde ipſum cura cum medicinis quibus reliqua conſueuiſti ulcera ſanare. Hæc ſunt ſummæ & intentiones, quas cum homines non obſeruant, ægro uehemens inferunt nocumentum. Quando uerò eas intentè meditantur, & eis innituntur, maximũ prębent iuuamen, quum Deus annuit.

De medicinis generantibus carnem. Cap. IIII.

MEdicamen quod carnem generat, & recentia continuat uulnera, mirabile exiſtens: Recipe olibani, aloës, ſarcocollæ, ſanguinis draconis añ. partes æquales, terantur & uulneri ſuperponantur, & deſuper ligentur, hoc enim ualdè exiſtit mirabile. Vnguentum in carnis generatione mirabile: Recip. lithargyri triti, ut alcohol ℥ 1. cui ammiſceantur olei ℥ 3. coquantur agitando donec reſoluatur. poſtea olibani, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, galbani, colophoniæ, omnium añ. ʒ 2. ſumantur, quæ prædictæ decoctioni ammixta, coquantur donec incraſſentur, & medicentur ex eo ulcera, cum ſanguinolenta non fuerint.

Vnguentum carnis generatiuum, quo in æſtate & cum in uulnere calor & ardor fuerint, & tempus fuerit calidum, in uulnerum curis eſt utendum. Lithargyri donec triti ſit, ut alcohol ʒ s. ſumantur, quod cum aceto donec reſoluatur & molleſcat teratur, & deinde oleum roſeum deſuper fundatur, & teratur donec incraſſetur. Dum autẽ ſic teritur ſemel ex aceto, & alia uice ex oleo roſeo eſt infundendum, donec infletur, & ad magnitudinem deueniat, & fiat unguentum. Cui poſtea ceruſſæ ʒ s. & camphoræ parumper addere conuenit, & teri cum eis, & eo in curatione uti. Vnguentum nigrum, quo utendum eſt cum uulnus eſt ſiccum & fuſcum: Cerę, olei, uiſci, picis, partes ſumantur æquales & reſoluantur, & quod ex eis fit, eſt unguentum nigrum.

De medicaminibus quæ carnem minuunt ſuperfluam & reſoluunt. Cap. V.

VSnem teratur ualdè, & ſuper locum ubi caro ſuperflua eſt, pulueri zetur. Eam enim liquefacit. Aliud iſto fortius: Chali teratur, & deſuper puluerizetur, aut ziniar tritum deſuper puluerizetur.

Deſcriptio unguẽti uiridis corrodentis, & ulcera ſanioſa mundificantis: Recip. ziniar puri, mellis añ. ℥ 1. ex his ſimul tritis medicamen fiat. Sunt autem quidam qui huic unguento, ſarcocollę, ammoniaci añ. ℥ s. addunt, terentes omnia hęc cum aceto & melli admiſcẽtes. Et tunc hoc medicamen fiſtulis quę ſunt in auricula confert, omniaq; ſanioſa mundificat uulnera, & carnem corrodit mortuam. Medicamen quod uocatur Calidicon, carnem mortuã corrodens, & fiſtulis atq; putrefactioni quæ eſt in gingiuis & in ore, ac in toto corpore cõfert: Recip. calcis uiuę, partẽ unam, arſenici citrini, chali, acacię, arſenici rubei, omniũ añ. partem mediã. Omnia hęc cum aqua quę uocatur prima terantur: Aqua aũt prima ſic fit: Calcis uiuę, chali partes ſumantur ęquales, chali prius teraẽ, poſtea iſtis ſextuplũ põderis ipſorũ ex aqua ammiſceaẽ, & per tres recondanẽ dies, q̃tidie tribus uicibus

Vnguentum uiride.

Medicamentũ Calidicon.

uicibus agitando, poſtea coletur & utatur donec fiat ut alchaloch, & in ſole dimittatur donec incraſſetur, deinde fiant ex eo trochiſci, & deſiccentur, & in loco ubi ab humiditate tangi non poſſunt recõdantur. Et cum neceſſe fuerit unus ex eis teratur, & fiat ex eo medicamen. Deſtezberigi medicamen acutum & corroſiuum: Recip. arſenici citrini triti, chali, calcis, ziniar ana libram mediam, argenti uiui libram unam, ſalis ammoniaci quartam partem libræ unius, terantur omnia cum aqua prima, donec argentũ uiuum ſit extinctum, poſtea deſiccentur, & deſiccata iterum terantur, deinde in inſtrumento quod alchimiam facientes uocant alutel, ignem ſub eo faciendo donec eleuentur, ſublimentur, & quod ex es ſublimatum fuerit, ſumatur, & in ampulla uitrea recondatur, ex quo hæmorrhoides exterius cum ſuperflua carne apparentes, & ſcrophulæ quarum deſideratur deſtructio poſtquam fuerint ulceratæ, pulueri zentur, & ad ultimum in omnibus quorum deſtructio & diſſolutio deſideratur, eo utendum eſt. Erit enim ut cauterium ignis, ita ut deſiccet & denigret, atque combuſtionis uicem in multis tenet locis.

De his quæ ulcera conſolidant, & in ulceribus ualdè humoroſis carnem generant, & ipſorum remouent humoroſitatem. Cap. VI.

LIthargyrum pulueri zatum ſumatur, & ex aceto & aqua, & oleo ſimul in mortario inbibatur, donec intumeſcat, & albificetur. Deinde de calcis cremati, antimonij, balauſtiarum, uenarum curcumæ, gallarum, ſanguinis draconis, ſerici, aluminis, cathmiæ argenti, omnium ana quantum eſt ſexta pars totius unguenti ſumatur. Poſt hæc omnia iſta pulueri zata deſuper mittantur, & in mortario donec unita ſint agitentur. Deinde ex hoc unguento in coto ponatur, & uulneri in quo caro putrida nata eſt ſuperponatur, atque cum inuolutione panni ſuauiter ligetur, hoc autem unguento tamdiu in uulneris curatione utendum eſt, donec carnis in eo tanta generetur quantitas, quæ ei ſufficiat, & ipſum induret, & cutem perfectè inducat. Hoc etiam unguento omnia ulcera humorem multum habentia, curanda ſunt. Puluis qui ulcera conſolidat: Recip. aloës, balauſtiarum, cathmiæ argenti tritæ, calcis crematæ triti & lauati partes æquales, & horum puluere ſuper uulnus pulueri zetur. Alius puluis fortis:

Recip. Aloës, uenarum curcumæ, balauſtiarum, myrrhæ, gallarum partes ſumantur æquales, ex quibus fiat puluis qui ſuper uulnus pulueri zãdo ſpargatur, hic enim puluis congruit ad hoc, & fortis exiſtit.

De his quæ aperiunt magna apoſtemata, & ne cum ferro aperiantur excuſant. Cap. VII.

MEllis anacardi, picis liquidæ omnium partes ſumantur æquales, quæ in cocleari ferreo commixtæ, calefiant donec miſceantur. Et cum apoſtema ſine ferro aperire uolueris, locum in quo foramens ui facere conſidera, quem de prędicto unguento inungẽs, per medium dimitte diem, corrodet enim illud.

De ſcrophulis

Digitized by Google

De ſcrophulis. Cap. VIII.

SCrophulæ in collo, & in inguine ſæpius naſci conſueuerūt. Quæ plerunq; multæ ſimul exiſtunt. Vnde cum in hac habitudine locum uideris apoſtemoſum, quem tangendo inuenies durum, nec incidere poſſibile fuerit, ſed fuerint quaſi glandulę, ut nuces, ſcias eſſe ſcrophulas, quæ ex diſtentionis malitia, atq; ex faſtidio accidunt, & multotiens creſcunt, donec maximę fiant. Curationis principium eſt, ut ægrum ſemper famem pati, & cœnam dimittere facias, neq; multam aquam bibere permittas, neq; craſſa nutriatur diæta. Quod ſi in ipſo corpore ſuperfluitas fuerit, eum phlebotoma, atq; ipſius uentrem ſolue, & malagma ex emplaſtris ad hoc nominatis ei adhibe. Quibus ad hoc melius exiſtit emplaſtrum quod uocatur diachilon, & ſolum adminiſtretur. Quod etiam erit melius & magis cõfert, ſi pulueris ex radicibus ireos ſiccis, quantum poſſibile eſt in diachilon mittatur, & cum eo emplaſtrum fiat. Diachilon, lythargiri triti ℥ 1. ſumatur, cui in patella locatę olei ueteris ℥ 2. & s. ſuperadijciatur, & agitentur, & lentus ignis ſub eis fiat, & coquantur donec totū ſoluatur lythargirum, deinde mucillaginis fœnugræci, mucillaginis ſeminis lini añ ℥ 2. mucillaginis maluauiſci ℥ 1. ſumantur & prędictis adiungantur, poſt hæc totū agitando donec incraſſetur coquatur. Cum autē coctum fuerit, ab igne deponatur, agitatio tamen non intermittat̃. Quod poſtea tendendo malaxetur, donec ſpiſſitudinem habeat, & uiſcoſitatem, deinde recondatur & uſui reſeruetur. Aut ſtercus caprinū antiquū ſumatur, et ex melle & aceto ſimul calefactis, donec cõmiſceantur conſpergatur. Eſt enī ad hoc ualdè cõducibile. Aut ſemina raphani ſumpta cum amygdalis amaris terantur, & fiat ex eis emplaſtrum. Aut ſtercus uaccinum ſiccum ſumatur, & ex mucillagine maluauiſci conſperſum, deſuper ponatur. Aut fœnogræcum, & ſemina caulis, ac ſemen lini ſumpta terantur, & cribellentur, & ex mucillagine maluauiſci conſperſa, loco ſuperponantur.

Emplaſtrum διαχύλων.

De cancro. Cap. IX.

CAncer eſt ægritudo in qua maxima eſt fatigatio, ac ferè incurabilis exiſtit. Cui ſi illico ex quo incipit ſuccurratur, & ut debet regatur, forſitan ſtabit ut eſt, neq; augmētabitur. Cum aũt creuerit, ſemper ſic permanebit. Qui deterior eſt, ſi ulceretur. Cancer nanq; durum eſt apoſtema magnam in corpore habens radicē, quem uenæ uirides in quibus eſt caliditas imbibunt. Vlcus autē q̃d in cancro fit, eſt fœdū labia habēs craſſa & uiridia foris cõuerſa. Huius uerò ortus principiū quandoq; eſt, ut cicer, aut faba, qui poſtea augmentat̃ donec ſit ut magnus milo, & etiã maior. Et fortaſſe oritur hoc apoſtema in locis anhelitus, aut deglutiendi, & tunc fortaſſe ad malū adducit diē, ægrumq; pleruq; interficit. Qui aũt apoſtema ferro incidũt, nõ plus lucrant̃, q̃ q̃d cancrū ulceratū faciunt, niſi in tali ſit loco ubi incidi, & penitus deſtrui, atq; cõburi poſſit, & eradicari. Huic uerò cum incipit, cõfert phlebotomari ex uena Media, & uentrē ex apozemate de epithymo frequēter ſoluere. Aeger quoq; à cibis bilē generãtib. nigrã abſtinere debet, ut ſunt lẽtes, & caules imperiales, atq; caro uaccina, & ceruina, & uinū nig. & craſſ. & ſimilia his quę humorē generãt ualdè malū.

Cancer quid ſit

Oportet

Oportet præterea ut diæta ipſius ſit caro arietina, & ſtarnę, & uinum ſubtile, & à cibis cuſtodiatur calidis, quia ipſi ſanguinem denigrant. Poſtquam uerò creuerit, & ad ſui peruenerit perfectionē, non eſt neceſſe niſi ut ei blandientia adhibeantur, ne in ipſo ulcus fiat. Et hoc eſt obſeruandum, ut ſummopere cuſtodiatur, ne unquā caleſiat, aut ex medicinis, aut ex alijs rebus, imò ex oleribus frigidis infrigidetur, ea terendo & deſuper ponendo. Ipſi uerò, ſi aliquando ulceratum fuerit, hoc unguentum ſatis confert, quod:

Recip. ceruſſæ, tutiæ lauatæ, partes æquales, terātur iſta cum oleo roſeo, & ſucco portulacæ, aut ſucco ſolani, & mucillagine pſyllij, aut ſucco cucurbitæ, aut citrulli, cum quocunq; iſtorum habere poteris, & ponatur ſuper ipſum. Hoc nanq; unguentū cancro in quo nondum factum fuit ulcus, & tamen quod in eo fiat timetur, confert.

De carbunculis. Cap. X.

CArbunculi ex multo ſanguine, & uectatione, & labore poſt ſaturitatem oriuntur. Qui poſtquam acciderint, non eſt negligendum quin eis ſuccurratur. Fortaſſis enim tota eorum materia in uno corporis loco colligetur, ex qua magna fiet exitura. Ex eis autem quæ eos generari non permittunt, ſunt, phlebotomia & uentoſæ, & uentris ſolutio, cum myrobalanis citrinis, & ſenæ, & fumoterræ, & prunorum, aciuiubarum, & thamarindorum infuſionem ſępe potare, & dulcium comeſtionem minorare, neq; uinum dulce & craſſum bibere, atq; cibaria acetoſa, & ſtyptica, & ea quæ has duas qualitates aggregant comedere, ut caro cum ſucco uuæ acerbę cocta & cum ribes, & cum pomis, & ſuchabegi, & charis, & hulem, & muſos, & ſimilia his. Si autem fuerit neceſſe ut patiens carbunculos, bibat uinum, uinum defecatum & clarificatū ſumere debet. Confert enim ei. Poſtquam autem carbunculus acciderit, non eſt neceſſe niſi ut in ipſius maturatione ſtudium impendatur. De his quoq; quæ carbunculos citò maturant, eſt, ut ex caricis uiſcoſis contritis, in quibus eſt multum mellis fiat emplaſtrū, aut ex carne uuę paſſę cum baurach panis mixta, emplaſtrum ſuperponatur. Aut emplaſtrum diachilon deſuper mittatur, quia ad hoc utile exiſtit. Quod ſi carbunculus ad maturandum durus exiſtit, ſinapi cum ficubus pinguibus, & pauco oleo liliaceo cōteratur, & deſuper ponatur. Et ſi eius apertio poſt hæc tardauerit, perforetur, & cōprimatur, donec quicquid cōtinetur in eo effluat, atq; in eius circuitu, unguentum ex ceruſſa, & ſuper ipſum unguentum ex melle ponatur. Vnguentū ex melle: Recipe ſarcocollæ, mellis utriuſq; partes æquales, deinde ſarcocolla puluerizata cum melle miſceatur, & recondatur. Sunt tamen qui ſolum mel coquunt donec inſpiſſentur, deinde ſarcocollam puluerizatā deſuper mittunt & cōmiſcent. Hoc nanq; unguentū omne uulnus ſanioſum mundificat, totumq; remouet uirus. Cum autē carbunculus mundificatus fuerit, ipſe per ſe citò conſolidabitur. Si autē ipſius conſolidatio aliquādo tardauerit, cum unguento carnis generatio curetur. Et ſi carbunculus ardens fuerit, atq; in eius circuitu magnus fuerit rubor, uelociter ex unguento quod fit ex ceruſſa, caro erit generanda. Et ipſum eſt unguentum camphoratum frigidum, quod dicturi ſumus.

De apoſtemate

Digitized by Google

De apoſtemate calido. Cap. XI.

CVm in aliqua corporis parte calidum exoritur apoſtema, cuius tactus calidus ſentitur, eius curatio à phlebotomia eſt incipienda, ut ſi in parte, uidelicet, fuerit dextra, in ſiniſtra de uena Mediana fiat phlebotomia, & econuerſo, ſi in ſiniſtra, in dextra phlebotomia erit facienda, phlebotomia tamen ex uena Baſilica, aut Media eſt facienda. Quod ſi Baſilica inueniri non poteſt, in uno ex ramis ipſius phlebotomia eſt facienda. Si autem in eis quæ ſunt ſupra furculas ortum fuerit, phlebotomia fiet ex Cephalica. Deinde ex epithematibus infrigidãtibus epithemetũ, regimenq́; ſubtilietũ, & à carne & uino, ac dulcibus & unctuoſis, necnõ acribus cuſtodiatur, & cibis acetoſis alatur, & dum ipſum tactum calidum ſentitur epithematibus infrigidetur. Cum hoc enim regimine tueri poterit, ne in eo ſanies generetur. Quod ſi in hoc apoſtemate in quibuſdam diſpoſitionibus fortis pulſus & calor fuerint, proculdubio ſanies in ipſo colligitur. Quapropter tunc non eſt utendum niſi parum infrigidãtibus. Si tamen ex iſtis calorem atq; ardorem neq; ſedari, neq; minui uideris, ab iſtis ad ea quæ ſaniem faciunt te transfer. Quod ideò fieri conuenit, ut ad collectionem uelociter perueniat. Poſtea uerò exitura, ut diximus, erit ſananda. Medicinæ uerò quæ ſaniem faciunt, ſunt ea quæ diximus carbunculorum apertionem facere. Infrigidantes uerò medicinæ quæ apertioni conferunt, ſunt hæ medicinæ, quas dicemus, atq; harum quidem hæc eſt nominatio. Medicamen quod heriſypilatis epithema uocatur, quod etiam omnibus membris in quibus apoſtema calidum eſt, ſi ex eo epithema fiat, confert: Recipe ſantali rubei, ſief memithæ, faufel, ceruſſæ, boli Armeni partes æquales, corticum mandragoræ, opij, amborum quantum eſt medietas unius ſupradictorum. Ex his omnibus cum aqua collectis, formę auellanis ſimiles fiãt, ex quibus cum neceſſe fuerit aliquid ſumptũ teratur, & ex eo cum aqua roſea, & pauco aceto madefacto, epithema fiat, & deſuper mittatur, cui deinde pannus in aqua niuis infuſus ſuperponatur. Qui poſtquam tabefactus fuerit remoueatur, & alius recenter infuſus loco eius ſuperponatur. Hoc enim bonum & maximum afferens iuuamentum, exiſtit.

De apoſtemate molli, quod œdema Græci nuncupant. Cap. XII.

APoſtema molle quod digito cum premitur cedit, aliquã quandoque comitatur ægritudinem, ut ſunt ægritudines quæ cum complexio corrumpitur, aut phthiſis adeſt, accidunt. Quod cum ita fuerit, non eſt tantum de ipſo curandum, quantum in illius ægritudinis cura eſt ſtudendum. Quod autem per ſe accidit, aut febres longas cum ſanatur comitatur, ita ſanandum erit, parum aceti cum oleo roſaceo, & aqua roſata, & aqua myrti, & aqua ex qua fit ſapor miſceatur, & pannus madefactus deſuper ponatur, & ligetur non tamen fortiter. Ligatura uerò in medietate apoſtematis fortis conſtringatur, quæ ad utranque tendant partem. Ex his quoque quæ ipſum diſpergunt, eſt aqua cineris, quæ ſic fit: ſarmenta comburuntur, & in eorum cinerem aqua miſſa per noctem unam dimittitur, deinde colatur, & acetum ei commiſcetur. In qua poſtquam panni infuſi fuerint deſuper ponantur, unum alij cum ligatura coniungendo. Aut apoſtema ſi ualdè

P molle

Digitized by Google

molle fuerit, ex ſale & oleo fricetur. Aut folia thamaricis, aut myrti, aut dulp, deſuper ponantur, aut ex bolo armeno & aceto epithema fiat, æger quoq; ſuum attenuet regimen, et à faſtidio ſe cuſtodiat, & à multiplicatione aquæ. Epithema quod mollitiei ac relaxationi ubicunq; accidit, confert:

Recip. aloëſ, myrrhæ, lycij, acaciȩ, ſief memithæ, cyperi, croci orientalis, boli Armeni, omnium partes æquales. Ex his omnibus ſimul cõmixtis, formæ auellanis ſimiles fiant. Ex quibus cum neceſſe fuerit, in pauco aceto & ſucco caulium ſimul mixtis, aliquid diſſoluatur. Et ſi ægritudo in facie, aut in palpebris extiterit, in aqua roſata, & ſucco endiuiæ, & pauco aceto, ex eis fiat reſolutio.

De apoſtemate duro. Cap. XIII.

CVm in aliquo corporis loco durum ortum fuerit apoſtema, quod neq; tactu calidum ſentiatur, neq; ſit cancer, æger ab omnibus cibis, quos in capitulo de cancro uitandos eſſe præcipimus, abſtineat. Ea autem quibus ipſum erit curandum, ſunt omnia quæ mollificant, ut medullæ omnes & adipes, & bdellium molle, atq; ammoniacum, & ſtyrax, ac galbanum, & his ſimilia. Si autem locus in quo eſt non ſanatur, ſtudendum erit ut materia ab eo tranſponatur per phlebotomiam, & uentris ſolutionem, ex his quæ bilem expellunt nigram, ne magnificetur & augmentetur apoſtema. Emplaſtrum quod dura reſoluit apoſtemata: Recip. bdellij mollis, ammoniaci, galbani añ. partes æquales, quæ cũ oleo mollificatæ in mortario terantur. Oleum tamen ſit de lilio, aut de ben. Deinde mucillago fœnugræci, & ſeminis lini, quȩ eiuſdẽ ſint quantitatis, cuius ſunt omnia prædicta, ſumantur, & omnia ſimul terantur donec uniantur, deinde ex eis cum caricis pinguibus mixtis, emplaſtrum duritiebus ubicunque fuerint in corpore ſuperponatur.

De glandulis magnis. Cap. XIIII.

CVm in aliqua corporis parte aliqua apparuerit additio, quȩ cum tangitur, & ad latera tranſponitur, cuti continuari non inuenitur, neq; duriter moueri, ſed taliter exiſtens, ac ſi à corpore ſeparata foret, neque radicem, neq; principium in eo habens erit glandula. Glandulæ uerò in magnitudine diuerſificantur, à cicere incipientes uſq; ad milonis magnitudinem peruenientes, unde earum diuerſificantur ſpecies. Si autem glandula dimittatur quia parua eſt, & eius negligatur cura, augmentatur. Vnde poſtea ad ipſam extrahendam, medicus ſuauiter operans eſt neceſſarius. Nos tamen in quibus error contingat, dicemus. Et hoc eſt, quia maior earum pars in panniculo cõtinetur, qui glandularum ſaccus uocatur. Quapropter ſaccus cum eis ita eſt extrahendus, ne ex eo ibi aliquid omnino remaneat. Quia ſi ex eo ibi aliquid retentum fuerit, quamuis paruum ſit, plerunq; redire conſueuerunt. Locus igitur in quo continetur, ſcindendus eſt ſummopere cauendo, ne cõtinens eas ſaccus ſcindatur, ſed ſola caro eis ſuperpoſita. Saccus uerò cum uncino eleuetur, & perfectè excorietur, donec glandula, & eius ſaccus integrè extrahi poſſint. Hoc nanq; in eius cura melius exiſtit. Quod ſi ſaccum quandoq; rumpi contingat, cum uncinis eſt eleuandus. Et licet fruſtatim extrahatur, continuè tamen eſt inueſtigandus.

Poſtq;

Digitized by Google

Poſtquam uerò extractus fuerit, ex reliqua cura, quam in ulceribus nominauimus erit curandus. Deceptores tamen quidam inueniuntur, qui fraudem facere cupientes ex ſacco parum dimittunt, ideò, ſcilicet, ut in eius cura diutius morentur. Quæ autem ſaccum non habent, extrahendæ ſunt, & in uulnerum conſolidationem tantum ſtudium impendendum.

De nodis glandulosis. Cap. XV.

QVandoque in aliquibus corporis locis craſſities in magnitudine auellanæ æqualis, uel parum plus, uel parum minus apparet, quæ glandulis aſſimilata plerunque in dorſo manus, & in locis ubi uenarum eſt multitudo generatur. Quæ cum fortiter preſſa aut fricata fuerit, euacuabitur, & ſtatim penitus remouebitur. Poſtea tamen quandoque redibit, & quandoque nullo modo reuertetur.

Quapropter locus comprimendus & fricandus erit, donec euacuetur, & æqualis fiat. Poſtea fruſtulum plumbi rotundum ſumatur, & loco ſuperpoſitum fortiter ſtringatur, & per tres dies ſic manere permittatur. Poſtea uerò ex epithemate de calce epithematus ligetur. Si enim poſt euacuationem ſtrictus fuerit locus, non reuertetur. Sed ſi non fuerit ſtrictus, plerunq; conuerti conſueuit ægritudo.

De formica. Cap. XVI.

IN aliquibus corporis locis cum paruo apoſtemate, paruæ puſtulæ, cum pruritu & ardore, & calore uehementi in tactu quandoque fieri conſueuerunt, quæ etiam cito ulcerantur. Quæ poſtquam ulceratæ fuerint, uicina loca perambulare incipiunt & dilatari. Veter igitur ex his qui bilem expellũt rubeam, eſt ſoluendus, ut ſunt myrobalani, & ſcãmonea cum aqua de fructibus. Locus quoq; qui ulceratus eſt in circuitu ex epithemate, quod in capitulo de calido apoſtemate nominauimus, eſt epithemandus. Vlceri uerò unguentum de ceruſſa, eſt ſuperponendum. Sed ſi nondum ulceratus fuerit locus, totus ex hoc epithemate erit epithemandus. Quod ſi cum hoc apoſtemate calor ſuperfluus & rubor affuerint, eius curam à phlebotomia incipe, deinde reliquum, quod diximus, regimen exhibe. Totumq; eius cibũ ad reliqua infrigidantia reducas.

De igne perſico. Cap. XVII.

ALiquibus membris pruritus & feruor intolerabilis quandoque accidunt, ubi ſuccedente tempore ampullæ aqua ſubtili plenæ generantur. Oportet igitur ut cum aliquo membro aliquid tale accidit, uelociter phlebotomia ſubueniatur, quod ſi non prius quàm ampullæ ibi ſint exortę ſuccurratur, & ampullæ rumpendæ ſunt, & totum uirus quod in eis continetur, eſt expellendum. Deinde emplaſtrum ex unguento de ceruſſa facto ſuperponatur, quod in capitulo de ignis combuſtione nominabimus. Ampullæ uerò prædictæ non ſunt dimittendæ, donec aqua aliquo modo in eis adunetur, ſed in circuitu ipſarum ex bolo Armeno, & aqua, & aceto, & oleo, epithema eſt faciendum, ſi Deus uoluerit.

Digitized by Google

De adustione ignis & aquæ, & olei. Cap. XVIII.

SI cum aliquod horum acciderit, ilico qui curare debet preſens fuerit, pannos in aqua frigida, aut in aqua roſea ſuper niuem infrigidata madefaciat, & deſuper ponat. Qui poſtq̃ deſiccati fuerint, remouendi erunt, & alij ſimiliter præparati ſuperponendi. Quod ſi hoc magnũ fuerit, ex latere cõtrario phlebotomia eſt facienda, & regimen eſt ſubtiliandum & infrigidantibus utendũ. Dolor autẽ fortiſſimus ſi ibi affuerit, uitelli ouorum cum oleo roſeo agitati, cum coto deſuper ſunt ponendi. Sed ſi uehemens non fuerit ibi dolor, lentes excorticatæ, & ceruſſa terantur, & ſimul cum aceto miſceantur & deſuper ponantur. Deinde pannus aqua roſacea infuſus ſuper niuem infrigidata, ſupermittatur. Et ſi ueſicæ ibi fiant, cum unguento de ceruſſa curentur, quod hoc modo fit: Cera colata, & ipſius quadruplũ de oleo roſarũ ſumantur, quibus reſolutis tantũ ceruſſę quantum poſſunt capere, adijciatur, & in circuitu moueatur. Deinde poſtq̃ infrigidari cœperit, albumen oui prędictis admiſceať, donec inſpiſſeť, & hoc facto quouſq; inſpiſſeť, ſine intermiſſione agitetur, deinde recondať. Quidam etiã parũ cãphoræ, ibi admiſcent. Si aũt ulcus ibi fiat quod ſit magnum quiddam, cum unguento de calce curãdum erit. Quod hoc modo fit: Calx alba & mũda ſumatur, tantumq́; aquæ ei ſuperfundatur, ut ex ea cooperiatur, deinde per duas horas ſic dimittatur, & aqua coletur, & à calce ſeparetur, deinde alia aqua ſuper calcem fundatur. Quod poſtq̃ quater factũ fuerit, dimittatur donec parumper infrigidetur. Deinde cum oleo roſato in uaſe agitetur, donec uniatur, & fiat ex eo epithema.

Vnguentum de calce.

De panaricijs quæ circa ungues fiunt. Cap. XIX.

ALiquando in unguiũ circuitu apoſtema calidũ & rubeũ, & inflãmatum, & doloroſum, ac fortiter pulſans fieri contingit. Ex quo plerunq; accidit febris, & pertingit dolor uſq; ad loca quæ ſunt ſub axillis & in inguine. Aeger itaq; ſi diu eſt, ex quo non fuit phlebotomatus, phlebotomãdus eſt. De his quoq; quæ ad hoc ualdè cõferunt eſt, ut locus ſæpe ex aceto & opio liniatur, donec ſuper locum craſſum ſit epithema. Deinde pſylliũ cum aceto, & aqua conquaſſatũ ſuperponať. Et ſuper hoc totum pannus aqua niuis infuſus mittatur. Qui hora una tranſacta remoueatur, & alius loco eius ibidẽ locetur, hoc multis faciendo uicibus. Quod ſi in hoc loco uehemens fuerit pulſus, medicamen iſtud, uel ei ſimile per diem unam ei adhibere curato. Quo facto ſi prędicta non uideris ſedari accidentia, epithema loco, uel emplaſtrũ ex aliquo eorum quæ in carbunculorũ cap. nominauimus ſuperpone. Ad maturitatẽ nanq; deueniet & operationem, atq; quod in eo eſt extra manabit. Deinde cum unguento quo uulnera ſanari cõſueuerunt locũ cura. Origini quoq; unguis ſi pruritus acciderit, unguis cadet. Quapropter poſt ipſius caſum, neq; cũ eo erit ludendũ, neq; ipſe ullo modo mouendus, ne unguis qui renouať, totus egrediať & aſper.

De fluxu ſanguinis & uulneribus. Cap. XX.

SI ex uulnere cõtinuati ſanguinis tanta fluxerit multitudo, ut inde uirtutis timeať debilitas, membrũ ſurſum eſt erigendũ, & taliter locandum ne in eo dolor ſentiatur. Poſt hæc uerò leporis pili cũ albumine oui mixti,

Digitized by Google

oui mixti, aloë, & thure, ac ſanguine dracõis tritis inuoluti, uulneri ſunt im mittendi. Aut fila ex lino ſubtilia minutim inciſa, & eis quæ diximus inuo luta ſunt, ſimiliter immittenda. Aut uulnus ex aranei tela repleat̃. Sanguis ꝓterea ſi cum ſaltu fluxerit, deinde redit uelociter & iterat̃, ex arteria ſan guis egredit̃ inciſa. Qui ſi uno egredit̃ modo, ex uenæ eſt inciſione, quæ cũ his quæ diximus ſunt ſanãdæ, & ligãdæ. Et ſi hoc modo ſteterit ſanguis, be nè erit. Quod ſi propter hoc non ſiſtit̃ ſanguis, arteria illa, aut uena eſt inci denda. Cuius inciſio eſt, ut uena uel arteria cum uncino eleuata, ſi uideri po terit, ſuſpendat̃ & extrahatur, deinde incidatur, locusq; ex eis quæ diximus poſt illud repleat̃. Quod ſi poſſibile non fuerit, aut medicinæ non contule rint, locus cõburatur. Oportet uerò ut cauteriũ quo fit cõbuſtio ualdè ſit ignitũ, & uehementer rubeũ, ubi ſummopere eſt cauendũ, ne ſuper neruum ponat̃. De his præterea quæ ſanguinẽ reſtringunt eſt, ut uulnus calce reple atur, aut azegi & liget̃. Medicamen forte: Calcis, colcothar, ſanguinis draconis, aloës, gypſi, hypociſtidis tritorũ, ut alcohol, partes ſumant̃ æqua les. Deinde fila inciſa cũ albumine oui mixta accipiant̃, & in ꝑdicto medica mine inuoluant̃, ex qbus ſic ꝑparatis uulnus repleatur, atq; ea quæ ſunt in ipſius circuitu, ex ꝑdicto puluere puluerizentur, & liget̃ ad ultimũ locus.

De miſſione ſanguinis. Cap. XXI.

VEnæ quæ ex more in phlebotomia incidi ſolent, ſunt Cephalica, & Media uena, & uena quæ dicit̃ Funis brachij, & Baſilica, & Sal uatella, & Saphena, & uena quæ eſt in poplitis curuatura ſubtus, & Iſchiatica, & frõtis uena, & illę quæ ſunt in tẽporibus utriuſq;, & duæ quæ dicuntur alguidegi & ſunt in gula, & uenæ quæ ſunt in angulis oculorum iuxta naſum, & illę quæ in collo ſunt utrinq;, atq; uenę quæ ſunt ſub lingua, & aliæ quæ ſunt in utriſq; labijs. Cephalica uerò & matrix, & Baſilica, in cubiti curuatura ab inferiore parte reperiunt̃. Baſilica nanq; eſt uena, quæ in ipſius parte interiore conſpicit̃, quæ à loco qui eſt ſub axilla ue nit ad ipſam. Cephalica autẽ eſt in parte exteriore, & ex parte ſpatulæ ue nit ad illam. Media autẽ uena ex uno ramo Cephalicę, & alio Baſilicę com mixtis cõponitur, quæ in iſtarũ medio poſita eſt. Vena autẽ quæ brachij Fu nis eſt, ulnæ manuum ſuperponit̃. Saluatellæ uerò locus in dorſo manus exiſtit, in loco qui eſt inter auricularẽ digitum & mediũ. Saphenæ aũt lo cus, eſt apud calcaneũ in parte interna, ſicut Iſchiaticæ locus eſt, apud calca neum in parte externa. Frontis uerò uena eſt, quæ in medio frontis cõſiſtit, Sed uenæ tẽporum ſunt duæ uenæ, quæ ſuper tẽpora inuoluunt̃. Duæ præ terea uenæ, quæ in angulis oculorum ſunt, plerunq; ſunt manifeſtę in angu lis, & aliquãdo non apparẽt niſi hominis guttur multũ ſtringatur. Naſi au tem uena manifeſta non eſt, ſed fit ex ea phlebotomia, cum locus qui palpa tus ſentit̃ ſiſſus, lanceola uulneratur. Venarũ itidem locus quæ uocãtur guidegi, eſt in collo. Et earum quæ dicuntur algeherich, eſt in labijs. Phle botomia quoq; in ſanitatis cõſeruatione ac ægritudinũ curatione, maxima operatiõis medicinæ pars exiſtit, ſi qualis oportet fieri, fiat. Corpora præ terea quæ phlebotomiã plus tolerare poſſunt, ſunt quæ uenas manifeſtas & amplas habẽtia, piloſa ſunt, & bruna, atq; ex colore rubeo & fuſco mi

Digitized by Google

Aetates phlebotomiæ idoneæ & contra. Tempus.

xtis, ſunt colorata, & iuuenes, & adoleſcētes, & ſenes non decrepiti. Pueri uerò & infirmi minuēdi non ſunt, niſi maxima incūbente neceſſitate. Oportet quoq; cauere quantū poſſibile eſt, ne phlebotomia in tempore calidiſſimo aut frigidiſſimo fiat, neq; hi q̄rum ſtomachus & hepar in frigiditate diſtēperata exiſtunt. Porrò cū Cephalica in phlebotomia incidit, ſanguis qui eſt ſuper furculas uelociter per eam egredit̄. Quapropter cum ægritudo in illis extiterit locis, phlebotomia ex ea erit facienda. Sed ex Baſilicæ inciſione, ſanguis, qui eſt in pectore ac toto uentre uelociter per eam tranſit. Cum igitur horū locorum ſanguis eſt euacuandus, uena hęc in phlebotomia eſt incidenda. Quę ſi inueniri non poteſt, ex ipſius ramis aliqs eſt phlebotomādus. Vena uerò Media, ſicut ex his duabus cōponitur uenis, ſic ſanguinē ex iſtis duobus locis ſimul trahit. Ex ipſa igitur phlebotomia eſt facienda, cum ægritudines iſtis duobus accidunt locis, aut cum totum corpus eſt euacuandum, & alleuiandum, aut cum prædictę duę uenę inueſtigatę inueniri non poſſunt. Differentia uerò inter phlebotomiam ex Cephalica, & phlebotomiam ex Baſilica maxima eſt, cum ægritudo fuerit in capite, & e contrario. Media tamen uena quamuis ſanguinem qui eſt in capite minus quàm Cephalica trahat, & qui eſt in uentre, minus quàm Baſilica, melius tamen eſt ipſam phlebotomare cum in uentre exiſtit ægritudo quàm Cephalicam. Itemq; cum ægritudo eſt in capite, ipſam incidere melius eſt, quā Baſilicam. Cum itaq; Cephalicam phlebotomando incidere uoluerit quis, & non inuenerit aliquem ex ſuis ramis, frontem incidere melius eſt, q̄ Medianā. Hos autem ramos ut multum, in externa parte brachij reperies. Item cum Baſilicam incidere uolueris & non inueneris, aliquem ex ſuis ramis incidere melius eſt quā purpuream. Hos quoq; ramos in parte brachij, plerūq; inuenies. Quod ſi illos inuenire nō poteris, ad phlebotomandū ex Mediana redi. Venæ uerò quę in poplitis curuatura ſubtus reperiuntur, & uena quę Saphena uocatur phlebotomandę ſunt, cum ſanguis ad inferiorem corporis partem eſt trahendus, & cum ægritudines huic accidentes parti ſunt cronicę, & in matrice ac renibus eſt dolor, & cum menſtruorum deſideratur prouocatio. Iſchiatica autem eſt phlebotomanda, cum dolor ab ancha uſq; ad pedem protenditur. Saluatella uerò dextra quidem pro hepatis infirmitate, & ſiniſtra pro ægritudine ſplenis eſt phlebotomanda. Sed duæ uenę quę dicuntur Guidegi ſunt phlebotomandę, cum anhelitus in leprę principio maximè anguſtatur. De uenis uerò quę ſunt ſub lingua fit phlebotomia, cum ſynanche adeſt, Cephalica tamen prius phlebotomata. Vena autem frontis phlebotomando inciditur, pro antiquis ægritudinibus, quę in facie, aut in oculis exiſtūt, Cephalica prius phlebotomata. Venę itidem quę in labijs ſunt inciduntur, cum in aliquo multiplicantur alcola, & ulcera in ore, & gingiuis, Cephalica tamen prius phlebotomata. Venę uerò in temporibus exiſtentes inciduntur, cauſa hemicraneæ, ac uehementis doloris in capite, & pro oculorum ophthalmia, quæ diu permanet. Hę etiam quandoq; extrahuntur, & inciduntur. Venę autem quę in capite ſunt propter ſahapha, & mala ulcera quę ſunt in capite inciduntur. Magnus uerò error qui plerunq; ex harum uenarū phlebotomia acci-

Digitized by Google

mia accidit, eſt ſicut narro tibi. In Cephalica nanq; cum non una tantum ſed pluribus uulnerat̃ percuſſionibus, & quando foramen exiſtit anguſtũ, poſtea cõſolidatur, et flectit̃ apud ſecundationẽ, aut cum fortiter mouet̃, et manu aliq̃d perficitur opus, aut laborẽ pati cogit̃, apoſtema fieri cõſueuit. Quę tamen ſi una tantũ inciſione aperiat̃, omnibus alijs uenis in phlebotomia ſecurior erit. Oportet etiam ne percuſſio cum phlebotomo in lacerti fiat initio, ſed locus inquirat̃ mollis, & ibi fiat percuſſio. Quum aũt ſub Media uena neruus exiſtat, ſi lanceolæ extremitas uſq; ad ipſum perueniat, atq; pungat, poſt phlebotomiã ſtupor accidet mãſiuus, qui forſitan ſemp manebit. Quapropter quiſq; cauere debet, ut lanceolæ extremitas non ad eundem locũ ubi neruus eſſe ſentitur, ſed ad partẽ ab eo remotam, perducatur. Si aũt ipſa inter duos exiſtat neruos, uena in longitudinẽ eſt findenda. Et hoc modo eſt cauendũ à neruo qui uenæ uicinatur, quum ſenſui occurrerit. Si autem forte cõtingat neruum ſubtiliſſimum ſub ea eſſe, quę ſenſui manifeſtari nõ poſſit, & incidatur, deſtrueturq; omnino, ſi lanceola quũ fit phlebotomia ad fundum peruenerit, & in brachio fiet ſtupor, qui in longũ perdurabit tempus. Non eſt igitur in eius cuſtodia melius, quàm ut phlebotomiæ uulnus ad fundum non perueniat. Si tamen aliquem paruũ neruum quandoque ex toto incidi contingat, non erit eius nocumentũ, ut nerui qui ſenſu deprehenditur. Illud ergo quod uulgus & ſtolidi dicũt, ſcilicet, quod manus ariditas ex hoc ſequatur, mendacium eſt. Nam ſi quis etiam uoluntariè totum hunc incideret neruum, non tamen plus quàm illud, quod diximus, inde accideret. Sub Baſilica autem magna locatur arteria, ei exiſtens uicina. Quapropter phlebotomiam in ipſa cum maxima fieri conuenit cautela, omnia obſeruando, & præcipuè ſi non craſſa & manifeſta & plena fuerit. Eius autem cuſtodia eſt, ſicut dicemus. Quum non uideris Baſilicam, & fuerit neceſſe ut ex ea per tactum inuenta minutio fiat, melius erit ut eam dimittas, & ad aliam accedas. Vnde oportet ut aliquem ex ipſius ramis perquiras, ut eſt uena Aſſellata, & quę ſunt his ſimiles.

Quod ſi ex ipſa tantum minutionem facere uoluerit, locus ante brachij ligationem tangendus. Et poſtquàm locus pulſus fuerit cognitus, erit ſignandus, deinde ligetur, & ſummopere obſeruetur, quatenus à loco ſignato quanto magis poſſibile fuerit, elõgetur percuſſio, & ad partẽ manus deſcendendo fiat. Arteria nanq; quãto plus ad partẽ manus deſcendit, tanto plus profundat̃, & à Baſilica ſeparatur, quę ſeparatio in cubiti incipit curuatura. Quum autẽ ligaueris brachium, ſi locum notę pulſus eleuari, & inflari cõſpexeris, ne illã tangas uenam, caue. Inflatio nanq; hęc, non eſt niſi arterię, & tumor, & ipſius repletio. Vnde ſi uenam incideris & ſanguinem cum ſaltu exire conſpexeris, qui ſubtilis ſit & rubeus, ſcias ipſum ab arteria fluere. Oportet igitur tunc ut licinium ex coto cito facias, & albumine oui infuſum, puluere ex aloë, & thure, & ſanguine draconis inuoluas, & deſuper pone. Hoc nanque medicamen uehementer ſtringit, poſt hæc locum liga, quem per tres dies non ſoluas, ſed ſuper ipſum aquam aſſiduè rorando fundas ne locus calefiat, hoc tamen totum nequaquam facias, niſi poſtquàm partem quæ ſuper locum eſt fortiter ligaueris.

Quod ideò fieri cõuenit, ut ſanguis reſtringatur & refrenetur, quia poſtq; hoc feceris, quod uolueris agere poteris. Cum autem dies affuerit tertia, locum ſuauiter ſolue, & ſi uideris medicamen ei adhærere, non ab eo remoueas, ſed in eius circuitu de prædicto medicamine pone, & ad ligandũ iterum redi. Quod ſi ex medicamine aliquid ſeparatum uideris, digitum tuum loco licij uelociter ſuperpone, & quod ſeparatum eſt ſuauiter remoue, & deinde de medicamine ſuperpone, & ut prius feciſti liga. Stringet̃ enim ſanguis arteriæ hoc modo, & arteria à diſruptione quæ ibi taliter ſolet accidere, ut in hernioſis tuebitur, & ſanabitur iuſſu Dei. Si autẽ ex Baſilicæ phlebotomia eminentia quæ tactu mollis ſentiatur acciderit, & quãdo ſuper eam premis deſcendit, erit mala, quia eſt arteriæ eminentia. Vnde taliter patiens timeat, & caueat ne aliquid quod ipſam diſrumpat, tangat. Sanguis enim cõtinuo ex arteria manabit. Sed ex rebus ſtypticis emplaſtrum ſemper ſuperponatur, quod ideò fit, ut locus induretur, & ſic erit ei à ruptura ſecuritas. In arterijs uerò quæ ſunt in tẽporibus cum phlebotomia fit, non ſequitur tumor, quia ſi aſtellæ ſuperpoſitæ fuerint & ligatæ, reſtringetur ſanguis. Quũ autem de ſaphena uena, & ea quæ in interiori poplitis curuatura phlebotomandum erit, ligatura cum chorda ſuperiori loco, ut in brachio, erit facienda, deinde pes ſuper fruſtum lacertuli, aut ſuper mortarij manicam, erit ponendus & ſtringendus, & ſic phlebotomia erit facienda. In Iſchiatica uerò, quicquid ab ancha eſt uſq; ad partes, quæ ſupra calcaneũ per ſpacium latitudinis unus manus exiſtunt, ligari debet. Aliter nanq; non manifeſtabitur. Quod ſi cum hoc non apparuerit, in balneũ mittatur æger, & multũ aquæ calidæ ſuper pedẽ fundatur, donec manifeſtetur. Si autẽ neq; ſic apparuerit, loco eius aliquẽ ex ramis qui per pedes cratẽ protendunt̃, in tẽpore ſyluestri phlebotoma. Illis tamen melior eſt, qui inter minimũ digitũ & ſecundum ab eo reperitur. Saluatellæ autẽ phlebotomia, ſic eſt facienda; ut manus in aqua teneatur calida, donec locus phlebotomãdus infletur, & incraſſetur, & ualdè fiat manifeſtus, deinde phlebotomet̃, & in aquã calidã iterum mittat̃ donec infletur. Ideò ne ſanguis in ore uenæ phlebotomatę coaguleт̃, & exire prohibeatur. Cum autẽ ex ea manauerit q̃d uolueris, parum olei & ſalis deſuper pone, ideò, ſcilicet, ne uulnus cito conſolidetur. Quod etiam in omni debili ramo, ac phlebotomia ſtricta te facere oportebit. Si autem ſecundario fuerit facienda, oportebit ut in forti citius, & in debili tardius fiat. Et non oportet quando difficilis fit ſanguinis exitus in ſecundatione, ut cõprimatur & flectatur uiolenter locus, ſed ut aut ſic dimittatur cum nullum ex hoc ſequatur malum, aut quod ex ſanguine ſuper os uulneris coagulatum fuerit, cum latere lanceolæ remoueatur. Hoc nanque melius exiſtit, quàm ipſum cõtorquendo, aut ungue feriendo mouere, ut ſtolidi facere conſueuerunt. Locus quoque percuſſionis, ſi apoſtematus fuerit phlebotomia ex loco qui eſt ſuperior eo, ſi ſanguinis extractio neceſſaria fuerit, fieri conueniet. Quod ſi poſſibile fuerit phlebotomiam per unam, aut per duos dimittere dies, à phlebotomia interim ceſſandum erit, & poſtea phlebotomia utendum. Obſeruandum eſt etiam, ne poſt phlebotomiam locus ſtrictè ligetur, hoc nanque apoſtema afferre conſueuit.

Neq;

Digitized by Google

Neq; multi panni ſuperponantur, neq; ſuper eum locum aliquid eorum illiniatur, quibus cauſa redolendi quidam ſe perungere conſueuerunt. Locus quoq; ſi ignitus fuerit, nulla hora ſit ligatus, donec alleuietur eſt dimittendus, ſed ut infrigidetur aqua roſarum, aut aqua dulci ſuper niuem infrigidata eſt rorandus. Minutus etiam nullo modo balneum ingredi debet, & præcipuè ſi locus fuerit ignitus, donec uulnus conſolidetur, & calor atque apoſtema ipſius ſedentur. Vinum etiam qui taliter ſe habuerit nullo modo bibere præſumat, neq; membrum in quo eſt phlebotomia moueat, neq; aliquod opus eo perficiat. Phlebotomatus præterea, neq; in die phlebotomiæ, neq; in die ſecundo multo repleatur cibo, imò ſe moderans cibo leui, bilem rubeam reprimente, & extinguente nutriatur, ſicut eſt ſuchabegi fortis acetoſitatis, ſi non in pectore aſperitatem habuerit, quæ hoc prohibeat. Quam ſi patiatur, zibrabegi ex carne agnina factum comedat, atq; oua mollia. Eſt etiam obſeruandum ne ebrius aut faſtiditus phlebotometur, donec iſta ab eis omnino ſint remota, niſi ex phlebotomię retardatiõe magnus immineat timor. Sicut cum aëris attractio eſt anguſtiſſima, aut tremor cordis eſt fortis & ſpiſſus, qui cum faciei & oculorum rubedine accidit, aut apoplexia in qua facies rubeſcit, aut nigreſcit, aut ſynanche, aut ſanguinis fluxus uehemens, & repentinus. Talia nanq; cum affuerint, phlebotomia qualibet hora diei uel noctis eſt facienda. Cum autem nulla incubuerit neceſſitas, ut in ſupradictis, bonum eſt ut phlebotomia fiat, poſtquã duæ aut tres horæ præterierint, atq; poſtquam digeſtiua ſuam expleuerit operationem, & fecum ſuperfluitas fuerit expulſa. Si uero alicui ex phlebotomia conſueuit ſyncopa accidere, oportet ut ante phlebotomiã parũ panis ſucco granati, muzi, infuſum comedat, aut in ſucco uuæ acerbæ, aut in horum ſimilibus madefactum. Sanguis quoq; quę ipſum minuere oportet, non ſemel, ſed tribus uicibus, aut quatuor extrahatur. Syncopa enim plurimum fit ex ſuperflua minutione, in hora qua egreditur ex eo ſanguis multus in tempore paruo. Hæc nanq; tunc cum ex forti phlebotomia, id eſt, cum poſt phlebotomiã paruo intermiſſo ſpacio multus extrahitur ſanguis plerunq; accidit. Quod ſi illud fuerit, oportebit ut eius exitus prohibeatur hora poſt horam. Nos quoq; nominabimus nũc, curationes ſyncopæ, quæ ex phlebotomia accidit. Et caueat ne aliquis ullo modo phlebotomet̃ poſt paſſionẽ cholericã, & uomitum, & uentris fluxũ, & poſt multum coitum, & poſt laborẽ, & uigilias, & poſtremo poſt omnia quę corpus diſſoluunt, aut fortiter calefaciunt. Sãguinis aũt menſura q eſt extrahẽdus, oportet ut ſit ſecundum uſum, & ſecundũ diſpoſitionẽ cuius cauſa phlebotomia exercet̃, atq; ſecundũ uirtutẽ. Qui autẽ calidũ apoſtema patit̃, ut pleureſim, aut ei ſimiles ægritudines cum phlebotomat̃, mutationẽ coloris ſanguinis à propria diſpoſitione attẽdere debet. Apoſtemate autem carẽs cum phlebotomat̃, non debet hoc in ſuo ſanguine obſeruare, cum totus eius ſanguis ſit æqualis. In habentibus quoq; apoſtema calidum cum phebotomantur, ſi ſanguinis tardauerit mutatio, & timor deſtructionis uirtutis affuerit, ſanguis eſt reſtringendus, nec eſt expectãdus donec ſanguis mutetur. Quod ſi aliqs in die phlebotomiæ bibat, donec inebrietur, ipſius brachium duabus cingatur li-

Si quis in die detractionis ebrius euadat.

Digitized by Google

ur ligaturis, cui inſuper uigiles qui ipſum cuſtodant adhibeantur. In pleriſq; enim eorum ſanguis adeò decurrit, donec quidam moriantur, & quidã morti approximent. Quapropter cum huiuſmodi aliquid acciderit, & poſtremo cum ſanguinis undecunq; fluxerit multitudo, donec uirtutẽ proſternat, aqua carnis & uinum ſubtile ac benè redolens, in quo ſit fortitudo, infimo ſubito tribuantur, & res benè redolentes ei tribuantur. Quod ſi ad hæc iam peruentum fuerit, ut iam nihil traijcere poſſit, dentes ęgri aperiantur, et aqua carnis cum pauca miua moſchata, & uino benè redolente, in ipſius os mittatur, totíq; corpori res bonum reddentes odorem, & præcipuè pectori & uentri adhibeantur. Nares quoq; inferius ex algalia inungantur. Aeger etiam hora poſt horam ſuffumigetur, coram cuius facie pulli diſcerpantur aſſati, atque ipſius naribus redolentes, qui appetitũ excitare conſueuerunt, applicentur, ut ſunt tuceta, & eis ſimilia. Et ſyncopa quidem quæ ſimul apud phlebotomiam accidit eſſentiã, & ea quæ diximus, ſecundum plurimũ prohibent. Sed ſi cum phlebotomia nauſea euenerit, penna in os infirmi, ut uomat eſt mittenda, deinde aqua roſata, aut aqua frigida ſuper ipſum eſt roranda, atq; fundenda, & in ipſam eſt mittendus, eſt etiam clamore uocandus atque mouendus. Qui ſi cum hoc ad memoriam non fuerit reductus, moſchus eius naribus eſt inſufflandus, & in ipſius os gallia mittenda, uinúmq; cum pauca aqua temperatum fundendum. Os quoque ſtomachi fricandum, & reliquum corpus eius. Deinde ad pennę in os immiſſionem, atque ad totum ipſius regimen redeundum. Syncopa uerò cum qua non adeſt nauſea, mala exiſtit. Quapropter tunc ut uomitus ſequatur, non eſt ingeniandum, ſed in ipſius cura ualdè eſt ſtudendum, atque ſummopere elaborandum, ut ſuccus carnis & uinum ſubito ei tribuantur, & atib ei adhibeantur. Ipſe quoque fortiter moueatur, & clametur, & aqua ſuper eum roretur. Plerunq; etiam qui ſyncopam patitur, ex ſono tympanorum & fiſtulis, atq; ex litigijs, necnon ex clamoribus ad memoriam redit.

De cucurbitulis. Cap. XXII.

VEntoſæ ſanguinem non niſi ex paruis uenis, & in carne diſperſis trahunt. Ideóq; ſicut phlebotomia, uirtutem non debilitant, licet corporis minuant repletionem. Loca uerò in quibus uentoſæ ſolent poni, ſunt iſta, ſcilicet, locus qui eſt inter duo cornua occipitij, ipſiúsq; occipitij duo cornua, & locus qui eſt ſub mento, & alius locus qui inter duas inuenitur ſpatulas, & loca quę in crurium pulpis interioribus inueniuntur. Ventoſa autem quæ in loco, qui eſt inter prædicta cornua ponitur, grauedini atque uanitati quæ in capite exiſtunt, confert.

Sed ſanguis qui cum uentoſis quæ in duobus ponuntur cornibus extrahitur, faciem atq; caput, necnon oculos alleuiat, grauitatíq; quę eſt in capite, & doloribus qui in dentium radicibus fiunt, auxiliatur, & fortaſſe prædictas actiones quantum phlebotomia adiuuat. Vẽtoſa uerò quę ſub mento ponitur, paruis puſtulis quę ſunt in ore & dentibus nocumentũ præbẽt, remediũ affert, atq; gingiuarũ corruptioni, necnõ his ſimilibus quęcunq; in ore fiunt,

Digitized by Google

ore fiunt, remediatur. Illa autem quę inter ſpatulas locatur, tremori cordis qui eſt cum repletione & calore ualet. Sed illa quę in cruris pulpa ponitur, repletionem uehementer minuit, & antiquis doloribus qui in matrice, aut renibus, aut ueſica fiunt, confert, & prouocat menſtrua. Corpus tamen plerunq; macreſcere facit, ſyncopaq; ex ea accidere conſueuit. Quibus autem puſtulę & carbunculi accidere ſolent, auxilium prębent.

De hyrudinibus. Cap. XXIII.

SAnguiſugæ cum in locis ponuntur ubi eſt impetigo, aut ſahapha, aut uulnus malum & antiquum, corpore prius phlebotomia inanito auxilium prębent. Poſtq; uerò ceciderint, locus adhuc, ſi ut ubi ponantur fuerit poſſibile, uentoſis erit ſugendus, & multa aqua calida lauandus, & fricandus, & comprimendus, quando, quod diximus, poſſibile fuerit. Et melius eſt, ut poſt uentoſarum etiam poſitionem ſecundũ quod diximus lauetur. Quod ſi poſt ipſarũ caſum ſanguis reſudare ceperit, panni linei aceto infuſi ſuperponendi erunt. Et ſi taliter perſeuerauerit, terra ſigulorum, aut tegulę recentes tritę, ut alcohol & balauſtię combuſtę, & cõtritę deſuper erunt ponendę. Eſt etiam obſeruandũ, ut cum ſanguiſugę capiuntur, per diem mediam ſic dimittantur, deinde in membro poſtq; confricatum, aut aqua calida fuerit ſuperfuſum, donec rubeum fiat, ſunt ponẽdæ. Et ſi adhærere noluerint, locus ex ſanguine recenti liniatur. Et ſi uolueris ut à corpore cadant, tunc pulueriza ſuper locum in quo ſunt ſuſpenſæ, ſalem, aut cinerem. *Qui adimantur hyrudines.*

De uena medeme, ſiue ciuili. Cap. XXIIII.

HAec ægritudo corporibus calidis & ſqualidis, & membris in quibus eſt pauca humiditas accidit. Quę licet in cruribus plerunq; egrediatur, quandoq; tamen etiam in alijs apparet locis. Ante uerò quam apparere incipiat membro accidit feruor, poſt quem aliquis eius locus ueſicatur, à quo poſt hæc uena exire incipit. Ex his autem quæ hanc prohibent ægritudinẽ accidere, eſt corpus cum dięta & balneo humectare, & ne olera & fructus in regionibus, in quibus hæc ægritudo accidere conſueuit comedantur prohibere. Hæc enim quomodo nominauimus, prædictam generant ægritudinem. Sed cum locus ampullari incipit, & uena ad exeundum feſtinat, confert ut æger in die prima drach. s. de aloë, & in ſecunda drachmam unam, et in tertia drachmas duas bibat, & locus etiam ex aloë epithemetur, deſtruet enim ipſam omnino. Poſtquam uerò exiuerit, quod ex ea foris apparet ſuper harundinem paruam ex plumbo factam, cuius pondus ſit ʒ unius eſt inuoluendum, & cum prædicta canna ligandum, & ut pendeat dimittendum. Ex ipſius nanque grauitate, incipiet deſcendere, & prolongari, & citius egredi. Et cum ex ea aliqua pars exierit, circa plumbum inuoluatur, & ligetur. Si autem quod iam egreſſum eſt longum fuerit, incidatur & quod remanſit inuoluatur, ne tamen radicitus auferatur, eſt obſeruandum. Quia ſi ſic factum fuerit, contrahetur, & intrabit carnem, & apoſtema putridum, & ulcus malignum generabit. Quapropter huic ægritudini blandiendo eſt ſubueniendum, & paulatim uena eſt extrahenda, donec omnino egrediatur, & nihil ex ea in corpore remaneat.

Si autem

Digitized by Google

Si autem ipſam radicitus incidi contingat in ipſius foramen ponatur radius, & in longum fundatur et benè aperiatur, donec quicquid ex ſua materia continetur, euacuetur. Butyrum quoq; per aliquot dies ſuperponatur, donec putreſcat, & eius conſumatur materia, deinde cum his quę carnem generant curetur.

De extractione ſagittarum & haſtularum, & ſpinarum. Cap. XXV.

QVum ſagitta in profundum uehementer penetrauerit, non eſt fortiter agitanda, quia timēdum ne rumpatur. Si autem poſſibile fuerit ut inſtrumentum quod ſagittarum uocatur, forceps mittatur in uulnus, donec ad haſtulam perueniat, mittendum eſt. Sed ſi fuerit impoſſibile, uulnus prius dilatandum erit, deinde inſtrumentum in illud mittendum, & adeò imprimendum donec haſtulam mordeat, quod poſtq; ita geſtum fuerit, inſtrumentū in ſuis extremitatibus quæ ſunt exterius erit ſtringendum, deinde aliquibus uicibus agitandum, ut per hoc probetur fixionis quantitas, poſtea extrahatur, prædictū nanq; inſtrumētum poſtq; ſagittam momorderit, uix ab ea ſeparabitur, quia eius os eſt ut lima. Ideoq; ex pauca conſtrictione in eius extremis fortiter conſtringitur ſagitta. Sagitta quoq; ſi in lacertum penetrauerit, adeò ut locus per quē intrauit ad eius exitum ſit durus, & alterius partis locus ad ipſius extractionem ſit facilis, findatur alia pars, & deinde extrahatur. Spinæ uerò & axillæ, & zizezu, partes, & alia ab illis quæ corpus intrant, ex emplaſtro de rebus relaxantibus facto ſuperpoſito ſunt extrahendæ. Quum enim locus mollificatus fuerit, id quod corpus fuit ingreſſum, ad eum egredieť. Vnde etiam quidam ſunt qui has medicinas extractiuas uocāt. Ex his autem quæ prædicto modo operantur, eſt ammoniacum quando ex eo cum melle mixto emplaſtrum loco ſuperponitur, aut ex cepis narciſci cum melle tritis fit emplaſtrum, aut cum radices harundinum, cum melle tritæ ſuperponuntur, aut cum ex omnibus iſtis ſimul cōiunctis, fit emplaſtrum, quia tunc eorum operatio ualidior erit.

De plagis capitis, & fractura cranei. Cap. XXVI.

CVm ex capitis percuſſione os non fuerit fractum, puluis ex aloë, & myrrha, & ſanguine draconis, & olibano, & corallis, deſuper eſt ſpargendus. Ex hoc enim uelociter ſanabitur. Sed ſi os ita fractum fuerit, ut inferius deſcendat, et abſcindatur craneum, non eſt hoc negligendum. Quia ex hoc intellectus turbatio, & ſpaſmus accidunt, & poſtea mors feſtina conſequitur. Os igitur illud uelociter eſt extrahendum, & ne panniculus qui eſt ſub oſſe rumpatur obſeruandum eſt. Ad hoc autem operandum, medicus ſapiens, & ſuauiſſimè operans eſt neceſſarius. Quod autem de hoc mētionem in hoc loco facimus, non ob aliud facimus, niſi ut oſtendamus quàm magnus ex hac ægritudine ſit timor, & ut ſubito in oſſis extractione ſtudium impendatur, antequàm prædicta contingant accidentia, quæ mala ſunt, & uitari non poſſunt. Et medicus quidem caueat omnibus modis quibus poteſt, ne panniculus qui eſt ſub oſſe rumpatur.

De impoſtoris

Digitized by Google

De impoſtoribus. Cap. XXVII.

DEceptorum fraudes tot ſunt, ut hic noſter liber totus eas comprehendere non poſſit. Eorum quoq; audacia, ac inuerecũdia, necnõ conceſſio, quà cognoſcũt ſe pro nihilo affligere homines, in ultimo finis, poſt quem alius non reperitur, exiſtunt. Sunt nanq; ex eis quidam qui epilepſiam ſanare ſe profiteantur, & ideò capitis initium in poſterioribus in modũ crucis findunt, & quædam quæ in ſuis tenent manibus ex uulnere extrahunt, hominibus tamen fidem faciunt, quod ex prædicta inciſione ea extrahant. Alij quoq; ſunt qui faciunt ut credatur, quod ex naribus paruam attrahant lacertam, naribus infirmi tentam acutam, aut ferrum mittentes acutum, cum quo radere incipiunt donec ſanguis exeat, deinde agunt ut rem quam in manu tenent, lacertæ ſimilem à naribus extrahere uideantur, quam ex uenis hèpatis faciunt. Sunt etiam alij qui faciunt ut credatur, quod albuginem oculo auferant. Qui cum ferrum in oculũ miſerint, prius cum ipſo fricare incipiunt, deinde in oculum ſubtilem mittunt panniculum, quem cum ferro extrahentes, q̃d de oculo extraxerint dicunt.

Sunt præterea alij, qui dicunt ſe aquã ex aure ſugendo extrahere, qui aquam in ore tenentes, unã harũdinis extremitatẽ, in ſuo ore, & aliã in aure infirmi ponunt, & ſugunt, deinde per harundinem aquam quã tenebant in ore expellunt, dicentes ſe ex aure extraxiſſe. Alij itidẽ ſunt, qui uermes in aures, & in dentiũ radices occultè mittant, & dicunt q̃d ex locis illis extrahunt. Sunt etiam quidã qui faciunt, ut credatur, q̃d ranula deſubtus linguã extrahant. Ideoq; ibi incidẽdo fixurã faciunt, in qua glandulã quæ adhæret ponunt, deinde extrahunt eam. Cur autem nominẽ illos qui uulneribus & ulceribus oſſa mittunt, & poſtq; per aliquot dies ibi ſtare permiſerint, extrahunt cum frequenter hoc faciant. Sunt etiam quidã, qui cum de ueſica quandoq; lapidẽ extraxerint, alium adhuc ibi eſſe lapidẽ dicunt, ideoq; faciunt, ut credatur, q̃d inde alium extrahũt lapidẽ. Quandoq; etiam tãgunt ueſicã, non pro certo ſcientes quod in ea ſit lapis, incidunt tamen. Et ſi non inueniunt ibi lapidẽ, immittunt & extrahunt. Quid autem attinet dicere de his qui carnẽ ani incidunt, hæmorrhoidas in ipſo eſſe dicentes, cum hoc ſæpiſſimè faciant, & ad hæmorrhoidas & uulnera peſſima quæ non prius aderant perducant. Et ſunt nonnulli qui phlegma uitreum ex coxa, aut uirili mẽbro, aut ex quocunq; loco corporis uoluerint, ſe extrahere affirment. Ideoq; locũ ſcarificãdo ſcindunt, & cum embuba quã illi loco ſuperponũt, aut ſuper caput uirgæ multotiens ſugendo humorẽ aliquẽ, quem in ore abſconditũ tenent, per embubã in ciminile fundunt. Sunt etiam quidam, qui profitentur ſe omnes ægritudines quæ ſunt in corpore in uno congregaturos loco, & inde extracturos, hi autẽ locum cum kekengi fricare incipiũt, unde ibi pruritus & uehemens ardor fiunt. Qui poſtq; hoc egerint, ſe remunerari expetũt, ut à p̃dicto loco ægritudinẽ remoueant. Remunerari uerò, locũ oleo inungunt, & ſedat pruritus eius. Sunt autẽ alij qui hominẽ ſuſpicari faciunt, q̃d aut pili, aut uitrum ei data fuerint. Qui pennã accipientes in os ipſius mittũt, & uomere faciunt, cum penna tamen illud in guttur eius mittunt. Deinde extrahunt res multas huius generis quas ipſi faciunt.

Q Vnde

Vnde & hominibus maxima infert nocumẽta, & fortaſſis quandoq; eos interficiunt. Hæc autem omnia non ob aliud ſunt ſapientibus occulta, niſi quia ſe committunt eis, non exiſtimantes q̃d in eis ſit malum, neq; inde dubitantes. Sed quando eorum cordibus aliqua aderit ſuſpicatio, & eorum ceperint facta perſcrutari, oculis multis idem ſuſpicantibus, eorum propalabuntur mendacia. Quapropter ſapientes eorum manibus ſe cõmittere non debent, neque aliquid ex medicinis quas ipſi dant ſumere, quia multos iam interfecerunt.

ABVB. RHAZAE LIB. VII. AD MANSOREM FINIS.

QVAE IN LIBRO OCTAVO CONTINEANTVR.

IN octauo totius operis uolumine de Venenis omne genus, & alexipharmacis diſſerit. Inibiq; de animalibus plaga, morſuue uenenum relinquentibus, hac capitum ſerie diſputatur.

CAPITVM LIBRI OCTAVI INDEX.

Scopi quidam ſanationis uenenorum, morſus, ſiue ictus uenenoſorum animalium, atq; cautela	Cap.	I.
De morſibus uiperarum	Cap.	II.
De morſibus ſcorpionum	Cap.	III.
De puncturis akatareti	Cap.	IIII.
De morſibus rutelæ, & ſibth, & aranei	Cap.	V.
De morſibus ueſparũ, & apium, & formicarũ uolantium	Cap.	VI.
De morſibus ſtellionis, & lacertę	Cap.	VII.
De illis quæ fugant ſerpentes, & uenenoſa animalia, & lupos, & interficiunt ea	Cap.	VIII.
De morſibus canis non rabioſi, & lupi, & hominis	Cap.	IX.
De morſibus canis rabioſi	Cap.	X.
De his qui in potu acceperunt napellos	Cap.	XI.
De his qui in potu ſumpſerunt cornua ſpicę	Cap.	XII.
De his qui in potu ſumpſerunt fel leopardi	Cap.	XIII.
De his qui in potu acceperunt fel tyriæ	Cap.	XIIII.
De his qui in potu ſumpſerunt ſummitatẽ caudę ceruinę	Cap.	XV.
De his qui in potu ſumpſerunt ſudorem animalis	Cap.	XVI.
De his qui in potu ſumpſerunt cantharides, & ſtaphiſagriam montanam	Cap.	XVII.
De his qui in potu ſumpſerunt opium	Cap.	XVIII.
De his qui in potu ſumpſerunt hyoſcyamum	Cap.	XIX.
De his qui in potu ſumpſerunt mandragoram	Cap.	XX.
De his qui in potu ſumpſerunt nuces methę	Cap.	XXI.
De his qui in potu ſumpſerunt ſemen bengi	Cap.	XXII.
De his qui in potu ſumpſerunt ſuccum coriandri uiridis	Cap.	XXIII.
De his qui in potu ſumpſerunt pſyllium	Cap.	XXIIII.

De fungis

De fungis & tuberibus pernicioſis Cap. XXV.
De coagulatione lactis, uel ſanguinis in ſtomacho Cap. XXVI.
De aſſaturis quę cooperiuntur ne fumus ab eis exeat Cap. XXVII.
De piſcibus frigidis Cap. XXVIII.
De lacte putrefacto Cap. XXIX.
De nucleis fructuum, & oleis quę ſunt raucida, & quę ſunt eis ſimilia Cap. XXX.
De his qui in potu ſumpſerunt ranas fluuiales, uel quę morantur in ſtagnis Cap. XXXI.
De his qui in potu ſumpſerunt leporem marinum Cap. XXXII.
De his qui in potu ſumpſerunt malum caſtoreum Cap. XXXIII.
De his qui in potu ſumpſerunt gummam ſylueſtris rutæ Cap. XXXIIII.
De his qui in potu ſumpſerunt ſylueſtres anacardos Cap. XXXV.
De his qui in potu ſumpſerunt oleandrum Cap. XXXVI.
De his qui læduntur ex comeſtione ſcyllę Cap. XXXVII.
De his quibus nocuit ſemen urticę Cap. XXXVIII.
De his quibus aqua frigida nocuit Cap. XXXIX.
De his qui in potu ſumpſerunt gypſum Cap. XL.
De his qui in potu ſumpſerunt lithargyrum Cap. XLI.
De his qui in potu ſumpſerunt argentũ uiuum, uel in quorum aure fixum fuit, uel qui ſumpſerunt uzifur Cap. XLII.
De his qui in potu ſumpſerunt ceruſſam Cap. XLIII.
De his qui in potu ſumpſerunt calcem & auripigmentum ſimul, & arſenicum ſublimatũ, uel ceruſſam de qua ſit ſapo, uel in quorum ore multus fumus arſenici intrauit Cap. XLIIII.
De his quibus nocuit ſquama ferri, uel qui eius limaturam ſumpſerunt Cap. XLV.
De his qui in potu ſumpſerunt florem æris Cap. XLVI.
De his qui in potu ſumpſerunt calcanthum, aut alumen, & multum de eo in potu ſumpſerunt Cap. XLVII.
De his qui in potu ſumpſerunt tithymallum, ex quo multũ ſoluti fuerunt Cap. XLVIII.
De his qui in potu ſumpſerunt elleborum album, nucẽ uomicam, condyſi & artanitam Cap. XLIX.
De his qui in potu ſumpſerunt elleborum nigrum Cap. L.
De his qui in potu ſumpſerunt dand Cap. LI.
De his qui in potu ſumpſerunt euphorbium Cap. LII.
De his qui in potu ſumpſerunt mezereon Cap. LIII.
De uirtutibus medicinarum laxatiuarum, & de rectificatione earum Cap. LIIII.
De exemplo compoſitionis medicinarum laxatiuarum Cap. LV.

FINIS.

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber octauus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

Scopi quidam ſanationis uenenorum, morſus, ſiue ictus uenenoſorum animalium, atq; cautela. Cap. I.

Venena mellitiſsimis permiſcentur.

SVMMAE & aggregationes medicandi uenena, & morſus uenenoſorum animalium, & cuſtodiendi ſe ab eis. Qui cibum aut nutriens aliquod ſuſpectum habuerit, oportet ut in quo eſt ſuperflua dulcedo, aut ſuperabundãs acetoſitas, & ad ultimum quicquid ſaporem habet ſuperabundantem & fortem, nequaquàm comedat. Pernicioſę enim medicinę nullo modo miſceri poſſunt, niſi talibus nutrientibus. Malum quoq; ſi habuerit cibus odorem, dimittendus erit. Si quis prætèrea timet ne uenenum ei tribuatur, aliquam ex medicinis, quæ uenenorum operationem remouere, aut debilitare conſueuerunt aſſiduè ſumere debet, ſi eas hauriendo in potu uenenũ ꝑuenire poterit, quas in fine huius tractatus nominabimus. Quod ſi quandoq; contingat ipſum ante earum potum uenenum ſumere, oportet, ut ea hora qua mutationem & æſtuationem ſentire cepit, aqua tepida & oleum ſeſaminum ei in potu tribuant. De quibus tantum ſumat donec uenter repleatur, deinde ut uomat perſuadendum. Si autem uomitum tardari, & pigritari conſpexeris, in aqua coque anethũ, cui in prædicta aqua mel & baurach, & ſalem ammiſce. Quum eum multotiens uomere feceris, attendę an in inferioribus uentris æſtuationem ſentiat. Quod ſi ita fuerit, collyriũ ano ſuppone, aut clyſtere uẽtrem ſolue. In ſtomacho autẽ, ſi prędicta ſenſerint accidentia, medicamen eſt ei tribuendum, quod cum biberit ſoluatur. Eſt etiàm melius ut utrunq; ſimul perficias. Et ſi poſt hæc æger ab omnibus quę ſentiebat quieuerit, utile erit. Si autem non, conſidera quæ accidentia ipſum comitantur, uidelicet, ſi eſt ſtimulatio & inciſio, & in aliquo loco uentris corroſio, aut ſi eſt feruor & ſudor, & faciei rubor, & uenarum tumor, atq; anguſtia, & ſitis, & fœtor oris, ac oculorum citrinitas, aut congelatio, & eleuzegi, & ſtupor, atq; ſubeth, aut ſi nullum prędictorum in ipſo apparet, ipſe tamen deteriari incipit, cui etiam ſyncopa & ſuę uirtutis diſſolutio frequenter accidunt. Accidentia nanq; quę prius nominauimus, uenenorũ calidorũ & corroſiuorũ ſunt. Secũda aũt quę modo retulimus, ſunt accidentia uenenorum, quę cum tota ſua ſubſtantia hominum complexionibus contraria inueniuntur. Quod ſi prima inueneris accidẽntia, lac & butyrum, & oleum amygdalarum ad potandum ægro tribue, quem etiam confectiones ex ſaccharo calidas & ſubtilitiuas cum oleo amygdalarum dulcium ſumere facias, hoc nanq; ueneni acuitatẽ frangit, & eius reprimit mordicationem. Secunda autem cum intellexeris accidentia, aquã cum niue, & ſauich

Oleũ ſeſaminũ uomitum prouocat.

Veneno cõtraria.

Digitized by Google

& ſauich cum aqua & niue, & ſaccharo, atq; aquam roſarum adbibendum tribue. Trochiſcos quoq; de camphora eum ſumere facias, oleumq; roſeum infrigidatum ut bibat, ſuade. Præterea attēde in quo loco corporis uehementiorem ſentiat inflammationem, cui ex lenticula aquæ in niue infrigidata emplaſtrum ſuperpone, quod tamdiu mutando renouabis, donec locus ex frigoris nimietate ſtupidus fiat. Deinde pſyllium, atq; lac uaccinum de quo butyrum extractum fuerit, necnon frigidorum fructuum ſuccum ei tribue. In quo ſi repletionis apparuerint ſigna, ipſum phlebotoma. Ventrem quoque ſi ſtrictus fuerit, cum medicina ſolue, deinde ciba cum extractione & infrigidatione. Tertias autem ſignificationes ſi conſpexeris, allia & ſinapi, & ex medicamine de aſſa ægro tribue, uinumque uetus & forte, ac purum, eum potare facias. Ipſum tamen dormire non permittas, ſed fac eum ſitire, corpuſque eius frica, atque caput, & pectus, & cum panno calefacto calefacias. Significationes autem quartę cum apparuerint, cito ſuccurre. Hæ enim uenenorum ſignificationes omnibus ſunt deteriores, utpote necem uelocius inferentes. Theriacam ergo de uiperis, aut mithridatum ei ſtatim tribuas, uinumque ei ad potandum da, & ex rebus odoriferis ei adhibitis, atque ſucco carnis ipſum conforta. Eum quoque in loco uentoſo, ac frigido ſedere facias, quem ſubtiliſſimis camiſijs in aqua roſata ſantalum habente rubeum infuſis ueſtire debet, locumque qui eſt in ore ſtomachi ipſius fricare conuenit. Eum quoq; aliquibus horis ſternutare, & uomere facias. Hic uero ſi multū debilis extiterit, in ipſius os uentū ſuffla, aut flabellādo intrare coge. Cui ſi frequenter acciderit ſyncope quo fortis exiſtat, & occultetur pupilla, pulſus quoq;, atq; anhelitus ad ultimū perueniant debilitatis, & ſuperuenerit ſudor paruus & frigidus, proculdubio moritur. Venenoſorum autem animalium punctura & morſus, ſi cuius fuit ignoratur, ilicò ex quo morſum ſenſerit patiens, ea pars quæ loco morſus ſupereſt liganda eſt, locuſque ſugendus. Ventoſa quoque uehementer ignita, aut uentoſa cum ſcarificatione loco ſuperponenda eſt, atq; ex pullis in medio ſciſſis, calidis exiſtentibus, emplaſtrum ſuper locum patientem eſt imponendum. Poſtquàm uerò æger calorem iam quieuiſſe, nec ad corporis profundum penetrando accedere præſenſerit, iam bonitatis ſpes aderit. Quod ſi non hoc modo fuerit, emplaſtrum ex fimo columbino & menthaſtro, aut ex ſulphure, & urina, aut ex iſto emplaſtro ſuperponatur, quod: Recipit. caſtorei, ſerapini, aſſæ, ſulphuris, fimi columbini, menthaſtri, pulegij, adipis ceruini, omnium partes æquales, picis, & olei ueteris quantum ad eorum commixtionem ſufficere poſſit, ex his omnibus in mortario eo uſque conquaſſatis donec uniantur, fiat emplaſtrum. Infirmus autem, quum prius in membro frigiditatem pateretur, ex huius emplaſtri ſuperpoſitione remedium ſenſerit, ex rebus calidis ipſum curare ſtude, & econtrario. Si autem ad hoc peruentum fuerit, ut infirmus in loco morſus, unum aliquod de accidentibus quę nominauimus prę ſenſerit, ex medicinis quas ibi retulimus, ſanetur. Ideoq; oportet ut nemo quum animali ludat quod ignorat, neque rem quam neſcit in os ſuum mittat, neq; corpus ſuum ex ipſa fricari faciat. In manſionibus quoque, ubi huiuſmodi animali-

Paſtilli de camphora.

Notæ læthales.

Digitized by Google

um timor exiſtit, feneſtræ claudantur, & ſe ut poſtea dicemus, ſi Deo placuerit, cuſtodiat. Deſcriptio medicaminis de aſſa, quæ ad frigida uenena facit, & ad ſcorpionum & ruthelæ morſus, necnon ægritudinibus frigidis confert: Recipe foliorum rutæ ſiccæ, coſti, menthaſtri ſicci, pyrethri, cordumeni, omnium partes æquales, aſſę quantũ eſt omnium pars quarta, mellis quod ſufficit, doſis eius quæ in potu ſumitur à magnitudine incipiens auellanæ, uſque ad nucis protenditur magnitudinem. Medicamen ex nucibus & ficubus, quod omnes uenenoſorum animalium morſus nocere prohibet: Recipe nucum à duabus corticibus excorticatarum partem unam, ſalis grandinoſi, foliorum rutæ, amborum an̄. ſextam unius partis, ficuum albarum, quantum ad prædictorum ſufficit commixtionem. Ex quibus cum mixta fuerint, nucis fiat ſimilitudo & comedatur. Quibus uti incipiat quicunque ne ueneno perimatur, timet, & ſumat ex ea etiam ante cibum ſuum, hoc nanque eſt medicamen, quod uenena expellit. Theriaca de terra ſigillata, quæ eſt experta. Nam ſi ex ea aliquis potauerit qui uenenum ſumpſit uomere non ceſſabit, donec totum uomat uenenum. Recipe terrę ſigillatę, baccarum lauri, utriuſq; partes æquales, terãtur, & cum butyro uaccino inungantur, & cum melle conficiantur, & recondatur medicamen, de quo ante cibum in quo mala habetur ſuſpitio, aut poſt eum aliquid ſumatur, aut etiam cum malum ſuperuenerit accidens, Nam ſi ea utens uenenum ſumpſerit, ilicò eum uomere faciet. Et ſi uenenum non acceperit, nequaquàm uomitum aduenire faciet. Quapropter donec uomitus adfuerit, ipſa in potu danda erit. Poſt hęc autẽ ſignificationes quę apparent ſunt attendẽdę, & ex medicinis quas diximus cura adhibenda. Mithridatũ q̃d eſt medicamẽ nobile, quo ſi quis aſſiduè utatur, cuius poſtea ſpecies tribuatur pernicioſa, non ei nocebit, cum hoc quoq; cibi appetitũ confortat, coitumq; commouet, & colorem reddit pulchrum, atq; malas cogitationes ex bile nigra, & confabulationes animę prouenientes remouet. Vrinę quoq; difficultatem ſoluit, & antiquo uentris fluxui auxiliatur, uiſumq;, necnon omnes alios acuit ſenſus: Recip. myrrhę, croci orient. agarici, zingiberis, cinnamomi, omniũ an̄. ℥. 10. thuris, macis, nardi, naſt. ſchœnoſant. ellebori, xilobalſami, ſtœchados, ſeſeleos, coſti dulcis, galbani, terebinthinæ, macropiperis, caſtorei, hypociſthidos, ſtyracis liquidæ, opopanacis, folij, omnium an̄. ℥. 8. caſſiæ ligneæ, melanopiperis, leucopiperis, meliloti, polij, ſcordij, dauci, opobalſami, carpobalſami, medicaminis de fuſio, bdellij iudaici omniũ an̄. ℥. 7. ſpicę celticæ, ammoniaci, maſtiches, gummi arabici, ſeminis fœniculi, roſarũ ſiccarũ, olixathri, cordumeni, gentianæ Romanę, pulegij ceruini omniũ an̄. ℥. s. aniſi, meu, acaciæ, fauſel, hypericõ, inguinis ſtinci, omnium an̄. ℥. 4. aſari, ſerapini, amborũ an̄. ℥. 3. opij, ℥. s. foliorum rutæ, ℥. 2. & s. Conficitur ſic: gummi uino fundunt̃ ueteri & in mortario donec molleſcãt cum piſtello agitantur, deinde cum melle deſpumato quod ſufficit conficiuntur. De hoc autẽ medicamine quantum eſt auellana, aut parũ plus, aut minus eſt dandum. Cum autem aliquod ſuperuenerit accidens, & fuerit neceſſe hanc medicinam loco theriacæ ſumere, bibatur ex ea quantũ eſt nux una. Theriaca de fuſio quæ in mithridato recipitur. Recip. paſſarum mun-

Medicamentũ ex aſſa.

Medicamẽ ex nucibus & ficubus.

Theriaca de terra ſigillata.

Mithridatum.

Theriaca de fuſio.

Digitized by Google

rum mundatarũ ʒ.4. terebinth. ʒ.24. myrrhę, ſchœnoſanti amborũ añ. ʒ.12. cinnamomi, bdellij, blactæ bizantiæ, ſpicę celticæ, xilocaſſiæ, meliloti, cyperi, baccarum lauri, omnium añ. ʒ.3. calami aromatici ʒ.9. croci orientalis, aſphalti, amborum añ. ʒ.2. & s. Conficitur ſic, ea quæ mollificari poſſunt, in uino ueteri poſita reſoluantur, donec liquida fiant. Alia autẽ omnia trita & cribellata cum eis coniungantur, & cum melle deſpumato confecta & mixta reponantur. Hæc nanq; eſt ſumma curationis uenenorum, quorum non habetur noticia. Cum autem quæ ſint ex eorum ſignis, quæ dicturi ſumus ſciri poteſt, cum cura quę eis eſt propria ſanentur.

De morſibus uiperarum. *Cap.* II.

CVm uipera aliquem momorderit, locus qui eſt ſuper morſum uipere, fortiſſimè eſt ligandus. Quod ſi morſus in membro fuerit paruo, fueritq; morſus generis uiperarũ quæ peſſimę eſſe cognoſcuntur, de quibus non ſperatur ut ab eis morſi euadere poſſint, membrum ilicò ſub ligatura abſcindatur. Si autem uipera talis non fuerit, patienti ilicò detur theriaca de uiperis facta. Non enim uſque ad hoc noſtrum tempus inuenimus, quod à uiperarum morſibus magis hac medicina liberare poſſit, propriè qui recens eſt. Quod ſi hæc theriaca non eſt præſens, theriaca mithridatis, & trochiſci de eruo dentur. Quorum hæc eſt deſcriptio:

Recipe ſeminis andacochæ, ariſtolochiæ rotundæ, pigami, farinæ erui, omnium partes æquales, ex iſtis tritis & cum aceto commixtis fiant trochiſci, de quibus pōdus unius aurei cum uncia uini ueteris in potu tribuat̃. Huius nanq; medicinæ uirtus, operationi maioris theriacæ in hoc capitulo uicina exiſtit. Aut etiam detur patienti pondus duorum aureorum de aſſa, cum uncia una uini. Butyrum quoq; uaccinum, & mel multotiens, atque cibos unctuoſos, & allia multa, & nuces comedat, & uinum uetus in potu ſumat. Cibarium etiam ex nucibus, & allijs ei præparetur, poſt cuius comeſtionem uinum uetus fortiſſimum bibant. Loco præterea in quo eſt morſus, uẽtoſa cum ſcarificatione ſuperponatur, emplaſtrum etiam, quod in capitulo de ulceribus diximus, adhibeatur. Et loca quæ ſunt in circuitu putrefactionis, ex bolo Armeno, & lentibus excorticatis, & aceto uini epithemetur. Aeger quoque phlebotometur, deinde quæ harum duarum rerum maiorem ei inferat timorem conſidera, uidelicet, an accidentia quæ loco morſus accidunt, aut ea quæ toto accidunt corpori. Nã ſyncopa & caſus & ſudor frigidus ſi acciderint, tunc tua ſollicitudo ſit magis ad reſiſtendum iſtis, quàm eis quæ in loco morſus fiunt. Quapropter locus qui morſus eſt, non eſt curandus niſi cum eis ſolum quæ trahunt. Poſtquàm uerò iam dicta accidentia omnia quieuerint, & remota fuerint, & ægro non timetur, niſi ex loco morſus, ne, ſcilicet, in eo ulcera mala, & putrefactio fiãt, theriaca tunc ægro non approximet, neque uinum, neque medicinæ calidæ ſunt ei tribuendæ, uerum ipſe eſt minuendus, & ipſius regimen eſt infrigidandum, & locus, cum medicamine ulcerum peſſimorum eſt ſanandus; & eſt etiam comburendus, & omnino abſcindendus cum hoc neceſſe fuerit, uidelicet, ſi uideris putrefactionem cito de loco ad locum tranſire.

Paſtilli de eruo.

De his autem quæ ad uiperarum morſus propriè faciunt eſt, ut can-

Digitized by Google

cti aſſati ægro multotiens dentur. Et ecce hęc theriaca ultima, pro qua magna ſecta bonorum phyſicorum iam teſtificata eſt, quod ad morſus uiperarum quantum theriaca maior ualet. Cuius eſt deſcriptio: Recip. aniſi ʒ 10. piperis ʒ. 3. ariſtolochię rotundę, caſtorei amborum, añ. ʒ. 2. & s. conficiantur cum araneo. De qua quantum eſt nucis magnitudo in potu tribuatur. Qui uerò à uipera morſus eſt, aut qui napellos in potu ſumpſerit, ne ea die dormiat prohibēdus eſt. Theriaca de uiperis, & ipſa eſt theriaca magna: Recipe trochiſcorū uiperarum, pond. 24. aureorum, trochiſcorū ſcylliticorum, pondus 48. aureorum, trochiſcorū andaracharon, aur. 24. melanopiperis, macropiper. amborū aur. 24. opij, cinnamomi, roſarū rubearū tritarū, ſeminis napi ſylueſt. ſcordeon, ireos, agarici, ſucci liquiritiæ, balſami puri, omniū añ. pondus 12. aur. myrrhæ, croci orient. zingib. rauedſeni radic. pentaphyllō, menthaſtri mōtani, praſſij oloſatri, ſtœchados arabici, coſti amari, leucopiperis, pulegij ceruini, olibani, ſchœnoſanti, floris terebinthinæ, xilocaſſiæ nigræ, ſpicę Indicę, polij, omniū añ. pond. 6. aur. ſtyracis liquidę, ſemin. apij, ſileleos, naſt. babylonici, ammeos, chamędryos, chamępityos, hypociſthidos, ſpicę celticę, folij Indi, gētianę Romanę, ſem. marathri, terrę ſigillatę, colchotar, amomi, naſt. albi, acori, carpobalſami, hypericon, phu, gūmi Arab. cordumeni, aniſi, acaciæ, ſerapini, omnium añ. 4. aur. dauci, galbani, aſphalti, opopanacis, centaurij minoris, & ariſt. rotundę. caſtorei, omniū añ. 2. aur. mellis deſpumati ℔. 10. uini benè redolētis et clari, ac puri ℔. 3. Opium & myrrha, & hypociſthidos, & ſerapinū, & ſuccus liquiritiæ, & ſtyrax liquida, & acacia, & opopanacū ſumātur, & omnia hæc in mortario poſita cum pauco melle deſpumato moueantur donec molleſcāt. Deinde ex uino infundantur, & per tres dies in uaſe uitreato manere permittantur. Poſtea ſpica, & cinnamomū, & zingiber, & caſſia lignea, & naſturtiū, atq; caſtoreum, & foliū, & terra ſigillata, & colchotar, & aſphaltū, ac amomū, omnia hæc trita in mortario cōmiſceantur, & ex uino aſpergātur, donec uniantur, deinde mel & gūmi Arab. & terebinthina, & galbanū, & balſamū ſumantur, & in cazola poſita donec mixta ſint, agitentur, quę taliter pręparata alijs medicinis quæ in mortario ſunt adiungantur, & cum omnia ſimul fuerint, terantur & agitentur, deinde benè ſit mixta, deinde q̄d ex eis fit in pyxide argentea, aut ſtānea quę medicamē hoc in duabus partib. ſui capere poſſit reponatur. Vas autē hoc non ſit plenū, cuius os cum corio optimè ligetur, quotidie tamen diſcooperiatur, ac per unā horā manere permittatur. Ex hac quoq; medicina non niſi poſt ſex mēſes aliq̄d ſumatur. Trochiſci de uiperis, ſumātur uiperæ fœminæ, quę in hoc diſcernuntur, q̄d plures duob. habent dentes, maſculini uerò ſexus duos tantū habēt dentes. Ex q̄bus eligantur illę tantū quę ruffo uicinantur colori, ſunt cito mobiles, caput frequenter agitantes, & quę ſunt bonę habitudinis, & pingues, oculos habentes rubeos, & capita lata, quarum anus iuxta caudam inuenitur. Quæ in tempore Veris colligantur in eius, ſcilicet, medio. Illę tamen quę in littoribus maris morantur, aut in lacubus, uel in locis quæ aquæ ſalſæ uicina exiſtunt, nequaquàm accipiantur. Quum autē collectæ fuerint, ilicò ex earū capitibus & caudis, quantum eſt quatuor digitorū menſura abſcindatur. Et ſi poſt abſciſionem

Deſcriptio theriacæ nobilis.

Theriaca magna.

Paſtilli uiperini.

moueantur

Digitized by Google

moueantur & agitentur, ſanguiniſque ab eis fluxerit multitudo, domeſticæ ſunt & congruæ. Quod ſi huius contrarium contingat, nullo modo in medicamine ponendæ erunt. Deinde earum coria detrahantur, & abijciantur, & quod in earum uentribus eſt extractum expellatur, quod autem reliquum eſt cum aqua dulci lauetur, & mundetur, & per fruſta inciſum in caldaria munda cum aqua & ſale, & anetho donec diſſoluatur, & caro ſeparetur ab oſſibus coquatur, deinde proijciantur oſſa, & ius à carne coletur. Ignis uerò cum quo coquitur ſit fortis, qui de carbonibus ilicis, uel quercinis fiat. Caro quoque prematur ut humor qui eſt in ea egrediatur, deinde de ea in pondere ſumatur, cui quãtum eſt eius quarta pars de tortellis admiſceatur, quæ parum fermenti habentes azimo pani ſint uicinæ, nihil aceroſitatis in ſe habentes. Et optimæ deſiccatæ terantur, donec ſint ut alcohol, deinceps cum carne ſimul terantur, & ex parua quantitate iuris infundatur. Ex quibus poſtquàm multotiens tritæ fuerint & commixtę, trochiſci informentur ſubtiles. Qui uerò eos conficit, manus & digitos ex balſamo inungat. Quos in umbra deſiccet, ſingulis horis reuoluendo. Qui cum deſiccantur, in uaſe ſicco nihil humoroſitatis habente, eſſe debent. Poſtquàm autem benè deſiccati fuerint, in uaſe uitreo recondantur. Trochiſci ſcyllitici, cepæ quæ ſcyllæ uocantur, in tempore quo metitur triticum ſumantur, quæ neque ſint maximæ, neque paruiſſimæ, & ex paſta coopertę in furno ſuper laterem poſitæ aſſari permittantur. Cum autem paſta qua coopertæ ſunt aſſata fuerit, extrahantur & proijciantur, paſta & quod ei adhæſit, & quod intus eſt accipiatur, cui quantum eſt eius medietas de farina erui trita, & cum ſubtiliſſimo panno cribellata, admiſceatur. Quæ poſtquàm ſic fuerint, terantur & miſceantur aliquotiens, & ex uino donec benè ſint mixta imbibantur, & informentur trochiſci. Qui autem eos informat, ex oleo roſeo inungat manus ſuas, & trochiſcos informando eos, ſicut diximus faciat, & in uaſe uitreo recondat. Trochiſci andarachoron: Recipe darſeſáhan, calami aromatici, coſti, xilobalſami, aſari, polij, amomi, maſtichis, floris cotulæ albæ, phu, omnium añ. pondus ſex aureorum, floris ſquinanti, pondus 20. aureorum, rauedſeni, xilocaſſiæ, cinnamomi, omnium añ. aureos 20. ſpicæ Indicæ, folij, amborum añ. aureos 16. myrrhæ aureos 24. croci orientalis aureos 12. terantur omnia & cribellentur, & cum uino redolente conficiantur, ex quibus informentur trochiſci, & ſiccentur in umbra.

Paſtilli ſcyllitici.

Probatio theriacæ: Pullo aut cani parum de napellis detur, aut uipera ſuper eum incitetur, quæ ipſum mordeat, in cuius ore parum de theriaca ilicò ponatur, & obſeruabitur illęſus, ſi Deus uoluerit. Aut ſcãmonea ad bibendum ei tribuatur, cui poſtquàm uenter fluere ceperit, theriaca tribuatur ad auellanæ magnitudinem, & reſtringetur uenter. Patienti quoque uomitum multum & uehementem ſimiliter facit, de maioribus itidem eius utilitatibus eſt, quod à morſibus uiperarum, & à uenenis perniciem inferentibus, quę quibuſdã dantur illęſos cõſeruat, & quod lepræ confert. At multa præterea alia remedium affert, exceptis iſtis.

Probatio theriacæ.

De morſibus

De morſibus ſcorpionum. Cap. III.

DE his quæ ſcorpionũ conferunt puncturis, eſt, bibere pondus unius aurei cum aqua, aut uino ex radicibus colocynthidis ſiccis.

Aut unius aurei põdus ex medicamine de aſa, cum una ℥ uini. Aut locũ qui eſt ſuper puncturam ſtringere, & ex oleo de behen, & aqua calida embrochare, & cum ſambucino, in quo caſtoreũ & euphorbium confricata fuerit, inungere, atq; cum eo locũ fortiſſimè fricare. Theriaca quę ualdè ſcorpionum puncturis proficit: Recip. radicum corticum capparorum, abſinthij, nabati, ariſtolochiæ lõgę, gentianę, omnium partes æquales. Doſis huius in potu ℨ.3 ſit, eſt enim congrua. Theriaca diateſſaron, quę puncturis ſcorpionum, & aliorum reptilium, & pernicioſis uenenis confert, & magnę theriacę in bonitate uicina erit: Recipe gentianę, ariſtoloch. baccarum lauri, myrrhę, omnium partes æquales, hęc cum melle confecta in uaſe reponãtur, & ex hac medicina cum neceſſe fuerit, in potu ab uno aureo uſq; ad duos & dimidium cum ℥ una ueteris uini ſumatur.

Theriaca contra ictus ſcorpionum & diateſſaron.

Theriaca quę ſcorpionũ puncturis uehemẽter auxiliatur: Recip. gentianę, ariſtoloch. myrrhę, coſti, caſtorei, ruthę, mẽthaſtri ſicci, pyrethri, zingiberis, piperis, nigellę, omniũ partes æquales conficiantᷣ cum melle, detur ex ea ad nucis magnitudinẽ cum uino. Quod ſi de prędictis medicinis nullã habueris, uinum uetus & allia ad comedendum tribue, atq; ex eis, loco emplaſtrum ſuperpone. Locum quoq; aſſiduè cum igne calefacias, & cum medicinis calidis quas habere poteris. Cum autẽ theriacam dederis, & dolor ſedatus fuerit, ſi febris ſuperueniat, ſequenti die ſummo manè ægrum phlebotoma, & aquam hordei, ac cibaria ultimę humiditatis ei tribue, & in ipſius cautela ne ægritudinem incurrat acutam ſtude. Omnes præterea abſtinendos ab apij comeſtione, qui in locis ſunt ubi ſcorpionum multitudo, aut iaiaret habetur, iubeo.

De puncturis akatareti. Cap. IIII.

HI ſunt ſcorpiones parui ualdè qui caudas ſe trahentes habent, & ſunt in terra Ohz, cuius habitatores theriacã optimam inuenerũt, quę exercitualis dicitur theriaca, cuius hęc eſt deſcriptio Theriaca exercitualis: Recip. corticis rad. capparis, radicũ colocynthidis, abſinthij romani, ariſtolochię rotũdę, herba quę uocatᷣ lingua Chaldeorum, hazez, troxymel ſylueſtris ſiccę, ex his omnibus benè puluerizatis drachmæ duæ tribuantur. Illud præterea quo medici utuntur in huius ægritudinis cura, eſt, quod ei qui punctus eſt, de troxymel ſylueſtri ſicca, quantum ter manu una contineri poteſt, tribuunt, & quod poma acetoſa dant ad comedendum, & quod de ſauich pomorum cum aqua frigida dormiant, aut cum iulep. Quod ſi multus ei ſuperuenerit calor, aquam hordei ad potandum tribue. Et ſi uentris dolorem cum inciſione ſenſerit, da ei ad potandum oleum roſatum cum aqua hordei, & citrullos, ac cucurbitam, & lac acetoſum ei tribue. In loco quoque puncturæ uentoſa ponatur, & ilicò ſugatur, locus præterea comburatur, & medicinæ calidiſſimæ deſuper ponantur. Negligentia itidem in harum puncturarum cura, licet dolor qui in eis ſentitur ſit debilis, habenda non eſt.

Theriaca exercitualis.

Ex iſtis

Digitized by Google

Ex iſtis nanq; puncturis in principio fortis non accidit dolor. Poſt unũ autem, aut duos dies peſſima conſequunť accidentia. Lingua nanq; fit, ut apoſtematibus plena, accidunt etiam ei ſanguinis mictus, & ſyncopa, & cordis tremor. Si autem uenter eius qui punctus eſt ſit ſtrictus, iniectio ex ſucco ſiclæ, & baurach, & oleo uiolarũ, ei per clyſtere fiat. Cui ſi fortẽ inuenerit anguſtiã, ſuccus malorum acetoſorũ, et granatorum acetoſorũ, & oleum roſatum, atq; aquã hordei, & lac ſtatim multũ tribuantur. Si uerò infirmum ſanguinẽ mingere cõtingat, ipſum prius phlebotoma, deinde de medicinis ad hoc nominatis ei in potu aliquã tribue, ius quoq; pinguiũ pullorũ eum potare facias. Lingua quoq; ſi quaſi apoſtematibus plena fuerit, uena quæ eſt ſub ea incidatur, atq; gargariſmus de ſucco endiuiæ, & ſyropo acetoſo ei fiat. Tremor autẽ cordis uehemẽs ſi acciderit, ſauich de pomis cum ſyropo de pomis, atq; lac acetoſum cum trochiſcis de cãphora, patienti donentur. Iſtis enim medicinis, & earũ ſimilibus utũtur medici, cum morſus iaiaret curare uolũt. Theriaca tamen exercitualis non ob aliud hic ponitur, niſi propter famam quæ apud uulgus eſt, ſcilicet, quod ſcorpionũ puncturis proficiat. Theriaca quæ morſibus cõgruit iaiaret: Recip. troximel ſylueſtris ſiccæ, foliorum malorum acetoſorum, coriandri ſicci, omnium partes æquales, bibatur ex ea, quantum tribus uicibus ore capi poteſt. Quod ſi corroſio in locis morſus acciderit, cum medicamine acuto curetur, & ea quæ ſunt in ipſius circuitu ex bolo Armeno, & forti aceto epithementur, & cum aliis medicaminibus quæ in cura peſſimorum ulcerum, & corrodentium nominauimus ſanentur.

De morſibus rutelæ & ſibth, & aranei. Cap. V.

Rutela eſt animal paruo araneo aſſimilatum, qui uocatur phihit, muſcas uenari ſolitus. Sibth uerò magno araneo longos habenti pedes aſſimilatur. *Sibth.* Rutelæ autẽ multæ ſunt ſpecies, quibus Aegyptiaca deterior iudicatur. Ex eis autem ſunt quædam quæ parum nocent. Ex morſu autem eius quæ eſt rubea, ſequuntur iſta, fortis, uidelicet, dolor, & egerendi durities. Sed ex morſu eius, quæ eſt uiridis accidit paruus dolor, & pruritus quæ uelociter ſedãtur. Et ex morſu eius quæ depicta apparet, accidentia iſta ſequuntur, uehemens dolor, & in corpore frigiditas & tremor. Ex albæ autem rutelæ morſu, paruus dolor & pruritus, atq; uentris fluxus accidunt. Sed ex morſu eius quæ ſuper dorſum lucentes habet lineas, & uocať ſtellata, paruus dolor & pruritus, atq; ſtupor, & corporis relaxatio, cõſequuntur. *Rutela ſtellata.* Ex morſu quoq; eius, quę eſt citrina ſuper ſe uillos habẽs, accidunt dolor uehementiſſimus, & tremor, ac ſudor, & uentris inflatio, & fortaſſe mors inde ſequitur. Omnium uerò curatio cõmunis eſt, ut patientes in aqua calida tãdiu ſtare permittanť, donec dolor ab eis remoueať. Nã cum in ea per horã unã ſederint, quieſcũt hora. Cum aũt exierint de aqua, dolor reuertiť. Quũ igitur dolorẽ poſtq; de aqua exierint ſedari cõſpexeris, locũ ex aqua in qua multũ ſalis reſolutũ fuerit, line. Corpora quoque eorum calefac, eoſq; ea die balneũ ingredi fac, & eos ſudare fac, & diebus poſtea aliquot, loco etiam emplaſtrum ex cinere qui fit de ligno fici, & calce, & chali ex aqua calida cõſperſis ſuppone, patienti quoq; quantitatẽ

duarum

duarum drachmarum nigellæ tribue. Ille etiam quem ſibth momorderit, cum tali medicamine quale eſt illud curatur. Theriaca alia ad morſus rutelæ, utilis & probata: Recip. nigellæ ʒ 10. dauci, cymini amborum añ. ʒ s. ſeminis habel, gallarum, cypreſſi, amborum añ. ʒ 3. ſpicæ Indæ, baccarum lauri, ariſtolochiæ rotundæ, carpobalſami, cinnamomi, gentianæ, ſeminis andacochæ, ſeminis apij, omnium añ. ʒ 2. conficiantur cum melle, detur ex ea ad nucis magnitudinem cum uino ueteri. Ad hoc præterea confert, aut medicinæ ſcorpionum dentur. Aranearum uerò quidam ſunt, ex quorũ morſu adeò ſæua conſequuntur accidentia, ut extremitates infrigidentur, & cutis horripiletur, atq; uirga erigatur, & tendatur, & uenter uento impleatur. Iſtis uerò ruta ſicca, & cyperi, cum uino dari debent, & ut in balneo ſedeant elaborandum, uinum quoq; purum toto illo die, licet paulatim in potu eſt tribuendum.

Theriaca contra rutelæ morſum.

De puncturis ueſparum, formicarum, & apum uolatilium. Cap. VI.

AD hoc confert locum ex aceto & luto uiciſſim linire, pannumq; aceto infuſum & ſuper niuem infrigidatum deſuperponere. Beneficium quoq; præſtat emplaſtrum ex lenticula de ſtagnis, ex aceto imbibita ſuperpoſitũ. Et aqua niuis eò uſq; deſuper fundere, donec locus reddatur ſtupidus, multum auxiliatur. Poſt hæc autem locus ex camphora, & aqua roſata liniatur, quod non ſemel, ſed multotiens fieri debet. Panni quoq; in aqua roſata infuſi & niue, deſuper ſunt ponendi, atq; de glacie ano aliquid eſt immittendum. De aqua etiam cum niue multum tantum in potu ſumat, donec ſatietur. Qui poſt hæc cum folijs baſiliconis, aut cum muſcis eſt fricandus. Quod ſi fortis in corpore calor acciderit, rob de ſucco uuæ acerbæ, & pſyllium in potu ſumantur. Aeger præterea multum ex citrullis, & endiuijs, ac lactucis edat, & aquam, & acetum, necnon ſyropum uehementis acetoſitatis, cum ſucco granatorum & pſyllio bibat. Locus etiam mox multotiens ſugatur. Cui etiam cõferunt, ut citrulli, aut portulaca, aut ſolanũ, aut ſemperuiua, aut his ſimilia ſuperponatur. Ad hoc itidem ualet, ut coriandri ſicci & puluerizati quantum ter manu capi poteſt, cum ſaccharo & aqua frigida ad bibendum tribuatur, & ut locus cum folijs ieributh fricetur.

De morſibus ſtellionis & lacertæ. Cap. VII.

CVm hæc animalia aliquem mordent, dentes in loco morſus dimittunt, ideoq; dolor perdurat, donec dentes inde euellantur. De his quæ eos exire faciunt, eſt ut locus cum oleo & cinere fricetur, donec egrediantur. Deinde ex cinere cum oleo commixto, emplaſtrum loco ſuperponatur. Quod ſi dolor perſeuerauerit, locus erit ſugendus, poſtea infirmus in aquam calidam mittendus, & de theriaca ad rutelæ morſus facta, erit ei tribuendum.

De his quæ fugant uenenoſa animalia, & lupos, & interficiunt. Cap. VIII.

CAtti, & furones, ac pauones, necnõ grues, & aquatica, uolatiliaq;, & his ſimilia, quorum natura eſt uenenoſa capere animalia, in turribus ſunt nutrienda, & tenenda. In locis ualdè timoroſis, & putridis alendi ſunt, cerui, & furones, ac ſmaragdus melior, quæ poteſt haberi

Digitized by Google

haberi, tenenda eſt. Lampas quoq; ualdè luminoſa, longe à lecto remota ibi eſt ponenda, & iuxta quam ſint homines, qui uiciſſim dormiāt ſuper lectos iacentes. Qui legant & loquantur, uocibus tamen mediocritatem non egredientibus, uenenoſa nanq; animalia ad eos ibunt. De his autem quę præcipuè ſerpentes expellunt, eſt, ut domus cum cornibus cerui, aut ungulis capręę, & ſulphure, & cū capillis humanis ſuffumigetur. Haſſeth quoq; ſi in ſerpentium foraminibus mittātur, & ſi domus cum galbano ſuffumigata fuerit ſerpentes fugient. Domus etiam ſi ex aqua in qua ſal ammoniacus fuerit diſſolutus roretur, ſerpens nullo modo ei appropinquabit. Et ſi de aqua hac in eorum fundatur foraminibus, moriuntur. Si quis etiam ſaltē ammoniacum in ore tenuerit donec diſſoluatur, & poſtea in os ſpuerit ſerpentis, morietū. Domus præterea ſi ex pice, aut bdellio ſuffumigata fuerit, fugabuntur ſerpentes. Similiter etiam fugiūt, ſi ex ſerapino fiat ſuffumigatio. Ex pannis quoq; ex alkitran inunctis, & in ipſorum foraminibus miſſis, expelluntur. Locus itidem ſi ex abrotano ſtrictus fuerit, fugient ab eo ſerpentes. Ideoq; ſi in horto ex eo multū fuerit, fugient ab eo. Fumus quoque qui fit de lignis granatorū expellit ſerpentes, & uenenoſorum animalia plurima. Sinapi itidem tritum, & in ipſorū foraminibus poſitum, fugat ſerpentes. Dicitur etiam quod ſi uipera bonam intueatur ſmaragdum, mox eius oculi eliquātur, & fluūt à capite. Si autē ſcorpiones multi capiantur, & ex eis domus ſuffumigetur, omnes alij fugient. Domus præterea ſi cum ſulphure & ungula aſini & galbano fuerit ſuffumigata, fugabuntur. Oleum quoq; in ipſorū foraminibus ſi fuſum fuerit, non inde ulterius exibunt, imò fugient. Formicę præterea comedūt ſcorpiones, & propriè eos qui uocantur ieraret. Aſſa quoq; ſi in aqua diſſoluatur, & ex ea locus roretur, non ibi approximabunt. Et ſi pennę liniantur ex alkitran, aut ex aſſa reſoluta, & in ipſorum foramina ex eis inungendo circundetur, non exibūt inde ulterius. Quando autem herba quę uocatur canchar in lecto poſita fuerit, ſtupefiunt pulices & inebriantur, & neq; ſalire neq; ſe mouere poſſunt, imò facilè capiuntur. Domus quoq; ſi ex aqua in qua abſinthium, & colocynthis, & nigella cocta fuerit, rorata fuerit, interficientur. Quidam quoq; dicūt, quod ſi in medio domus cauādo fiat fouea, in qua parū ſanguinis fundatur, omnes in illa congregabunē. Domus etiam ſi ex aqua in qua haſech cocta fuerit, roretur, pulices omnino deſtruētur. Aqua ſimiliter in qua ruta coquitur, aut oleander, eo modo interficiet. Cymices uerò atq; ſcarabei ex fumo paleę, & ex fumo ſtercoris uaccini, & quam maximè ex fumo azegi & nigellę fugātur. Et ſi facies ex prædictis ſuffumigetur, licet poſtea mordeant, non multum tamen inferunt nocumentum. Saphea quoq; ærea oleo inuncta & iuxta lectum poſita, ualet ad hoc. Quidam præterea dicunt fumum ex folijs dulp, ſcarabeos fugare. Muſcas quoq; aqua in qua niger coquitur elleborus interficit, & arſenici citrini odor, ac ſuffumigatio cum olibano eas necant. Mures autem interficiuntur, ſi ex merdaſengi, & ex ſquama ferri, & gallia metallina, & ex elleboro, quolibet iſtorū accepto, & cum farina ſimul cōſperſo & proiecto comederint, & finiet eos omnino. Sed ſi domus cū azegi ſuffumigata fuerit, fugiunt. Quidam etiam

Canchar.

Digitized by Google

refert quod ſi unus ex muribus caſtretur, & dimittatur, omnes alios interfi-ciet mures, & finiet eos omnino. Et quod ſi unus ex muribus capiatur, & ſubtili chorda in medio domus ligetur, alij ab eo fugient, neq; de ſuis egredientur foraminibus. Dicunt etiam quod ſi quis unum ceperit murem, & eius excoriauerit faciem, & dimiſerit eum, omnes alij fugabuntur. Formicę itidem fugantur ex alkitram, & ex ſulphure, & ex aſſa. Et ſi ex iſtis in eorum foraminibus aliquid mittatur, morientur. Et ſi ex eo circa foramen epithema fiat, non exibunt. De beluis autem dicunt, quod leo propter gallum album & propter murē fugiat, & adib non approximat loco ubi eſt ſcylla.

Dicūt quoq; quod leopardus terretur propter arborem, quę uocatur leopardi arbor, & quod leo timet propter lignū, quod uocatur ſindau. Cati autem ſyluestres, & dalac ex ſucco rutę, & amygdal. amar. fugiūt. Cepe quoq; quę uocatur ſcylla & elleboru s, porcos & canes atq; leones, necnon ex beluis plurimas interficiunt, herba quæ etiam leopardum ſtrangulans uocatur, leopardum cito interficit.

De morſibus canis non rabidi, & beluarum, hominumq; & luporum. *Cap.* IX.

HOrum morſus tunc eſt deterior, quum ſunt famelici. Quorū morſibus confert, cepas, & ſalem, & mel per diem unam, & noctem ſuperponere, deinde cum unguēto nigro curētur, quod fit ex cera nigra & ſeuo & pice, atque galbano, hoc enim unguētum plus omnibus alijs unguētis, morſibus & perforationibus, quę ex unguibus auium fiunt confert, atque omnibus uulneribus cum quibus accidit attritio, aut ſeparatio magis auxiliatur. Eſt etiam utile ut morſus canis & hominis à principio cum iſto curetur unguēto. Morſibus uerò leonis atq; leopardi & phehet in principio ſunt ea adhibenda, quę attrahant. Deinde loca cum aceto & ſale lauāda, & ad ultimū cum iſto unguēto medicāda, ſi Deus uoluerit.

De morſu canis rabioſi. *Cap.* X.

NOcumentum quod huius canis morſus ſequitur, uehemētiſſime magnum iudicatur, ideoq; nos oportet in nominādis ſignis quibus hic canis dignoſci queat, amplificare uerba, quatenus ab eo fugiatur, aut cito interficiatur. Dicimus itaque, quod canis iſte plerunq; incurrit rabiem, in diebus canicularibus, & quandoque in hyeme. Qui poſtquam eam incurrerit, à commeſtione prohibetur, aquam quoq; ſi uiderit ab ea fugit, atque quandoq; moritur cum aquam intuitus fuerit. Os quoq; ſuum aperit, & linguā foras extrahit, ac ab eius ore ſpuma fluit, & ex naribus ſuis humiditas. Oculi præterea eius rubent ut ſanguis, caputq; ſuū ad terrā inclinat, & caudā relaxat, & inter coxas demittit. Diuerſiſq; ut ebrius uacillat motibus, & ad omnes uadit quos uidet, & eos uult mordere. Dominos inſuper ſuos non agnoſcit. Alij itidem canes ab eo fugiunt. Ipſe quoque non latrat niſi parū, & cum latrare incipit, uox eius rauca auditur. Iſta quinq; ſigna cum in cane uiſa fuerint, aut aliquod ex eis, mox interficiendus eſt, & ab eo fugiendum. Ille uerò quem canis iſte mordet, non exſtimat in principio

Nota canis rabidi.

Digitized by Google

in principio quod ipſius morſus multum eum lædat. Sed mala accidẽtia parum poſt ei eueniunt. Ex aqua nanque terretur, neque eam bibit, imò eam uidens tremit & anxiatur, & fortaſſe ſpaſmatur ac moritur. Ex omni præterea re humida & liquefacta terretur & fugit ab ea, donec ſiti moritur. Ipſe itidem quandoq; incurrit rabiem, & ſtringendo tenet homines & mordet eos. Ex cuius morſu accidit idẽ, quod ex canis rabioſi morſu euenire ſolet. Quũ ergo canem qui hominẽ momordit cognoueris, & quod in eo aliquod iſtorum ſignorum ſit perceperis, cito ſuccurre, & uentoſas morſui ſuperpone, & diutiſſimè ac multum fugatur, ſcarificetur quoque ac ſanguinis extrahatur multitudo. Deinde ſuper locum morſus, medicamina quę ipſum dilatẽt & conſolidari prohibeant pone, ut ſunt ſicla, & eruca, atque cepę, cum butyro confectę. Vnguentũ quoque quod locum ulcerat eſt adhibendũ, quod fit ex liquore anacardi, & pice, ſicut eſt in ſuo capitulo nominatum. Si autẽ in principio ex quo morſus fuerit locum comburas, multum confert, uentoſas tamen atque combuſtionem, uſq; ad tres tantum dies exercere debes.

Poſtquã uerò tres tranſierint dies, ægrũ nõ fatiges, quia iam uenenum in corpus totum diffuſum eſt, ſed uulnus nullo modo cõſolidari penitus permittas, ita ut emplaſtrum ex eruca & butyro & ex aliquo eorũ quę diximus, ſuperponas. Deinde redi ad curationem perfectam antequàm ab aqua terreri incipiat, quia poſtquã ab aqua terreri cœperit, euadere non poterit, horũ uerò quidam ſunt qui poſt hebdomadam unam ab aqua terrentur, & ſunt alij qui poſt duas hebdomadas, alij autem qui poſt quadraginta dies terrentur, quandoq; etiam reperiuntur quidam qui non niſi poſt ſex menſes, aut annum unum terrentur. Et iſti quidem ſunt complexiones habentes humidiſſimas. In principio itaq; curę, eorum uentrem cum pilulis & medicinis nominatis in capitulo de melãcholica, ſoluere incipe. Eoſq; eodẽ ciborũ ac balnei regimine conſerua. Lac quoque atq; uinum cum aqua multum temperatum eis, ad bibendum tribue. Et ſtude ut eorum corpora in craſſitie augmẽtentur, prout in capitulo de melancholia dicturi ſumus. Diętã quoque cum carne & confectionibus ex melle & uino amplifica, eis inſuper pręcipe ut multum dormiant, & lætentur, atq; quieſcant, & ad ultimũ regimine melancholiam habentium eos conſerua. Medicamen quoque Galeni, ei ad bibendum tribue. Deſcriptio medicaminis Galeni: Cancros fluuiales ſume, & in olla poſitos in furno donec terantur combure, & ne multum terãtur caue. De quibus poſtquã triueris, partes 10. & olibani partẽ 1. accipe, & coniuncta ſimul tere, deinde reconde, & cum opus fuerit ægro quotidie ʒ.2. in mane, & alias duas circa noctem cum aqua frigida his diebus, quibus non das medicinam uentris ſolutiuam, ad bibendum tribue, hoc uerò multis diebus facere debes. Galenus nanq; refert ſe nunquã uidiſſe aliquem à cane rabioſo morſum ab aqua terrefactum, poſtquam ex hoc medicamine aliquid ei datum fuerit. Poſtquam autem æger ab aqua terrefactus fuerit, uix unquã liberabitur. In ipſo tamen quiddam ſpei, licet parum habemus. Ipſum itaq; in loco frigido ſtatue, & conſidera qualiter in os eius longam mittas embubam, per cuius locum occultum, ne eam uidere poſſit aquam immittas. *Remedium.*

Caput etiã ipſius ac totũ corpus ex oleo roſeo infunde. Deinde aquam

Digitized by Google

hordei & oleum roſeum, ac ſuccũ pſyllij, & portulacę & his ſimilium per clyſterem inijce, ideò, uidelicet, ut eius ſiti aliquid mitigetur. Nos quoque in hoſpitali quendã quem canis momordit rabioſus habuimus, qui in nocte latrabat. Et uidi quod ab aqua quę ei dabatur, nõ terrebatur, imò eam petebat, & de maxima ſiti conquerebatur. Cum autem aquã ei daremus, ipſam abominabatur, & dicebat quod ſordes in ea erant. Et cum quęreremus quę ſordes in ipſa eſſent, dicebat inteſtina canum, & cattorum in ea eſſe, & rogabat nos ut aliam ei aquam daremus. Cunque aliam ei afferremus aquã, dicebat ut prius, & litigabat nobiſcum, & iraſcebatur, atque rogabat & adiurabat nos per Deum, ut aquã mundã & bonam ei daremus. Medici quoque unius ſectę dixerũt, quod ſi canis aliquem momorderit, & ignorauerit utrũ ſit rabioſus an non, accipiat unum fruſtũ panis & intingat in ſanguine, qui exiuit ex morſu, & alij det cani, qui ſi comederit, ſciat canẽ qui eum momordit rabioſum non fuiſſe. Quod ſi non comederit, canis proculdubio rabioſus fuit. Aut ex nucibus contritis emplaſtrum loco ſuperpoſitum, per noctẽ unam dimittatur. Deinde gallo aut gallinę multũ famelico proijciat. Nam ſi canis rabioſus fuit, nõ inde comedet, aut ſi comederit, mane morieť. Iſta ergo ſigna cũ apparuerint, uulnus ilicò cũ medicamine quod nominauimus erit ampliandũ. Si autẽ non apparuerint, uulnus tantũ claudendum erit.

An canis qui momordit rabidus fuerit, periculum.

De his qui in potu acceperunt napellos. Cap. XI.

IS cui napelli dantur, uertiginem incurrit & epilepſiam, deinde ſyncopa eum frequẽter inuadit. Cuius lingua apoſtematur, & oculi foras prominent. Multotiens igitur hic uomere cogendus eſt, poſtquam quotidie ſumpſerit aquã, in qua ſemen napi coctum fuerit cum butyro uaccino, ueteri. Poſtquam autem multis uomuerit uicibus, ex glandibus in uino coctis. 4. ℥. cum pondere dimidię drachmę electuarij moſchati, cui ſexta pars unius ʒ. de moſcho bono fuerit admixta, detur. De his uerò quę ad hoc multum ualet, ſunt butyrum uaccinũ, & lapis qui uocatur bezahar, citrinus uel rubeus, purus & probatus, & theriaca de uiperis, & mithridatũ. Oportet itaque, ut ſi una ex iſtis 4. medicinis habeatur, cito ſuccurratur, aliquid in potu de ea tribuendo. Quod ſi iſtarum nulla habeatur, hoc, quod diximus multis fiat uicibus. Vna præterea antiquarum ſecta dixit, quod radix capparis taliter contra napellum operatur, ut bezahar. Napelli nanque uenenum forte eſt, ideòque ipſum pauci euadere poſſunt.

De his qui in potu ſumpſerunt cornua ſpicæ. Cap. XII.

IS cui hoc datum fuerit, ſanguinem mingit atque ipſius lingua denigratur. Plurimaque pleureſis accidẽtia, eum comitantur. Hic igitur taliter eſt curandus, pondus unius aurei camphorę, cum ℥. 1. aquę roſarum, eſt ei tribuendum. Hepati quoque emplaſtrum ex camphora cum aqua roſacea trita, eſt ſuperponendum, deinde ſauich de hordeo cum multa aqua niuis & iulep ei dandum. In cibo autẽ eius granata acetoſa multiplicãda ſunt. Lac etiã acetoſum, atque aqua hordei necnõ ſolani ſuccus in potu ſunt dãda.

De illis qui ſumpſerunt in potu fel Leopardi. Cap. XIII.

IS cui Leopardi fel datur, cholerã uiridẽ ſubitò uomit, atque in ſuo ore ſaporẽ aloës ſentit. Si quis etiã oris eius flatũ odoratus fuerit, hoc idẽ ſentiet, oculi

et, oculi itidẽ eius citrini fiũt. Huic ergo de hoc medicamine dandum eſt, quod ſic fit: Recip. boli armeni, baccarũ lauri, ambarũ ana. partẽ unam, coaguli gazel, partes quatuor, foliorũ rutę, mirrhę, amborũ añ. partẽ mediam conficiãtur cũ melle, & detur de ea ad nucis magnitudinẽ. Et quãdiu uomitus cum tenuerit, de hoc medicamine ei det̃. Qui in aqua ponatur in qua herbę bene olẽtes coctę fuerint, & ſedeat in ea cũ eſt calida. Quẽ ſi per tres horas diei uixerit, poſſibile eſt euadere. Curandus tunc igitur erit cũ medicinis cholericę paſſionis.

De illis qui ſumpſerunt in potu fel uiperæ. Cap. XIIII.

IS cui hoc datũ fuerit, uix euadere poterit, niſi uirtus diuina ei auxiliata fuerit. Si tamen eſt aliquid, quod ad hoc ualeat, ipſum eſt theriaca de uiperis, & mithridatũ, ſi tamẽ ei cito ſuccurratur. De his præterea quę ad hoc magis conferũt, eſt bezahar, ſi inueniri poteſt. Si uerò inuẽtus nõ fuerit, butyrũ calefactũ uiciſſim ad bibendũ detur, aut æger cũ eo uomere cogat̃. Et ſi syncopa ei freqũeter acciderit, in ipſius os uinũ & ius de carne pullorũ proijciatur, cum parua quãtitate electuarij moſchati, & moſchi ipſius.

De his qui ſumpſerunt in potu ſummitatem caudæ ceruinæ. Cap. XV.

IS cui caudę ceruinę ſummitas data fuerit, multotiens uomere cũ butyro ueteri multo, & melle tepefacto, & aqua roſata eſt cogendus. Ad quod exercendũ multotiẽs eſt redeundũ, deinde auellanę, & piſtacei & bezahar, ſumantur, & ex omnibus iſtis ſimul mixtis ad auellanę magnitudinem quotidie, quater in die detur.

De illis qui ſumpſerunt in potu ſudorem beſtiæ. Cap. XVI.

EIus cui ex hoc aliquid in potu datũ fuerit apoſtematur facies, & uiridis fit. Synanche quoq; ipſum inuadit, atq; ex eius corpore ſudor multus & fœtidus decurrit. Eum igitur uomere fac cũ aqua & melle multotiẽs. Ac deinde rob de muſco, & oleũ roſeũ ſępe ſunt tribuenda, cui etiã ariſtolochiæ pondus medię drachmę, & ſalis gemmę tantũdem cũ aqua tepida propinetur, ac de theriaca terrę ſigillatę detur.

De illis qui ſumpſerunt in potu cantharides & ſtaphiſagriam. Cap. XVII.

CVm cui iſta in potu data fuerint, fœmoris dolor, & punctio, atq; inciſio, necnõ urinę ardor inuadũt. Sanguinẽ quoq; cũ uehemẽti dolore mingit, eiusq; urinę exitus quandoq; intercluditur, deinde egreditur cũ ſanguine, & morſura & ardore uehemẽti. Virga quoq; atq; fœmur, necnõ ea quę ſunt in eorũ circuitu apoſtemãtur. Oris præterea ac gutturis ardor, & inflammatio fortis atq; febres ei accidũt, eiusq; turbatur intellectus. Oportet igitur ut uomitus cũ aqua calida, & oleo ſeſamino, atq; aqua in qua ficus coctę fuerũt, multotiẽs prouocet̃. Deinde lactis multitudo multis uicibus ei ad bibendũ tribuatur, & pſyllij mucilago cum iuleb, aut ſuccus portulacę ei tribuat̃. De butyro quoq; recẽti multũ comedat, & clyſterizetur ex aqua hordei, & maluauiſci, & albumine oui. Virgę quoq; in ijciatur per ſyringã oleũ roſatum, eiq; in potu detur ius de pullis pinguibus & oleũ amygdalarũ. Et in tina ſedeat, ac ficus comedat, & aquã in qua ficus coctę fuerint cũ ſyropo uiolato bibat: Lac quoq; freqũeter bibat, quamdiu puncturam ſenſerit & inciſionẽ. Quod ſi in partibus fœmoris maximam ſenſerit grauedinem, aut ſi eſt diu ex quo phlebotomatus non fuit, ex baſi-

Digitized by Google

lica phlebotometur uena. Quod uerò diximus uirgæ eſſe immittendum, non per iniectoriũ, ſed per inſtrumentum quod ſummitati paruæ roſæ ubi ſemen exiſtit ſimile eſt, poſtquã flores ablati ſunt, & ſit factũ ex cera pennã perforatam interius habens, eſt immittendum.

De his qui ſumpſerunt in potu opium. Cap. XVIII.

HVius duæ drachmæ & quod ultra eſt ſumptæ, necẽ inferũt. Ipſi uerò bibenti accidũt alcuſagi, & ſubeth, atq; in eius corpore pleruꝙ; multus ſentitur pruritus. In ipſius quoq; ore odor ſentitur opij, ac à toto corpore cum fricatur, quãdoq; opij odor percipietur. Oculi etiã quãdoq; profundãtur, & lingua retinetur, unguiũ color fit fuſcus & ſudor frigidus ab eo emanat. Ad ultimũ quoq; cũ approximat morti, ſpaſmatur, huius uerò ægritudinis propriũ ſignũ eſt ſubeth, ac odor opij à corpore procedẽs. In eius igitur curatione incipe uomitũ cũ hydromelle prouocare, & anetho, & ſale Indi, ſicut diximus. Deinde clyſteri in capitulo colicæ paſſionis nominato clyſterizetur, uinũq; uetus & purũ in quo cinnamomũ pulverizatũ fuerit poſitum, ad potandũ ei frequẽter tribuatur, & ſternutatio cum condiſi & caſtoreo prouocetur, ac ipſius caput cũ embrochatione calefiat. Ipſeq; dormire prohibeatur. Cui de hac theriaca ab auellanæ uſq; ad nucis magnitudinẽ, ſecundũ hoc ſcilicet, q̃d accidẽtia fortiora, aut debiliora fuerint in die ter dentur. Theriaca ualẽs ei, cui in potu opiũ datũ fuerit: Recip. caſtorei, aſſæ, piperis, ſeminis iuniperi, omniũ partes æquales, cõficiantur cum melle apũ, aut detur ei ſagzelea ad comedendũ, præterea dabis nuces & allia, ex quibus pulmentũ fiat cũ butyro crudo conditũ. Vinũ etiã & forte & purum in quo poſitũ ſit cinnamomũ, tribues. Corpus itidẽ eius totum ex oleo coſtino & liliaceo calefactis inunges, caſtoreũ quoq; ſemper bibere dabis. Quod ſi pruritus magnus fuerit, eum in aquam calidam mitte. Ad hæc quoque ualdè confert acetum acerrimum & calidiſſimum bibere.

Theriaca contra hauſtum opium.

De his qui ſumpſerunt in potu hyoſcyamum nigrum. Cap. XIX.

QVi hoc ſumpſerit, accidunt uiſus obfuſcatio & ſtrãgulatio, atq; extremitatum frigiditas, & alices. Is igitur uomere cogendus eſt, deinde ex his quæ diximus clyſterizandus, poſtea uinum forte ſingulis horis eſt ei tribuendũ, ex theriaca quæ fit contra opiũ multotiens eſt ei dandũ. Cui itidẽ pondus drachmæ unius piperis, cum uncia una uini datum, confert.

De illis qui ſumpſerunt in potu mandragoram. Cap. XX.

QVi ſumpſerit in primis ex potu eius, accidet uertigo, deinde inebriatio, & oculi eius rubefiẽt, poſtremo ſubeth fortis ac uincens ipſum ei accidit. Is igitur uomere cogẽdus eſt, & clyſterizãdus, eiuſq; capiti oxyrhodinũ ſuperponendũ, cui acetũ acerrimũ in quo aloë & abſinthiũ poſita fuerũt in potu tribuantur. Poſtq; uero faciei ac oculorũ rubor quieuerit, & ſubeth remãſerit, detur ei ad bibendum theriaca contra opiũ cum uino. Ea quoq; omnia quæ in capitulo de opio diximus, ei adhibeantur, & cum eis curetur.

De illis

Digitized by Google

De illis qui ſumpſerunt in potu nuces methel. Cap. XXI.

IS cui de iſtis nucibus à tribus drachmis uſque ad unius unciæ medietatē datū fuerit, tantūmodo fortiter inebriabit. Si autē multa ex is data fuerit quantitas, mortē inferet. Is igit̄ eiſdem curandus eſt medicinis, quibus & ille qui mandragorā ſumpſit. Veruntamē oportet ut butyrū calefactū coctū, aut crudum traijciat, eius'q; extremitates in aquā calidā ſunt mittendę & ut uomat multotiēs eſt elaborandū, deinde cū his quę diximus eſt curādus.

De illis qui ſumpſerunt in potu ſemen bengi. Cap. XXII.

CVi iſtud in potu datū fuerit, fortis ebrietas ac membrorū relaxatio accidūt, ſpuma quoq; ab eius ore defluit, oculiq; rubent. Huic igit̄ cū uomitu ex hydromelle & aqua in qua ficus & baurach cocta fuerint, in principio eſt ſuccurrendū, deinde lac recenter mulctum multotiēs eſt ei tribuendū. Et ſi hoc ſuffecerit, quieſcendum. Si autem non ſuffecerit, ex medicinis opij curandus erit.

De his qui ſumpſerunt in potu ſuccum coriandri uiridis. Cap. XXIII.

CVi ex iſto ſecundū quantitatē medię librę datū fuerit, aut ex ipſo recenti multum comederit, fortis uertigo, ac intellectus turbatio, & poſtea ſubeth accidūt. Præterea in toto eius corpore coriādri odor ſentit̄, eius'q; uox fit rauca. In primis ergo ut euomat eſt elaborandum. Deinde ouorū uitelli molles cū pipere & ſale ſunt dādi, ius etiā de gallinis pinguibus eſt tribuendū. Pōſt cuius acceptionē, uinū forte & clarū paulatim in potu eſt dandum. Quod ſi hoc nō ſuffecerit, uinum cum cinnamomo, aut pipere ei propinetur.

De illis qui in potu ſumpſerunt pſyllium. Cap. XXIIII.

CVm pſylliū teritur & ex eius ſucco multū bibit̄, anguſtia, & mœror atq; anhelitus anguſtia, & uirtutis ac pulſus caſus, necnō ſyncopa, accidūt. Is quoq; qui ipſum bibit plerūq; morit̄. Huic igit̄ ſuccurrendū eſt, & ut euomat cū hydromelle calido ac anetho & baurach & ſale Indo, eſt elaborandū: Deinde ouorū uitelli molles cū ſale & pipere ſunt dādi. Aſſa q̄q; eſt tribuēda, & uinū purū ac forte paulatim in potu dandum.

De fungis & tuberibus pernicioſis. Cap. XXV.

HOrum quędam ſpecies malę reperiuntur, & præcipue fungorum. Ab eis igitur omnino cauendum eſt, niſi in locis collecti fuerint notis. Ipſi nanque ferè nihil nocumenti inferūt. Quin etiam ſi ſint boni, non multum eſt comedendum, ab illis autem in quibus eſt nigredo & uiriditas, aut color pauonis, aut à quibus malus procedit odor, aut qui iuxta uenenoſorum animalium foramina naſcuntur, & utrum boni ſint an mali ignoratur, aut iuxta arbores peſſimas qualitates habentes, abſtinere cōuenit. Ex multorum præterea fungorum comeſtione quamuis ſint boni, accidunt ſynanche & colica paſſio. Ex malis autē cū comedunt̄, accidunt anhelitus anguſtia, & ſyncopa, ac ſudor frigidus, quādoq; etiā ſubito interficiūt. Quū iſtud igit̄ acciderit, oportet ut patiēti almuri cū ſale qui in pane ponit̄ aut ſale Indo, ilicò in potu detur. Aut ſuccus raphani cū baurach, aut mēthaſtri ſuccus cū ſyropo aceroſo, & baurach tribuat̄. Aut ſyropus

Digitized by Google

acetoſus ex melle factus, cum pauco baurach detur. Aut lignũ fici combu ratur, & in eius cinere aqua mittatur, deinde coletur, ex qua detur aliquid poſtq̃ uomitus cũ hydromelle ei prouocatus fuerit, cui electuariũ diatrion pipereon, & diacyminũ & his ſimilia danda ſunt. Vinum quoq; uetus & forte, paulatim eſt ſumendum.

De lacte & ſanguine in ſtomacho coagulatis. Cap. XXVI.

LAc recẽter mulctũ cũ bibit, multotiẽs in ſtomacho coagulari ſolet, & præcipue ſi ſpiſſitudo & craſſities in eo fuerint. Ex quo cũ coagulatũ fuerit in ſtomacho, ſyncopis, & ſudor frigidus, & rigor accidũt, plerũq; etiã interficit niſi ſuccurrat. Ex his quoq; quę ad hęc ualent, eſt, ut ſuccurrat & detur de coagulo leporis pondus unius aurei, cũ fortiſſimi aceti uncia una. Aut ut detur ei ex aſſa ad fabę magnitudinem. Aut ut det ei de lacte fici ſiccato quãtitas drachmę unius, & cum pauco naſturtio & aqua calida bibat, aut ſuccus mẽthaſtri ei tribuat, uel ſyropus acetoſus ex melle factus, qui multũ acer ſit, ei detur. Poſtq̃ autẽ lac uomitu, aut egeſtione expulſum fuerit, da ei hydromel cũ aqua in qua apiũ coctũ fuerit ad bibendũ. Aqua quoq; calida multotiẽs dãda eſt. In iſtis præterea accidẽtibus plerunq; contingit, ſanguinẽ in ſtomacho coagulari, quod cũ iſtis curis medicandũ erit. Sed ſi ſanguis in ueſica coagulatus fuerit, ex medicinis quibus lapis purgatur, curandus erit.

De aſſaturis quæ cooperiuntur, ne fumus ab eis exeat. Cap. XXVII.

SI quod aſſatur & mox cum remouetur ab igne ſuffocat, & multis obuolutionibus anteq̃ per horã expiret uaporẽ eius exire prohibẽtibus inuoluat, comeſtũ fuerit, proueniet ex ipſius comeſtione fluxus uentris ac uomitus, necnon accidẽtia cholericę paſſionis, & nauſea, conſequent, & fortaſſis plerũq; interficit, intellectus quoq; quandoq; per unũ diem, aut duos inde deficit. Deinde hoc totũ per ſe remouetur. Cui igitur ex comeſtione aſſaturarũ, triſtitia & uertigo acciderint, ubi interrogaueris pro eo, & quod iſtud acciderit tibi relatũ fuerit, ſuccurre cito & fac eũ multis uicibus uomere. Et poſtq̃ eum purgaueris, da ei miuã & meiſos, & uinũ bene odoriferũ cum ſucco coroneorũ & malorum. Quod ſi uomitus aut multus uentris fluxus acciderint, ex medicinis cholericę paſſionis ipſum cura.

De comeſtione piſcium frigidorum. Cap. XXVIII.

CVm piſces aſſantur, & infrigidati in loco ſteterint humoroſo, & ſequẽti die comeſti fuerint, ſæua accidẽtia quę ex malorũ fungorum comeſtione ſolent euenire, accidunt. Is igitur cui talia euenerint accidentia, uomere cogendus eſt. Deinde uinũ cum pipere eſt ei dandum. Et ad ultimũ ex medicaminibus eorum, qui fungos pernicioſos, ſumpſerunt, curandus.

De comeſtione lactis corrupti. Cap. XXIX.

LAc quandoq; in malam conuertitur qualitatẽ, atq; ab acetoſitate in quam ſæpius mutari ſolet, ad putrefactionis ac malignitatis diſpoſitionem tranſmutatur. Ex cuius quidem comeſtione, cholerica fortis accidit paſſio. Si quem autem, ex comeſtione lactis malũ habentis odorem, nauſea & uertigo ac oris ſtomachi compreſſio inuaſerint, cum hydromelle uomitus illicò ei prouocetur. Deinde uinum purum cum diatrion pipereon

Digitized by Google

on pipereon tribuatur, ſtomachus quoq; cum oleo de neride embrochetur.

De nucleis fructuum Muſatis & corruptis, & oleis inſpiſſatis & quæ ſunt rancida & eis ſimilia. Cap. XXX.

SI quis ex iſtis nucleis muſatis corruptus fuerit, omnino malus erit, ut ſunt nuces, & nux Indica, & eis ſimilia, ſicut oleũ de granis keruha, & de criſomelis, & perſicis. Omnia hęc enim penitus mala ſunt, & quam maxime, ſi quis ex eis multũ comederit. Quod ſi eis utens curatione eguerit, uomitus prouocatione medicetur, deinde uuę acerbę rob, & malorum macianorum, atq; ribes, & horum ſimiliũ in potu tribuantur, cibarijs quoq; lenibus, ac appetitum irritantibus nutriatur.

De illis qui ſumpſerunt in potu ranas pluuiales uel lacunales. Cap. XXXI.

SI quibus huiuſmodi ranę datę fuerint, corporis mollities, & mollificatio, atq; coloris tenebroſitas, necnon ſpermatis egreſſio eis accidũt. Quod ſi incraſſetur res, & dentes atq; pili cadant, tunc patientes multotiens uomere ſunt cogendi, donec, ſcilicet, mundificetur. Poſt uomitum autem & uentris fluxum, balneum ingrediantur, in quo tantam faciant moram, ut bene in ſudorem corpus reſolui poſſit. Deinde electuaria diacurcuma maius & dialacca, dentur. Quod ſi illud perducit eos ad corruptionem complexionis, ex eis quę in ſuo capitulo ſcripta ſunt, curentur.

De illis qui ſumpſerunt leporem marinum in potu. Cap. XXXII.

QVi hoc in potu datum fuerit, ſtomachi grauis dolor ac uentris ſolutio, & urinę conſtrictio, & anhelitus anguſtia, atq; aſthma & ſanguinis ſputum, & fœtens ſudor, & multus uomitus accidũt. Quod niſi cito morte pręocupatus fuerit, incidet in phthiſim, ſi nõ cõpetenti medicamine ei ſubueniať, & ſi non lac & uinũ, aut mixta, aut unũquodque per ſe multotiens data fuerint, ante tamen iſtud dari cõuenit, ſcilicet, citrullorũ ſuccũ, & maluauiſci uiridis foliorũ ſuccũ in potu ſumant. In die autem ſecunda poſtq; accidentia quieuerint, pilulę ex ſcammoneę, & ellebori nigri, & agarici, ſucci liquiritię, tragacãthę, æqualibus partibus confectę, dentur pondere ʒ. i. cum iulep. Si autẽ illud perduxerit ad tuſſim, ac aſthma superuenerit, earum cura ex ſuo ſumatur capitulo, prius tamen phlebothometur, & ex medicinis apoſtema in pulmone patientium curetur.

De illis qui ſumpſerunt malum caſtoreum in potu Cap. XXXIII.

SI qui ex malo caſtoreo multũ comederint, & ex peſſimo rem malam ſumpſerint, calidę phreneſis accidẽtia incurrẽt, & fortaſſe cito morientur. Poſtq; igitur uomitus eis prouocatus fuerit, ſuccũ acetoſę herbę, aut acetũ uini, aut lac uaccinũ acetoſum, aut malorũ acetoſorũ ſuccum ſumere debẽt. Eſt nanq; acetoſorũ pomorũ ſucci proprietas, eis quibus caſtoreũ datũ fuerit conferendi, lac etiam aſininũ ad idem prodeſt.

De his qui ſumpſerunt gummi rutæ ſylueſtris. Cap. XXXIIII.

ACcidit ex hoc in gutture, & ſtomacho ardor intolerabilis, oculi q́q; foras egrediunť, & facies rubet atq; ſarę in corpore naſcũtur. Hic igitur prius uomere cogẽdus eſt, deinde lac & butyrũ multotiens in potu ſunt tribuẽda. Aqua q́q; hordei donec accidẽtia ſedẽtur, ſumere cõuenit. Deinde gargariſmus ex lacte & oleo roſeo fieri conueniens eſt.

Saræ ſunt puſtulæ exiles & paruæ.

De his

De his qui ſumpſerunt anacardum montanum. Cap. XXXV.

EX huius bibitione acutę accidunt ægritudines, & fortaſſis alguefgues accidit ab eo. In principio igitur butyrũ coctum & crudũ, & oleum ſeſaminũ, donec ſuctio & mordicatio, ſi ex eis aliquid in uentre ſentitur ac gutture, ſedentur, ſunt danda, poſtea uero aqua hordei & lac uaccinum acetoſum in potu ſumant, & oleũ uiolaceum olfaciant. Caput quoq; ex medicinis, quę in capitulo de alguefegui nominantur, epithemetur. Sed & pſyllij mucilago cum iulep, & ſucco granatorum in potu ſumatur. Ea quoq; quibus conſeruantur, ſemper infrigidāda, & humectanda ſunt. Ex eis autem quę cum proprietate in eis exiſtente, contra anacardum ualent, ſunt nuces quę ad hoc ualdè ſunt utiles.

De his qui ſumpſerunt oleandrum. Cap. XXXVI.

HVius proprietas eſt, interficiēdi aſinos & domeſtica animalia & ex ſylueſtribus quàmplurima, & homines. Nocumēto uerò ipſius adfert remedium, ut poſt uomitum dactylorum & fœnogręci apozema ſumatur. Semen quoq; agnicaſti ex proprietate & uirtute quę eſt in eo, ſi in comeſtione aut in potu tribuatur remedium adfert, non ſolum hominibus ſed etiam animalibus. Manifeſtè enim remouet nocumentum quod fit ab oleandro, ex proprietate quę ineſt ei. Ex comeſtione autem bleandri accidunt uentris inflatio & triſtitia, & inflammatio. Si autem ilicò poſt eius hauſtum uomitu prouocato, ſuccus herbarum mucilaginoſarum, ſicut maluauiſci, & ſeſami tribuatur, remedium affert, quod etiam operatur rerũ unctuoſarũ doſis, ut butyri crudi & cocti. Ad hoc ſimiliter confert clyſterizari prius cum hydromelle & baurach, & poſtea cum mucilaginibus & oleis. Ficus quoq; comedere & mel ac ſaccharum & arob de muſto, & omnia dulcia & unctuoſa auxiliatur. Ab aqua uerò in qua naſcitur, omnino cauendum, neque ullo modo eſt bibenda, niſi aquarum multitudo in ea congregetur, quę tamen ſi ex neceſſitate imminente ſumenda ſit, rei dulci, ut iulep & ſimilibus admiſcenda erit.

De illis qui læduntur ex comeſtione ſcyllæ. Cap. XXXVII.

CVm quis maximam ſcyllę quantitatem ſumpſerit, fiunt in inteſtinis ac hepate ulcera. Cum igitur ex eius hauſtu punctio & inciſio acciderint, oportet ut lac cum fruſtis ferri igniti, coctũ detur. Puluis quoque de ſeminibus, ad ſorbendum tribuendus eſt. Nutriendus autē eſt cum uitellis ouorũ, & medicandus ex reliquis medicinis quę in capitulo de cura ulcerum inteſtinorum nominantur.

De his quibus nocuit ſemen urticæ. Cap. XXXVIII.

QVi hoc biberit ſemen, fortaſſe incurret accidens quod his qui ſalſam ſumpſerunt, accidit, curandus eſt igitur ex eorum remedijs. Et fortaſſis tuſſis lædens accidet ex hoc. Vnde curam adhiberi conuenit ex ptiſana cum iulep, & ex medicinis tuſſim lenientibus.

Digitized by Google

De his quibus nocuit potus aquæ frigidæ. Cap. XXXIX.

EX potu aquę nimis frigidę cum ex ea poſt egreſſionē de balneo, aut poſt exercitium, aut ieiuno ſine præcedenti crapula ſumitur, accidet forſitan ſubitus in hepate dolor, ex quo ad complexionis malitiam atq; hydropiſim peruenitur. Cui hoc igitur quod nominauimus acciderit, uinū forte bibere debet, & à frigidis per aliquot dies abſtinere cibis, bibendo quoq; diuerſa debet uina temperare. Super hepar autem emplaſtrum calidum, quod in ſuo nominabimus capitulo, eſt ponendum.

De his qui ſumpſerunt gypſum. Cap. XL.

EX potu gypſi fortaſſe, accidūt colica ualdè fortis, & ſtrāgulatio gutturis, & oris ſiccitas. Patienti itaque aqua mellis, ac res mucilaginoſę dandę ſunt prius, deinde pſyllij ʒ.4. ſcāmoneę tertia ʒ.1. cū iulep tribuātur. Et cum ex hoc patiens motus fuerit, attendendum eſt an accidentia quę patiebatur ſint ſedata, erit nanque utile. Sin autem ſedata non fuerint, iterum eſt mouēdus. Quod ſi dyſſenteria inde exorta fuerit, ex curis dyſſenterię medicetur.

De his qui ſumpſerunt in potu lithargyrum. Cap. XLI.

EX eo ſequitur urinę & ſtercoris retentio, & linguę grauitas, & corporis apoſtema. Eſt ergo dandum apozema dactylorum, & anethi, & nitri. Et ſi leuiter uomitus prouocatus fuerit, iterū fiat. Quod ſi uomitus paruus fuerit, & ſymptomata fiāt fortiora, ſcāmonea ſicut prædiximus in potu eſt tribuenda. Cum ergo mouētis opera ſteterit, de hoc medicamine, quod ſumus dicturi dari conuenit. Eius confectio: Recip. ſeminis apij, abſinthij, æquales partes, detur ex eo pondus 2. aureorum cum ℥.uini, & ℥.apozematis apij. Et poſtquā urina prouocata fuerit & uenter ſolutus, reſtituta erit ſanitas.

De his qui in potu ſumpſerunt argentum uiuum, uel in quorum aure fluxum fuerit, uel qui ſumpſerunt uzifur. Cap. XLII.

NOn quidem eſtimo ex argento uiuo cum ſanum bibitur, aliquod magnum ſequi nocumentum, niſi in uentre & in inteſtinis dolor fortis. Quod poſtquam egreditur ſicut eſt, & præcipuè ſi homo qui ſumpſit ipſum ſe moueat. Ego quoq; ſimię quam habebam ipſum in potu dedi, nec uidi ipſam aliud incurrere accidens, niſi quod dixi, quod quidē percepi, ex hoc quod torquebatur, & uentrem ſępe ore mordebat, manibusq; ſuis trahebat. Quidam tamen antiquorum dixerunt, quod ex eo idem ſequitur, quod accidit ex lithargyro, & quod patiens ex hoc eiſdem curandus eſt medicinis. Quum autem funditur in aurem, ſæuū generat nocumētum. Extinctū uerò ac ſublimatū propriè pernicioſum eſt, ac ualdè malum, commouetur enim ex eo fortis in uentre dolor, & punctio, ac ſanguinolenta egeſtio. Curetur ergo, hydromel multotiens tribuendo, & ex eo cum baurach clyſterizando donec uenter aliquotiens euacuetur. Medicinę quoq; dyſſenterię conferentes, in potu dentur, ſicut ficus coctę, & ſemina leuia & mucilagines, ac ſeuum hircinum, clyſtere quoq; ex his & horum ſimilibus, quę in capitulo de dyſſenteria nominabimus, fiat

Ex Mercurio extincto & ſublimato grauiora accidentia.

Ex eo

Ex eo autem quod in aurem funditur, dolor accidit uehementiſſimus, & intellectus perturbatio, & ſpaſmus, ac punctio, cum grauedine fortiſſima partis in qua fuſum eſt. Debet igitur qui hoc patitur ad partẽ illam inclinare caput, ac multotiens alicui rei innixus ſuper unũ pedem ſalire, ſternutatio quoq; cum cõdyſi ei prouocanda eſt, de quo aliquid in ore tenere debet. Auri uerò oleum ualdè calidum, quod tamen tolerare queat, infundendum erit. Quod cum fuerit infrigidatum, eijciendũ erit, & aliud loco eius iniijciendum. Patiens uerò ſuper ipſum latus iacere debet, caput tamen nõ in puluinari, ſed ultra ipſum teneat. Sit etiam quandoq; radius de plumbo, qui cum in aurem mittitur & mouetur, in eius circuitu extractus inuenitur cum argento uiuo, quod ſibi adhæſit. Qui poſtquã abſterſus fuerit, atq; id quod de argento uiuo ſibi adhæſerat ab eo fuerit ſeparatum, iterum erit immittendus, quod etiam multotiẽs fieri conuenit. Et fortaſſe ex argenti uiui ingreſſu in aurem, non malum ſequitur accidens, quoniam ilicò egreditur. Quandoq; uerò moratur intus, & peruenit ex eo aliquid ad buccinam auris, & adheret ibi, & peſſima ex ipſo proueniunt accidentia. Quidam nanq; mihi retulit medicus, ſe uidiſſe quendam epilepſiam, deinde apoplexiam ex eo incurriſſe. Ex uzifur autem & tincar acceptione accidunt ea, quę ex argento uiuo extincto, tincar tamen deterior exiſtit. Quam plures etiam dicũt, quod ex eo nemo euadit, cuius tamẽ cura eſt, ut argẽti uiui atq; arſenici.

De illis qui in potu ceruſſam ſumpſerunt. Cap. XLIII.

QVi ceruſſam ſumpſit, lingua eius albeſcit, cui & multus accidit ſingultus & tuſſis. Membra quoq; ipſius mollificantur. Ficuum ergo apozema, aut hydromel cũ oleo ei tribuatur, uomitusq; prouocetur, ad bibẽdum quoq; ſucci abſinthij cum hydromelle multotiẽs unius aurei pondus tribuatũ. Quod tam diu fiat, donec urina prouocetur, hoc tamen fieri conuenit, poſtquã de ſcammonea quantum eſt quanta unius drachmę, ſumptum cum hydromelle fuerit. Poſtquã uerò urina prouocata fuerit, ſedabuntur accidentia. Si autem urina conſtricta fuerit, urinam prouocantia ſunt danda, quę in ſuo nominanda ſunt capitulo.

De his qui in potu ſumpſerunt calcem & auripigmentum ſimul, & arſenicum ſublimatum, uel ceruſſam de qua fit ſapo, uel in quorum ore multus fumus arſenici intrauit. Cap. XLIIII.

EX iſtis punctio fortis, & mala in inteſtinis ulcera accidunt. Eſt igitur aqua calida cum iulep multotiẽs danda, donec ab eis quàmplurimũ lauet, deinde aqua oryzæ aut hordei, aut his ſimilia quę inteſtinorũ conferunt ulceribus tribuantur. Ex quibus etiam clyſterizari conuenit. Cum autem acciderit tuſſis nociua, ex renibus lenibus erit medicanda.

De illis quibus nocuit ſquama ferri, uel qui eius limaturam ſumpſerunt. Cap. XLV.

ACcidit in uentre fortis dolor, & in ore ſiccitas, & inflammatio, atq; in capite fortis dolor. Quibus lac cum aliquibus uehementer laxãtibus dari conuenit, deinde butyrum crudum & coctum ad bibendum tribuatur, donec ſymptomata ſedenẽ. Caput uerò ex oxyrhodino cũ rhodoſtomate infundendũ eſt. Cõfert enim eis, ſi Deus uoluerit.

Digitized by Google

De illis qui in potu ſumpſerunt florem æris. Cap. XLVI.

ISTis accidunt fortis dolor, & uomitus, & in inteſtinis ulcera, & in ore ſiccitas & excoriatio. Hi igitur medicandi ſunt, ut qui arſenicum biberunt.

De his qui in potu ſumpſerunt calchantum, aut alumen. Cap. XLVII.

EX his duobus tuſſis ſicca adeò nociua ſequitur, q̃d ducit ad phthyſim. Lac igitur cum ſaccharo & butyro crudo patienti eſt dandũ, hoc namque omnibus medicinis magis eſt conueniens.

De illis qui tithymallum ſumpſerunt. Cap. XLVIII.

TIthymallus eſt omnis herba habẽs lac calidũ, q̃d corpus ulcerat ſicut ſcãmonea, & ſebrã, et aoſro, & legia, & his ſimilia. Ex iſtis em̃ ſi multũ bibatur, necem afferet. Quod ſi ex eis moderatè ſumatur, fit medicina conferens. Eorum autem nocumentum communiter remouet, lac & butyrum crudum & coctum, hæc enim eorum fortitudinem debilitant & actionem. His autem datis accidentia quæ ex eis euenerunt, conſequenter ſunt curanda. Sunt enim quædam ex eis, ex quibus uehemens uentris fluxus & multus conſequitur. Et ſunt alia ex quibus ſanguinis mictus prouenit, aut uomitus ſanguinis. Horum inde ſanatio ex eis fieri conuenit, quæ in capitulis de curatiõibus ęgritudinũ ſingulatim poſuimus.

De illis qui in potu ſumpſerunt elleborum album, & nucem uomicam, condyſi & arthanitam. Cap. XLIX.

QVum ex aliquo iſtorum multa ſumitur quantitas, fortiter, prouocat uomitum, & fortaſſe ex multitudine humorum quos ad œſophagum trahunt, cum ſubito egredi uolunt, ſequitur ſuffocatio, & fortaſſe prouenit ex eis ſyncopa fortis. Et cum uomitus non prouocatur, cadunt ex prædicta ſyncopa uirtus & pulſus. Syncopis quoque frequenter accidit, & ſudor frigidus exire incipit, atque niſi cito ſuccurratur, ſequitur mors. Aliquado autem fortaſſe ſequetur ex eis ſyncopis, & uomitus longi temporis, & multæ quantitatis, & corporis inanitio donec ſpaſmus proueniat. Quum ergo primum ſymptoma acciderit, infirmus ex colocynthide, baurach, clyſterizandus erit, & quidẽ humores ad inferiora inclinabuntur. Quod ſi uomitus grauiter euenerit, & paulatim cum forti labore & nociuo, aqua tepida frequenter eſt tribuenda, & elaborandum ut ex ea multum ſumatur, donec uomitus ſuauiter prouocetur. Quum autem uomuerit, iterum danda erit, quia tunc leuiter prouocabitur uomitus, & ſæpe, triſtitia quoque leuior fiet, & nauſea. Poſt hæc autem curabitur ex medicinis cholericæ paſſionis. Quod ſi ſpaſmus ſuperuenerit, butyrum coctum, & lac ſępe ad bibendum ſunt tribuenda. Collum quoque ac pectus & crura, & coxæ, atque brachia fricanda ſunt, & ex oleo tepido inungenda. Vinum præterea multam aquæ habens admixtionem, in potu ſumendum. Quod ſi inceperit ſpaſmus, æger in ſemicuplum aquæ calidæ ponendus erit, & ex oleo tepido quod non ſit

Digitized by Google

calidæ uirtutis inungendus. Et ungendo, ac fricando, necnon mollificando dirigatur operatio ad neruos membri ſpaſmati, & ad ipſum membrũ, quemadmodum in capitulo de ſpaſmo nominabimus.

De his qui ſumpſerunt elleborum nigrum. Cap. L.

SI quis ex elleboro nigro multum in potu ſumpſerit, fortiſſimum uentris incurret fluxum. Huius ergo uirtus debilitari conuenit, ex datione lactis, & ex introitu patientis in aquam frigidam, & ex effuſione eius ſuper caput ægri per longum tempus. Ea quoq; quę fiunt ex rob fructuum acetoſorum, ad uentris conſtrictionem danda ſunt.

De his qui in potu ſumpſerunt dend. Cap. LI.

EX hoc prouenit fluxus uentris fortiſſimus. Eius autẽ actio reprimenda eſt, ex donatione lactis. Ea quoq; quę uentrẽ ſtringunt, danda ſunt.

De his qui in potu ſumpſerunt euphorbium. Cap. LII.

HAec ſpecies eſt acris, & mouet uentrem cum inflammatione & æſtuatione. Cuius uis cum butyro crudo & cocto debilitãda eſt, deinde oleum roſeum dandum, cum autem ſymptomata leuiora fieri ceperint, triticum fractum cum multa aqua coctum, cum iulep, & cum aqua & niue in potu tribuendum eſt. Aeger quoq; in aqua frigida ſedeat, & ſorbeat ex aqua roſata, & frequenter bibat ſuccum malorum granatorum & macianorum, quę muzum habent ſaporem.

De his qui in potu ſumpſerunt mezereon. Cap. LIII.

EX hoc ſequitur uomitus & uentris fluxus fortiſſimus. Eſt igitur huius nocumenti uirtus debilitanda, ex butyro & lacte recenter mulcto, & iulep in potu ea frequenter dando. Cuius quoq; uirtus reprimitur, ex aceto cum frequenter in potu datum fuerit. Poſtquàm autem diebus aliquot uomitus, & uentris fluxus ceſſauerint, ſyropus acetoſus, & endiuię ſuccus dandi erunt.

De uirtutibus medicinarum laxatiuarum, & de earum rectificatione. Cap. LIIII.

SCammonea bilem rubeam uehemẽter expellit. Minus autem quod ex ea datur, eſt ſexta pars ʒ.1. plus uerò quãtitas duarum tertiarum ʒ.1. Et cum eius timuerimus nocumentum & remouere uoluerimus, tunc ipſam cum ſucco citonij acetoſi, aut mali maciani, aut cum aqua roſata, cui ſit admixtũ ſumach tantę quãtitatis, ex qua poſſit confici miſcere debemus. Ex qua ſic mixta & malaxata, fiant fruſta rotunda ſubtilia, & parua ad modum trochiſcorum, & ſiccentur in umbra. Et ſciatur quanti ponderis fuerit, antequàm conficeretur, & detur ex ea à quarta parte drachma una uſq; ad mediam. Colocynthidis pulpa, uehementer expellit phlegma. Quæ ſi alicui dyſſenteriam patienti, aut qui eam cito ſolet incurrere danda fuerit, admiſcẽda erit tragacanthę eiuſdẽ quantitatis cuius ipſa eſt, & in mortario utraq; miſcebimus, terendo donec unita ſint, & fiant ex eis

eis trochiſci ſubtiles, & in umbra ſiccentur. Ex quibus detur à quarta drachmę unius parte, ad mediã drach. Turbith expellit humiditates, quę ſunt in ore ſtomachi, & in inteſtinis. Et non indiget emendatione alia, niſi excorietur, & illud eligatur ex eo quod bonum eſt & frangitur. Ex quo ſumendum eſt ab una drachma ad duas. Quod ſi in decoctionibus ſit mittendum, ſit à drachmis tribus uſq; ad quatuor. Et cum quęritur eius rectificatio, cum oleo amygdalarum dulcium quod ſit bonum, in hora ſui uſus miſceri conuenit. Agaricum diuerſos expellit humores, ex quo debet dari à duabus partibus drachmæ unius uſque ad duas, nec eſt neceſſe ipſum emendare, niſi quod ex eo eligendum eſt bonum, album, ſcilicet, & recens. Si quis tamen ſibi ab eo cauere uoluerit, cum ſyropo acetoſo ipſum conſpergat. *Turbethum.* *Agaricum.*

Aloë bilem rubeam & humores expellit. Ex quo ab uno aureo uſque ad duos eſt ſumendum. Si quis autem in ano patiens, niſi calidæ fuerit complexionis, ipſum ſumere uoluerit, cum bdellio miſceat ipſum. Qui ſi calidæ fuerit complexionis, tragacantham admiſcebit ei. Qui autem in ſtomacho, aut hepate ægritudinem patitur, cum maſtiche, & roſis mixtam aloën ſumat. Siccidis actio colocynthidum actioni atque quantitati, necnon emendationi uicina exiſtit. Centaurium in ſuo effectu & emendatione, his ſimilis inuenitur. Ex ea tamen plus eſt ſumendum. Sebram & mezereon calidæ ſunt, quarum acumen reprimit acetum, cum in eo infuſæ fuerint, & ex eis menſuratè ſumitur. Eſt enim ex eis ſumendum à media drachma ad drachmam unam. De tithymallis quoque quæ eis ſimilantur, ſimiliter fiat. De lacte ſebram non aliud dicemus, niſi quod de ſcammonea diximus. Ipſum enim & tithymalli, aquam & bilem rubeam fortiter expellunt. Euphorbium eſt calidum, & expellit aquam & ſpiſſos humores, ex quo ſumendum eſt à ſexta drachmæ unius ad ipſius tertiam. Cuius reprimitur acuitas, cum oleo amygdalino & tragacantha ſpargitur. *Aloë.* *Euphorbium.*

Abenil phlegma aduſtum expellit, quod cum ſumitur triſtitiam & nauſeam uehementer generat. De quo à tribus drachmis ad unam ſumendum eſt, poſtquàm fuerit excorticatum. Elacterides aquam & bilem rubeam educunt, quæ tithymallis ſimiles exiſtunt. Almeizara de tithymallis eſt unus, qui tamen articulorum confert dolori, & humoribus ſpiſſis ac frigidis. Stœchados bilem nigram leuiter educit, de qua à duabus drachmis ad tertiam ſumendum eſt, nec indiget emendatione. Quæ tamen cum ſyropo acetoſo ſumpta fuerit, melior erit. Epithymum bilem euacuat nigram, de quo à quatuor drachmis ad ſex ſumere conueniens eſt, & non indiget emendatione. Si quis tamen emendare uoluerit, cum oleo amygdalarum dulcium miſceat. Sene & fumus terræ humores expellũt aduſtos, ſcabiei quoque, atque prurituí conferunt, de quibus à quatuor drachmis ad ſeptem dari conuenit. Myrobalani citrini bilem rubeam & humores educunt, ex quibus quandoque datur à decem drachmis ad uiginti. *Epithymum.* *Sene.* *Myrobalani.*

De therenìabin autem & caſſiafiſtula, atque uiolis ſiccis, & prunis ſiccis, non eſt nobis neceſſe loqui, parum enim inquietant, & omnia bilem rubeam ſuauiter expellunt, ea quoque quæ in ſtomacho ſunt, ad inteſtina de- *Thereniabin.*

ſcendere faciunt. Sufficiant ea quæ in iſto nominauimus capitulo. In hoc enim libro nominaturi ſumus omnium locorum ſolutiones, in quibus eorum indiguerimus nominatione. Quod taliter faciemus, ne nos in eis aliquid renouare oporteat.

De exemplo compoſitionis medicinarum laxatiuarum. Cap. LV.

EX unaquaque ſpecie, de quibus medicina componenda eſt, tantum ſumatur, quantum uni doſi ſemel ad expletionem ſufficiat. Poſtea uerò ſi totum quod conficitur ex quatuor componatur herbis, quarta ſumatur pars, & ſi de quinque, quinta. Quod ſi medicinam laxatiuam ex ſcammonea & aloë, atque agarico, & colocynthide, componere uoluerimus, ſumemus aloës drachmas tres, & colocynthidis drachmam mediam, & ſcāmoneę ſextam drachmę unius, & agarici drachmam unā, & tertiam drachmæ unius, deinde cum neceſſe fuerit, ſumetur ex hoc compoſito drachma una, & quarta unius. Si autem alicui graue eſt decoctionem in potu ſumere, ſumat ex pilulis & confectionibus quæ illum humorem quem uult expellere, educere conſueuit illa decoctio.

ABVB. RHAZAE LIB. VIII. AD MANSOREM FINIS.

QVAE

Digitized by Google

QVAE IN LIBRO NONO CONTINEANTVR.

IN libro hoc uniuerſi ad Manſorem operis nono erudite, breuiter, & ἐμπειρικῶς ſuper omnibus totius corporis, & ſingularum eiuſdem particularum, ab hominis ſumma coronide ad imum uſque calcaneum, morbis, ac uitijs, & eorundem etiam curationibus, ſingulis hiſce capitibus tractatur.

CAPITVM LIBRI NONI INDEX.

De capitis dolore	Cap.	I.
De uertigine, quam Græci σκότωμα uocant	Cap.	II.
De phrenitide	Cap.	III.
De apoplexia	Cap.	IIII.
De ſopore	Cap.	V.
De congelatis, quibus ſemper oculi inconniuentes manent	Cap.	VI.
De neruorum reſolutione, quæ παράλυσις dicitur	Cap.	VII.
De ſtupore & tremore	Cap.	VIII.
De oris diſtortione	Cap.	IX.
De conuulſione, quam σπασμόν Græci uocant	Cap.	X.
De morbo comitiali, ἐπιληψία dicto	Cap.	XI.
De incubone, qui affectus ἐφιάλτης Græcis dicitur	Cap.	XII.
De melancholia	Cap.	XIII.
De diſtillatione, raucitate, & grauedine	Cap.	XIIII.
De lippitudine, quæ ὀφθαλμία Græcis uocatur	Cap.	XV.
De oculorum ulceribus	Cap.	XVI.
Ad ea quæ oculis incidunt educenda	Cap.	XVII.
De albugine oculo innata	Cap.	XVIII.
De ſcabricie & tunicula	Cap.	XIX.
Ad maiorum angulorum carunculas pruritu uexatas	Cap.	XX.
De ungui oculorum, quod πτερύγιον Græcis uocatur	Cap.	XXI.
De uibice, ac cruentis ſuffuſionibus ex ictu, aliáue cauſa	Cap.	XXII.
Ad lachrymas	Cap.	XXIII.
De uiſus debilitate	Cap.	XXIIII.
Ad palpebrarum tumorem, Græcis χήμωσιν appellatum	Cap.	XXV.
Ad palpebrarum pilos, oculos irritantes	Cap.	XXVI.
De ſuffuſione, ſiue humorum in oculum affluxu	Cap.	XXVII.
Ad nocturnam cæcitudinem, quæ νυκταλώψ Græcis dicitur	Cap.	XXVIII.

De dilatatione pupillæ	Cap.	XXIX.
De fiſtulis, maioribus oculi angulis accidentibus	Cap.	XXX.
De aurium dolore	Cap.	XXXI.
De auris ulcere	Cap.	XXXII.
De ſonitu & tinnitu aurium	Cap.	XXXIII.
Ad grauem auditum	Cap.	XXXIIII.
Ad aurium uermes, & animalcula auditus meatum irrepentia	Cap.	XXXV.
Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt euellenda	Cap.	XXXVI.
Ad ſanguinem è naribus erumpentem	Cap.	XXXVII.
Ad narium cruſtas & ulcera	Cap.	XXXVIII.
De polypo & ſarcomate	Cap.	XXXIX.
De oblæſa olfaciendi facultate	Cap.	XL.
De dentium & gingiuarum dolore	Cap.	XLI.
Medicamenta eradicantia & confringentia dentes	Cap.	XLII.
Ad ſtuporem dentium	Cap.	XLIII.
Ad dentium refrictionem	Cap.	XLIIII.
De linguæ oriſq; ſuperficiarijs ulceribus	Cap.	XLV.
De gingiuis ſanguine humentibus	Cap.	XLVI.
De laxatione procidentiaue gargarionis	Cap.	XLVII.
De hirudinibus gutturi incidẽtibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus	Cap.	XLVIII.
De his quæ in os, ſeu œſophagum prolabuntur	Cap.	XLIX.
Ad oblæſum linguæ ſenſum, ac deficientem motum	Cap.	L.
Ad linguam in nimiam molem intumeſcentem	Cap.	LI.
De tumore ſub lingua enato, qui ranula dicitur	Cap.	LII.
Ad puſtulas ac tumores linguæ	Cap.	LIII.
De angina	Cap.	LIIII.
De tuſſi	Cap.	LV.
De difficultate ſpirandi, quas Græci ἄσθμα appellant	Cap.	LVI.
De laterali dolore, qui πλευρίτις Græcis dicitur	Cap.	LVII.
De pulmonum inflammatione, quæ περιπνευμονία Græcis dicitur	Cap.	LVIII.
De cruentis ac purulentis expuitionibus	Cap.	LIX.
De tabe, quę φθίσις Gręcis dicitur	Cap.	LX.
De cordis palpitatione	Cap.	LXI.
De cholera morbo	Cap.	LXII.
De uentriculi imbecillitate	Cap.	LXIII.
De oris uentriculi dolore, ac inflammatione	Cap.	LXIIII.
De ſingultu	Cap.	LXV.
De canino appetitu	Cap.	LXVI.
De iocinoris dolore	Cap.	LXVII.
De morbo regio, qui ἴκτερος Gręcis dicitur	Cap.	LXVIII.
De aqua inter cutem, quę ὕδρωψ Gręcis dicitur	Cap.	LXIX.

De lienis

De lienis dolore Cap. LXX.
De morbis inteſtini plenioris & tenuioris, hic ειλεὸς, ille κώλικος Grecis dicitur Cap. LXXI.
De uentris profluuio Cap. LXXII.
De urinę difficultate Cap. LXXIII.
De renum & ueſicę calculo Cap. LXXIIII.
De renum & ueſicę inflammatione Cap. LXXV.
De urinę ardore Cap. LXXVI.
Ad ſanguinem & pus mingentes Cap. LXXVII.
De his qui inuiti urinam reddunt Cap. LXXVIII.
De lumbricis in ano ac uentre natis Cap. LXXIX.
De hemorrhoidibus, ſciſſuris, & fiſtulis ani Cap. LXXX.
Ad procidentiam ani & uuluę Cap. LXXXI.
Ad menſes confertim erumpentes Cap. LXXXII.
Ad ſuppreſſos menſes citandos Cap. LXXXIII.
De uuluę ſciſſuris Cap. LXXXIIII.
De uuluę inflammatione Cap. LXXXV.
De uuluę ſtrangulatu Cap. LXXXVI.
De mola uteri Cap. LXXXVII.
De ramicum generibus Cap. LXXXVIII.
De podagra, reliquiſq; articularijs morbis Cap. LXXXIX.
Ad incipientem gibbum Cap. XC.
De uaricibus Cap. XCI.
De elephantia Cap. XCII.
De lumborum rubore, ſeu exulceratione Cap. XCIII.
De doloribus extremarum, ſummarumúe partium Cap. XCIIII.

FINIS.

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE insignis Medici ad regem Manſorē liber nonus, ANDREA VESALIO Bruxellenſi Paraphraſte.

De capitis dolore. Cap. I.

Ex ſanguine.

QVANDO capitis ardori eiuſdem tenſio & grauitas, oculorumque ac faciei rubor adfuerint, & reliquum corpus tactu calidum, pulſusq; magnus præcipuè in temporibus ſentiatur, humeralis uena partis dolẽtis, aut eius quam potiſſimum dolor exercet, ſupra cubitum ſecãda eſt. Deinde aqua roſacea unà cum aceto ac oleo roſaceo ſumenda, quę

Vt plurimũ ad reliqua quartã aceti partẽ accepimus.

ſimul tamdiu, donec debitam craſſitiem recipiant, agitata, ac niue aut fonte refrigerata, capiti ab alto ſunt infundenda. Aeger autem à carnium eſu, uino reliquisq; ſanguinem augentibus arcebitur, ac lentes cum poſca & croco decoctas, aut lẽticulam ſolam aqua incoctam, & olera frigida, elixa uel cruda, & infrigidãtes fructus edet. Aluum porrò ex myrobalanis citrinis,

Auerrois inter medicamina ueteribus incognita numerat.

prunis, † thamarindis, & ſaccharo albiſſimo ducere expedit. Verum ſi hęc non ſuffecerint, althææ ſemẽ aceto infuſum, donec iuſtam uiſcoſitatem obtineat, in mortario, piſtillo contundito, ac in emplaſtri formã linteo inductum capiti applicato. Quinetiam ex herbę pulicaris ſemine aceto macerato, utiliter ad eundem modum cataplaſma capiti induces. Si iam compre-

Ob bilis copiã.

henſis notis pulſus ueloces adſint, tactuq; ingens percipiatur calor, nullo tamen rubore facies, aut oculi ſuffundantur, neq; ulla notabili tenſione laborent, ſtatim inter initia uentrem medicaminibus bilem flauam purgantibus ſoluere, deinde commemoratis localibus præſidijs uti, conſilium eſt.

Nõnulli negãt, ſuperius cõprehenſa medicamina bilem ducere.

Verum præter hæc naribus oleum uiolarum, aut cucurbitæ domeſticæ, aut nymphææ, aut florum ſalicum infundetur, & horum oleorum ſingula per ſe niue refrigerata, ab alto capiti inſtillabuntur, & æger paulò ante commemorata uictus ratione cibabitur. Odorabit uerò camphoram, aquam roſaceam, ſalices, uiolas, & quæ his refrigerandi facultate reſpondent. Quod ſi poſt horum uſum morbus plurimum inualuerit, increueritq;, ſumito opij & camphoræ ſingulorum pondus duorum granorum hordei, ac oleo ioſmi-

Ex pituita.

ni diſſoluta auribus & naribus modice tepentia immittito. Porrò ſi graui capitis dolore nihil eorũ, quę de ruboris ſuffuſione dixi in facie, aut oculis conſpiciatur, morbusq; in uetuſtatem protractus fuerit, inter initia leuioribus purgãtibus auxilijs tentatis, uenter catapotijs coccijs, à grani (quod Græci κόκκον appellant) magnitudine ſic uocatis, ducendus eſt. Quorũ com-

Noſtrũ eſt 2. tithymalli ſpecies.

poſitionẽ ipſe in hunc modũ inſtitui. Pulueris picræ drachmę decẽ, cucurbitę ſylueſtris drachmę tres cum ſcrupulo, ſcãmonij drachmę duę cum ſemiſſe, † turbith, ſtœchados, ſingulorũ drachmę quinq;, rediguntur hęc in catapotia,

Digitized by Google

tapotia, quę decē diſtinctis uicibus in robuſtiſſimis corporibus porriguntur, cæteris aūt pro uirium ratione. ¶ Quoniā autem præſens cōpoſitio, propoſiti Noni libri commentatoribus ſuſpecta eſt, exiſtimantibus interprete loco duorum ſcrupulorū cum ſemiſſe ſcāmonij, uertiſſe drach. duas, & ſemiſſem, huic loco Galeni cōpoſitionem catapotiorū ex aloë, interſeribendā putaui. Habet autem ea Lib. primo ſecundum locos, in hunc modū: Cucurbitæ ſylueſt. pars una, aloës & ſcāmonij, ſingulorū duę. His ego (ſcribit Galenus) abſinthij ſucci partem unam admiſceo, antea uerò maſtichen quoq; Chiam & bdelliū indidi. Sic etiam Quintus utebat. Galen. & Alex. cotoneorū ſucco hęc excipiūt, Paul. aqua, Oribaſius braſſicę ſucco. Ac q̄a huiuſcemodi catapotia inſtar grani ciceris finguntur, à multis coccia quoq; appellata ſunt. Dant Galeno & Paulo numero 11. Alexandro 15. ¶ Poſt deiectā autem aluum, capiti oleum ioſminū & balaninum infundenda, eadem auribus quoq; et naribus immittenda ſunt. Ad hęc ęgro odoris gratia, confectio † gallię moſchatę appellata, naribus obijcienda, & moſchi pauxillulū narium foraminibus inſpirandum eſt. Cęterū ſi malum multū increſcat, moleſtetq;, ſumito euphorbij & caſtorei utriuſq; ſeſquiobolū, & in olei ioſmini momēto ſolutū, naribus & auribus inſtillato. In uehemēti capitis dolore, qui cum ęſtu eſt, emplaſtrū infrà ſcriptū, fronti & tēporibus utiliter applicabis. Emplaſtrū ad ingentē capitis feruidū cruciatū: Accipito lactucarū ſemen, glauci ꝑparati ſuccum, † lignum q̄d ſantalū appellamus, & rubrum, & albū, nucem Indicā, roſas, ſingula ęquis portiōibus, opij momentum, his aceto & roſarū aqua cōſperſis ac maceratis, informato emplaſtrum, & fronti ſuperinducito, deinceps illi conduplicatā faſciam, aceto & roſacea aqua imbutā, ſuperponito, eaq; tepefacta rurſus aliam, huiuſcemodi refrigerāti liquori intinctā illigato. Linimentū diſcutiens & digerens, ad dolorē qui cum frigore eſt, efficax. Caſtorei, euphorbij, piperis, ſinapis, ſtyracis, rutę, marrubij, ſingulorum pares modi, hęc exiccata, & in puluerē ſubacta, & per cribrū ſecreta cōmiſceto, atq; illis uino ueteri conſperſis, informato paſtillos ad ſolē exiccandos, ac quādo uſus poſtulauerit, uno illorum uino ueteri, aut oleo coſtino, chamęmelinoue detrito, frontem & tempora identidē illinito. Vel unum in minori liquoris portione diſſolue, ac inſtar emplaſtri frōti ſubinde inducito. Hoc enim linimentū, ſeu emplaſtrum, omni uetuſto capitis dolori eſt quā accōmodatiſſimum, non modo frōti ac tēporibus admotū, ſed in aurem quoq; inditum, ꝓſertim ſi in aliquo iam cōprehenſorum oleorū diſſolutus paſtillus fuerit. Aegrotanti uerò uinum uetus, circa mali declinationē, non tamen affatim, prębeto. Cęterū quando ingēs capitis dolor, ſeptimanā totam ꝑdurans, hominē affligit, in laconicum primā balnei domū, aut balnea aquarū medicamentoſarū, exiccandi ui prædictarum, ęger deducendus eſt, ac capiti infundenda aqua, in qua chamęmelum, & ſampſuchus, & ſtichas Arabica, ſeu Gallica, & ſerpillum, ſimul omnia, aut ſingula p ſe ebullierint. Porrò ſi caput indies ante cibū indoluerit, ac poſt ingeſtos cibos cōualuerit, laborāti ante tēpus quo corripi cōſueuit, ſuccurrendū eſt, exhibēdo panis offulas, ſucco mali punici, aut immaturæ uuæ, aut alijs uirtute in refrigerādo & aſtringēdo his paribus, immerſas.

Quid ſi decem numero catapotia Rhazes exhibenda uoluiſſet? Alia tamen Meſues et Nicolai.

† Paſtilli ſunt, ex oriente ad nos aduecti.

Veteribus incognitum.

Hæc ad dolorē ex pituita faciunt.

Ob uentriculi uitium.

Si dolor

Digitized by Google

Ex inſolatu.

Si dolor capitis ob diutinã in ſole moram, concitatus fuerit, huic facilè aceto & roſaceo benè refrigeratis, ſubuenire poteris. At ſi dolor his non remittitur, alijs intenſius refrigerantibus, ut polygonij ac plantaginis ſuccis aceto dilutis, propellendus eſt. Quod ſi præterea ingens capitis dolor perſeuerat, ac intenditur, neq; ullis pręſidijs cedit, ſitq; metus, ægrum uiſu priuatum iri, ob fluxum humorum in oculos, arterię, quę per tempora repunt, opportune ut ſanguinis quantum ſatis eſt fundant, inciduntur, ac manuali arte, quicquid illarum denudatum eſt, laqueis interceptũ aufertur. Verum poſtremum illud pręter pręſentis libri inſtitutum, hoc in loco tractatur.

In fine. 13. Methodi, et apud Paulum lib. 6. cap. 4. & 5.

De uertigine, quam Græci σκοτωμα uocant. Cap. II.

A ſanguinis copia.

CVm alicui ea quę foris ſunt, in gyrum circumagi uidentur, & oculi tenebris obruuntur, & concidere æger uult, quumq; eodem tempore, quo, ſcilicet, malo ęgrotus tenet, facies & oculi rubore ſuffuſi ſunt, ac uenę poſt aures reptantes ſanguine turgidę cernuntur, † eas tum incidere, cucurbitulaſq; collo & tibijs agglutinare expedit. Cęterum ſi hę uenę incõſpicuę lateant, facieſq; rubore ſuffundat, ex axillari ſanguis minuendus, & cucurbitulę tibijs affigẽdę ſunt. In utriſq; autẽ his uertiginis ſpeciebus iam cõmemoratis, ad repellendũ humorũ affluxum, capiti roſaceũ cum aceto eſt infundendũ. Ventrẽ uerò myrobalanorũ citrinarum decocto, ſuperius ad capitis dolorẽ deſcripto, deijcere utile eſt. Cibos quidẽ calidos, & ſanguinis copiã augentes, ęgrotus auerſabit, ac aridis et refrigerãtibus enutrietur. Porrò quũ neq; faciei oculorumq; rubor, neq; febris, uertiginoſis adſunt, perpendendum eſt, an'ne oris uẽtriculi euerſio, an nauſea hominẽ infeſtet. Quę ſi ęgrotanti affuerint, primũ uomitũ leniter irritato, deinde quantitatẽ coccijs catapotijs pręcedenti Capite inſcriptã prębeto, & à frigidioribus ac pituitã coaceruantibus cibis ęgrotantẽ arceto. Verum ſi neq; oris uentriculi ſubuerſio, neq; cibi faſtidiũ adſint, nullęq; caloris notę appareant, aluũ ſubinde catapotijs coccijs ſoluito. Cibos ad hęc frigidos omnino ęgrũ auerſari iubeto, & gargarizationẽ, quę eliciendę pituitæ ſit, p̃parato. Naribus itẽ portionẽ aliquã inſcribendorũ ad attonitum morbũ, ut ſtruthij pul. inſpirato, ꝙ caput & calefacias, & ſternutationes irrites. Nec inutiliter ꝙq; ad eundẽ uſum, caput excalefacientib. unctionib. inũges.

Galen. et Paulus arterias interſecant.

Variat hic Arculani exemplar ab alijs.

Ob ſtomachi uitium.

Ex propria cerebri pituita.

De phrenitide. Cap. III.

QVãdo febris † continens homotonos ęgrũ inuadit, unà cum uehemẽti capitis & oculorũ grauitate, p̃terea ſi multus rubor faciei & oculorũ, & dolor diſtẽdẽs capitis, & horror quidã lucis, pulſuſq; ſolito uelocior ac frequẽtior adfuerint, phrenitidis incipiẽtis certiſſima indicia adeſſe iudicabuntur. Si autem ad hęc lingua aſpera & nigra, uel ſubflaua fiat, perturbeturq; adeò intellectus, ut ęger mẽte alienetur & deliret, multiſq; uigilijs excrucietur, phrenitis perfecta putabitur. Aegro itaq; priuſq; enarrata illa ſymptomata omnia concurrant, uenę ſectione, ac uentris ſolutione, ex † fructuum, uidelicet, myrobalanorũ, thamarindorum & prunorum ſucco, ſuccurrendum eſt. Alimentum autem eius ſit aqua cum hordeo elixa, eaq; ſemel aut bis in die propinata, pro conſuetudine quam dum ſanus eſſet habuit. Capiti quidem acetum cum roſaceo

† Paul. et Alexand. acuta habent.

Vt plurimũ ex ſanguine in tenui meninge.

† Medicamen ad uentris ſolutionẽ, in dolore capitis ex ſanguine, intelligit.

Digitized by Google

roſaceo ab alto, ad compeſcendum humorum impetum, infundatur. Cæterum ſi ægrotantem crebræ uigiliæ urgent, ſumito uiolarum exiccatarum, corticum papaueris albi, hordei corticibus liberi, ſeminis lactucarum, radicum mandragoræ, ſingulorum tantum quantum manu una apprehendere potes, hæc ſimul in ænea olla, quam aqua impleueris, tantiſper dum aqua rubeſcat decoquito. Deinde aquam iam tepidam capiti inſtillato, & ſit caput ad peluim, in quam aqua recipiatur, inclinatum. Item deinceps huiuſce modi decoctum, in æneo uaſe ad ignem modice recalefactum, capiti ſuperfundito. Hoc ſanè ſingulis diebus crebro factum, magnum ſubſidium refrigerando, ac affluentem humorem reprimendo, ægro adfert. Caput prçterea oleo uiolaceo muliebri lacte contẽperato, irrigandũ, quo etiam lana mollis imbuta, capiti applicãda eſt. Porrò ſi ægri uires inter morbi initia ualidę conſtantesq́; eſſe conſpiciantur, ſanguis protinus ex humerali uena ſupra cubitũ mitti debet, & is copioſior. At ſi manũ deſipiens non porrigat, metusq́; ſit ſecundum uacuationem, ſanguinis profluuij, dum manũ æger ſubinde ob mentis turbationẽ iactitet, recta in fronte uena diuiſa, una uice q̃d ſatis eſt auferemus. Si uerò uires languidę diſſolutęq́; ſint, aliam curandi rationem, qua morbũ depellamus, aggrediemur. Sic quoq; remittente malo, à uenę ſectione temperabimus.

Ratio mittẽdi ſanguinis.

De apoplexia. Cap. IIII.

SI aliquis ueluti ſopore oppreſſus decumbit, & ſine ſomno naturali ſtertit, cumq́; pungitur non ſentit, certũ eſt eum apoplexia teneri. Eſt ſanè huius morbi magnitudo æſtimãda, ſecundũ q̃d fortiter aut debiliter ſtertit, & reſpirat æger. Quũ itaq; illi ob ſummã ſpirãdi difficultatẽ, ſpuma ab ore prorũpit, nullis remedijs ipſi ſubueniri poteſt. Verũ ſi leniter ſtertit, & liberius æger reſpirat, morbus lenior mitiorq́; exiſtit. Præſẽs quidẽ affectus, aut mox oppreſſum ſuffocationis modo iugulat perimitq́;, aut noxio humore è cerebro in neruos delapſo, in illorum reſolutionẽ deſinit. Quo circa his ſymptomatibus ægrotantẽ affligentibus, conſiderandũ eſt, an ægri facies multũ aut cruenta, aut liuida, aut ſubuiridis fieri incipiat, uti euenire ſolet, ſanguine in mẽbro aliquo uinculis, aut quauis cõſtrictione retento. Siquidẽ tũc ſanguinẽ illicò ex duabus uenis iugularibus, aut duabus humeralibus inciſis, minuere opportunũ eſt. Porrò ſi ad hunc modum res ſe non habeat, ſed dum æger aërẽ inſpirat, auditur in thoracis & aſperæ arteriæ capacitate aëris ſonitus & murmur, ſicq́; his pituitã indicantia ſigna adſunt, hic clyſter utiliter ei infundetur. Accipitur autẽ, cucurbitæ ſylueſt. cyclaminis, centaurij minoris, alterius cyclaminis ſpeciei, ellebori albi, ſingulorũ tantũ quantũ manu una cõprehendere potes: omnia ſimul tribus libris aquę, ad duarũ conſumptionẽ decoquuntur, deinde per colũ transfunduntur, atq; ex huius decocti ſemilibra, clyſter in anum inditur. Qui ſi cito ab ano elabitur, rurſus repetitur, ac donec humorũ copia unà cum clyſtere deijciatur, infunditur. Naribus ad hæc ſtruthiũ & ueratrum album detritũ, leni ſpiritu crebrius inſpiretur. Eſt prçterea ore per uim aperto conandũ, ut anacardinã confectionẽ cum mulſa, per os ad uentriculũ, ſubinde ægrũ deglutire ꝓcuremus, atq; eius negotij ſingulis diebus ſollicitudo habẽda eſt. Prçſentis autem medicamenti pondus erit, ſeſquidrachma potui oblata. Eius uerò deſcriptio,

Rara fit, ſecundũ 10. Aphor. 6. parte, critica expulſio.

A ſanguinis copia.

A pituitoſo humore.

Aeris infuſio, ac ſanguinẽ aliquãdo educẽ.

Digitized by Google

Aliqui ignita galea ad id utuntur.

deſcriptio, Capite de neruorum reſolutione habetur. Frixorium quoq; ferreum candens, capiti identidem tam prope admouendum, ut capilli etiam ægroti aduri uideantur. Cæterum ſi his rationibus affectus non diſcutitur, in medicando maiorem operam nauabimus. Et enim caput rademus, & ſinapi & caſtoreo in aceto acerrimo detritis, oblinemus. In priori quidem propoſiti affectus ſpecie, poſt detractum ſanguinem fortiter brachia intercipere iuuat, iniiciendo, ſcilicet, uincula brachiorum parti, qua cum ſcoptulis illis articulatio eſt, ſimiliter quoq; tibiarum partes graciliores uinciri ex uſu eſt. Quinetiam ad reprimendum ſanguinis affluxum, qui huius affectus autor eſſe conſueuit, caput roſaceo oleo, & aceto ex uino præparato, perfundere præſtat. Si itaq; apoplexia detentus, corpore plethorico conſpiciatur, morbuſq; non adeò uehemens exiſtat, primum ad ſanguinis reuulſionem pedis uenam, deinde deriuandi gratia, eam quæ in narium extremo apparet, incidemus.

De ſopore. Cap. V.

Ex cerebri pituita.

SI quis cum profunda animi in ſomnũ delatione iacet, & tamen ſi urgeatur, ſentit & mouetur, uerum oculos ſemper occluſos habet, at quos ſi altius illi inclametur, aperit, atq; illicò ſopore oppreſſus occludit, is ſopore laborat. Quem affectum clyſteribus acribus, ſuprà capite de apoplexia deſcriptis, curare profuerit. Ori quoq; laborantis mulſa infundenda, quam ut per fauces dimittat, ſollicitare oportet, ſiquidem ea ægro alimẽti loco præbetur. Caput ad hæc tribus primis diebus, aceto cum roſaceo irrigabitur. Verum poſt tertium diem ſternutationes, ſtruthij & ueratri albi puluere inſpirato irritabimus. Caput quoq; non inutiliter rademus, & ſinapi cum aceto & caſtoreo perfricabimus.

Hæc lethargo oĩa cõferũt, & ad hæc Græci uenam ſecant.

De congelatis, quibus ſemper oculi inconniuentes manent. Cap. VI.

Ob refrigeratũ corporis habitum.

Conferunt quidem æquè calida, ſed non æquè ſicca.

COngelatum ac rigidum merito aliquẽ iudicabimus, quum quaſi in ſomnum ſolutus decumbit, nec ab aſſidẽtibus incitatus mouetur, nec etiam punctus ſentit, & licet oculi patent, ciſia tamen eius immota ac rigida permanent. Subueniendum quidem huic malo medicamentis ſopore dicatis. At præter illa, oleum ioſminum capiti infundatur, in cuius ſingulis lib. uncia euphorbij adiecta ſit. Præterea caput ipſum ex caſtoreo & euphorbio in oleo ioſmini læuigatis, illinatur.

De neruorum reſolutione, quæ παράλυσις dicitur. Cap. VII.

A pituita, animalis facultatis ductus occupante.

QVum aliquis ad motũ omnino impotens eſt, ita ut unum aut plures artus commouere minimè queat, ſiq; unà ipſorum ſenſus abolitus fuerit, illum reſolutione unius pluriumùe artuũ tentari pronunciamus. Huius quidem mali curationem, catapotiorum fœtidorum à me compoſitorum oblatione, auſpicabimur. Ea accipiunt, pulueris hieræ picræ drachmas decem, ſylueſtris cucurbitæ carnis interioris drachmas quinq;, euphorbij drachmas duas cum ſemiſſe, caſtorei, piperis, ſucci Cyrenaici, ſagapeni, opopanacis, † thapſiæ Indicæ, ſinapis, ſingulorum drachmam unam, centaurij minoris, ſucci cucumeris agreſtis, utriuſq; drachmas quinq;, gummi rutæ ſucco diluuntur, quibus alia ex

† Seitaragi Man. interpretat lepidion.

cepta

Digitized by Google

cepta in catapotia digeruntur, † quæ decem doſibus exhibenda ſunt. Quorum una portione deuorata, † triduum à medicaminũ uſu æger cõquieſcet, ac eo tempore cicerum decocto, & oleo, & ſinapi enutrietur. Poſtea alterã doſim aſſumat, huic ubi tertia ſucceſſerit, aliquantulo temporis interuallo ad uires recolligendas, à medicamentorum uſu æger rurſus abſtineat. Cibi conueniunt ſpeciebus calidis, & incidentibus ſeminibus conditi ac præparati, cuius notæ eſt piper, & huic caliditate paria, & caro minutim conciſa, & in frixorio frixa, uel alioqui alij ad concoctionem expediti, & non recrementitij. Potus autẽ mulſa ſit. Iam mẽbra quoq; reſoluta, oleo coſtino utiliter inungũtur, quod recipit, coſti unciã unam, piperis, pyrethri, euphorbij, ſingulorũ tertiam unius unciȩ partẽ, caſtorei ſemunciã, omnia in ſemilibra † olei uiolȩ luteȩ, quȩ antiquis parietibus increſcit, aut olei narciſſi leuigãtur, atq; ita mẽbris deficientibus inuncta, multum iuuant. Porrò diebus ſingulis, quibus à catapotiorum ſuprà deſcriptorũ uſu æger liber eſt, exhibendȩ ſunt drachmȩ duȩ ſubſequentis cõfectionis, quam ab Anacardi cuiuſdã arboris Indicȩ fructu, Anacardinã appellãt. Zingiberis, pyrethri, nigellȩ, piperis nigri, piperis longi, ſeminis petroſelini Macedonici, ſingulorũ drachmȩ uiginti, myrrhȩ, rutæ ſiccȩ, liquoris Cyrenaici, ariſtolochiæ, baccarũ lauri, caſtorei, thapſiȩ Indicȩ, ſinapis, gentianȩ, ſingulorũ drachmȩ quinq;, anacardorum ſucci, qui ob ſimilem melli conſiſtentiã, mel anacardinum dicitur, drachmas quinq;, irrorentur omnia oleo nucum, & melle decocto ac deſpumato excipiantur. Medicamen hoc neruorũ reſolutioni, apoplexiæ, oris cõtorſioni, tremori, alphis tum albis, tum nigris, ſcorpionum ictibus, conuulſioni, quæ humiditati fertur accepta, & in ſumma, omnibus frigidis affectibus, quãmaxime accõmodum cenſetur. Siquidem hoc medicamẽtum deuoratum ſudores elicit, febrimq; ſua mirifica calefaciendi potentia ægro conciliat. Verum ſi forte propinatum, ægrotantem ſanitati non reſtituerit, ab omni medicamine ipſum decem dies abſtinere, ex uſu erit, interim tamen uictus ratione (quæ cum ſtudio adhiberi debet) exacte inſtituta. Deinde rurſus uiribus recollectis, ad mali curationẽ prȩſcripta ratiõe properabimus.

† Fortaſſe legẽdum, quorũ decẽ una doſi exhibenda ſunt.

† Aliqui tres hebdomadas ſcribi noluit.

† Alcherua, id eſt, ricini fructus.

Ab externa cauſa.

¶ Cæterum ſi reſolutio ex plaga, aut caſu ab alto, aut incidente quopiam corpore, ſubito facta ſit, omni curationis ſpe adempta, affectus (utpote neruo, aut muſculo, aut tendone per tranſuerſum diſrupto) incurabilis permanebit. Si uerò non, ſubito malum ex his cauſis excitatum ſit, ſed proceſſu temporis paulatim & pedetentim augetur, tum loco læſo emplaſtrum hoc adhibeatur, quod recipit, farinam fœnogræci, glandem unguentariam, nucleos ceraſorum ſylueſtrium, & domeſticorum, ſemen ricini fruticis, bdellium, ammoniacum, adipem anatis, ceram, oleum lilij, hæc ſimul contuſa & commiſta, in formam emplaſtri, quod læſȩ parti inducitur, rediguntur.

Ex humoris ob confuſionẽ influxu.

Hoc in principio inutile, ſed ceſſante fluxu præſtãtiſſimũ eſt.

De ſtupore ac tremore. Cap. VIII.

SI quis aliquod ſuorum mẽbrorum ita affectum ſentit, ut ſæpe pedes noſtri afficiuntur, dum obſtupeſcũt, membrũ hoc ſtupore implicitũ affirmamus. Quoniã autem diſpoſitio hæc ſi longius prorogatur, in reſolutionẽ ob cauſarũ uicinitatẽ tranſit, eius curã haud differemus.

Stupor, à frigido ſucco.

Digitized by Google

Quocirca quoq; huius mali remedia, nonnullã cum neruorum reſolutione dicatis præſidijs affinitatẽ ſortiuntur. Nam ſi recẽs affectus fuerit, ac præter frigidã intemperiem duntaxat modicũ humorem pituitoſum admixtum habuerit, ſola ad huiuſcemodi affectũ idonea uictus ratione, oleiq; coſtini inunctione, illi ſubueniri poterit. Verum ſi inueterauerit, maiorq; morbus ob pituitoſi ſucci copiã extiterit, pręter hęc æger catapotijs fœtidis purgabitur, eiusq; intemperies Anacardini cõfectionis uſu, & ratione uictus calidiore & ſicciore, ad tẽperiem reducetur. Cæterũ tremori eiſdem præſidijs, quibus ſtupori ſuccurris, ſubueniendũ eſt. At ſi ex liberaliori uini uſu obortus tremor ſit, ęger ſibi à uino tẽperabit. Similiter ſi ex aquæ è niue ſolutę potu, in hunc affectum æger inciderit, ab ea quoq; abſtinebit, ac in laconicum primam balnei domum ualdè calefactam, quouſque ſudor copioſus erumpat, pperabit, aut balneis aquarum naturalium opportunè utetur, atque crebro in ſole utiliter apricabitur.

Tremor ab eadem cauſa, ſed minori.

De oris diſtortione. Cap. IX.

ORis conuulſione aliquẽ affligi cenſemus, ſi quãdo illi os ad alterum latus cõtorquetur. & oculũ ad quem illud conuellitur, occludere nequit, pręterea ſi expirare iuſſus, flatus ab altera tantũ parte prorumpat, efflueriq;. Curationẽ uerò eius, alui deiectione per catapotiorũ fœtidorũ propinationẽ aggrediemur, & cibum ægrotanti, & potum incidentẽ, ac calefacientẽ, ut Capite de neruorum reſolutione perſecuti ſumus, inſtituemus. Item indies mane priusq; cibum æger capiat, ex ſinapi & ſyropo acetoſo gargarizationem porrigemus. Et in tenebroſam domum deducto ægro, iubebimus, ut nucẽ myriſticã parte ea qua affectus eſt, ore retineat. Naribus etiam ad irritãdas ſternutatiões, ſtruthiũ detritum inſpirabimus. Pręterea oleo coſtino ægri ceruicis uertebras, & faciem, & frontẽ perungemus. Ad hęc ſingulis diebus Anacardini cõfectionis ſeſquidrachmã, non inutiliter æger aſſumet. Quod ſi his remedijs affectus nõ cedit, uentris ſolutionẽ, ac planè eandem cum iam cõprehenſa curationem repetemus. De ea porrò oris conuulſione, quæ non ſubito, ſed paulatim oritur, haud quaquàm mihi ſermo eſt, ſiquidem huiuſcemodi, non niſi in perniciosa phrenitide, alijsq; morbis acutis, morte iam imminente, inuadit ægrotantem, atq; tunc ea conuulſio ex ſiccitate originem ducit.

Ob pituitæ infartionem.

Vtuntur hodie ad mouendas ſternutationes elleboro conſuſo.

De conuulſione, quam σπασμὸν Græci uocant. Cap. X.

CVm cuipiam particula aliqua contracta ad ſuam cõuellitur originem, ſiue quum plures ex inſtrumentarijs partibus ita afficiuntur, cõuulſas eas eſſe iudicamus. Conuulſio autem omnis, aut ſtatim, aut pedetentim apprehẽdit. Conuulſioni quidẽ ſubito exorienti, eadem curãdi ratio, quã reſolutioni ex uſu eſſe præcepimus, adaptãda eſt. Priuatim tamen in hac, partim pluribus manuũ frictionibus, partim frequẽtiori olei coſtini inunctione utimur. Quę uerò non repente inuadit, ſed lente aridã æſtuantemq; febrim, aut largas deiectiones, aut copioſum uomitũ, aut ingens ſanguinis profluuiũ, aliamúe magnã inanitionẽ, aut ariditatem, ſubſequitur, mala eſt, atq; ad curãdum contumax cõuulſio. Nihilominus qualiſcunq; ſit morbus, eius tamen curã aggrediemur, ac ęgro hordei decoctũ, & iuſcula

Ex repletione.

Ex uacuitate.

Digitized by Google

& iuſcula pinguia, emollientiaq́; , & frumentaceas ſorbitiunculas adminiſtrabimus. Ac deinceps in aquæ tepentis ſolium, ægrotantem deducemus, & egelido oleo uiolaceo, & oleo ex ſemine cucurbitæ domeſticæ , neruorũ maxime exortus cõuulſione implicitos, inungemus. Præterea ut ſolio diutius immoretur, oleoq́; uiolaceo illinatur, hortabimur, & uinum modicum perquàm aquoſum potui porrigemus, cibisq́; humidioribus ægrotantem enutriemus.

De morbo comitiali, ἐπιληψία dicto. Cap. XI.

MOrbo ſacro comitialiue quempiã detentũ teſtamur, quum in terram ſubito cõcidit, ac quaſi concuſſus cõuellitur, ſed ita ut principis animæ facultatis noxa cõcomitetur. Quodſi cum his indicijs oris ſpuma, peculiaris admodũ huius mali nota, apparet, aut urina & ſtercus, prẽter uoluntatẽ excernuntur, aut genitura profluit, diſpoſitio deterior uehementiorq́; exiſtimatur. Porrò ſi æger priusq́; malo corripiatur, præſentit quaſi aurã ſeu ſpiritum ex particula quapiã ſurſum ferri, ac caput petere, unde poſtea ſyncopi corripitur & cõcidit, neceſſum erit, ſimulatq́; auram hanc ſubnaſci ſentiat, anteq́; in terrã collapſus conuellatur, ut eam partem à qua aura effertur, ſuperius fortiter uinculis intercipiat, ac conſtringat, ſiquidem eo pacto inſtantẽ acceſſionẽ propellet, aut ſaltem mitiorem ac minus uehementẽ efficiet. Intermedio quidẽ tempore, quo acceſſiõibus æger uacat, purgatione ex catapotijs † coccijs ſollicitãdus eſt, & pars contagionem impartiens, ſinapi, pipere, euphorbio in melle Anacardino ſimul læuigatis inungenda, tantiſper dum ueſiculæ oboriantur, & tenui ſanie plenæ crepent, ac liquor in illis collectus profluat. Nec cicatrice obducantur, donec quicquid in illis coaceruatũ ſit, promaneat, nam hæc huius affectus certiſſima curatio eſt. Poſtremo etiam cucurbitulæ cum modica cutis inciſiõe, parti conſortij lege affectũ inferenti, affigantur. Si autem æger priusq́; morbus eum inuadat, nauſeã, uel uẽtriculi eroſionẽ, palpitationemq́; patiatur, & dein acceſſio ſubſequatur, ſæpe uomitũ porrectis his, quæ uomitibus ciendis ſunt idonea, irritabimus, quo facto, ut medicamẽ amarũ in potu frequẽter ſumat, hortabimur. Ventriculo quoq́; emplaſtrũ ex ſpica, roſis rubris, maſtiche & thuris cortice, uino odorato ſubactis, imponendũ. Vniuerſa autem uictus ratio, ægro talis præſcribi debet, quæ ſit quàmminime excrementitia, qualis eſt tũ caro in frixorio frixa, & † profundioribus uaſis incocta, tum auis palatum dentatũ habens, Arabibus † taguid appellata, tum aliarum auium in collibus degentiũ, & hœdorũ caro. Porrò ſi ægro ſenſuũ obfuſcatio, motricisq́; facultatis imbecillitas, ac torpor ſuperuenerint, nullaq́; cõmemoratã in alijs huius affectus ſpeciebus indicia adfuerint, laboranti catapotia coccia ſubinde ſunt offerenda. Et cibos quoq́; incidentes ac extenuantes, è quorũ numero antè dicti ſunt, ꝓbere cõpetit. Gargarizatio ad hæc, ut & ſternutationes antea cõprehenſis irritatæ, (eliciendæ pituitæ gratia,) haud parũ conferunt. Proinde naribus pæoniæ radicis puluis, atomorum inſtar contuſus, utiliter inſpirabitur. Cæterum ſi æger comitiali morbo affectus, faciẽ & oculos rubentes, uenasq́; tumidas habeat, ſanguinis ex uena malleolũ interiorem perreptãte extractio, ſtrenuè ei ob remiſſionem auxiliatur.

Ob obſtructionẽ, impediente ſpiritus animalis trãſitũ.

Per conſortiũ alicuius particulæ.

† His alia pro humorũ uarietate, ab autoribus miſcẽtur.

Ex uentriculi uitio.

Poſſumus aliquãdo oleum maſtichis, aut cotoneorũ addere.

† Manar. uitratis habet.

† Plin. lib. 10. cap. 44. Diomedeas huius generis aues uocare uidetur.

Ex cerebri pituita.

Ex ſanguinis copia.

Digitized by Google

xillatur. Quin etiã ex ſuris, appoſitis cucurbitulis, ſanguis non inutiliter uacuabit͠, & caput opportunè oleo roſaceo cũ aceto irrigabit͠. A uino uerò, cepis, allio, ſinapi, porris, apio, fabis, † cannabi, & breuiter ab his quæ caput uaporẽ emittendo grauãt ac implent, æger arcebit͠. Electuariũ ad omnẽ morbum comitialẽ efficax: Pyrethri, ſeſelis, ſtœchados, ſingulorum drachmę decem, agarici drach. quinq;, cardamomi recentis & acuti acrioriſq;, † liquoris Cyrenaici pręſtãtiſſimi, ariſtolochiæ rotundę, ſingulorũ ſeſquidrach. exprimito ex ſcylla ſuccũ, ac eum æquali mellis portione cõmixtum decoquito, illoq; ſimplicibus medicamẽtis exceptis, formato electuarium. Huius, nucis auellanæ inſtar, cum liquore q̃piam medicamentorũ uim ad caput dirigente, indies ęger mane, & tribus horis poſt frugalẽ cœnã, aſſumet, & à craſſioribus cibis interim abſtinebit. Electuariũ hoc, ſeu antidotus, omnibus morbi comitialis differentijs probè auxiliat͠, ſi modo unã à Galeno deſcriptã excipias, quæ, ſcilicet, ex ſanguine ducit originẽ, cuius & nos quoq; iam ſupra meminimus. Huic ſanè affectui ſanguinis primum ex uena interiorẽ malleolũ perreptãte, deinde ex axillari, aut humerali miſſionem, præſentaneũ remediũ afferre ſæpe uidimus. Victus autẽ ratio hoc malo implicito, inſtituẽda eſt ex his, quæ ſanguinẽ minuũt atq; refrigerãt. Quocirca carne, uino, reliquiſq; dulcibus abſtinendum, & acidorum fructuum ſuccus ad debitam craſſitudinem decoctus, loco potus porrigẽdus eſt. Item capiti quoq;, ea quæ refrigerandi uim poſſident, quæq; ſanguinis impetum reprimunt, non inutiliter ſuperaccommodabuntur.

† Aliàs cannabi, hoc eſt, braſſica capitata.

† Hodie officinæ aſſam fœtidam uocant.

De incubone, qui ἐφιάλτης Græcè dicitur. Cap. XII.

CVm quis in ſomno põderoſum quiddã ſibi incũbere imaginat͠, & uox eius ſupprimit͠, aut incerta indiſcretaq; edit͠, incubone correptus dicit͠. Cui malo mox per initia ſuccurrendũ eſt. Nam ſi diutius ſe progauerit, crebroq; eos p̃ noctẽ oppreſſerit, grauius aliq̃d nunciatur malũ, ut apoplexia, inſania, & morbus comitialis. Quæ eñ comitiales interdiu, eadẽ ephialtici dormientes noctu patiunt͠. Proinde ſi ſanguineo colore, uenisq; turgidis æger fuerit, ex malleoli uena ſanguinẽ detrahemus, ac ſuræ cucurbitulas cum cutis inciſione ad ſang. euulſionẽ agglutinabimus. Pręterea laborantẽ à uini potu, & dulciũ ciborũ eſu (in primis ab his quæ copioſum ſang. gignũt) dehortari cõmodum erit. Si notæ cõtrariæ pituitã indicãtes adfuerint, aluũ catapotijs coccijs ducere, & ægro uictus rationem extenuantem, ac incidentem inſtituere, utile erit. Exercitia quoq;, & inferiorum partium frictiones, haud paruum momentum ad huius morbi depulſionem adferunt.

Ab organorũ facultatis animalis modica obſtructione.

Ex ſanguine.

A pituitæ copia.

De melancholia. Cap. XIII.

SI alienæ cogitationes ac æſtimationes abſq; euidenti cauſa, aliquẽ occupauerint, & inter cætera animi pathemata, metus, mœſtitia, odiũq; hominũ præualuerint, illi melãcholię initiũ adeſſe aſſerimus. Cęterũ quãdo malum uſq; adeò inualuerit, ut quæ animo cõcipit, proloquatur, & ſermonẽ, & operationes incõſtantes interturbatoſq; ędat, melãcholica quæ apparẽt ſigna, eam perfectã eſſe fatent͠. Quẽ itaq; huiuſcemodi uanæ imaginationes, & metus, animiq; anguſtiæ detinent, priuſq; increſcere augeſce-

Digitized by Google

Cura eius quæ per conſortiũ ſit.

augeſcereq́ꝫ cœperint, illi omnino ſubueniendũ eſt, quoniã ſi hęc ſympto-
mata excreuerint, difficilẽ, ac planè contumacẽ curationem admittent. Qua
propter ſi melancholiæ comites ſint uentris dolor & inflatio, ineptus ac ui
tiatus corporis color, praua concoctio, uomitus ructusq́ꝫ acidi, flatuoſorũ
ſpirituũ copia, & ſputorum multitudo, curationẽ à uenæ axillaris, aut eius

Græci potiùs uenas in cubito ſecant.

quæ inter minimũ digitum et anularẽ ſiniſtræ manus repit inciſione auſpica
bimur. Et ſi ſanguis effluens, ater craſſusq́ꝫ cernitͬ, multũ ſanguinis: ſin au-
tem tenuis & boni coloris cõſpicitur, minimum extrahendũ erit. Niſi forte
craſſiorẽ mox fluxurũ ſuſpicemur. Laborantẽ uerò, his quæ aluum leniunt
& humectant, ex quorũ genere iuſcula ex carne hœdorũ, & iuniorũ uerue-
cum cõfecta ſunt, nutriri cõpetit. In balneum quoq́ꝫ dulcis aquæ (in quo ta
men non diu deſidebit) deducẽdus ęger erit. Poſt hęc, ſubſequenti decocto
epithymi à me cõſcripto, proſpere uteris. Habet autẽ ſe in hunc modũ: My
robalanorũ Indicarum drach. decẽ, ſiliculæ (quã πολυπόδιον Græci uocant)
drach. quinq́ꝫ, ſenę drach. † nouẽ, turbith drach. quatuor, ſtœchados drach.

† Alibi octò.

decem, uuarum paſſarũ ab acinis mundatarũ tantundẽ, epithymi Cretenſis
drach. decẽ, omnia excepto epithymo in tribus ℔. aquæ, ad ſeſquilibræ con
ſumptionẽ, decoquito: his actis, adijcito epithymũ, ac ſtatim ab igne deco-
ctũ amoueto, & tantiſper dum refrigeretͬ in eo epithymũ madere ſinito, &
illis ſimul refrigeratis, manibusq́ꝫ cõtritis, ius percolato. Deinde ſumito a-
garici ſcrup. duos, aloẽs drach. unam, ſacchari ſedrachmam, ellebori nigri
ſeſquiobolũ, excipito hęc melle, aut † iuleb uiolato, informatoq́ꝫ catapotia,
ac tribus horis ante decocti propinationẽ, pro uirium robore porrigito, &
deinde pſcriptum decoctum ægrotãti exhibeto. Poſtea † triduũ totum æger
ad uires recolligendas cõquieſcet. Interpoſitis quidẽ diebus, quibus à medi

† Cõſtat uiolis aqua, & ſaccharo.

† Alij hebdomadas tres ſcribi uolunt.

caminum uſu abſtinebit, paulo antè dictis aluum lenientibus cibis enutrien
dus eſt, & potui uinũ tenue & lucidũ, beneq́ꝫ odorũ præbendũ. Dehinc rur-
ſus æger cõmemorata ratione euacuãdus eſt. Quinetiã tertio quoq́ꝫ & quar
to interpoſitis interuallis, ꝑ inferiora huiuſcemodi purgationẽ moliemur.
Interim tamen ægrotus à bilem atrã gignentibus cohibeatur, cuius generis
caprarum magnarũ caro eſt, & ferina, & uaccina, & ſuilla, & ſale condita
caro, & caſeus uetus, & fabæ, & in primis lenticula, oleraq́ꝫ uniuerſa hume
ctãdi uim nullã poſſidẽtia, fugiat quoq́ꝫ uina craſſa & nigra, exercitia & ui-
gilias, caueatq́ꝫ ne uel fame, uel ſiti excrucietur. Sed his cõtraria, uinũ tenuẽ,
perlucidũ beneq́ꝫ odorum, & frequentes ac diutinos ſomnos, illi iniungere
cõpetit. Proſpiciendum etiam lieni his remedijs, quæ in ſequentibus Capitẽ
de intumeſcentis ſplenis præſidijs, proſequemur. Similiter os quoque uen-
triculi corroborandũ eſt, medicamentis his, quorum mentionẽ faciam, ubi
ad uentriculi affectus deuentũ fuerit.

Cap. 70.

Cap. 63. & 64.

Ex proprio cerebri affectu.

Cum autẽ nulli ex cõmemoratis an
tea circa uentriculũ affectibus, aut certè pauci melancholiæ eueniunt, ſed ſi
poſt phrenitidẽ, aut capitis ictum, aut diutinam in ſole morã, aliquem ea oc
cupauerit, mox inter initia ſanguis ex humerali uena eliciendus eſt, & capi
ti iiſdem præſidijs, quæ his affectibus propriè dicata ſunt, proſpiciendũ. Ad
hæc caput, modice feruefacta aqua irrigandũ, & inſuper oleum roſaceũ, ace
to ex uino cõfecto dilutum, ab alto ſuperfundendũ. Similiter & lac mulie-

Digitized by Google

bre capiti ęgri immulgeri prodeſt. Naribus quoq; oleum ſeminũ cucurbitę domeſticæ, & muliebre lac, recte indentur. Quinetiã in balneũ, humectãdi facultatem poſſidens, ſubinde æger deducetur, & ibidem aqua tepens liberaliter capiti infundetur. Præterea ægrotans omnia odora, frigida facultate p̃dita, crebro naribus opportunè obijciet. ¶ Cæterũ ſi modo duorũ præſcriptorũ affectuum, eius, uidelicet, qui per cõſortium eſt, & qui ex proprio cerebri affectu dependet, nulla indicia melancholiã concomitent, inter initia uenã, quæ ex humerali ac axillari dextri brachij cõmunis eſt, incides, ſanguinemq; præſcripta ratiõe ex cõſiſtentia ac colore examinabis. Deinceps reliquã medendi atq; alendi rationẽ, in priori melancholiæ ſpecie cõprehenſam præſcribens, ægrotanti ſubuenies. Poſteaq; uerò hæc auxilia tentaueris, aliquot diebus ęgrum à medicaminũ uſu quieſcere ſines, & deinde recollectis uiribus, ut prius curationẽ, tantiſper dum ab omni malo liberetur, aggredieris. Verum uniuerſum ſtudium, quod in melancholicis conſiderandum exiſtit, eò ſpectat, ut pinguiores corpulentioresq; crebris balneis potabilis aquæ, & uictu boni ſucci & humectante, & cum decenti animi delectatione, reddantur, ſiquidem ilicò, ſimul atq; pingues obeſi redditi ſunt, à propoſita noxa liberãtur. Proinde cibi illis quãmaximè idonei cenſentur, ueruecina caro, hœdina, gallinacea, & panis ſimilagineus. Furfuraceus nanq;, nulla ratione ijs aptus, utilisúe putatur. Vinum autem cõuenit tenue ac perlucidum, quoniã craſſius nigrumq; illis ineptum eſt. Præter hęc, lac etiam recenter emulctũ, & adhuc tepens his confert. Similiter & ſaxatiles piſces recentes, & ſeſama ſaccharo pręparata, atq; oleum amygdalinũ, ex uſu ſunt. Ad hęc cantilenas, mimosq; ridicularũ rerum eos audire, & alias res præ oculis habere, quibus maximè capiuntur, exhilaranturq;, & multi ſomni, hoc morbo correptis pręſidio ſunt. Cõtra ex graui & frequẽti cogitatiõe, ſolitudine, uigilijsq; multis, graues illis noxę eueniũt. Catapotia bilem atrã purgantia, quę decoctũ paulo ante deſcriptũ ob nauſeã reſpuentibus porriguntur. Epithymi Cretenſis drach. uiginti, filiculę (quam Græci πολυπόδιον uocant) agarici, utriuſq; drach. decem, ellebori nigri drach. quinque, † ſacchari tantundem, ſtœchados drach. ſeptem, pulueris hieræ picræ drach. quindecim, finguntur ex his catapotia, & offeruntur eorum drach. tres, uel minus pro uirium ratione. Cęterum diebus, quibus à medicamentis æger liber quieſcit, electuarij exhilarans inſcripti, portionẽ opportunè aſſumet. Hoc accipit, meliſſę, corticum citri, † caryophyllorum, gallię moſchatę, maſtiches, croci Orientalis, cinnamomi, nucis myriſticę, cardamomi, pæonię, † been albi & rubri, zedoarię, doronici, ¶ ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocimi caryophilati, ſingulorũ pares portiones, moſchi quantum pendet decima pars denarij unius, inſuper ſumito myrobalanos, chebulas numero uiginti, & emblicas numero triginta, has conterito, & in tribus libris aquę ad duarum librarum euaporationem cõcoquito, & per colum traijcito. Iam percolato iuri, adijcito mellis librã unam, & dein rurſus decoquito, quouſq; uniuerſa aqua euaporatu abſumatur, poſtremo tribus huius cocti mellis partibus, partem unam prædictorum medicaminum in puluerem detritorum, adijcito. Cum autem uſus poſtulauerit, huius antidoti,

Vtriuſq; ambigentis curatio, ex melãcholia, ſcilicet, naturali et ſanguinea.

Trib. melanch. ſpeciebus communia.

† Sic Mandr. ſalem Indicũ interpretatur.

† Alij Gary. legunt.

† Incognitæ ueterib. radices, ſed in officinis proſtantes.

doti, nucis auellanæ inſtar, offerto. Sanè electuarium hoc, animi hilaritatem, coloris iocunditatem ac amœnitatem, bonamq́ concoctionem creat, adhęc caniciem quoq; retardat. *Frigidis affectibus eſt quã idoneum.*

De diſtillatione, raucitate, & grauedine. Cap. XIIII.

CVm aliquis poſt balnei uſum, aut exercitium, aut aliam quampiã occaſionem calefacientem, caput in aëre ambiente frigidiore, & uentis aquilonijs flatibus detexerit, & inde naribus & palato pruritus ac titillatio, nimirum in ſpongioſis oſſibus, & cõmotio ſternutationesq́ prouenerint, adhibeat linteũ calefactũ capiti, atq; id tantiſper dum calorẽ in profundũ capitis penetrare ſentiat, relinquat. Deinde nigellam naribus odoris gratia admoueat, & eius etiam puluere, aut ſtruthij narium foraminibus inſpirato, ſternutationes prouocet. Pręterea ne peccans humor in dorſalẽ medullã fluat, ſupinum decubitũ uitet, multã quoq; ciborum ingeſtionem, præſertim uaporoſorũ, ac uini potum fugiat. *Ab aëre frigido cerebrũ cõprimente.* Quod ſi affectus lintei excalefacti uſu nihil remittat, ſanguinẽ humerali uena ſecta mittere, ut uentrem remedijs aluum lenientibus atq; emollientibus ducere expedit. *Cum calida intemperie.* Tale eſt ſubſequens decoctũ, quod tuſſe & thoracis aſperitate correpto, aluiq́; ſolutione indigenti, potui daẽ: Accipit autẽ † ſericas numero uiginti, † myxas triginta, uuarum paſſarũ ab acinis liberatarũ drach. decem, uiolarũ exiccatarum drach. quatuor, dulcis radicis à corticẽ liberæ, & nonnihil cõtuſæ drach. quinq;, ficus caricas decẽ, omnia in tribus libris aquę, ad duarum abſumptionẽ decoquunẽ, deinde per colum traijciunẽ, & in percolato hoc decocto caſſię fiſtulę drach. ſeptẽ, mãnę (quã antiqui mel aërium appellant) drach. decẽ diſſoluuntur. *† Sic iuiubas, & ſebeſten interpretor.* Cęterũ, ſi neq; uenæ humeralis inciſio, neq; alui deiectio p̃ſenti affectui opẽ attulerint, & materia quoq; in thoracẽ defluxerit, ad hęc ſi cum tuſſe febris infeſtauerit, ilicò uena axillari, aut ea quę ex axillari & humerali cõmunis eſt, ſecta, ſanguinẽ mittes, & à carniũ, & uini uſu ægrum arcebis. Item quandiu ingens calor, tuſſisq́; aſpera & arida perſeuerauerint, potui porriges hordei decoctum, aut iuleb uiolatum (Græcis iozulapon appellatum) quod ad hunc modum cõficitur: Violarum uncię tres, in tribus ſextarijs aquæ per diem macerantur, excolatæq́; aquæ, librę tres ſacchari adijciuntur. Verũ calore ſe remittente, tuſſeq́; ſicca in humidam uerſa, ut iam æger expuat, infrà ſcriptum decoctum una cum iam narrato iuleb uiolato indies tantiſper, dum pectus expurgetur, & tuſſi æger liberetur, uoxq́; priſtinæ claritati reſtituatur, propinandum eſt. Quod decoctum accipit, ficus caricas quinq;, ſericas decem, myxas uiginti, uuarum paſſarum albarum ab acinis mundatarũ drach. decem, dulcis radicis, cui cortex ablatus ſit, drach. quinq;, omnia donec tabuerint aquæ incocta, per colum traijciunẽ. Huius decocti q̃tidie uncię tres, admixtis iuleb uiolati drach. quinq;, exigẽte uſu porrigunẽ. Porrò ſi inueterauerit tuſſis, moleſtaq́; eſſe prexerit, curationẽ eius, ut Capite de tuſſis p̃ſidijs perſequar, aggredieris. *Cap. 55.* Cæterũ ſi defluxus humorũ ad nares, Latinis grauedo, Græcis κόρυζα appellatus, p̃ſeuerauerit, ſuffitibus per infundibulũ, aut calamũ in naribus tranſmiſſis, cohibebitur. Proinde ſi humor, qui ad nares decũbit, te-

† Legendũ puto ſurfure, cũ Auic. non ſulphure, cũ Meſue.

nuis, acris, mordax, ſuppallidusq́ extiterit, ſuffumigationẽ ex † ſulphure, aceto macerato, poſteaq́ reſiccato, tentabimus. Aut ſi libet, ex hordeo fabisúe decorticatis, acetoq́ commaceratis, ac deinde exiccatis, aut ex ſaccharo candido, ſantaloq́ albo, ſuffitu prædicta ratione utemur. At ſi nullam caloris notam facies præ ſe ferat, ſuffumina ex coſto, uel thure apparabimus, nam & hæc quoq; fluxus reprimunt.

Opportunè hos ſuffitus, purgatio præcedet.

De lippitudine, quæ ὀφθαλμία Græcis uocatur. Cap. XV.

QVādo adhereſcens oculi mēbrana, quæ natura alba eſt, ob ſanguinis affluxũ cruenta apparet, & ex oculis lachrymæ reſudant, atq; in maioribus oculi angulis ſordes quædã colligunt, ægrũ lippitudine infeſtari certũ eſt, quę, p ſymptomatũ numero uehementiaq; modo grauis, modo lenis exiſtit. Verũ inter huius uitij ſpecies, deterrima ea eſſe fert, quæ oculorũ alba adeò inflata tumidaq́ habet, ut nigredinẽ (quę corneæ pars tota eſt, adhęrente mẽbrana non obtecta) obtegere, palpebraſq́ inuertere uideatur. Mox itaq; per ophthalmíæ curationis initia, uenã humeralẽ patienti oculo oppoſitã, in † extrema manu pollici uicinã, aut ſupra cubitũ, ſecare iuuat, niſi leue malũ fuerit. Siquidẽ tunc è directo partis læſæ, ſecta humeralis uena, ut & in conſiſtente fluxus, opem fert. Quocirca quãto uehementior affectus eſt, tanto maiorẽ ſang. copiã detrahere decet. Poſt ſanguinis aũt detractionẽ, aluus myrobal. citrin. manna (ueteribus mel aërium appellata) & fructuũ quorundam, ut prunorũ, thamarin. ſucco, ducenda eſt. Aeger quidẽ à carne, uino, & cibis dulciorib. arcendus, parcior quoq; uictus illi pſcribendus eſt. Quod ſi hæc inefficacia fuerint, † collyriũ alb. lacte mulieris puellã lactantis lęuigatũ, oculis illinet. At ſi ſordiũ multitudo in oculis collecta ſit, ſpecillo lana molli inuoluto, ac aquæ roſatæ immerſo, oculũ à ſuis ſordibus liberare cõpetit. Dehinc puluis albus inſpargẽdus, oculiſq́ mollis lana † muliebri lacte imbuta, cum laxa faſcia (ne puluis lachrymis eluat) alliganda eſt. Deinde oculis ita molliter aſtrictis, & ægro in tenebroſam domũ deducto, omni ſtudio & conatu ſomnũ illi cõciliabimus, ſummopere cauẽtes, ne in affectũ oculũ, aut capite depreſſo & inclinato decũbat. Sint itaq; omnia capitis indumẽta laxiora, ac minus ſtricta, nec diu, pnus, imò potius ſupinus cubet. Porrò ſi à uenæ ſectione atq; alui deiectiõe, oculus leuior, & dolor eius ſedatus, et † tumor mollior, & lachrymæ imminutæ fuerint, balneũ ſubinde æger conſcendat. Siquidẽ hoc morbi reliqas diſſipabit, ac depellet. Cæterum humidis ſordibus oculiq́ grauitate pmanentibus, puluerẽ citrinũ accõmode oculo inſpirabis. Ex horũ remediorum genere, quod lippitudine uexatis multũ conducit, etiam eſt linimentum ſubſcriptũ, epithematis inſtar fronti ac palpebris accõmodatum. Quod recipit: Glaucij pręparati ſucci, roſarũ, aloës, lycij, ſantali rubri, nucis Indicæ, croci † Orientalis, ſingulorum æquas portiones, ex quibus omnibus inter ſe coriandri ſucco commixtis, finguntur collyria, & ubi uſus expoſtulauerit, unum illorum coriandri, aut intybi ſucco, aut roſacea aqua læuigatum, dictis iam partibus inungitur. Hoc remedio ſi æger uſus fuerit, ſuperis fauentibus, ſanitati reſtituetur. Collyrium album: Ceruſſæ ablutæ drachmę decẽ, ſarcocollę craſſioris drachmę tres, tragacanthę drach. una, opij ſed drachma,

† Puto, illã nõ ex ſola cõſtare humerali, ſed ex ea & cõmuni factam.

† Id in augmẽto cõmodũ, in principio ſola repercutientia conueniunt.

† Huius lactis natura apud Plin. lib. 28. capite 7.

† Id in quibuſdã exemplaribus deeſt.

† Ita à cnico id Rhazes diſtinguit.

Digitized by Google

ſedrachma, hęc iuuenculę lacte detrita in collyria, lenticulę inſtar digerunt. Puluis citrinus: Sarcocollę craſsioris drach. decẽ, aloẽs drach. duę, croci tantundẽ, myrrhę drachma, lycij drach. duę, his in pollinẽ ſubactis, ubi uſus erit, puluis oculo inſpirabit. Puluis albus: Sarcocolla alba & pinguis, lacte mulieris potiſſimũ iuuenculę macerata, in umbra tantiſper dum exiccetur, relinquat, deinde exactiſſime cõteratur, & ſingulis eius pulueris drachmis decem, adijciantur glaucij ſucci drach. duę, hęc rurſus in puluerẽ tenuiſſimum detrita reponuntur, poſtulanteq; uſu oculo inſparguntur.

De oculorum ulceribus. *Cap.* XVI.

ABſceſſum oculo innatũ preſagiunt, ingens & uehemens punctilis ac pulſatilis dolor, multę profluẽtes ab oculis lachrymę, et uniuerſus oculus, aut abhęreſcens mẽbrana ſola, cruore ſuffuſa, quorũ rubore apertis oculis, aut inuerſis palpebris, intueri licet. Deinde in oculo unus locus altero ſanguinolentior, aut in cornea cõſpicua parte locus aliquis albus apparens, oculi quoq; abſceſſum indicãt. Cęterũ ad pſẽtis affectus auxilia inſtituenda admouendaq;, Medico in oculorũ ægritudinibus profligãdis exercitatiſſimo, & natura ſagaci, opus eſt. Veruntamen nos curationis capita & ſummã, atq; precipuã medicaminũ rationẽ, proſequemur. Dicimus itaq;, ulcera in cohęrẽte mẽbrana (quã oculi albũ nonnulli appellant) oborta, non ita eſſe perniciosa periculoſaue, ut ſunt ea quæ corneæ parti adnata mẽbrana non obiectę innaſcunt. At omniũ pernicioſiſſimũ ulcus eſt, quod corneæ e pupillis regione euenit, ſiquidẽ hoc ulcus pupillę procidentia ſubſequi quã ocyſſime ſolet. Huius itaq; inflãmationis curationem, à uenæ humeralis inciſione auſpicabimur, ſanguinis copiã quoad fieri poterit, imminuentes, dein ad alui ſolutionem properabimus. Et æger à carnium & uini dulcis uſu arcebitur, ſolarumq; interim refrigerãtium herbarum, ut intybę, portulacę, lactucę eſu, atq; aquę potu cõtentus uiuet. Oculo uerò per initia, collyrium album muliebri lacte detritum, immittendum erit. Quod ſi modo doloris pulſatilis uehementia, cæteraq; ſymptomata remitti uideantur, ſpes eſt morbum ſine ſuppuratione ſolutum iri. At ſi pulſatilis dolor poſt detractum ſanguinem, & deiectum uentrẽ, atq; collyrij albi uſum, neq; quieſcat, neq; remittat, exigua ſpes ſupereſt, inflammationem illam ſine puris collectione curari poſſe. Quare tunc oculo collyrium ex thure inducendũ eſt, & hapſus aliquis ex molli lanula admotus, illigandus eſt. Verum priuſquã inflammatio ſuppureſcat, oculum leniter ne dolore excrucietur, abſq; hapſu lanæ conſtringere decet. Nec tunc quoq; à collyrij ex thure uſu abſtinere competit, quoniam tantiſper dum inflammatio ſuppuretur, illud illinire confert. Pure uerò iam nato, collyriũ ex plumbo, quouſque cauitas tota abſceſſus impleatur, uniuerſaq; caro regeneretur, quàm conuenientiſſimum erit. Hęc autem prẽſidia abſceſſu non magno exiſtente, opportune tentantur. Nam ſi magnus pupillęq; uicinus abſceſſus ſit, operæprecium erit, collyrium Eleiſer, mox ad finem capitis ſubſcribendum, cydoniorum malorum nucleorum lęuigatum oculo accommodare, ac eodem tẽpore hapſum quoq; ex tenera lana, molliter oculo alligare decet, ne ulceris occaſione pupilla procidat. Proinde ad hęc ſupinus decubitus,

Inflãmationis modum ſuppurantis curatio.

Iam ſuppurãtis inflam. & ulceris curatio.

deprelſo

depreſſo nonnihil capite, & à uehemẽtiore motu ocium & quies ægro conueniunt. Cęterum carne iam in abſceſſus ac ulceris loco regenerata, uniuerſaq́; cauitate impleta, relinquetur in oculo alba quædam cicatrix, quæ ſi profundius ulcus fuerit, craſſior, ſi uerò in † corneæ tãtum ſuperficie extiterit, tenuior ſuperficiariaq́; erit. Cicatrix tamen illa ſeu callus, ſi remotius ab oculi pupilla ulcus cõſtiterit, nihil incõmodi aſſerre poteſt. Sin autẽ pupillæ uicinior, poſt ulceris curationẽ, alba cicatrix relicta fuerit, uicinitatis ratione uiſionem abolebit. Quapropter tum illis præſidijs, quibus albugines abſterguntur tolluntuŕq;, utendum erit. Collyriũ ex thure: Ammoniaci, ſarcocollæ, utriuſq; drach. quinq;, thuris drachmæ decem, croci drachmæ duæ, omnia læuigata, ac fœnogræci ſucco excepta, in collyria digeruntur.

Cuiusq; partis ſua quędã caro.

† Alias carnis.

Collyrium ex thure.

Collyrium de plumbo.

Collyrium de plumbo: Plumbi uſti & loti, ſtibij, põpholygis abluti, æris uſti, gummi Arabici, tragacanthę, ſingulorum drachmæ ſeptem, opij ſedrachma, hæc ſimul contrita, per tenuiſſimum pannum ſericum cernunt̃, & puluere aqua pluuiali conſperſo, informantur ex eo collyria. Collyriũ deperditam ulceris oculi carnem regenerans, & pupillæ procidentiã prohibens, & relictam cicatricem ſeu callum extenuans, abſtergẽsq́;: Cadmiæ ablutæ, pompholygis loti, ceruſſæ, ſtibij, thuris, ſingulorum drachmæ duæ, myrrhæ drach. una, ſarcocollæ craſſioris ſeſquidrachma, cinnabaris, aloës, opij, ſingulorum drach. una, finguntur ex his collyria. Collyrium autem Eleiſer uocatum, quo ex ulcere procidentiam pupillæ metuentes utimur, in hunc modum ſe habet: Stibij, lapidis hęmatitis, utriuſq; drach. decem, acaciæ drach. tres, aloës drach. una, his cydoniorum nucleorũ ſucco ſubactis, informantur collyria, ac dum uſus expetit, oculo accommodantur.

Collyriũ polychreſton.

Collyriũ Eleiſer.

Ad ea quæ oculis incidunt educenda. Cap. XVII.

SI pilus, feſtuca, aut quid aliud oculo fortuito inciderit, ſumito ſpecillum reſina pinea illitum, uolutoq́; per oculum, & adtrahet id quod oculo illapſum eſt. Idem ſuccinum attritu calefactum, oculoq́; admotum præſtat.

De albugine oculo innata. Cap. XVIII.

QVæ oculis innaſcitur albugo, cicatrix eſt, poſt ulcerum curationem, dum eorum continui ſolutio reſtituitur, relicta. Quæ ſi in puerorum oculis oboriatur, facilioris curæ erit, quàm in ſeniorum. Siquidem in ſenibus facta albugo, haud quaquam curationem admittit, niſi perquàm tenuis & ſuperficiaria ac nubeculæ inſtar extiterit. Præſentem porro affectum, præſidijs his diſcuties. Poſtquàm æger balneo corpus emolliẽte egreſſus fuerit, aut facie quã minimè prona, uaporẽ aquæ calidæ, aut fœno gręci tepentis cocti, tãtiſper dum ipſa rubeat, receperit, infraſcripti pulueris portionẽ oculo inſparges. At ſi id remedium uenas turgidas, ac ſanguinolentas effeceris, doloremq́;, inflãmatorium cõcitauerit ab eo cõquieſces, donec hi affectus oculi remiſſi fuerint, dein idẽ ſubſidiũ repetes. Medicamen pſtantiſſimũ, albuginẽ, pbè detergẽs, citoq́; diſcutiens, & ego in extergẽdis albuginib. neq; efficatius, neq; generoſius, aut ulli par cõperi. Accipe maſſacumię (quod ex plũbo, nitro, ſilice conficit̃, quo, ſcilicet, fictilia

Etiam ſi ſeniorum non curamus, ad fucum tamẽ ea tingimus.

Deſcriptũ eſt ex lib. Secretorum, qui falſo Galeno aſcribitur.

Digitized by Google

cet, fictilia uaſa illinuntur) halcyonij, quod alij ſpumam maris uocant, ſter coris magnæ lacertæ, nitri naturalis non factitij, ſacchari albiſſimi, ſingulorum pares portiones, dein ſume acori, chelidonij † utriuſq; drachmas decẽ, & decoque in libra una aquæ, ad trium partium conſumptionẽ, poſtea percolato, & hoc decocto comprehenſas medicinas ſubigito, & liquore imbibito, in umbra exiccãdas ſeponito, ac denuo contritas, & ut prius aſperſas exiccato, id ubi quater præſtiteris, rurſus omnia, ut prius exiccato, conteritoq;, ac oculo puluerem inſpargito. Siquidem hoc medicamen nulli in detergendis albuginibus, ut dixi, eſt ſecundum, nam craſſiores albugines, etiam brutorum, ut equorum, & boum oculis innatas, extergit.

† *Aliqui addũt fœniculum.*

De ſcabricie & tunicula. Cap. XIX.

Ab erodente humore.

A ſuffuſo ſanguine in adhærente tunica.

CVm palpebram inuerſam, interius rubro colore ſuffuſam, & aſperam inæqualemq; aſpexeris, ſcabie ea moleſtatur. Et quando ſuper oculorum alba & nigredinem, quiddã tuniculæ inſtar, uenis multis cruentis & turgidis contextum cernis, affectus adeſt, qui Arabibus à tunicę forma Sebel dicitur. Sanè utraq; hæc uitia grauia ſunt, & diuturna, atq; ad curandũ contumacia. Nihilominus tamen inter initia, dum æger ſanus eſt, nec affectus inualuit, uenæ ſectione brachij & frõtis, & alui ſolutione utatur. Et ab eſu palmularum, & ſeſami melle præparati, & temulentia abſtineat. Præterea uacuum corpore, nec cibis diſtentum ægrotãtem ſubinde ad balnea deducere, identidem quoq; laborãti oculo collyrium rubrum illinire, proſunt. Collyrium rubrũ: Lapidis hæmatitis, æris floris cremati ac loti, utriuſq; drachmæ tres, æris uſti drachmæ duæ, croci drach. una, myrrhæ tantundem, piperis longi ſedrachma, poſteaquam uino ueteri ea læuigaueris, redigito in collyria. Præter iſta collyrium uiride, Capite de ungui deſcriptum, ſi illinatur, opem fert. Quod ſi morbi hi in uetuſtatẽ proruperint, ſcabies, inuerſa palpebra & inſtrumento (quod à palpebrarum raſura βλεφαρόξυσον Græci appellant) per ſumma deraſa, tunica uerò ſuppuratione & concoquentiũ uſu perſanari debet. At horum curationẽ præſentis libri metę, quum ad manualem artem pertineat, haud quaquã admittunt.

Horũ curatio lauſ lib. 4. Secundũ locorũ

Ad maiorum angulorum caruncul as pruritu uexatas. Cap. XX.

A mordaci ſucco.

SVmito intybum tenellum, ac uirens, & eo manibus exacte contrito, informato globulos paruos inſtar oculi, & oleo uiolaceo circũlinitos, ac oculis clauſis ſuperaccommodatos, ægrotanti ſomnum inituro, illigato. Verum roſaceum propoſito affectui generoſius eſt, citiusq; auxilium præſtat. At ſi hæc inualida fuerint, accipito lentes excorticatas, rhus obſoniorum, roſas rubras, & mali punici, acinorum ſuccum, hæc trita ſapa, hoc eſt, decocto uino, conſpergito, ac in morem emplaſtri pruriginoſo angulo inducito. Quod ſi ne hæc quidem ſuffecerint, humeralem ægrotantis uenam primum incidito, deinde eam, quæ recta in fronte repit, ac eas quæ ad maiores oculi angulos ſunt. Ventrẽ quoq; ſubinde medicaminibus bilem flauam cientibus deijcito. Item ęgrũ identidẽ ad reprimendũ humorum acrimoniã, in balnea dulcis aquę deducito.

De unguib.

Digitized by Google

De ungui oculorum, quod πτερύγιον Græcis uocatur. Cap. XXI.

Ob cōcoctricis uel expultricis imbecillitatem.

QVando aliquid membranulæ neruoſæ inſtar, ex angulo oculi nares ſpectante oriri, & oculi album obtegere, ac adusque nigredinē eiuſdem protendi cernitur, affectus unguis appellatus, oculo innaſcitur. Huius noxa tunc demum peior cenſetur, dum ad nigredinem, quę è regione pupillæ eſt, malum prorepſerit. Hac itaque membranula tenui exiſtente, collyrio uiridi, & collyrio ex æris flore, eam elidere tentandum eſt. Sed poſtquā in uetuſtatem & craſſitiem unguis deuenerit, ſcalpello ad id parato eſt euellendus. Collyrium uiride, quod tunicula Sebel dictæ, ungui & albæ cicatrici auxilium præſtat. Aeruginis drachmæ tres, æris floris combuſti drachmæ ſex, auripigmenti rubri, nitri, halcyonij, ſingulorū drachma una, ſalis ammoniaci drachma ſemiſſis, guttæ ammoniaci drachmæ duæ, ammoniacum in rutæ ſucco diſſoluitur, & reliquis medicinis eo aſperſis, informantur mirificę uirtutis † collyria, etiam ſi pauló uehementiora ſint. Collyrium ex æris flore, quod unguem exterit: Aeris cremati, æris floris, utriuſque drachmę quinque, æruginis drach. duę, ſalis ammoniaci, nitri, † auripigmenti, quod ſublimatum ſit, ſingulorū drachma una, conteruntur omnia, & ſeptimanę ſpacio, ut melius exiccentur, reponuntur, deinde illis rutę ſucco conſperſis, finguntur collyria, quibus unguis affricatur.

Chirurgia apud Aëtiū lib. 7. cap. 60.

† Præſtantiſſima ſunt, ſiue liquore detrita, ſiue inſtar pulueris admota.

† Id inter reliqua eſt mordaciſſimum.

De tibice, ac cruentis ſuffuſionibus ex ictu aliaue cauſa. Cap. XXII.

Ob paruarum uenularum diruptionem.

QVādo in oculo ex plaga, ſeu alia quauis occaſione, maculam ſanguinolētam fieri contigerit, ſanguis ibidem ex affluxu collectus (poſtquàm æſtus & fluxio conquieuerint) diſcutiendus eſt. Sumito itaque auripigmenti rubri, thuris, myrrhę, ammoniaci, ſingulorum ęquales portiones, his coriandri ſucco detritis, formato collyria, ac illa coriandri ſucco leuigata, oculo exigente uſu illinito. Verū quam diu dolor perſeuerauerit, albumen oui, oleo roſaceo commiſceto, & lanam teneram illis imbutam oculo illigato. Etiam columbę ſanguinem ex teneris alis expreſſum, ſtatim per initia opportunè poſt uenę ſectionē, ſi opus ſit, inſtillabis.

Vehemēs multum.

Ad lachrymas Cap. XXIII.

A frigido humoris affluxu.

CVm maiores oculorum angulos continenter uuidos ac madentes conſpexeris, ægrum quotidie ieiunum, & corpore expurgato, ad balnea deducito, & oculo hunc ſubſcriptum puluerem, tenuitate atomis nō abſimilem, inſpargito. Puluis quidem iſte accipit, pompholygis drachmas decem, corallij rubri & albi, myrobalani citrinę & contritę, aloës, ſingulorum drachmas duas, piperis drachmę ſemiſſem, hæc in pollinem tenuiſſimum detrita, oculo crebro inſpirantur.

Præſente calore amoue pip.

De uiſus debilitate. Cap. XXIIII.

Ex humiditate, aut ſpirituum craſſitie.

SI cum uiſus imbecillitate, manifeſtę humiditatis notę apparuerint, quæ tempore inediæ & exercitij nonnihil remitti uideantur, catapotia coccia, leuioribus purgantibus præſidijs tentatis, ſubinde ægrotanti porrigere, & alimenta ſiccantia adminiſtrare oportebit. Vomitum quoque ſubinde poſt aſſumptos cibos incidentes, ad pituitæ eductionē, irritare

Digitized by Google

irritare opportunum eſt. Oculis autem pulueres ſiccandi uim poſſidentes, utiliter inſpargentur. Quod ſi iam dictum affectum ſiccitas, corporiſq; macies concomitentur, copioſius & humectans alimentum, & uini potus, ex uſu erunt. Item aqua egelida capiti liberaliter infundenda, atq; ad tepentis aquę uaporem facies inclinãda eſt. Naribus autem ac auribus, oleum amygdalarum dulcium inſtillandũ, ac oculis lac mulieris adoleſcentulæ quotidie, idq; ſępius eſt infundendum. Hęc porrò imbecilli uiſus ſpecies, famis tempore & uacua aluo, increſcit, magiſq; intenditur. Compoſitio pulueris tenuiſſimi, uiſum qui humiditatem ſuæ imbecillitatis cauſam obtinet, exacuens: Accipito pompholygis roſacea aqua abluti ſiccatiq; drachmas uiginti, deinde exprimito ſampſuchi uirentis ſuccum, & poſteaquàm nocte una quouſq; feces ſubſiderint, requieuit, eum percolato, & eo ſucco aſperſum pompholygem, donec exiccetur ſeponito, poſteaq; conterito. Inſuper ſumito zingiberis, piperis nigri, piperis longi, chelidonij, ſingulorum drachmas duas, ſalis ammoniaci drachmã unam, põpholygis ad pręſcriptum modum pręparati drachmas uiginti, hæc omnia conterito, & ſucco uirentis fœniculi aſpergito, & rurſus ſiccata ac contrita reponito, & expoſcente uſu, oculis inijciens utere. Præter iſta quoq;, propoſito affectui collyriũ ex fellibus illitum optimè facit, ſed ualdè acre & mordax eſt. *Puluis ad humiditatẽ oculi.*

Ad palpebrarum tumorem, Græcis χήμωσιν appellatum. Cap. XXV.

OCulo epithema humorum affluxum reprimens, Capite de oculi lippitudine deſcriptum, illinito. *A ſanguinis fluxu.*

Ad palpebrarum pilos, oculos irritantes. Cap. XXVI. *Fol. 244.*

SI pilus unus alterue oculo infeſtus fuerit, alijs rectis palpebrarum pilis, maſtiche, aut oleo ſeſamino, illum agglutinato, aut radicitus eos euellito, ac locũ, à quo euulſeris, mucronato ferro, aut acu urito. Verum ſi multi pili oculum irritauerint, neceſſitas tarſum præſcindere cogit. Cęterũ eius negocij tractatio, noſtri ꝓpoſiti libri limites tranſcendit. *Ob ſiccitatem, aut pororũ obliquitatem.*

De ſuffuſione, ſiue humorum in oculum affluxu. Cap. XXVII.

QVandoq; ante oculos culices alicui, uel alia tenuia, lucentia, caliginoſaq; corpuſcula perperam obuerſari uidentur. Quod nonnunquam propriè noxæ oculi, nonnunquàm uentriculi affectui fertur acceptum. Quare inter hęc duo diſcrimen habendum eſt, neq; ſanè hoc ſymptoma homines infeſtans paruipendendũ eſt. Quod ſi ob uentriculi uitium euenerit, non metuendum, ne oculo magnam noxam adferat. Sin ex proprio oculi affectu ſit, metu grauioris mali non caret, ſiquidem id ſuffuſionis initium eſſe conſueuit. Cęterum affectus hic, dum recens eſt, nondumq; radices egit, medicamẽtis eliditur. At ubi uetuſtus perfectuſq; extiterit, ſola punctorij ſtyli mucronis per corneam pertuſione, curari poteſt, licet fortaſſe nec pertuſio quidem, ipſiuſq; membranulæ à pupillæ regione depreſſio, opem adlatura ſint. Quam ob cauſam inter hæc duo iam enarrata, meritò diſcrimen ſummo ſtudio inquirẽdum eſt. Quod autem id ſit, perſtringam. Cum igitur utriq; oculo, muſcę, aut culices, aut quid ſimile occurſare uideatur, pro certo habendum, ex affectu uentriculi malum pendere. Si autem altero tantũ oculo huiuſcemodi apparitio- *P. æl. lib. 6. cap. 21.*

V nes con-

Digitized by Google

nes conſpiciantur, uitium oculo proprium eſſe iudicatur. Sic etiam quando cibis diſtenſo uentriculo, & eo ingeſta malè concoquente, nauſeaq; laborante, ſolito plures cerni uideantur, tempore uerò inediæ, aut exercitij, pauciores hallucinationes eueniant, & tunc quoq; ſciendum eſt, ab ore uentriculi affectum pendere, idq; maximè ſi duobus tribusúe, aut etiam pluribus menſibus ſuffuſionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam nihil tenebroſum conſpiciatur. Dum itaq; harum coniecturarũ congeriem congeſſeris, catapotia coccia porrigito, quibus ſi affectus in totum extirpatur, prędictis notis indicationibusq; fidem dabis, utpore affectu à uentriculi uitio dependente. Cęterum ſi altero tantum oculo uiſa fuerint, & ſingulis diebus perpetuo huiuſcemodi apparitio perſeuerauerit, nullo, ſcilicet, die interueniente, qui omni reprehenſione caruerit, cenſendum eſt ſuffuſionis (quam aquam alij uocant) adeſſe initia, pręſertim ſi altera pupilla tenebroſior, aut turbidior, aut (ut breuiter dicam) non exacte pura uidetur, quæ ſi ita ſe habeant, certo certius eſt ſuffuſionem eſſe. Quando itaq; affectus hic ex propria diſpoſitione oculi pendet, prohibendum ægro, ne cucurbitulis, neq; ex uenis in manum diſtributis, ſanguinem extrahat, ſimiliter quoq;, ut piſcium, & eorum quę humectant, pituitoſumq; ſuccum generãt, eſum fugiat hortaberis. Aluum uerò frequenter catapotijs coccijs deijcies, & ægrotum calefacientibus ſiccantibusq; ales, atque hydromel potui illi propinabis. Oculis uerò collyrium ex fellibus opportunè illines. Collyrium ex fellibus, quod auxiliatur incipienti ſuffuſioni, & pupillę dilatationi, & his qui poſt occaſum ſolis non uident, & hebetudini uiſus, humiditatem ſui occaſionem habentibus, hac ratione conficies. Fellis gruis, fellis piſcis, Arabibus † ſabot dicti, fellis hircini, fellis accipitris, fellis aquilæ, fellis perdicis, ſingulorum ſiccorum unum, aut plura, horum aridorum drachmis decem, adijcies euphorbij, ſylueſtris cucurbitæ, ſagapeni, ſingulorum drachmam unam, his ſimul omnibus attritis, & ſucco uirentis fœniculi aſperſis, formato collyria. Exigente quidem uſu, unum lacte muliebri, aut oui candido lęuigatum, oculo illinito.

Mali, ex oculi uitio curatio.

In initio Paulus & Aëtius uenam ſecant. Presbiteru ante leuiora à Galeno deſcripta tentaſſe.

† Nos Lucij utemur, Galen. quoq; callonymi meminit.

Ad nocturnam cæcitudinem, quæ νυκτάλωψ Græcis dicitur. Cap. XXVIII.

Ab aquei humoris et ſpirituũ craſſitie.

HVic affectui idoneum eſt, hepar caprinum ſciſſum, & ſectionibus ſingulis iniectum piper longum, & pipere eiſdem ſectionibus occluſo, in clibanum hepar mittitur, & tantiſper dum aſſetur exiccetur'q;, non tamen uratur, relinquitur: quo aſſato, piper longum extractum, diligenter cum moſchi momento conteritur, ac ſanie, quæ ex aſſo iecore reſudauit, conſpargitur, & exiccatum in puluerem'q; detritum, oculo crebro inſufflatur. Iam quoque ipſum iecur opportunè edendum porrigitur. Aut caprillum fel melli commixtum, in æneo uaſe ſuper ignem decoquito, & dein ſpecillum felli intinctum, oculo admoueto, magis tamen profeceris, ſi collyrium ex fellibus muliebri lacte detritum oculo inunxeris. Porrò ſi hęc omnia inefficacia fuerint, aluum deijcito, ac ſanguinem ex utriſq; humerarijs, & frontis uena detrahito, uictusq; rationem extenuato.

De dilatatione

De dilatatione pupillæ. Cap. XXIX.

CVm pupilla, hoc eſt, foramen, quod propter uueam tunicam à natura perforatam in nigredine oculi cernitur, uſque adeò dilatatur ac pateſcit, ut omni ex parte alba oculi attingat, & ſi id poſt uehementem capitis dolorem euenerit, modica eius reſtitutionis ſpes habenda eſt. Exigua autem exiſtente dilatatione, uentrem catapotijs cocciis ſubinde deijcies, ac identidem collyrium ex fellibus oculo illines. Cæterum ſi pupillam propter ictum dilatari obtigerit, haud quaquam formidandum, quia niſi uuea tunica diuulſa ſit, priſtinæ integritati reſtituetur. Parabis itaque ad huiuſcemodi uitium, emplaſtrum ex fabarum farina, chamęmelo, & althæa, & hæc in uino & aqua contuſa, oculo (non ſtatim tamen à principio,) induces.

A ſiccitate. *Ab humoris copia.* *A plaga.*

De fiſtulis maioribus oculi angulis accidentibus. Cap. XXX.

SI quando angulus maior madet, cumq́ comprimitur, ſanies & pus emanant, fiſtula ægrum moleſtat, cui ignito ferro præſentiſſimè ſuccurritur. Verum eius uſum docere, ab huius libri tractatiõe alienum cenſetur. Nihilominus tamen ſubiungam remedium, quod ſi accommodaueris, ipſam reſudationẽ per mẽſes plures ita cõprimes, ut æger conualuiſſe uideatur. Medicamen hoc accipit: Aloës, thuris, ſarcocollę, cinnabaris, balauſtij, ſtibij, aluminis, ſingulorũ pares portiones, ęruginis quantum pendet quarta pars unius, hęc trita, ac plãtaginis ſucco ſubacta, in collyria redigito. Cum autem uſus expetit, fiſtulam, donec uniuerſa ſanies in ea coaceruata profluxerit, premito, deinde ægro in latus ſanũ, fiſtulęq́ non obnoxium decumbente, iam deſcripti collyrij in ſucco plantaginis, aut iure decoctę gallę immaturę diſſoluti, tres guttas, aut quatuor, non ſimul quidem, ſed unam poſt aliam, iuſto interpoſito interuallo, in magnum oculi angulum, fiſtula tẽtatum, inſtillato. Quo peracto, ęger trium horarum ſpacio, prædicta figura decumbet. In aurora inſecuti diei, rurſus fiſtulã exacte comprimito, ac eandem curationem reiterato, atque deinde ſeptimana una, aut quam diu fiſtula preſſa reſudat, idem repetito. Siquidem hac curatione, locus fiſtulę infeſtatus, ſiccus multis menſibus ſeruabitur. De oculorum autem pręſidijs, quantum pręſens inſtitutum exigit, iam ſatis pertractatum exiſtimo. Reliqua uerò quum ad curationes, quę ferro ac manus adminiſtratione peraguntur, pertinent, relinquam, quoniam multis remedijs, atq́ longa ptractatione opus habent. Sunt tamen nõnulla ex horum genere in his libris, q̃bus de decoratiõe, & fucis, tuendaq́ ſanitate egimus, deſcripta.

A putri & erodente humore. *Apud Cel. lib. 5. cap. 28.* *Fuſiſſime libro 4. Secundũ locos Galeni.* *In 4. ſcilicet, et 5. ad regem Almanſorem.*

De aurium dolore. Cap. XXXI.

SI aurium dolorem, faciei & auri uicinarum partium inflammatio dolorq́ pulſatilis concomitentur, ſanguinem ex humerali uena ſecta, ægrotanti detrahito. Item oleum roſaceum, oleumq́ de floribus ſalicum, modicè ad auris ſenſum calentia, cum aceti pauxillulo, in auditorium meatum infundito, ac ea hapſu lanę mollis excepta, & paululum refrigerata, foris admoueto. Lac quoque ita calidum, uti eſt recenter emulſtum, ſubinde cum oui candido, auri inſtillato. Ventrem autem myrobala-

Ex inflãmatione contracto.

Digitized by Google

nis citrinis, ſcammonio, & aloë, uehementer ducito. Præparabis autem huiuſcemodi medicamen, in hunc modum: Sumito myrobalanorum citrinorum drachmas uiginti, & in puluerem contritas, duabus libris aquæ quouſque ad duas tertias libræ unius ea abſumatur incoquito, deinde decoctum per colum traijcito. Inſuper accipito aloës drachmam unam, ſcammonij obolum unum, hæc diſcocto cydoniorum ſucco aſperſa, atq; in catapotia ſeptem digeſta porrigito, & deinde poſt duarum horarum intercapedinem decoctum, quo catapotia fœlicius agant, præbeto. Quod ſi dolor minimè cõquieſcens urget, opij momentum, oleo roſaceo temperatum, auri immittito. Et ſi poſt opij uſum, dolor pulſatilis, priori ſimilis redierit, triduoq; talis perſeuerauerit, oleum ex ſeſami ſemine, in quo anatis aut gallinę adeps diſſolutus fuerit, ſubinde ſenſim auri infundito. Siquidē tunc auri abſceſſus ineſt, quem ſuppurare decet. Quando itaq; dolor ſedatus fuerit, ſuppurationem perfectā eſſe ſcito, & ſubitam inſperatamq; ab aure puris profuſionē exſpectato.

A craſſis uiſcoſiſq; humorib.

Præſtat lenioribus ante corporis uacuationem uti.

Cæterū dum dolor aurium, poſt faſtidioſam repletionē, aut uentos frigidos, moleſtauerit, oleum in quo ruta cepáue incocta eſt, tepidum auri immittito. Quod ſi hoc inualidum fuerit, oleū in quo turbith decoctum ſit, auditorio meatui inſtillato. Aut oleum liliorum, (cui ad ſingulas uncias, euphorbij recentis, & caſtorei utriuſq; drachma una exactiſſimè læuigata, adiecta ſit,) infuſum non minus iuuat. Porrò ſi ne hoc quidem auxilium præſtiterit, aluum catapotijs coccijs ducito, & laconicum primam balnei partem (in quo ſudorem prouocet) intrare ægrum iubeto. Vinum ſimiliter uetus ac robuſtum illi propinato, reliquamq; uictus rationem calefacientem & incidentem inſtituito.

Ex flatuoſo ſpiritu.

Si uerò aurium dolori adſint ſonitus, tinnitus, & flatus, panicum ſiue milium in frixorio torrefactum, identidem feruidum per ſacculos ſuperaccommodato. Aurem quoq; ægri ad uaporē aquæ, cui menthaſtrum, ſtœchas Arabica & ſampſuchus incocta ſint, inclinato. Ad hæc caſtorei & euphorbij, utriuſque pondus quatuor granorum hordei, in ioſmini olei denarijs duobus diſſolutum, & deinde auri infuſum, ac forinſecus illitum, magnum adfert præſidium.

De auris ulcere. Cap. XXXII.

Primo ut ulcus mundet, ſecundo ut conglutinet utitur.

PVre ab aure profluente, mulſa tepida crebro in uno die infundenda eſt, deinde infrà ſcriptum hoc medicamen, præſenti affectui multū accommodum, eſt iniiciendum. Sarcocollæ, aloës, cinnabaris, thuris, ſingulorum drachma ſemiſſis, ſquamæ ferri, æruginis utriuſque obolus, omnibus aceto læuigatis, in aurem, quod ſatis eſt, infundatur. Vel linimentum tortile ex linteo, melle imbutum, ac dicto iam liquori intinctū, in aurem mittitur. Aeger quidem tantiſper hoc medicamine, & mulſa, dum auris curetur, opportunè uti poterit.

De ſonitu & tinnitu aurium. Cap. XXXIII.

NOnnunquam hoc uitium ob exquiſitum auditus ſenſum, eiuſq; acrimoniam oboritur, cuius certiſſimum indicium putatur, ſi tempore inediæ increuerit, crapulæ uerò & repletionis remiſſior fuerit. Hic igitur affectus, cum lenior ſit, ſibi dedicatam curationem nullam expoſcit, niſi forte aggraueſcat. Tum enim opij grana duo, oleo

roſaceo

Digitized by Google

roſaceo ſoluta, ac in aurem dimiſſa, illi (ſenſu nonnihil ſtupefacto) abunde auxiliantur. Si uerò huiuſcemodi affectus capitis grauitatem, & auditus imbecillitatem ſibi comites ſortiti fuerint, oleum ſeminis raphani, & oleum amygdalarum amararum, & oleum roſaceum, in quo caſtoreum fuerit detritum, auditus meatui inſtillabis. Aurem quoq; ad uaporem aquę, cui ſampſuchus, ſtœchas Arabica, abſinthium, menthaſtrum & origanum incocta ſint, opportunè inclinabis. Et aluum catapotijs coccijs deijcies, & uinũ ægrotanti ſubtrahes, parcéq; ales.

Ex euaporato crudi humoris.

Poſt euaporationes olea accõmodè inſtillantur.

Ad grauem auditum. Cap. XXXIIII.

CVm autem auditus grauitas hominem occupat, perpendendũ eſt, an in aure ſordes (quas à conſiſtentia ceram nominant) coaceruatæ ſint. Quoniam huiuſcemodi ſordibus ibidem inueteratis, pharmacis mihi ſupra ad auris ulcera narratis, aut nitro in aceto ſubacto, aut manuali opera expurgabuntur. Verum ſi non ſint ſordibus infectæ, & auditus grauitas poſt copioſam ciborum ingeſtionem, aut morbum acutum, humores ad aurem in eius iudicatione protrudentem, oborta ſit, aure uaporem aquæ, cui paulo antè dicta incocta ſint, recipies, idq; per infundibulum, quo totus uapor in aurem penetret. Curabis autem id rectiſſimè ad hunc modum. Menthaſtrũ, abſinthium, ſampſuchũ, aliaq; ſuperius pręcedente Cap. cõmemorata, in æneo uaſe aqua pleno, & ad hunc uſum idoneo, ore, ſcilicet, anguſtiore, decoquito, ac deinde infundibulũ uaſis ori accõmodato, & ne uapor exhalet, linteis infundibulũ & uaſis os circumuoluito, ac deinceps aure ſuper infundibili orificium inclinata, uaporẽ æger uẽtriculo cibis non diſtenſo recipiat. Præterea collyrium hoc, deinde auditorio meatui inſtillato. Sylueſtris cucurbitæ drachma una, nitri ſcrupulum unum, caſtorei, ariſtoloch. rotund. ſucci abſinthij, ſingulorũ drach. ſemiſſis, coſti ſeſquiobolus, eupathorij obolus, fellis uaccini quãtum ad ſimplicia excipienda ſat eſt, informato ex his collyria, & cum uſus exigit, unũ oleo amygdalarum amararum detritum, auri pedetentim ac continue infundito. Hoc enim pręſtantiſſimum adfert præſidium dolori, qui ex pituita eſt, & ſibilo, tinnitui ac ſonitui, flatulentos ſpiritus cauſam habentibus. Præterea ſurditati quoq;, quæ uiſcoſorum crudorumq; humorum ſoboles eſt. Porrò ſi auditus grauitas poſt ieiunia, crebraſq; uigilias, oboriatur, & fuerit facies emaciata, & oculi concaui, æger balneum dulcis aquæ petat, & copioſiori potu, ac cibo humectante utatur, ſomnoſq; plures ſibi conciliet. Caput quoq; aqua tepida cum oleo humectandi uim obtinente, donec ſaneſcat, perfundat. Quod ſi à phrenitide hoc genus uitij inuaſerit, præſidijs Capite de aurium ſonitu deſcriptis, curatur.

A crudis humoribus.

Ex ſiccitate.

Ab expurgato humore per criſim.

Ad aurium uermes, & animalcula auditus meatum irrepentia. Cap. XXXV.

CVm auditorium meatum titillatio, pruritus & dolor moleſtant, & uermes inde excidunt, menthaſtri ſuccum, aut foliorum perſicorum, aut oleum nucleorum malorum perſicorum, aut aloëm in ſucco abſinthij detritam, auri immitte, hæc nanq; uermes, & animalcula aurem irrepentia, aut in ulceribus nata, interimunt.

V 3 Ad ea quæ

Digitized by Google

Ad ea quæ in meatum auditorium incidunt, euellenda. Cap. XXXVI.

Cauendũ ne il lapſum corpus humidorũ uſu intumeſcat, ut piſa, faba.

QVando aliquid meatui auditorio infigitur, oleum tepidum illi infundito, & ægrum in balneum potabilis aquę deducito, atq; in eo tantiſper dum mollius corpus eius reddatur, immorari ſinito. Deinde naribus ſtruthium in puluerem ſubactum inſpirato, aëremq; per inſpirationem attractum, donec ſternutatio irritetur, ægrotantem retinere iubeto, huiuſcemodi nanq; ex ſternutatiõe & cõcuſſu, fortaſſe id quod meatui illapſum eſt, eijcietur. Si uerò maius fuerit, quàm q̃d excidere poſſit, forpicula, aut ferro inſtar retuſi hami in aurẽ demiſſo, operæprecium eſt extrahere. Quinetiam idem quoq; in naribus, ſi uſus expetit, tentandum eſt. Porrò ſi in porum auditorium aqua defluxerit, capite uerſus eam partem, in qua patiens auris eſt, inclinato, in uno pede ſubſiliat æger. Quod ſi non excernitur, ſternutationem, ut præcepi, prouocato, deinde tepidum oleum ſubinde inſtillato. Neq; hoc malum parum nos anxios reddere debet, præcipuè ſi id quod in aurem inciderit, aut ingreſſum ſit, tetra qualitate pollet. Inde enim grauis cruciatus ſubſequi, & in aure inflammata, ſi intus maneat conuulſiones adferri ſolent.

Multi lacerta, capite, auri illigata, ut in alijs, utuntur. Succio utiliſſima eſt.

Ad ſanguinem è naribus erumpentem. Cap. XXXVII.

EX eorum genere, quæ ſanguinis è naribus profluuiũ ſiſtunt, eſt ſuccus ocimi maioris, in quo camphora leuigata ſit, & naribus ita immiſſus. Auxiliatur enim huiuſcemodi † ſuccus hoc affectu implicari ſolitis, aut ante fluxum ſanguinis, aut tempore profluuij naribus illitus: Vel accipito gypſum, cinerem chartæ ex linteis pręparatę, gallam, cinnabarim, calcem uiuam, chalcitidem, & hæc ſimul in puluerem detrita, naribus inſpirato. Vel linimentũ tortile ex linteo, his pulueribus albumine oui exceptis imbutum, naribus immittito. Aut alumen ſciſſile, in puluerem longe tenuiſſimum actum cum pari portione amyli, naribus inſufflato. Quod ſi copioſe ſanguis profluere perſeuerat, brachiorum partes axillis uicinas, zonis, aut cordulis uincito. Quinetiam ut ſanguinem in cõtrarium melius trahas, fœmora quoq; ac teſtes uinculis intercipito. Porrò ſi affectus inualeſcat, inciſa humerali partis illius unde ſanguis profluit, ſanguinem per interualla modicè detrahere confert. Siquidem nec hac ratione ſiſtitur, magnas cucurbitulas ignitas hypochondrijs, ea parte qua ſanguis fluit affigere, cutemq; ſi opus ſit leniter incidere, conſilium eſt. Medicamen ſiſtendo ſanguini longe efficaciſſimum: Accipies calcem albam & leuem, qua aurifabri uti conſueuere, & ſubinde tritam, citra cunctationem naribus inſpirabis, † uel linimentum funiculare oui candido liquore illitum, eaq; calce imbutum, narium foraminibus immittes.

† Id ex facultate fit, quoniam calidus eſt, nec cruſtã inducit.

† Alias, &c.

Ad narium cruſtas & ulcera. Cap. XXXVIII.

Ob materiæ ex cauſticorũ uſu aduſtionem.

CRuſtis, quas Græci ἐσχάρας uocant, in naribus obortis, ceram & oleum humectans, cuiuſmodi uiolaceum eſt, & gallinaceum adipem illines. Ad hæc ægri naribus crebro, diebus aliquot, aquæ calidæ, cui emollientia & humectantia incocta ſint, uaporem mane obijcies. Cæterum cruſtis iam emollitis ac prolabi incipientibus, linimentum tortile aceto acerrimo ſale cõtemperato intinctũ, naſo inſeres, ac cru-

ſtis

Digitized by Google

ctis ipſis acetum cum ſale ſuperaccōmodabis, ſiquidem eo aceto exiccatæ, diutius naribus non inhærebūt. Quod ſi ulcera ibidē oboriant̃, unguēto ceruſſæ opportunè ea reſtitues, p̄cipuè ſi calidā admixtā habeant intēperiem.

De polypo & ſarcomate. Cap. XXXIX.

CVm parte interiore narium, caro ſuperflua, mollis, & quaſi laxa & rubra albaue innaſcitur, & nares quoq; craſſeſcere incipiunt, iamq; dicta carne impleri, humeralem uenam primum incidere iuuat. Deinde linimentum tortile unguēto uiridi imbutum, naribus impoſitum benè facit. Eius quidem unguenti libro ſeptimo Almanſori dedicato, Capite ſeptimo, De carnē excedentibus remedijs, meminit. ¶ Conſtat autem æruginis & deſpumati mellis utriuſq; uncia, quibus nonnulli addunt ſarcocollæ drachmam ſemiſſem, & ammoniaci tantundem, quæ unà cum ærugine, melle & aceto excipiunt, atq; in formam unguenti digerunt. ¶ Verum ſi hoc non uſq; adeò efficax fuerit, † medicamen mordax ibidem à me deſcriptū, tantiſper dum planè locus expurgatus exeſusq; fuerit, patienti laboranti inducetur. Præterea affectui huic nonnunquā ferro, excindendo radicitus carunculam illam, ſuccurritur. At medici id tentantes, interdū grauiter delinquunt, ac ægrum (affectus differentiam non perpendentes,) in magnum uitium inducunt. Nam in naribus quoq; cancer ſubinde naſci ſolet, quem ſine diſcrimine cum polypo confundunt. Quum itaq; hoc in loco obortus cancer, neq; mordacia fert medicamina, neq; quæ ferro fit præciſionem, conſilium eſt, leniter illum attrectare, & præſidijs lenientibus, & ſanguinis miſſione, & alui ſolutione ipſum tollere. Cognoſcitur uerò, an huiuſcemodi affectus cancer ſit, ex eo uidelicet, ſi durus eſt, & uenas tumidas habet, & ad palatum uſq; nonnunquam prorepit. Proinde naribus ſiccis duriſq; exiſtentibus, ac nullo ab illis manante humore, ſummopere cauendum eſt, ne præſens affectus, aut huic ſimilis, ferro acribusue medicamentis irritetur. Verum ſi, quæ naribus caro innaſcitur, laxa molliſq; fuerit, & humores è naribus profluxerint, ac ſi preſſus naſus, mollem, nec tactu durum ſeſe offerat, non metuendum eſt, quin acrium medicaminū uſu, & ferro ſubueniri illi poſſit.

A materia affluxu & concoc. & expuls. imbecillitate.

† Meſſ ex eben regi Arab. uocant.

De obleſa olfaciendi facultate. Cap. XL.

QVando ſenſus, quo odores, perſentimus, deperditus debiliſue eſt, & naribus nulla ſuperflua caro increuerit, & aër ſolito more per nares attrahitur, & oculi ſenſuumq; reliquorum organa, naturalibus munijs aptè funguntur, naribus puluerem tenuiſſimum ex ſtruthio, † cyclamine, & ſale ammoniaco, inſpirabis. Aegro quoq;, ut nares uapori excalefacti aceti ſubinde admoueat, præcipies. Verum ſi hæc inefficacia ſint, ſubſequens medicamen naribus illinetur. Cuius compoſitio in hunc modū ſe habet: Nigellæ, fellis gruis, cucurbitæ ſylueſt. ueratri albi, ſingulorū pares portiones, hæc detrita in puluerem, † urina cameli Arabici, quantum ad contegendas medicinas ſat eſt, excipiuntur, deinde ad ſolem exiccanda repoſita, tandē in paſtillos lentium inſtar, digeruntur, exigente autem uſu, unus illorum oleo † ſampſuchi ſolutus, naribus inducendus eſt. Siquidem hoc remedium, præſenti affectui eſt aptiſſimum.

† Alias, artemiſia.

Vtilis erit ante localium uſum, totius & capitis purg.

† Eius uſum docet Plin. libro 28. cap. 8.

† Varia exemplar. uaria habēt olea, uidelicet, ſambuci, et ioſmini.

V 4 Quod

Digitized by Google

Quod ſi hoc medicamentum ſuo calore & mordaci facultate, magnum dolorem excitauerit, oleum ſeminum cucurbitæ domeſticæ, narium foraminibus inunges, & capiti aquam calidã liberaliter infundes. Sorbitiones quoque actu calidæ & humectantes, ægro conducunt, ex quorum numero ſunt ptiſana, & furfurum decoctum, eaq́ quæ farina & alijs frumentaceis ſeminibus præparantur. Et ſubſequens quidem præſidium ad deperditum olfactũ efficaciſſimum putatur, quod in hunc modum conficies: Conterito nigellam prius aceto peracri maceratam, in puluerem tenuiſſimum, & cum ueteri oleo ſubigito, deinde ægri capite (ore aqua impleto) quantum licet retrorſum reclinato, comprehenſi medicaminis aliquot guttas naribus inſtillato, & laborantem quoad poteſt, aërem ambientem attrahere præcipito, hocq́ tribus inſequentibus diebus & ternis uicibus facito. Ceterum ſi ob medicamenti acrimoniam roſio aliqua concitetur, ea quæ prius dolori utilia præcepi, naribus admouebis.

De dentium & gingiuarum dolore. Cap. XLI.

Ex inflammatione.

Aëtius in hoc affectu acetum tanq́ hoſtilem gladium uitandum ſuadet, ac aſininũ lac probat.

SI contingat gingiuam unà cum dentium dolore cruentam ſimul & tumidam, & rubro colore ſuffuſam eſſe, tumereq́ tumore pulſatili, cucurbitulis ſcapulis, aut inferiori mandibulæ affixis, ſanguinem detrahito, prius tamen ſecta humerali uena. Deinde ore aliquandiu acetum cum roſaceo, donec tepuerit, retinendũ præbeto, quo eiecto, idem rurſus repetat, ac poſtea ſolum roſaceũ frigidum ore retineat. Verum ſi ea ratione affectus non ſopiatur, ſitq́ cum inflãmatione uehemens pulſatilis dolor, camphorã unà cum pyrethro contritam, dentium radicibus ad gingiuas applicato, & poſtq́ puluis defluxerit, à ſaliuaq́ elutus fuerit, alium ſecundo diligẽter inſpargito. Præterea lanam mollem oleo roſaceo imbutã, denti applicato. Quod ſi dolor non remiſſus aliquando incrudeſcit, grauiorq́ redditur, opij obolum roſaceo læuigato, & illo circumlitã lanulam quã maximè ſordidam, radici affecti dentis adhibeto. Si ne ſic quidem dolor requieuerit, gingiuis ſcalpello leniter inciſis, ſanguiſugas admoueto. Porrò ſi gingiua neq́ cruenta, neq́ tumida ſit, neq́ pulſatili dolore infeſtetur, & facies abſq́ inflammatione cernatur, ſed dentium dolor à nauſea, & copioſa ciborum ingeſtione & cœna ægrum inuaſerit, ægerq́ multis cibis refrigerantibus uſus fuerit, aluum catapotijs coccijs deijcito. Et dolore affectorum dentium radices, ſubſcripto medicamine circumlinito. Quod accipit, pyrethrum, ſinapi, thapſiam Indicam, nitrum, piper & zingiber, quibus in puluerem detritis, dentium radices infricabis. Lanam quoq́ tenellam melle imbutam, ac illo puluere inuolutam, dentium finibus circa gingiuas apponito, prius tamẽ ore, aceto, in quo pyrethrum, menthaſtrũ, & origanum ebullierint, abluto. Extrinſecus autem panicum, ſiue milium in frixorio cum pauxillulo uini & aceti toſtum, ſacculoq́ inſutum, genis accommodato. Aut piperis puluere melle ſubacto, dentem eiuſq́ radicem infricato. At ſi hæc inualida fuerint, dentium finibus hanc theriacam ſuperponito: Caſtorei, laſerpitij, hoc eſt, ſucci Cyrenaici, piperis, zingiberis, ſtyracis, opij, ſingulorum pares portiones, hæc melle læuigata, denti inducito. Aeger quoque ad tempus à cibo abſtinebit, & ſubinde laconicum primam balnei partem

Ex frigidi humoris affluxu.

Ob præſtantiã ab autore theriaca appellatur.

Digitized by Google

nei partem, ut ſudor copioſus erumpat, ingredietur. Et quo minus corpus pituitoſum maneat, ſubinde utiliter æger ſeſe exercebit. Si autem nec ſic dolor ſedatus ſit, ferro candenti dentium radices ſubinde contingito, uel penitus dolentem dentem extirpato. At eroſione tentato denti, medicamenta ſequentia, ut quæ uehementer exedant, imponito, aut in totum euellito.

Candentis ſtili uſus, multis probatur.

Medicamenta eradicantia & conſtringentia dentes. Cap. XLII.

MEdicamen quod exeſo denti immiſſum, ipſius remittit dolorem, ac ipſum † comminuit: Sumito † herbam lactariam fœminam (quam Græci τιθύμαλον μυρσίτην uocant) & piper, his commiſce cedri reſinam, dentiq́ʒ excauato imponito. Medicamen imbecillos ac dolentes dentes eradicans: Accipito radices mori, radices capparis, pyrethrum, lac tithymali, liquorem uolubilis maioris (qui Græcis κισσάμπελος dicitur) cucurbitæ ſylueſtris radicem, auripigmentum rubrum, his tritis, acetum quantum ut inter ſe cohæreant ſatis eſt, inſpargito. Et deinde aliud acetum unius hebdomadæ ſpacio (ut exacte conglutinentur pulueres) ſingulis diebus pari modo, ut prius, adijcito. Deinde dentes circunquaque ſcalpello raſos, prędicto medicamine in aceto detrito decies in die, donec facilè moueantur illinito, eaq́ʒ ratione extrahito. Aut pluſculis diebus dentem fece aceti acerrimi madefacito, ut mobilem poſtea extirpes. Vel fluuiales † ranas, oleo tantiſper dum marceſcant, incoquito, & exigente uſu, dentes prius tamen circũciſos, huiuſcemodi oleo ſubinde illinito, ac ſic dentes euellendos, iam laxatos, inſtrumento ad id parato, eradicato.

† Aliâs, cõſtringit.

† Nonnulli Kebekengi ranũculũ interpretantur.

Plurimi pyrethrũ 40. dieb. aceto maceratum, deinde tritũ denti exeſo imponunt.

† Potius adeps ranæ uiridis in arboribus degentis.

Ad ſtuporem dentium. Cap. XLIII.

HVic affectui portulaca & amygdala amara, uel quæ uiribus his reſpõdent, commanducata, auxilium pręſtant. Sal quoq́ʒ ſi eo perfricentur, aut cera commaſticetur, non parum iuuant.

† Ad dentium refrictionem. Cap. XLIIII.

OLeum excalefactum, linteoq́ʒ exceptum, admoueto, aut oui uitellum aſſum, aut calentem panem maſticandum porrigito, aut balſamo oleoue iridis dentes affricato.

† Aliâs, Ad dẽtes, frigidi contactu indoleſcentes.

De linguæ oriſq́ʒ ſuperficiarijs ulceribus. Cap. XLV.

¶

SI ulcera ſubrubra ac ſanguinolenta ſint, accipito roſarum ſeminis, amyli, cinerulæ, lentium excorticatarum, ſeminis portulacæ, coriandri exiccati, ſeminis ſenæ ex Mecha aduecti, ſingulorum pares portiones, camphoræ pauxillum, his in puluerem ſubactis, aphthas affricato. Præterea eadem quoque aceto cum roſaceo oleo, & roſacea aqua excepta, ore retinenda præbeto, ſanguinemq́ʒ cucurbitulis, ſcoptulis & faucibus à foris affixis, minuito. At ſi albicantes papulæ ſint, ſale & melle illinito, & ſyropum acetoſum uocatum, aut muriã, ad oris collutionem porrigito.

A ſanguine.

Ex pituitoſo ſucco.

De gingiuis

Digitized by Google

De gingiuis ſanguine humentibus. Cap. XLVI.

A mordaci & erodente humore. Vehemēs hoc, & cruſtā inducens eſt.

AD gingiuas ſanguine tenuiore perpetuo fluentes ſanandas, accipito auripigmenti rubri & citrini, calcis gallarum immaturarum, aluminis, ſingulorum pares portiones, his in puluerem ſubactis, & aceto peracri exceptis, informato paſtillos exiguos, & ubi uſus exigit, eorum obolum ſumito, eoq; adamuſſim detrito, gingiuas infricato, iam poſtquàm puluis ille gingiuis aliquandiu adhæſerit, osq; plātaginis aqua, aut lacte ablutū fuerit, roſaceum oleum ægro retinendū præbeto. Eſt enim id præſenti affectui, tum putredini, & herpeti exedenti, qui os infeſtare conſueuit, remedium præſentiſſimum.

De laxatione procidentiaue gurgulionis. Cap. XLVII.

Columella.

Scribonius cuius loco gallam cōtuſam habet, quæ in principio ut cōmodior.

CVm ęgro radici linguę, aut faucibus uidetur quippiam incumbere, & quando os adaperit, ſeu linguam exerit, eius gargareo laxatus elongatusq; propendere conſpicitur, ſumito compoſitionem ramech ab Arabibus uocatam, in quam gallæ immaturæ, & uuæ paſſæ ingrediuntur, deinde accipito ſalem ammoniacum, ac ea in tenuiſſimum puluerem ſimul redacta, inſtrumento ad hoc apto, ſuper columellam inſpirato, atq; huius inſtrumenti mucroni narrati pulueris momento appoſito, ad columellæ radicem ſenſim contingendam inſtrumentum dirigito, columellamq; eo pauxillum foras attrahito. Id autem inſtrumenti genus ab uua attollēda *σταφυλάγρον* dicitur. Aut ſi uoles ex malo punico acido, unà cum ſua carne contrito, gargarizationes parato.

Vua.

Cæterum ſi diutius ita producta propenderit, ipſiusq; pars ſuperior, qua, ſcilicet, palato adnectitur, tenuior extiterit, caput uerò quo linguam ſpectat uuæ inſtar, rotūdum atq; orbiculare increuerit, radicitus eam (candenti ferro ad id parato, ac per † capalem aliquem ori immiſſo) præſcindito. Caueto tamen, ne priuſquam ad eam figuram columella perueniat, eam amputes, ſiquidem talis ſectio interdum tantum concitat ſanguinis profluxum, ut nullis præſidijs ſiſti queat.

† Archigenes oui putamine utrinq; pertuſo utebatur.

De hirudinibus gutturi incidentibus, aut alijs reptilibus fortuito irreptantibus. Cap. XLVIII.

DVm quis in gutture pruritū titillationemq; experitur, & ſanguis tenuis & rubicūdus modicè inde reſudat, ſuſpicio eſt, hirudinem deuoratam eſſe, præcipuè ſi aquam, cui hirudines innatāt, hauſerit. Aegro itaque ore magnum hiare, & linguam exerere præcipito, & linguæ baſi preſſa, fauces ad ſolem inſpicito. Iam ſi ſanguiſugam propè adhæreſcere conſpexeris, ægrotantem ab ea ad hunc modum liberato: uulſella, qua tela extrahi conſueuerunt, ſanguiſugæ caput comprimito, ac poſtea ſanguiſugam euellito. Verum ſi conſpectum hirudo fugiat, æger ſubinde ſinapi cum aceto gargarizet, ſiquidem acribus incitata, à loco cui inhęret dimouebitur. Vel ex aceto & ſucco Cyrenaico, aut ex ſale, & aceto gargarizationes ad eandem utilitatem ægrotanti porriges. Præterea nigellam & ſinapi, trita, gutturi utiliter inſpirabis. Item ex cepæ ſucco gargarizationes præbebis. Cæterum ſi poſt euulſam hirudinem, ſanguis fluere perſeuerat, ex iure cui mali punici cortices, balauſtia & rhus coriarium incocta ſunt, gargarizationes parato. Gutturi quoque balauſtiorum pul-

uerem,

Digitized by Google

uerem, thus, cinnabarim & amyli inſufflato. At ſi ſtomacho hirudo adhæſerit, medicamina quibus uermes propelluntur, propinato. Ex horum quoq; genere, quæ hirudines diuertunt, prima balnei domus cenſetur, ſi illi æger tantiſper dum multa ſitis ipſum urgeat, immoretur, ac deinde aquã frigidiſſimam, niue, ſcilicet, infrigeratam, ore cõtineat, & quum aqua tepuerit, eam reijciat, aliamq; frigidam in ore recipiat. Hirudo ſiquidem aliquoties frigoris cupida, ad os prorepit.

De his quæ in os, ſeu œſophagum prolabuntur. Cap. XLIX.

SI quando, quod in guttur deuoluitur, illi aut, œſophago, tanquam infarcitum inhæreat, ſitq; id aut bolus aliquis grandior, aut quippiam illi non abſimile, nimirum quod nec aſperum, nec anguloſum ſit, aut partibus inter ſe diuiſis conſtet, iuuat identidem ægri ceruicem concutere, ac liberaliter aquã transglutire, ea nanq; ratione forſitan ad inferiora illapſum in œſophagum corpus, propelletur. Aeger preterea balneum potabilis aquæ ingreſſus, oleum, aut alia emollientia ac humectãtia bibat, ac deinceps magnos bolos deglutiat. Si uerò ne tum quidem in uẽtriculum procidit, inſtrumentum corporibus ex œſophago propellendis adaptatũ, ori immittẽt. Eſt aũt hoc inſtrumẽti genus ex plumbo factum, quodq; cum longũ ſit, retisq; inſtar confabricatũ, in omnẽ gibboſitatẽ facilè effingitur, ac ea induſtria œſophago inuolutum corpus, in uentriculũ protruditur.

Multi oblõga cerea candela oleo tepẽti intincta utũtur.

Ad oblæſum linguæ ſenſum, ac deficientem motum. Cap. L.

QVando lingua cæteris membris illæſis, torpida redditur, nulla tamen febris, aut alius acutus & ardens morbus, ægrum infeſtat, ſumito ſalem ammoniacũ, piper, zingiber, ſinapi album, pyrethrũ, herbę pedicularię ſemẽ, nitrum, origanũ, ſaccharum, nigellã, ſampſuchum aridum, ac ex his ſimul in aqua decoctis, gargarizationes parato, interim tamen proſpiciat ſibi æger, ne portionẽ aliquã huius liquoris deglutiat. Proſunt quoq; pluribus diebus ieiuno ægro, collutiões ex muria Nabathęę, aut aceto & pyrethro, præparatæ. Vbi uerò æger os colluere his ceſſauerit, accipito ſalis ammoniaci, pyrethri, piperis, ſinapis, ſingulorum æqualia pondera, & his in tenuiſſimum pollinem ſubactis, linguam diu huiuſcemodi puluere infricato. Quod ſi linguæ ſtupiditatem, auditus, reliquorumq; ſenſuum torpor concomitatur, laboranti præſidijs neruorum reſolutiõi dicatis, ſubuenies. Porrò ſi in acutis febribus ſermo difficilis fuerit, uiderisq; cum ſermonis difficultate, extenuatam & breuiorem, cõuulſamq; eſſe linguam, aqua calida in qua herbę emollientes humectantesq; ebullierint, ſuper colli uertebras, et aurium principia, ubi, ſcilicet, mandibularum articulatio eſt, opportunè ſuperfundetur. Præterea partes illę humectante oleo, cuius generis uiolaceũ & amygdalarum dulcium cenſentur, infricandæ ſunt, & ægrotanti oleum modicè inferuefactum, ore retinendum. Et ſi multum temporis lapſum fuerit, ex quo ſermo aboleri uiſus fuerit, aut ſi à primo ortu primæue conformatione id euenerit, operæpreciũ eſt indagare, an ligula faucibus linguam colligans, præter naturam excreuerit. Quod ſi inueneris, parum eam preſcindito, ac uulneri chalcitidis puluerem ad cruſtam inducendam inſpargito.

Ex pituitæ affluxu.

Rhazes hic ut ſæpius aliàs, corporis euacuationẽ factã ſubintelligit.

Ex cerebri conſortio.

A nimia ſiccitate.

Hi Græcis ἀγκυλόγλωσσοι dicuntur. Apud Aëtium Ser. 8. cap. 35. eſt adminiſtratio.

Ad linguam

Digitized by Google

Ad linguam in nimiam molem intumeſcentem. Cap. LI.

† Veteribus incognitum. Manardus eius loco rumicis ſucco utitur.

CVm lingua in tantam molem increuerit, ut ore retineri nequeat, fricanda eſt cepis, aut citrorum acido ſucco, aut † ribes, aut malo punico acido, donec multa ſaliua deſluxerit. Ea nanq; ratione decreſcet, priſtinæq; formæ reſtituetur. Si uerò id tamen non ſuffecerit, aceto & ſale diligenter linguam infricato, & ſi hoc quoq; inualidum extiterit, primum ſanguinem ex duabus humeralibus, deinde ex uenis ſub lingua latitantibus, detrahito.

De tumore ſub lingua enato, qui ranula dicitur. Cap. LII.

Græcè Βάτραχος.

TVmore huiuſcemodi maligno ſub lingua accidente, inter initia lingua ſale ammoniaco, & gallis confricanda eſt. Verum eo tumore in uetuſtatem protracto, medicamine cruentis gingiuis dicato, lingua infricabitur, hoc autẽ acre, & cruſtam ulceribus inducens medicamen eſt. Deinde poſt eius uſum, ægrotantem, acetum cum ſale contemperatum ore retinere, utile erit.

Ad puſtulas ac tumores linguæ. Cap. LIII.

HIs eiſdem remedijs, quibus aphthis ſupra cõprehenſis, & anginæ medemur, ſuccurritur.

De angina. Cap. LIIII.

Ex ſanguinis copia.

AFfectum Latinis anginam, Græcis συνάγχην, appellatum, teſtatur inter deglutiendum ac reſpirandum, percepta difficultas moleſtiaq;. Qui morbus modo grauior, modo leuior, pro transglutiendi reſpirandiq; difficultatis magnitudine pronunciatur. Quocirca quando transglutiendi noxæ adſunt faciei, et oculorum rubor, corporisq; repletio, in ipſius curationis initio humeralis incidenda eſt, & gargarizatio ex malo punico acido cum ſua carne, præpararanda. Vel ex ſucco malorum ſylueſtrium, igne, uel ſole incraſſato, aut rubi fructus ſucco ſimiliter gargarizationem. Et deinde ex roſacea aqua, cui rhus coriarium immaceratum ſit, collutionem porrigito. Poſtquàm hæc triduo diligenter ſint facta, & aluus ſucco fructuum ueluti prunorum, thamarindorum, caſſia fiſtula, manna, (quã ueteres mel aërium appellarunt) fuerit ſoluta, gargarizationes ex decocto ficuum caricarum, & uuarum paſſarum, uel è medulla caſſiæ fiſtulæ cum hydromelite porrigito. Si autem malum longius prorogatur, gargarizationibus & inſpiratione acrium medicaminum, quæ infrà ſubijciam, utemur. At

A pituitoſo ſucco.

ſi nullo in facie rubore æger ſuffuſus fuerit, & copioſa pituita ab ore profluxerit, ad hæc ſi ægrotans frigida humidaq; temperie ſit, ſtatim inter initia aluum catapotijs coccijs deijcito, & acriorem clyſterem Capite de apoplexia deſcriptum, infundito. Sed ſi malum inceperit, gargarizationes propinato ex ſyropo acido, qui aceto, ſaccharo, & aqua potabili preparatur, uel ex hydromelite & pipere, & oxymelite. Temporis uerò ſucceſſu ex muria Nabathææ, & deinde quoq; ex hydromelite & ſinapi collutiones adminiſtrato.

Summè perniculoſæ anginæ curatio.

Ex eorum genere, quæ malignis anginis, poſt aliorum & retrahentium, & euacuantium uſum, auxilium præſtant, ſunt & ſanguinis ex uenis ſub lingua latitantibus imminutio, & cucurbitulæ, † ſine cutis inciſione collo affixæ. Sunt præterea collo applicãda epithemata humida ex melle, quod Ana

† Alibi, cum.

cardinum

Digitized by Google

cardinum ſuprà appellauimus, idq; tantiſper, dum ueſiculæ excitentur. Sic quoq; ad eũdem uſum, ex ſinapi gargarizatio utiliter exhibetur. Faucibus autem ſubſequentem puluerem inſpirato. Qui accipit ſinapis, ſalis ammoniaci, pyrethri, nitri, ſucci Cyrenaici, piperis, menthaſtri, partes aliquot, hęc in puluerem detrita, faucibus inſufflato, aut cum hydromelite gargarizationis loco porrigito. *Hæc omnia initio initiare oportet.*

De tuſſi. *Cap.* LV.

CVm tuſſis aſpera & arida cum rubore æſtuq; moleſta eſt, laboranti aqua cui uiolæ immaceratæ ſunt, cuiq; ſaccharum in condimentum adiectum ſit, & ptiſana propinabuntur, fabas quoq; excorticatas, & ſpinachiam uocatam herbam, cum oleo amygdalarũ dulcium, inter cibos aſſumet. Aquę autem, quæ potui porrigetur, uiolaceus ſyropus cõmiſcendus eſt. In ore uerò ſub lingua æger retinebit globulos, qui quum ad pellendam tuſſim faciunt, à Græcis βηχικὰ appellantur. Quorum compoſitio hęc eſt: Succi dulcis radicis, ſacchari albi, utriuſque drachmę decem, amyli, tragacanthæ, amygdalarum dulcium cortice liberatarum, ſingulorum drachmæ quinq;, hęc nucleorum cotoneorum cremore excepta, in globulos redigito. Ad induſtrium eſſe oportet eum, qui medicamentum linguæ ſubijcit, ut paulatim eo liqueſcente, larynx id quod in eam defluit excipiat, quod tuſſi reſiſtens optimè curabit. Porrò ſi tuſſi præſens glutinoſi ſputi copia expuitioni contumax, noxam inferat, quæ tamen febri & uehementi alui ſolutione uacat, ſubſequentes paſtilli infirmo porrigendi erunt. Qui conſtant, ſeminis fœniculi, ſeminis apij, ſucci dulcis radicis, adianti, amygdalarum amararum, ſingulorum æquis portionibus, hęc ſimul lini ſeminis ſucco excepta, in paſtillos digeruntur, quorum denarij tres offeruntur. Decoctum uerò, quo in propoſito affectu utimur, quoque iam comprehenſos paſtillos ægrotanti eos exhibituri, læuigamus, Capite quo diſtillationis ſubſidia ſcribuntur, præceptum eſt, illi tamen drachmę quinque adianti, & hyſſopi momentum opportunè in præſenti affectu, adijciuntur. Si uerò eò uetuſtatis & maliciei tuſſis deuenerit, ut laborantem uigilijs excruciet, globuli ex ſtyrace illi porrigendi ſunt. Qui recipiunt, myrrhę, ſtyracis, opij, ſingulorum pares portiones, finguntur ex his globuli lupinorum inſtar, & horum unus, aut alter ore ſub lingua retinendus, (ut eliqueſcens deuorari queat) offertur. Aut quum ab huiuſcemodi globulis abſtinetur, dormituro ægro ſyropi papaueris uncia, uel albi papaueris ſemen cum ſaccharo, ad manducandum præbetur. Is autem qui hoc malo corripitur, ab omni acidorum, ſalſorum, auſterorum, acriumq; eſu, coarcendus eſt. Suffumigatio ad ueterem tuſſim, fœtidaq; ſputa efficax. Sumito ariſtolochiæ, myrrhæ, ſtyracis, galbani, ſingulorum pares modos, auripigmenti rubri quantum omnia pendent, hęc in puluerem ſubacta, butyro uaccino ſubigito, ac ex eis probè mazas pilę inſtar, confingito, & quum uſus exegerit, ieiuno ægro harum unam carbonibus ſuperpoſitam, per infundibulum ſuffito.

A calid. & ſic.

Aliqui per mutaba uiolas ſaccharo conditas intelligunt.

A pituitæ copia.

7. Secundũ locos, habes generoſum diaco dyon.

Mirificè exiccat.

Digitized by Google

De difficultate ſpirandi, quam Græci ἄσθμα appellant. Cap. LVI.

Aglutinoſa pituita pulmõis meatibus impacta.

DVm quis crebra tuſſi correptus frequẽter reſpirat, quemadmodũ ſolent citatiore curſu, aut uehementi exercitio fatigati, & quãdo ſupinus decumbit grauius, dum uerò recta ceruice ſedet minus afficitur, ſubſcriptum decoctũ illi propinandũ eſt. Accipit autem ſiccorum caricarum drach. decem, palmularum pinguiũ ac recentium, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, adianti, dulcis radicis, hyſſopi, marrubij, ſingulorum drach. quinq;, incoquuntur ſimul tribus lib. aquæ dulcis ad duarum librarum euaporationẽ, deinde percolantur. Huius decocti iuris ſuſpirioſus triduo uncias quinq; bibet, adiectis interim ſubſcriptæ confectionis drach. tribus, quæ ad hunc modum ſe habet: Dulcis radicis ſucci, hyſſopi, adianti, ſingulorum drach. decem, cardamomi, piperis, amygdalarum amararũ, ariſtolochiæ rotundæ, ſeminis urticæ, ſingulorum drach. quinq;, mellis deſpumati quod ſatis eſt. Confectio hæc eijciendis è thorace recrementis quàm aptiſſima eſt, quocirca ſeptimana una continuo utiliter æger ea utetur. Deinde poſt ſinapis & mellis èſum, uomitus irritandus eſt, aluusq; catapotijs his ducenda. Accipiunt autem, agarici quantum pendent hordei grana octodecim, cucurbitæ ſylueſt. carnis grana ſex, ſucci cucumeris aſinini quantum pendẽt hordei grana quatuor, dulcis rad. ſucci ſeſquidrach. finguntur ex his catapotia, quæ uni propinationi ſufficiũt. Poſt hęc decoctũ unà cum cõfectionis uſu repetendum eſt. Poſtremo uomitum quoq; & uentris deiectionem reiterare conuenit. Et hęc uniuerſa quoad ſanitati æger reſtituatur, ſunt tentanda, interim uerò, à craſſorum & acidorum, & auſterorum eſu, ægrotus diligenter arcendus eſt.

De laterali dolore, qui πλευρῖτις Græcis dicitur. Cap. LVII.

Pulſus his adeſt durus & ſerratilis cum ſpirandi difficultate.

Hippoc. Galē. ac alij Græci ferè omnes, affluentem ſanguinem in contrarium reuellentes, atq; iam in partem affluxum à loco uicino unà deriuantes, è directo lateris affecti uenã etiam in corpore plethorico, ac inter initia, opportunè ſecant, aliter quàm Arab. & eorum ſequaces, quos αἱμοφόβους, merito quis ob id appellauerit.

CVm quis in mẽbrana coſtas ſuccingente, dolore punctili laborat, præcipuè ſi tuſſis ſicca & febris illum concomitentur, cõpetit, ſi dolor, qui à ſumma humerorũ compage ad extremas coſtarũ cartilagines eſt, uſq; ad clauiculã peruenit, ſanguinẽ ex axillari eius partis, quã dolor infeſtat, minuere, niſi forte uniuerſum corpus ſanguine plenũ plethoricumq; fuerit. Tunc enim ex latere oppoſito ſanguinis detractio, celebrabitur. Porrò ſi morbus ad dies aliquot ægrum adflixerit, fluxusq; conſtiterit, ſanguis miſſus ex cubito affecti lateris, remedio eſt. Si autẽ ad inferiora coſtarũ interualla circa hypochondria dolor deſcenderit, aluus decocto, Cap. de diſtillatione cõprehenſo, ducẽda erit. Cæterum ueriti turbationem quã purgatio accerſere ſolet, præſtabit uenã incidere, deinde hordei decoctum cui ſaccharũ admixtum ſit, in potu propinare. Quod ſi tuſſis admodum arida ſit, mane ſingulis diebus iuleb uiolatũ porriges. Deinceps uerò hordei decoctũ, ægrotanti non inutiliter præbebis. Et ſi ægri uires deiectæ fuerint, pane modicè fermentato, ac quàminimè ſalſo, frigidaq; abluto, ſimul cum ſaccharo, eum cibabis. Robuſtis autẽ uiribus, hordei ius uſq; ad diem quartũ ſufficiet. Vbi uerò iam ſputa deijcere ægrotans cœperit, decocto

ad diſtil-

Officinæ quaſdam mazas ex farina, amygdalis, ſaccharo, & roſarum aqua, ad delitias parant.

Digitized by Google

ad diſtillationes curandas ſuperius deſcripto, perpetuo ante hordei decocti potũ, donec reſtituatur æger, uteris. Porro ſi febris, uehementiaq́ꝫ morbi perſeuerauerint, atq́ꝫ ægre ſputa educere ægrotus ualuerit, decoctum Capite de reſpirandi difficultate cõprehenſum, præbebis. Quod etiam dum æger ſaniem expuet, utiliter adminiſtrabis. Cæterũ ſi inter morbi initia ſputa ualde nigra flaua'ue apparuerint, & ita continuata fuerint, & neq́ꝫ febris, neque calor ante ſeptimũ diem ſe remiſerint, haud quaquã affectus timore uacat. Præterea ſi præter hęc, eadem ſpirandi difficultas permaneat, & ſimul audiatur in thoracis cauitate murmur aliq̃d, ſimiliter ſi genę ac oculi multo rubore ſuffundunt, ac dolent, affectus in maturã mortem pręcipitat. Quod ſi lateris parte exteriori, rubor aliquis ſuffuſus, tumor'ue cõſpiciatur, & locus affectus tactu indoleſcat, ad cucurbitularũ uſum (ante ſumma cute leniter inciſa) ꝓperandũ eſt. Aut emplaſtrũ ex ſinapi & ficub. recte, donec modice locum exulceret, imponetur. ¶ Prius tamen opportuna uenæ ſectione, aut purgatione, quę huic malo idonea eſſe poſſet, & humoris affluxi leni reſolutione, tentatis. ¶ Sane ex imperitorũ Medicorum hallucinatiõe, multa huic malo accidunt augmenta, ueluti quum in mẽbrana coſtas ambiente, craſſos flatus infartos cõiecturantes, confectionẽ diamoſchum appellatã, aut huic in diſcutiendo & incidendo uiribus parem, intẽpeſtiue porrigunt, ſiquidẽ ea ratione medicandi, ægrum plane iugulant. Affectus porro, qui in ſpurias coſtas integentẽ mẽbrana, ex inflãmatione oboritur, Arabibus Perſica dictione birſen (quaſi thoracis noxa) dictus eſt.

Nothæ pleuritidis curatio.

De pulmonum inflammatione, quæ περιπνευμονία Græcis dicitur. Cap. LVIII.

QVando hominem febris ardens corripit, tantaq́ꝫ inter ſpirandum difficultas oboritur, ut ſe ſtrangulari exiſtimet, & quum tanto rubore malę ſuffuſę ſunt, ut tinctę uideri poſſint, ac dum tuſſis & thoracis parte anteriori diſtẽſio, & thoracis grauitas (tamẽ abſq́ꝫ dolore punctili) premunt, quodq́ꝫ per ſputa deijcitur ſpumoſum eſt, is æger, ſi omnia concomitentur, ualentem ac acutam pulmonis inflammationem ſuffert. Quod ſi quoq́ꝫ pelliculæ ipſius, quæ cum thorace ſecundum ipſius longitudinem ſunt connexæ, inflammentur, etiam dolorem punctilem æger percipit. In curationis itaq́ꝫ initio è uena axillari ¶ dextra ¶ ſanguinis detractio prodeſt. ¶ Nam ſola ratione plethoriæ, aut affluxuri humoris, uena pertuſa, in hoc affectu iuuat. Nihil enim à pulmonibus cordisq́ꝫ dextro uentriculo uenæ ſectione educi poſſe, membranarum dextri uentriculi cordis, anatomica adminiſtratio apparenter demonſtrat.

Aetius in utroque cubito per interualla ſecat.

¶ Deinde poſt uenæ ſectionem, reliqua curatio iiſdem, quibus pleuritidi medemur, tentanda eſt.

De cruentis ac purulentis expuitionibus. Cap. LIX.

SAnguis ſi ſcreatu, aut pauco ſtrepitu, qui abſque tuſſi eſt, educitur, nullus erit inde ægro metus, ſiquidem aſtringentibus & humorum impetum reprimentibus gargarizationibus, in Capite ad anginam præceptis, & ratione uictus tenuiori, ſanari poterit. Vomitu quoque ſi erumpat ſanguis, nec inde ingens ægro formido incuti debet. Venæ ſectione nanq́ꝫ, & aſtringentium uſu, quale omphacinum eſt, & rhus obſo-

Ex faucibus.

Ex uentriculo.

Diuerſis innixi ſcopis uarias uenas in hoc affectu incidimus.

niorum, atq; his perſimilibus, perſanari hoc uitij genus poterit: Sumito itaque lapidis Armenij, gummi Arabici, balauſtiorũ, cinnabaris, thuris, omnium æqualia pondera, & horum drachmas tres ſimplici diſcocto cydoniorũ ſucco ſubactas, propinato. A quibuſdam uerò ſanguis, per circuitus quoſdam, expui conſueuit, unde non modo nulla noxa illis imminet, uerum etiam id ualetudini multum prodeſt. Proinde is minimè ſupprimendus putat.

Ex pectore, à uena rupta, erosa, aut apta.

Sin autem cum tuſſi ſanguis prorumpit, non immerito formido nos occupat, nihilominus tamen ægri curationem, uenæ axillaris ſectione incipies, partita interim ſanguinis miſſione. Deinde ſubſcriptos paſtillos potui porriges. Qui conſtant, thuris, cinnabaris, utriuſq; drachmis tribus & ſcrupulo uno, ſuccini drachmis quinq;, lapidis hæmatitis, † terræ ſigillatæ, utriuſq; drach. decem, aluminis drach. duabus cum ſemiſſe, balauſtiorum drach. tribus, opij drachmis duabus, rheobarbari Seni tantundem, ex his portulacæ ſucco aſperſis, informantur decem paſtilli, quorum quotidie unum ſucco ocimi maioris, aut portulacæ læuigatum, propinabis. Atſi uehemẽtior morbus extiterit, ſanguinisq; eruptio incrudeſcit, alterum paſtillum, ægro ſomnum inituro, porriges. Crura quoq; circa inguina, & brachia ad ſcoptulas, aut potius in tenuioribus partib. (utpote magis neruoſis et dolorificis) uinculis intercipito, ac unà ſummas extremaſq; partes ad reuellendum ſanguinem, fortiter infricato. Pectus quoq;, præcipuè ſi dolore quopiam irritetur, epithematibus ex paulo antè comprehenſis paſtillis, aceto & aqua ſubactis, præparatis, crebro illinendum eſt. Aegri quidem cibis, rhus obſoniorum & omphacinum, eiſq; perſimilia admiſceto. Item † terram ſigillatam, interpoſitis interuallis ſubinde cõmanducandam prębeto. Inter decubitus autem, ſupinus, ac propemodum (abſq; dolore tamen) erectus, maximè neceſſarius, ac perquàm utilis eſt.

† Caret noſtræ officinæ uera.

His præcipuè ne tuſſiãt, proſpici debet.

† Nos lapide Armenio portulacæ ſuc. macerato, utemur.

De tabe, quæ φθίσις Græcis dicitur. Cap. LX

Propriè pulmonũ eſt exulceratio.

Galen. humanũ lac præſtantiſſimum eſſe aſſerit.

SI quis partium colliquationẽ à tuſſi, quæ ex diuturno morbo ſit, aut poſt crebra cruenta ſputa, aut multas puris reiectiões patitur, illi lac aſininum utiliter potandũ porriges, at ſi eius lactis facultas non detur, caprinum, cui ſacchari momẽtum commixtum ſit, offerto. Quod etiam poſteaquã aliquid panis illi adieceris, ægro eſui dabis. Quinetiam ſi huiuſcemodi generis lacte capitur, illud quoq; aquæ loco, quoties ſitit, propinabis. Interdum tamen, tenue ac temperatum uinum potandum exhibebis. Cibum uerò ex auium & hœdorum carnibus adminiſtrabis. Aegrotus præterea ieiunus & à cibo, balneo haud quaquam calido, ſed tepente utatur, ſolioq; dulcis aquæ diutius immoretur. Et inter cætera, ne aluus fluat turbeturue, diligenter præcauere æger debet. Siquidem ſoluta fuerit, huius pulueris potu conſtingetur: Accipit autem, gummi Arab. † ſpodij, lapidis Armenij, ſem. myrti, ſingulorum parteş æquales, ſubiguntur omnia in puluerem, & eius uno die drach. tres cum ſyropo albi papaueris, & myrti ſucco diſcocto exhibentur. Hic puluis ad hũc modum in potu adminiſtratus, eos qui tuſſi & cita aluo laborant, ſtrenuè iuuat. Verum huic interdum, ut maiorem aſtringendi uim obtineat, utiliter adijciuntur † xylocaractæ ex Syria, & bdellium ex Mecha aduectum. Porrò ſi è lactis uſu in febrim æger rapiatur,

† Subſequẽtib. capitib. noſtrates officinæ ebur cõbuſtum accipiunt.

† Sũt quorundã aſtringentium lignorũ ſtamina.

rapiatur, ptiſana pota ſubſtracto lacte benè facit. Verum febre cõquieſcente, ad lactis uſum rurſus properandum eſt. Si autem denuo febris moleſtauerit, lac fugiendum eſt, & ptiſana quouſq; febris abigatur offerenda, qua iterum propulſa, lactis uſus repetitus prodeſt. Hæc quandiu neceſſitas urget, quadam uiciſſitudine ſunt facienda. Interea uerò ſummo ſtudio, ne aluus lubrica fluat, proſpiciendum.

De cordis palpitatione. *Cap.* LXI.

A calida occaſione.

SI febris pulſusq; uelox cordis tremorem concomitantur, ægro axillari dextra ſecta, ſanguinem detrahito, & potui paſtillos ex cãphora, ſucco malorum acidorum leuigatos, in potu præbeto. Hi accipiunt ſpodij, ſeminis cucumeris citrinati, intybi, lactucæ, portulacæ, roſarum, ſantali albi, omnium æquas portiones, & horum ſingulis drachmis, adijcito camphoræ pondus trium granorum hordei, ac his omnibus malorum ſylueſtrium acidorũ ſucco detritis, informato paſtillos, & eorum quotidie duabus ſeptimanis continuis, drachmam unam malorum ſylueſtrium acidorum ſucco detritam, in potu porrigito. Porrò ſi hæc præſidia morbo ceſſerint, lac ex quo butyrum preſſum eſt, ne forte continuus paſtillorum uſus noceat, potui præbeto. Alimenta uerò erunt, pulli ex aceto, & uuæ immaturæ ſucco, aut alio quopiam acido condimento elixi. Syropus quoq; acetoſus appellatus, qui ex ſaccharo apparatus ſit, potui utiliter datur.

Videtur Rhazes cũ Græcis in his uitijs parum tribuiſſe croco.

A frig. cauſa.

At ſi cordis palpitatio febri uacat, ex moſcho cõpoſitos paſtillos in potu offeres. Qui recipiunt, maſtiches, ſpicæ, ligni aloës, cinnamomi, caryophylorum, galliæ moſchatæ, nucis myriſticæ, † cubebe, cardamomi maioris & minoris, corticis citri, ſingulorum ſeſquidrachmam, moſchi obolum, his uino odoro aſperſis, informato paſtillos, qui ſyncopi ac cordis palpitationi ſtrenuè auxiliantur. Electuarium ex moſcho ſumptuoſum, defectui animi, triſtitiæ, cordis palpitationi & faſtidio utiliſſimum: Maſtiches, cinnamomi, ſeminis ocimi maioris, ſeminis ocimi citrinati, ſeminis meliſſæ, ſeminis ſiſymbrij, ſeminis ſampſuchi, piperis longi, ſingulorum par pondus, ex his omnibus in puluerem redactis, drachmæ decem ſumuntur, margaritarum cõminutarum, corallij rubri, † cubebe, bombycis crudę, hoc eſt, nondum in filum contortæ intextæq;, ſuccini, been albi & rubri, folij, Græcis μαλάβατρον dicti, ſingulorum quoq; drachmæ decem, moſchi Tubabetici ſyncerioris ſedrachma, omnia hæc, melle maceratarum myrobalanorum chebularum excipito. Hoc ſanè electuarium uentriculi frigiditati, ac concoctricis imbecillitati, mirum in modum prodeſt.

† Non cõſtant inter ſe Arabes, nos ſub eo nomine ſemina acria habemus.

† Noſtrarũ officinarũ ſemen propoſito non eſt inutile.

De cholera, morbo. *Cap.* LXII.

A bilioſi humoris copia.

QVando dolor punctilis atq; erodens, tormina, & nauſea aliquem inuadunt, & ſi his adſint, aut ſubſequantur uomitus, † uel uentris per inferiora turbatio, aqua modicè inferuefacta copioſiſſima crebro propinari debet, deinde uomere oportet, digito, aut pinna ori indita. Item alui ductione adiuuandus eſt ſtomachus. Sin autem uomitus, & alui fluor non cõquieuerint, ad tepentem aquam rurſus confugiendum eſt, bilioſo enim humore circumcirca adhærente, unà cum aqua reiecto, ſtomachus elotus, ac leuior redditus, oblatum ſibi cibum retinet.

Digitized by Google

Humores ad ſuperficiē retrahit, ac exiccatū uacuatiōe corpus humectat.

net. Quocirca ubi morbus remitti cœperit, æger in balneum potabilis aquę deducatur, cui unius horæ ſpacio, aut pro uiriū robore, immoretur. Egreſſus autem balneo, & cibis concoctu facilibus, ac boni ſucci, ut pullorū carnium expreſſo, & uino ſubaſtringente enutritus, ac præcordijs oleo ad id idoneo perunctis, ſomnum ſibi conciliare debet. Et licet immodica uentriculi perturbatio, ſuprà infràq́; ac reliqua grauia ſymptomata ſuperueniant, non ideò animus abijciendus erit, quin potius medicinis ſubſequētibus malo auxilium ferendum eſt. Initio itaq; paſtilli ex thure, aqua, aut niue, & malorum punicorum diſcocto ſucco leuigati, ſemel propinandi ſunt. Qui, ſi uomitus ingruerit, ſecundo quoq; porrigentur. Ad hęc extremas quoq; brachiorū & fœmorū partes circa inguina, uincire oportet. Præterea aquā niue infrigidatā, cruribus & pedibus ab alto inſtillare, ac etiam in gelidam aquam eas extremas partes immittere, illicq́; immorari, ſtrenuè auxiliatur. Venter porrò epithematis, quæ ſantalis, roſis, camphora, gallia moſchata, ſimul roſarum aqua aſperſis, conſiciuntur, irrorandus eſt. Confert item linteum, aqua roſacea niue refrigerata immerſum, ſi uentri opportunè, poſt epithematum illinitionem apponatur. Quod poſteaq; tepuerit, ne concalefactum noceat, abijcietur, & aliud in eius locum ſuperaccōmodabitur. Aut cataplaſma ex palmulis, cum uitis agreſtis floribus, & acacia, item hypociſthidis & mali punici ſucco, eſt inducendum. Porrò paulatim uinum uetus decocto malorum punicorum ſucco temperatum, propinabitur. Et quotienſcunque æger id euomuerit, toties aliud poſt modicum interuallum offeremus. Cibum autem panis malorum punicorum ſucco maceratus, unà cum uino ſubaſtringente erit, quem ſi uomitu eructet, rurſus quouſque uomitus ſedetur, alium porrigemus. Si uerò animi deliquio ob ingentem euacuationem, diſſolutis, ſcilicet, ſpiritibus, æger corripiatur, moſchum hordei grani inſtar, uino † leuigatum, dare prodeſt. Proinde ſi os clauſum teneat, ui aperiendum eſt, & uinum id infundendum. Sic quoque hœdorum & pullorum carnium expreſſum, & mali cydonij ſuccus, uino commixta, utiliter porriguntur. Præter hæc, ante ægri nares aſſos pullos diſcerpere iuuat, ſi modo carnium uaporem non abhorreat. Thus quoque, ad uentriculi retentricem facultatem corroborandā, ore commādūcandum, ut paulatim æger id tranſglutiat, dandum eſt. Poſtremo † bolus Coraceſius camphora conditus, & in puluerem adamuſſim tritus, atque cum aſtringente uino porrectus iuuat. At omnibus, quæ huic malo commoda præcepimus, præſidijs, donec uomitus ceſſet, uentriculusq́; alimentum ſentiat, erit inſiſtendum. Poſtquam uerò uentriculus cibum amplecti cœperit, cibandus æger eſt, & modicum uini ueteris ac odori, potui porrigendum, ſomnusq́; ad reſtituendas uires conciliandus. Paſtilli ex thure, uomitui facri: Boli † Coraceſij, thuris, amborum drachmas decem † cubebe, cardamomi, utriuſque drachmæ duæ cum ſemiſſe, camphoræ, galliæ moſchatę, caryophylorum, ſingulorum obolus, his rumicis ſucco detritis, informato paſtillos pondere ſeſquidrachmæ, ad uomitum mirè efficaces. Decoctione quidem mali punici ſuccum incraſſatum, ad hunc modum apparabis: Sumito malorū punicorum acidorū ſuccum, ac per noctem, pauloúe amplius, quod craſſum eſt, in

Relicto morbo ſymptomatum curatio.

Paulus hæc calida fieri præcepit.

† Alibi adijcitur, uel rob granatorum.

† Plin. ut opinor, Taurilygdinum lapidē uocat.

† Nos noſtro Armenio, et acri ſemine utemur.

Digitized by Google

eſt, in fundum reſidere ſinito, deinde quod purius eſt, tantiſper dum mulſi ſpiſſitudinem accipiat, decoquito, & diligenter ſpumam detrahito, ac dein ſucco ab igni remoto (tamen adhuc calenti) † menthę uiridis coliculos illi inijcito, eosq́ cum ſuccus iam refrigeratus eſt, extrahito. Ad huius formam cydoniorum malorum, & malorum ſylueſtrium acidorum ſyropos, ad retentricis facultatis robur augendum efficaces, fieri decet. Si autem uomitus aliquoties plurimum inualuerit, proruperitq́, cucurbita magna cum multa flamma, ori uentriculi affixa, ac ui abſtracta, eaq́ ſecundo ac tertio agglutinata, plurimum ægro auxiliatur.

† *Aliâs, myrti.*

De uentriculi imbecillitate. Cap. LXIII.

VEntriculi imbecillitas ſi cum modica ſiti, & longa cibi in uentriculo mora, ructibusq́ acidis, ægrum affligit, & ſymptomata hęc pauca, neq́ admodum uetera ſint, uentriculus paſtillis ex roſis confectis, ſanitati reſtituetur. Quorum æger ſingulis diebus mane denarios duos, & totidē obolos, cum uncia ſeminū incidētium decocto diſſolutos, deuorabit. Seminū autem decoctum in hunc modū pręparať: Cumini Nabathęę & ammeos utriusq́ drachmę duę, in mina aquę tantiſper dum ea rubeſcit incoquuntur, de qua deinde cum paſtillis ex roſis ægro menſura ſuprà comprehenſa propinatur. Paſtilli uerò ex roſis, accipiunt pulueris roſarum rubrarum drachmas tres, ligni aloës, ſpicę, maſtiches, caſſię lignęę, iunci odorati, floris cinnamomi, abſinthij, ſingulorum drachmam unam, hęc uino ueteri conſperſa, in paſtillos rediguntur. Verum interim æger alendus eſt cibis quàmminimum humectantibus, & concoctu facilibus, paruumq́ excrementitijs, ex quorum genere pulmenta aromatibus & odoratis, incidentibusq́ ſeminibus præparata, & alij qui ſimul & calefaciunt, & incidunt cibi, ſunt. Aegrotanti pręterea ante cibum multa exercitatio, minorq́ ſolito aquę frigidę uſus, & poſtquam cibus in uentriculi fundum deſcenderit, profundus ſomnus, illito prius uentre oleo nardino, magnoperè iuuant. Vino autem ueteri & mero parce, ne cibus in uentriculo fluctuet, utetur, atque omnino uictus rationem extenuabit. Quod ſi hęc ſymptomata inueterauerint incruduerintq́, electuarij ex cumino, & electuarij ex thure, utriuſque ſeſquidrachma, cum uncia uini ueteris ac meri diluta, rectè exhibebitur, & uictus ratio eadem cum paulo antè pręſcripta inſtituetur. Electuarium ex cumino: Cumini Carmaniani drachmę centum, zingiberis drachmę uiginti, † piperis drachmę decem, foliorum rutę, nitri naturalis & integrioris utriuſque drachmę decem, omnia deſpumato melle excipito, & huius antidoti, ſi aluus non reſpondeat, portionem aliquam porrigito. Sin autem cita ſit, electuarium ex thure præbeto, cuius compoſitio infrà Capite de uentris profluuio deſcribitur. ¶ Sed ſi aluus neq́ nimis ſtricta, neq́ plus iuſto ſoluta fuerit, utrunq́ electuarium, ut iam diximus, offeref. ¶ Porrò ſi hęc inefficacia ſint, ferri recrementū uino lęuigatū, aut potius quę ex eo eſt, cōpoſitionem dato. Præparabis quidē ſtercoris ferri cōpoſitionem, ad hunc modū: Seminis apij, ſeminis fœniculi, aniſi, cumini, ammeos, † aniuden, origani, liguſtici, cari, ſeminis coriandri, piperis nig. piperis longi, cinnamomi, thuris, ſpicæ, caryophylorū, nucis myriſticę, cyperi, zingibe-

Ob frigidā diſtemperiem.

A maiori cauſa.

† *Alibi, albi additur.*

† *Arbor eſt apud Auic. ſub nomine Aſſæ.*

zingiberis, ſingulorū ſeſquidrachma, ſtercoris ferri drachmæ quindecim, omnibus uini centuplū addito, & ad dimidias decoquito, percolatoq́. Eius percolati medicamenti, ægrotanti drachmas triginta ex uino adminiſtrato, ac unà uictus rationem tenuiorem inſtituito. Hæc tribus ſeptimanis cōmodè repetuntur, & rectè ab acidis & recentioribus fructibus, & frigidæ aquę potu, abſtinetur, uinumq́ moderatè utiliter propinatur. Cataplaſma ad uentriculum calefaciendum corroborandumq́ multum efficax: Sumito ſtyracem, ſpicam, iunci rotundi florem, abſinthium, calamum aromaticum, maſtichen, & ea uino ueteri & cydoniorū ſucco aſperſa, in cataplaſma uentriculo ſuperinducendū, dirigito. Ad hęc optimè facit uentriculo, ex oleo nardino & cyprino frictio, illinitioq́. Quinetiam & lana ſuccida prædicto oleo tepente imbuta, linteoq́ uētriculo ſuperligata, multum iuuat. Potui autem ægrotanti uinum uetus calidumq́, aut hydromel propinabitur. Mane uerò ægrotante ieiuno, aut ſaltem tribus horis ante cibum, diacydonium (Arabibus miua appellatum) mediocris myſtri modo dandum eſt. Apparatur autem ex malis cotoneis pharmacum hoc modo: Ex malis cotoneis maiora iucundioraq́ & minus acerba, quę, uidelicet, ſtruthia appellātur eligito, expreſſumq́ eorum ſuccum, diem & noctem totam, quo reſideat, relinque, deinde eo percolato, ex puriore ſucco partes duas ſumito, ſacchari partem unam, uini ueteris unam, & lente ſupra prunas, donec mellis ſpiſſitudinem recipiant, decoquito, (hac enim craſſitudine, ſtomachica medicamenta præparari ſolent,) deinde ſpumam diligenter auferto. Poſtea ad ſingulas

Gal. & Alex. pulueres inijciunt.

totius libras accipies, zingiberis, ſpicę, cinnamomi, caryophylorum, ſingulorum drachmam unam, maſtiches drachmas duas, quæ omnia in puluerē tenuiſſimum detrita, lineoq́ panno illigata, adhuc feruēti decocto inijcies, & quum à prunis amotum refrixerit, linteum diligēter expreſſum eximes, ac medicamen ad hunc modum uſui futuro recondes.

A calida intemperie.

Quod ſi concoctionis offenſæ adſint, cibi faſtidium, nidoroſi acetoſiq́ ructus, & ſitis uehemens, uocatum cotoneorum malorū acetoſum ſyropum propinabis, quē ad hunc modum conficies: Succi cotoneorum acidorum pars una, ſacchari albi totidem, aceti albi ac perlucidi quarta pars, omnia ſimul tantiſper dum iuſtam ſpiſſitudinem obtineant, decoques. Sanè hic ſyropus uentriculum corroborat, & præterquam quod eius munia ad actionē excitat, uehementem quoq; eius inflammationem & æſtum mirificè reprimit. Aegro autem cibus, qui ſimul & acidus ac auſterus ſit, præparabitur, cuius generis eſt caro cum immaturarum uuarum & malorum ſylueſtriū acidorum expreſſo, & † ribes decocta, & columbæ quoq; uentrem mentha infartum habentes, cum momento ſalis & omphacino decoctæ, aliaq́ aciditate & auſteritate his correſpondentia, alimenta ſunto.

† Nos acetoſa uocata herba utimur.

Præterea puluis hic crebro ſumendus offertur: Qui accipit, roſarum rubrarū drachmas decem, ſpodij drach. tres, ſeminis coriandri drachmas quinq;, huius pulueris drach. duæ ſucco malorum punicorū acidorum, & ſyropo acetoſo cydoniorū inſparſæ porriguntur.

A ſicca & calida intēperie.

Cæterum ſi paulo antè dictis ſymptomatibus corporis macies inflāmatioq́ adſint, laboranti lac & hordei decoctum propinetur, ac herbis humectantibus refrigerantibuſq́, ex quorum genere lactucæ, maluę, cucurbitæ,

& citrinati

& citrinati cucumeres ſunt, æger enutrietur, non nimis liberaliter tamen. Iam etiam hœdorum & lactãtium agnorum carnes, & recentes in petroſis aquis degentes piſces, ægro ex uſu ſunt. Ad hęc balneũ dulcis aquę, tepentis, quotidie conſcendat, ſolioq́ ad tempus inſideat. Vinũ etiam perlucidũ & perquã dilutum bibat, ac ſubinde quieti ſe det, motumq́ omnem & exercitium fugiat. In ſumma, uictus ratio, ac reliquum uiuendi genus tale ſit, q̃d obœſitatem pariat. Sed ſi hunc affectum inflãmatio, æſtusq́ uehementiſſimus concomitetur, uentriculo refrigerantibus inunctionibus, ut oleo quod immaturę oliuę fuderunt, & melino, atq́ uiolacei momento ſuccurres, & hordei decoctum potui pręebebis, ægrotantiq́ eandem medendi rationem cum hectica febri correptis, inſtitues.

Ab intenſiore intemperie.

De oris uentriculi dolore, ac inflammatione. Cap. LXIIII.

SI oris uentriculi dolorem, eiuſdem ſubuerſio, & eroſio, nauſeaq́ ſubſequantur, ægro liberaliori aqua modicè incalefacta porrecta, ut uomat (digito, aut pinna oleo madente, in fauces inſerta) præcipiemus. Cæterum ſi hoc inualidũ fuerit, aluus hiera picra, ut in uentriculi tunicis impactum ſuccum expurgemus, ducenda eſt. Accipit autem amarum hoc medicamen, pulueris roſarum rubrarum, ſpicæ, maſtiches, ligni balſami, fructus balſami, cinnamomi, caſſiæ ligneæ, aſari, ſingulorum drachmas quinq́, aloës ruſſi coloris, iocinoriſq́ modo concreti, duplum omnium, quod diligenter detritum, alijs ſimplicibus medicaminibus læuigatis, & incerniculo ex tenuiſſimis ſetis, aut ſerico conſtructo, cribratis, commiſcetur, atq́ rurſus omnia ſimul cum aloë conteruntur. Huius autem quantitas, ab aureis duobus ad denarios duos uſq́, offertur. Laboranti quoq́ quotidie panem uino auſtero, & mali punici ſucco ſuprà deſcripto, cotoneorumq́ acidorum ſyropo maceratum, præbeto. Si autem dolori acidorum & flatuoſorum ructuum copia, uentriculiq́ diſtentio, ac ſingultus affuerint, exhibeto electuarium diacyminum, & diacalaminthes, & alia conſimilia, quibus flatuoſos ſpiritus diſcutiendi uis adeſt, quæ Capite de inteſtini laxioris uitij præſidijs perſequar. Cibi autem ægri erunt pulmenta aromatibus & calefacientibus ſeminibus apparata. Potui quidẽ pauxillolum uini ueteris & meri propinabitur. Exercitia quoq́, & medicamen roſarum aquarum, aut in laconico balnea, non mediocriter iuuant. Quinetiam uentriculum penicillo, nardino oleo, aut quopiam alio calefaciente, et ſubaſtringente, imbuto, fouere conducit.

Abſq; inflam. à calido humore.

Differt à Gal. 7. Methodi.

Alibi à. 3. 2. ad aureos 2. legitur.

Ob frigidũ ſuccum & flatus.

Non inutiliter hæc præcedet pituitoſi humoris uacuatio.

Porrò ſi oris uentriculi dolorem, febris unà cum manifeſtę inflammationis indicijs, & æſtu, qui tactu deiudicari poſſit, ſubſequantur, mox inter curationis initia, axillari dextra ſecta, ſanguinẽ detrahito, & dolenti loco ſantala, roſas & camphoram, ſimul roſarum aqua & cotoneorum ſucco lęuigata, ſuperaccõmodato. Aegro uerò, pręter ptiſanam nullum cibum offerre debes, proinde à carnium eſu, uino & compoſitionibus ex melle cõfectis, in primis arcendus eſt. At corroborãdi gratia, interdũ malorum punicorũ acidorum ſuccũ, et eum qui ex reliquis fructibus frigidã & aſtringentem uim poſſidentibus, igni aut ſole decoquitur, utiliter propinabis. ¶ Siquidẽ inflãmatio oris uentriculi, & iocinoris, aſtringẽtia deſiderãt, nam ſi ſolo relaxãte pręſidio curationẽ tẽtes, uitę periculũ intuleris. ¶

Cum inflãmatione.

Hodie epithemata liquidiora, q̃ apud ueteres, parantur.

Aeſtus

Aeſtus porrò uehementia remiſſa, caſſiam fiſtulam intybi ſucco diſſolutam, & ſimul cum eo decoctam, ac diligenter à ſpuma liberatam, ægro offerre conducit. Cum uerò lõgius morbus prorogatus fuerit, & ardor omnino quieuerit, inflammatio autem in duriciem & ſcirrhum deciderit, emplaſtrum iſtud affecto loco ſuperligato: Violarum aridarum drachmę decem, roſarum rubrarum drachmę quinq;, ſpicæ odoratę, maſtiches utriuſq; drachmę tres, cyperi, iunci rotundi floris, calami aromatici, cuiuſq; drachmæ duæ, farinæ fœnogræci drachmæ uiginti, florũ chamæmeli, ſeminis althææ, hordeaceæ farinæ, ſingulorum drachmæ decem, omnia ſeminis lini ſucco aſperſa, in emplaſtri formam redigito, ac horis quatuor ante ciborum ingeſtionem, uentriculi regioni ſuperinducito, uentriculo tamen prius nardino oleo foto. Deinde concocto, & è uentriculo depulſo cibo, uentriculi locus lana nardino oleo immerſa, uti iuſſi irrorãdus eſt, præſcriptumq; cataplaſma rurſus inducendum. Confectio quidem olei, ſeu unguenti nardini ſimplicis, in hunc modum ſe habet: Olei † glandis unguentariæ, quod propriè balaninum dicitur, libra, ſpicæ ſemuncia, maſtiches, coſti, cyperi, iunci rotundi floris, calami aromatici, ſingulorũ drachma una, uniuerſa hæc in pollinem ſubacta, dictoq; oleo iniecta, ſoli ſeptimana una, in uaſe obturato ore, exponuntur, & deinde percolantur. Porrò feces ſordeſq; manibus inter colandum hærentes, cataplaſmatibus propoſito uitio dicatis, admixtæ, plurimum iuuant. Cæterum oris uentriculi inflammatione in tantam uetuſtatem protracta, ut in abſceſſum erumpat, paſtilli ex ſpica propinati, optimè faciunt. Accipiunt quidem hi, florum iunci rotundi, caſſiæ ligneæ, rheobarbari Seni, calami aromatici, ſpicæ, cuiuſq; drach. tres, croci, myrrhæ, aniſi, coſti, piperis, ſingulorũ drachmam unam, bdellij uarij drachmas tres, maſtiches drachmas duas, ammoniaci drachmam unam, finguntur ex his paſtilli pondere ſeſquidenarij, quorum quotidie unus ſapa detritus exhibebitur. Emplaſtrum ad prædictum affectum ualdè efficax, quod hac ratione præparatur: Bdellij mollis drachmæ decem, ammoniaci drachmæ quinq;, glandis unguentariæ drachmæ decem, apij ſeminis tantundem, ſpicæ, maſtiches nigræ, utriuſq; drachmæ quinq;, cerę drachmæ tres, olei nardini drachmæ quindecim, gummi uino ſubaſtringente diluuntur, & eis omnia commixta, in emplaſtrum digeruntur. In uentriculi itaq; & iocinoris affectibus profligandis, medico erudito & natura ſagaci opus eſt, ut qui accuratè ipſorũ diſpoſitiones diſtinguere, ac curare queat. Nihilominus quãtumuis ſuccinctus fuerim, Capita & rerum ſummas, quæ his affectibus præſidio eſſe poſſent, hoc Nono libro perſecutus ſum.

Scirrhi uentriculi curatio.

Oleli nardini.

† Meſuas magis probat ſeſaminum.

Abſceſſus cura.

Arculan. Rhazen hic uentriculi œdema curare autumat.

Emplaſtrũ laudatiſſimum.

De ſingultu. Cap. LXV.

QVando ſingultus poſt craſſorum ciborum ingeſtionem, aut uini perquàm diluti copioſiorem uſum, aut cibum alioqui ſua nimia humiditate flatuoſum, inuadit, aqua calida, cui cuminum, mentha, menthaſtrum & thuris pauxillulum cocta ſint, crebro in potu offerenda eſt, & ægro, ut ſibi ſomnũ conciliet præcipiendũ. Ventri quoq;, ueſicæ, ac ſacculi huiuſcemodi decoctis ſeminibus, & herbis calefacientib. diſcutientibuſq; impleti, ſuperligãdi ſunt. Quinetiã & eiſdẽ uentricu-

A flatu, & crudo ſucco.

Profuerit ante huius uſum euomuiſſe.

Digitized by Google

uentriculus opportunè irrigabitur. Aeger autẽ tenuiori uictu, coctiq; inciden te enutriet. Ac cum pluſculis diebus moderatiori cibo ægrotantẽ alueris, in laconicum primã balnei domum ſubinde ipſum deduces. Item inſecutis aliquot diebus, illi ſiccãtia & flatus diſcutientia alimẽta, modicè tamen, præbebis, è quorum albo ſunt, pulmenta aromatibus ſeminibuſq; calefacientibus ac incidentibus condita, & aſſi montani paſſerculi, & pauxillum uini meraci potui ei tum offeres, ne forte uini copia, cibi fluctuationẽ in uentriculo creet. At ſi hæc non uſq; adeò ualida fuerint, paſtillos ex thure porrigito. Quos ad hunc modum conſicies: Accipe thuris drachmas quinq;, inulæ campanæ drachmas tres, menthaſtri, foliorum rutæ aridorum, utriuſque drachmas duas, ſemin.† ſiſymbrij drachmas tres et ſemiſſem, his detritis, & hyſſopi ſucco ſubactis, informato ex illis paſtillos ſeſquidrachmæ pondere, & eorum unum in die, cumini decocto læuigatum, propinato. Porrò ſi ſingultus cum tremore, aut nauſea, aut ſiti, aut oris ſumma ariditate, poſt febrim ſuperuenerit, aquam modicè calidam, non liberaliter, ſed pedetẽtim ſorbillandam dabis. Et ſi tali auxilio haud quaquam malum propellitur, aqua cui hordeum incoctum ſit, unà cum oleo amygdalarum dulcium porrigenda eſt. Quinetiam uertebras ceruicis & dorſi, humectante oleo tepente perungere, infricareq;, non mediocriter conducit. Aegrotanti uerò potus, ex herbæ pulicaris ſeminis & iuleb uiolato, & malorum punicorum dulcium ſucco, parabitur. Præter hæc ſingultui, qui ex repletione eſt, ac ſternutationi ſpiritus compreſſio quamplurimum confert.

† Aliàs, itemẽ, hoc eſt, ſerpylli.

Ex ſiccitate.

Ob eã cauſam ſingultiẽtibus timor incutitur.

De canino appetitu. Cap. LXVI.

SIquis aſſidua fame crucietur, & tamẽ cibus aſſumptus ita grauet, moleſtuſq; ſit, ut eum mox aut uomere, aut per inferiora deijcere cogatur, oryza illi utiliter edenda porrigitur, cui ſanies ab agno in fornace aſſo emanans, pinguedinis loco commixta ſit. Ad hæc caudæ, & agnorum pedes, & qui his uiſcoſitate & pinguedine reſpondent cibi, accõmodè offeruntur. Vinũ quoq; uetus, quodq; impenſe calefaciat, liberaliter (uel non ſitienti ægro) hauſtum, optimè facit. Deinde his deuoratis, ut ingeſta euomat, ægrotanti præcipiendũ. Ac iſto curationis modo, tãtiſper dum ab omni malo liberetur æger, ut utatur, conſiliũ eſt. Sin uerò à cibo nulla moleſtia afficiatur, neq; per uomitũ, neq; per aluum illũ deijciat, carnes bubulæ, & alia cõcoctu peruicacia edulia, porrigẽda ſunt. Quocirca triticum pultis inſtar elixũ, & oryza cum lacte decocta, accõmodè exhibent. Potui autẽ, gelida aqua detur. Quinetiã optima ratione æger in aëre frigidiori ac perſpirabili deliteſcet, & ab omni acidorũ, & auſterorũ, & acerborum atq; acrium eſu, quum ea, ſcilicet, appetitum prouocent, abſtinebit, ſoliſq; dulcibus ac glutinoſis, concoctu tamen peruicacibus, enutrietur.

Ab acido ſucco.

Ab immodica tranſpiratione aut calido ſucco.

De iocinoris dolore. Cap. LXVII.

SI decoloratus aliquis, corporis ineptum habitum, ac dolorem dextri lateris ſub hypochõdrijs, ad nothas ac poſticas coſtas, comites ſibi habuerit, & ſi color, quo ſuffunditur, flauus conſpicitur, magna quoque oris ariditas, ingenſq; ſitis ægrũ torquent, hordei decocti ius, & herbarũ infrigidantiũ ſucci, ſyropo acetoſo ex albo ſacch. decocto diluti,

Ex intemperiè aut humore calido.

utiliter

utiliter porrigentur. Huius autem generis herbarum ſunt, intybum, ſolanum, † amplexicaulis. A foris autem, epithema, ac aſpergines ex duobus ſantalis, roſarum floribus, camphora, & momento ſpicę, in aqua roſacea ſimul detritis, ad hunc modum accommodabis: Accipies linteum aliquod, & hoc liquore refrigerante & ſubaſtringente imbutum, loco laboranti ſuperinduces, & priuſquam tepeſcat, illo amoto, aliud in eius locum applicabis, partemq; diligenter irrorabis. Potui uerò malorum punicorum ſuccus, ac ſimiles decoctione incraſſati ſucci, facultatem refrigerandi obtinentes, exhibiti proſunt. Quare æger à uino, & his quæ melle condiuntur, ac calefacientibus incidentibusq; cibis, arcendus eſt. Item paſtilli ex acidæ ſpinę baccis porrecti, non mediocri auxilio ſunt. Qui recipiunt, ſucci baccarum acidæ ſpinæ drachmas decem, ſeminis intybi, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis portulacæ, cuiusq; drachmas tres, roſarum drachmas duas, rheobarbari Seni drachmam unam, ſpicæ ſedrachmam, redigito hęc in paſtillos, pondere drachmæ & ſemiſſis, atq; eorum unum ſyropo acetoſo, ſaccharo præparato, aut malorum punicorum ſucco ſolutum, propinato. Aluum quoq;, ſi neceſſitas urget, ſucco fructuum, ut prunorum & thamarindorum, ac ſaccharo albo, deijcito. Porrò ſi uitiatus color, iocinoris dolorē ſubſequēs, cum uirore albicans, mediusq; inter colorem colliquatione laborantium partium, & colorem tumidarum, extiterit, præterea ſi ægrotanti aluus laxa fluxerit, & palpebrarum, ac ſummarum partium tumor, digitorum tactu incedens, ac laxitas affuerint, paſtilli ex rheobarbaro Seni, ſyropo acetoſo melle compoſito ſubacti, porrigendi ſunt. Hi conſtant, maſtiches, ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, ſeminis fœniculi, aniſi, ſingulorum drachmis duabus, rheobarbari Seni drach. decem, hęc abſinthij ſucco detrita in paſtillos pondere drachmę unius & ſemiſſis digeruntur, quorū exigente uſu, unus quotidie commemorato ſyropo dilutus, propinabitur. Præter hęc, emplaſtrum ad præſentem affectum efficax, ad hunc modum præparabis: Accipito ſpicam, maſtichen, cyperum, iunci rotundi florem, calamum aromaticum, crocum & myrrham, deinde myrrhā unà cum maſtiche in uino odorato ſubigito, ac alijs his commixtis, finge emplaſtrum, iocinoriq; ſuperinducito. Interim uerò à cibis craſſis, refrigerantibus, multamq; pituitam gignentibus, ægrotantem arceto. At ſi huiuſcemodi inefficacia fuerint, paſtillos ex cancamo † radicum decoctorum iure ſolutus, exhibebis. Recipiunt autem paſtilli ex cancamo, cancami, rheobarbari Seni, utriuſq; drachmas tres, ſpicę, ſeminis apij, ammeos, maſtiches, iunci rotundi floris, baccarum iuniperi, amygdalarum amararum, coſti amari, rubiæ ſatiuæ, ſucci eupatorij, aſari, ariſtolochię rotundę, gentianæ, cuiuſq; ſeſquidrachmam, cancamo & eupatorij ſucco uino ſubactis, reliquiſq́ue medicaminibus illis admixtis, formantur paſtilli, pendentes ſinguli drachmam & ſemiſſem. Radicum quidem ius, hac ratione præparatur. Corticum radicum apij, corticum radicis fœniculi, utriuſque drachmæ decem, ſeminis apij, ſeminis fœniculi, iunci odorati floris, ammeos, ſingulorū drach. quinq;, roſarū rubrarū drach. tres, ſpicæ odoratę tantundē, omnia in aquę libra ad tertias buliunt, ac ita decoctū ius cum commemoratis paſtillis aſſumitur. At ſi inflammatione abſceſſuue iecur

† Theophraſt. cuſcutā linoderam uocat.

Ab intemperie aut materia frigida.

Emplaſtrū de ſpica.

† Hodie noſtrates officinæ laccā uocant. Quidā addūt ſabinam.

Hodie medici decoctiones ſuas magis dilutas parant.

Digitized by Google

iecur conflictetur, eiſdem auxilijs, quibus oris uentriculi inflãmationi & abſceſſui medemur, illi ſuccurrendum eſt.

De morbo regio, qui & ἴκτερος dicitur. Cap. LXVIII.

MOrbo regio ſi febris affuerit, intybi & ſolani ſucci, & hordei decoctiius, potui offeruntur, & cucurbitis domeſticis, atriplice, cucumeribus citrinatis, & alijs herbis infrigidãdi facultate his paribus, æger enutrietur. Iocinori uerò emplaſtrũ inflãmationem arcens, quod duobus† ſandalis conficitur, illigato, ac aluum prunorũ tamarindorũ ſucco & ſaccharo deijcito. Quæ ſi minus efficacia fuerint, paſtillos ex camphora ſucco punicorum malorum detritos, præbeto. Paſtilli de camphora: Sacchari, ſpodij, roſarũ rubrarum, cuiuſque drachmę tres, ſeminis intybi, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis cucurbitę, ſeminis lactucę, ſeminis portulacę, ſãdali rubri, cuiuſq; drachma una, fingito ex his ſolani ſucco, aut illi cõſimili ſubactis, paſtillos drachmas duas pendẽtes, & horũ unum quotidie cum camphorę obolo, aut minus pro morbi ac uirium ratione, propinato. Si æger ſanguine plenus, multo tempore uenam non ſecuit, uena axillari dextra pertuſa, ſanguinẽ detrahere expedit. Quod ſi arquatus citra febrim contingat, aluum catapotijs his, (poſtquam leuiora tentaueris) rectè purgabis: Aloës drachma una, ſcammonij ſeſquiobolus, agarici ſcrupuli duo, ſucci eupatorij ſcrupulum unũ. hæc intybi ſucco excepta in capatotia dirigito, & † una doſi exhibeto. Inſuper paſtillos ex cancamo, radicum incidentiũ decocto ſubactos, præbeto. Porrò ſi bilis ſuffuſio in morbo regio oculos dehoneſtare non ceſſauerit, æger ſubinde acetũ acerrimum olfaciet, & naribus ſolio dulcis aquę inſidens idem attrahet, & mirifice iuuabitur, ſi preſſis naribus pauliſper id contineat. Oculis quoque ictero cum febri laborantis, aqua roſacea inſtillanda eſt. Præter iſta arquato implicito, in mali declinatione, tribus hebdomadibus lactis ſerum potui porrectũ, non paruum præſtat auxilium.

† Meſuas acrotum ſandalinũ quoque deſcribit.

A meatuum obturatione.

† Satiſfecerint duabus uicibus.

Non inutiliter in eo incidẽtia macerantur.

De aqua inter cutem, quæ ὕδρωψ Græcis dicitur. Cap. LXIX.

CVm poſt iocinoris dolores & febres, abdomen intumeſcere cœperit, ac ſumen (quod ſpacium inter umbilicum & pectinẽ eſt) prominere, & huius regionis cutis extenuari albeſcereq́; uiſa fuerit: & quum concuſſo abdomine talis auditur ſonus, qualẽ percuſſi uteri aqua nõ omnino pleni, elidere ſolẽt: ſicq; unà cum his urinę rubrę ſint, parua adipiſcendæ ſanitatis ægro ſpes reliqua eſt, potiſſimum ſi is uirium robore deſtituatur. At cui uires conſtant, & uenter quoq; aridus eſt, catapotia ex † rheobarbaro Seni, chamæleam in earum mixtura recipiẽtia, porriguntur. Habent tamẽ huiuſcemodi catapotia, rheobarbari Seni, ſucci eupatorij, ſeminis intybi, cuiuſq; drachmas tres, agarici drachmas quinque, chamæleę drachmas decẽ, fingũtur catapotia, quę ut plurimũ quãtitate drachmarum † duarũ cum ſemiſſe, accõmode ſingulis ſeptimanis exhibenť. Cæterũ uiribus proſtratis, paſtillos ex chamelea præbeto, qui conſtant, ſeminis intybi drachmis decẽ, chamæleę drachma una, agarici ſcrupulis duobus, ſucci eupatorij tantundẽ, roſarũ, † ſem. cucumeris citrinati, utriuſq; drachmis duabus cũ ſemiſſe. hæc in decẽ paſtillos redigito, ac eorũ unũ in die ſyropo acetoſo ex

ἀσκίτης.

† Nos noſtro utemur.

† Suffecerint ℥ 1. et ſemis.

† Alijs, nucleorũ cydoniorũ.

Digitized by Google

toſo ex ſaccharo præparato dilutũ, offerto. Aluo autẽ cita profluẽte, paſtillos ex acidę ſpinę baccis, ſiropo acetoſo læuigatos, porrigito. Aegrotantem præterea montanis auiculis aſſis, & carne minutim cõciſſa, ac cum oui uitellis frixa, enutrito, & potui ſuccũ cotoneorum, cum pari ſacchari portione & quarta parte aceti decoctũ, adminiſtrato. Verũ ſi aluus plurimũ lubrica fuerit, ut ſymptomati occurras, impermixtũ cydoniorum malorũ decoctũ ſuccum propinato. Cæterum ſi à morbo urinarũ rubor, & æſtus, & cutis ſuppallidi coloris ſuffuſio abfuerit, ſubſequentia catapotia magno auxilio deglutiuntur. Conſtant autẽ hæc: Chamæleę, ſagapeni, utriuſq; ſe drachma, ſacchari, † columbarũ ruralium fimi, utriuſque obulo uno. Largiter quidẽ hæc catapotia aquã ducunt, ac per inferiora mirifice protrudunt. Paſtilli præterea ex cancamo, radicũ incidentium elixarũ iure diluti, propinandi ſunt. Emplaſtrũ quod aquæ ſubter cutẽ ſpeciei, ἀσκίτης ab utero ſic dictæ, ſtrenuè auxiliatur. Farinę hordeaceę, cyperi, ſtercoris † ouilli ueteris, nitri naturalis, lapidis Armenici, cuiuſq; æque portiones, ſulphuris uiui momentum, quibus omnib. muria, aut aceto mulſo ſubactis, toti abdomini emplaſtrũ adaptatur, quod inſigni ui in exiccandis humoribus pollet. Cæterũ ſi in palpebris, alijsq; ſummis corporis partibus, digitorũ tactui cedẽtes tumores (οἰδήματα Græci uocãt) oboriãtur, & teſtes quoq; ac ſcrotũ intumeſcant, & facies unà cum totius corporis habitu laxa ſpongiarũ inſtar, & albicanos pituitoſaq; emortui ſimilis appareat, hydropis ſpecies ἀνασάρκα, & λευκοφλεγματία appellata, hominẽ affligit. Aegro itaq; hac implicito, paſtillos ex cancamo radicum decocto ſubactos, porrigito. Aluũ autẽ ſingulis ſeptimanis, catapotijs ex rheobarbaro ſubducito. Ad hæc, ægrũ ſabulo arenaq; excalefacta ſaburato, ac uacuo cibis uentriculo exercitiũ uehemens & frequens in ſole, & famẽ ſitimq; ægrotanti præſcribito. Porrò ſi uẽter inflatus diſtẽtusq; fuerit, & concuſſus tympani crepitũ ediderit, aquę ſubter cutẽ ſpeciẽ, τυμπανίτην dictam, adeſſe certũ eſt. Qua qui implicitus eſt, ab omni olerum uſu, & flatus gignẽtibus cibis, circuncidẽdus eſt, & abdomẽ eius indies panico toſto, & momento ſalis, ac furfurib. ſacculo inſutis, fouendũ. Huic præterea cucurbitulę leues, cum multa flamma crebro toti uentri ſuffixę, maximè proſunt. Quinetiã remedia diſcutiendis digerendiſq; flatibus inſcripta, & ad urinas efficatia, eligenda ſunt, è quorum genere ſunt diacyminũ, & ex baccis lauri electuarium, quod Capite de ilei morbi curatione proſequar. Deinde huic quoq; ægrotanti multa exercitia, & fames ingens, ſtrenuè auxiliant. Sic quoque collyria, ſeu glandes flatulentis ſpiritibus amouẽdis dicatę, & alia à me Capite ad coli ad inteſtini uitiũ remedia deſcribenda, quàmaximè accõmoda cenſentur. Proinde clyſteribus ex huiuſcemodi glandibus liquore quopiam detritis, uti expediet. Item uentrẽ etiam aſpero linteo, tãtiſper dum rubor excitetur, perfricare, & clyſteres ex oleo rutaceo infundere, conſiliũ eſt.

† Illud aui mei manu ſcriptũ exemplar non habet.

Vna uice hæc multis porriguntur.

† Aliâs, bubuli.

ἀνασάρκα.

Pilulæ Meſues de raued ſũt fortiores.

τυμπανίτης.

De lienis dolore. *Cap.* LXX.

Ab inflammatione.

SPlenis dolorẽ ſi æſtus, & urinę ruffę, febriſq; ſubſequãtur, infrà ſcriptorũ paſtillorũ portionẽ ægro porriges. Paſtilli ex agno caſto: Seminis agni caſti, fructus tamaricis, utriuſq; drachmę decem, ſeminis intybi drachmę quinq;, ſeminis portulacę tantundẽ, his aceto acri detritis,

tritis,

Digitized by Google

tritis, informato paſtillos, & eorũ unum drach. triũ pondere, aut aliâs pro mor-
bi magnitudine, ſyropo acetoſo ex ſaccharo præparato, ſubactũ, porrigito. Si
uerò ægrotãtis uenę uniuerſi corporis ſanguine diſtẽtę turgent, uenã axillarem
ſiniſtrã, aut † eam, quę à cubiti uenis ad ſiniſtrã manũ, inter paruũ ac anularẽ di-
gitos repit, ſecabis, & ſanguinẽ quantũ pro laborãtis corporis habitu ſatis eſſe
cõieceris, fluere ſines. Lieni quoq; fruſtũ huius generis panni, quẽ uulgo filtrũ
uocãt, aceto excalefacto imbutũ apponat, & à dulciũ craſſorumq; eſu ęger ab
ſtineat. Porrò ſi abſq; ardore quopiã, lienis dolor ægrotantẽ torquet, paſtil
li de capparib. appellati, ſummè auxiliãtur. Recip. autẽ, corticis radicum cappa
ris, ſeminis agni caſti, utriuſq; drach. decẽ, ſcolopendrij drach. ſeptem, ariſtolo-
chię tenuis, foliorũ rutę, ſeminis naſturtij, acori, nigellę, ſingulorũ drach. tres,
ammoniaci drach. tres, ammoniacũ aceto diluitur, & cæteris omnibus eo aſper-
ſis, fingũtur paſtilli drach. duarũ pondere, quorũ unus ſyropo acido melle com
poſito, & radicũ decocto diſſolutus, potui dat. Porrò ſi intenſus tumidusq;
ſplen abſq; magno grauitatis ſenſu fuerit, & cũ premitur rugitus aliquis ſub tan
gentis manu auditur, iam comprehẽſos paſtillos, radicũ decocto dilutos, præ-
beto. Potui autem uinũ uetus ac meraculũ porrigito, & quoad fieri poteſt, frigi
dę uſum ſubducito. Emplaſtrũ ad lienis flatus, eiuſdemq; duriciẽ, optimè faci
ens: Foliorũ rutę drach. decẽ, nitri, menthaſtri aridi, utriuſq; drach. tres, ammo
niaci drach. ſeptem, ammoniacũ uino ueteri ſubigito, & eo cætera perfuſa in
emplaſtrum digerito, lienisq; regioni faſcia aut inſtita illigato.

† Radix ſolius axillaris uenæ ramus eſt.

A frigido humore.

Ex flatu.

De morbis inteſtini plenioris, & tenuioris, quorum hic ἴλεος, ille κωλικὸς Græcis dicitur. Cap. LXXI.

SI uẽtris dolor, unà cũ eiſdẽ aſtrictione, & ciborũ faſtidio offendit, abſq;
tamẽ omni ardore & febri, ea quę aluũ citra uomitus irritationẽ ducunt,
porrigẽda ſunt, cuius notæ electuariũ ex gallia moſchata eſt. Quod acci
pit, maſtiches, caryophylorũ, zingiberis, piperis nigri, piperis longi, cin
namomi, nucis myriſticæ, † gallię moſchatę, ſingulorũ drach. decẽ, ſcammonij
drach. decẽ, deinde exprimit cotoneorũ acidorũ & recentiũ ſuccus, qui æqua
mellis portione, donec medicinarũ põderi ambo reſpondẽt, cõmiſcet, & dein-
ceps ſimul omnia pedetẽtim ſupra prunas, ad debitã craſſitiem decocta, futuro
uſui reponunt. Quantitas autem præſentis antidoti una uice exhibẽda, eſt inter
drach. duas, & duas cũ ſemiſſe. Quod ſi dolor uehemẽti ciborũ nauſea uacat,
& æger deuorata medicamina uomitu haud quaq; diuertit, catapotia ileo mor-
bo ſacra exhibent: Quæ conſtãt, cucurbitę ſyiueſtris, ſagapeni, utriuſq; drach.
decẽ, ſcammonij drach. tribus & ſcrupulo, fingũtur catapotia, ex quibus obo
li quinq; adminiſtrant, hæc etenim tenuioris inteſtini morbũ depellũt. Cæterũ
ſi ileos in tantum ſęuiat, ut aluũ ducẽtia pharmaca inualida ſint, ęgrotãti hanc in
frã ſcriptã glandẽ ſubdes: Salis cibarij drach. decẽ, medullę cucurbitę ſylueſtris
drach. duæ cũ ſemiſſe, ſcãmonij tantundẽ, his melle læuigatis, informato glan-
des ad lõgitudinẽ lõganonis, ac ita ſubijcito. At ſi nihil auxilij præſtiterint, cly
ſterẽ hũc lenem (ut ſua mora feces molliat) infundito, qui accipit, ficus caricas
quinq;, furfuris manipulũ, althęę tantundẽ, betæ folia decẽ, hæc linteo illigato,
ac in libris duabus aquę ad dimidias decoquito, deinceps decoctũ ius per linteũ
colato, & ſeſquidrach. nitri, & olei ſeſamini unciã unã illi adijcito, ſicq; appara-
tũ enema inijcito. Verũ ſi hoc infuſum acrius reddi deſideres, iam comprehenſę
glãdis drach. & ſemiſſem ei contẽperato. Clyſter ſtrenuè feces ſubducẽs, &
ſuperfluos ſuccos abſtergẽs, quo aluo medicamentis nõ cedẽte, neq; aliâs illis

Ileos à frigido humore.

Non inutilis erit iter initia, uel lenis clyſter.

† Paſtilli ſunt, & adſeruntur ex oriẽte non bene parati. Manard.

Videtur in hoc medicamĩne aliquot drachmas turbit deeſſe.

Digitized by Google

adiuuãtibus utimur. Carnis cucurbitę ſylueſtris drach. decē. cētaurij drach. quinque, utriuſq; cyclaminis ſpeciei drach. duę, mēthaſtri, rutæ, origani, cuiuſq; manipulus unus, omnia in aquæ lb. trib. ad duas tertias decoquũtur, & percolato decocto, cõmiſcentur † reſinæ cedrinę, mellis ſingulorũ drach. tres, caſtorei, ſagapeni, opopanacis, præſcriptę glãdis, cuiuſq; drach. duę, omnibus piſtillo cõtuſis, & iã tepidis, clyſter inijcit. Cæterũ ſi aluus induratũ, ac quaſi in nucleos diuiſum ſtercus (quod Græci σκύβαλον appellãt) minime egerit, in clyſteris uſu, donec illud expellat, perſiſtendũ eſt. Siquidē cõprehenſum enema, in ilei inteſtini uitijs atrocibus ac uaſtis, & ſeuo colico affectu, qui cũ magno ciborũ proſtrato appetitu, nullaq; per aluũ deiectione affligit, utiliter ſubijcit. Præſentē quoq; tenuioris inteſtini affectũ, præter tradita ſymptomata, fœtidi ructus, & fecũ nõnunq; per os eiectio, cõcomitari conſueuerũt. Quæ quũ hominē affligũt, mortē ſubinde minitantur. Porrò ſi uētris dolor, tam ingēti alui cõſtrictione uacat, & ſi flatibus diſtētus uēter, murmure multo ægrũ moleſtia afficiat, electuariũ ex baccis lauri porrigitur. Hoc recipit: Foliorũ rutę aridorũ drach. decē, ammeos, cumini, liguſtici, origani, nigellę, cari Alexãdrini, ſem. petroſelini, amygdalarũ amararũ, pipis nigri, pipis lõgi, mēthaſtri, dauci, acori, baccarũ lauri, caſtorei, cuiuſq; drach. quatuor, opopanacis drach. tres, excipiunt oĩa mellis æq̃ portiõe, & eius electuarij nucis auellanę, aut alterius paruę nucis Indicę inſtar, indies dat, cũ uini ueteris & calefacti uncia, aut radicũ incidentiũ decoctorũ iuris uncia. Hoc † electuario ad dirigēdos flatuoſos ſpiritus, nihil eſt efficatius. Præterea glandē hãc ſpiritibus depellēdis ac diſcutiēdis idoneã, aluo indito: Cumini, foliorũ rutę uiridis, utriuſq; tantũ quantũ manus apprehēdit, utriuſq; cyclaminis ſpeciei drach. tres, nitri drach. una, deterito hæc melle, & lanã ſpongiamúe illis circũlitam in anũ dimittito. Abdomen quoque penicillo, calidiore, flatusq; diſſipãte liquore, imbuto, ſubinde foueto, ac irrorato. Quinetiã ęgrũ in labrũ huiuſcemodi flatus diſcutiēdi uim obtinens, deducito. Si uerò his malũ nõ ceſſerit, cucurbitulas magnas cũ flamma & leues toti abdomini defigere, locumq; rudiori ac aſpero linteo pfricari præſtat. Deinde crebræ inunctiones, ex rutaceo oleo, aut alio huic in calefaciēdo finitimo, non alienę ſunt. Iam quoq; caſtorei & euphorbij utriuſq; ſe drach. huiuſcemodi oleo læuigata, clyſteris forma utiliter infundit, admixto tamē quopiã incidēti ac flatus digerēti decocto, quod clyſteris materiã prębeat. Qui autē hoc malo teneri cõſueuerit, dũ ſanus eſt, à uini diluti & frigidę aquę potu, & herbarũ infrigerantiũ, & lactis, & aliorũ flatuoſos ſpiritus gignentiũ alimentorũ eſu, ſe arceat. At uini meri potu utat, uictusq; rationē reliquã calefacientē ac incidentē inſtituat. Philoniũ, quod ileoſis ad diſcutiēdos flatus, & ſoporē ſenſitiuæq; facultatis ſtuporē inducendũ, propinatur, cũ ſcilicet ſummis tenent cruciatibus, animiq; deficiētis ſuſpicio ingruit: Piperis, ammeos, foliorũ rutę, mēthaſtri, caſtorei, baccarum lauri, cumini, cuiuſq; uncia una, opij, mãdragorę, ſem. alterci, ſingulorũ ſemũcia, ſubigunt ſimul cũ mellis pari modo, porrigit uerò eius medicamēti ſeſquidrach. aut minus, pro uiriũ robore.

Plerũq; etiã huic pharmaco cõmiſcentur, ſcãmonij tertia pars uncię unius, unde & aluũ quoq; citat. ¶ Philonis uerò Tharſei anodynõ habet, croci drach. quinq;, pyrethri unã, euphorbij unã, ſpicę nardi unã, piperis albi, alterci utriuſq; drach. uiginti, opij drach. decē, excipe melle, & ad eos qui ſtercora in maximis doloribus per uomitũ reijciũt, dato magnitudine fabę, ex ternis aut quaternis cyathis aquę frigidæ ¶, Cæterũ ſi dolori febris adſit, caſſia fiſtula ſucco intybi decocto ac deſpumato, diluta, ægro offert, potui quoq; ſyropus uiolaceus utiliter porrigit. At cibis, quibus herbę emolliētes & frigidiores adiectę ſunt, oleoq; amygdalarũ dulcium

† Sic Leonicenus alchitrã uocat.

Colicus ex flatu.

† Electuaria uocata, ſub antidoti nomine cõprehendere licet.

Satius erit mel incraſſari, quã ſpõgia uti.

Ex 9. Secundũ locos Gale. & 9. Sermone Aëtij, reſtituta deſcriptio.

A bilioſo humore.

Google

ciū ꝑparatis, enutrief. Itē leuiores infuſiones, ut ex oleo in quo fœnogrecū aut althęa ebullierint, & anſerino adipe, ab inferioribus partibus ægrotāti iniijcienf. Porrò ſi locus abdominis, qui à ſiniſtro rene ad dextrū, per uētriculi fundū cincturę modo pertinet, tumidus cōſpicitur, & laxū inteſtinū quoq; inflāmatione correptū apparet, ſine mora aperta dextri cubiti uena, ſanguis minuēdus eſt, & caſſia fiſtula herbarū refrigerātium ſucco ſubacta, ſubinde ꝓpinanda. Itē ſi tenue inteſtinū inflāmatione infeſtef, eadē preſidia præſtāda ſunt. Cibus uerò ægro huiuſcemodi, coli uitio ꝑ circuitus ꝗſdam torqueri ſolito, cōueniet, qui herbis aluū emolliētibus preparatus, oleū quoq; ſeſaminū in condimētum accipit. Ab omni porrò acidorū, auſterorū, craſſorū, aluumq́; aſtringētium eſu, in totū abſtinendū eſt. Eum uerò quē cū dolore flatus quoq; implicare ſolēt, pulmētis aromaticis ſpeciebus, aut calidiorib, incidētibuſq́; ſemin. conditis, nutrire cōuenit. Proinde è cōtrario ab olerum, lactis, & flatus excitantiū ciborū ingeſtione, abſtinere ex uſu eſt. Potui uerò uinū uehemēs, incorruptumq́; propinabitur, aut hydromel, cui medicamina incidētia, excalefaciētiaq́; in cōdimentum iniecta ſunt, ex quorum numero piper eſt, porrigef. Huiuſcemodi autē hydromel, ꝗd modo ſubijcitur, eſt: Cōmiſceto mellis puri librā, aquę potabilis lib. ſex, & tātiſper dū zulapeu craſſiciē ambo recipiāt, decoquito, ſpumāq́; detrahito, quo diligēter peracto, ad ſingulas lib. hydromelitis, piperis cōtriti drach. duas linteolo illigatas, ꝗuſq; hydromel adamuſſim decoctū ſit, immittito, & ubi refrixerit, diligēter expreſſum linteolū eximito, poſcēte quidē uſu, eius portionē liberaliter propinato. Eos quoq; quibus ex flatibus & craſſis crudiſq́; humoribus dolor eſſe cōſueuit, ſtrenuè iuuat ricini fruticis oleū, recēti ſem. decocto contēperatum. Pręſens quidē ſem. ius accipit: Ammeos, cumini, liguſtici, cnici, origani, nigellę, cuiuſq; quantū trinis digitis cōpræhendif, hæc aquę lib. tribus immiſſa, ad dimidias decoquunf, uſus autē eius eſt, ſi ipſius uncijs duabus, olei ricini in drach. tres dilueris, pluribuſq; diebus ea quātitate potui porrexeris.

Ex ſanguine.

Victus ratio in doloribus ex flatibus.

Raro hodie hæc pinguia potanda porriguntur.

Verū ſi dolorē ardor cōcomitetur, ſumito pruna uiginti, ficus caricas quinq;, uuarū paſſarū ab acinis mundatarū drach. quinq;, decoquito & ꝑcolato, ac poſteaq; caſſiā fiſtulā in eo decocto ſubegeris, ſecūdo per colū traijcito, & amygdalarum oleo adiecto, potandū porrigito. Vel decoctū in Cap. de diſtillatione cōmemoratum, eius loco offerto. Cæterū ſi aluus uehemēter aſtricta fuerit, huic iuri adijcienf filiculę, turbit, utriuſq; drach. duę, & his ſimul decoctis, tantiſper dū aluus reſpōdet, eo iure utemur. Poſteaq; uerò cita ea profluxerit, polypodiū, & turbit amouebunf. † Puluis qui aluum ducēdo, ſimul flatus & grauitates reprimit: Turbit albi & amygdalarū dulcium oleo irrorati, ac in puluerē adamuſſim cōtriti drach. uiginti, ſacchari drach. triginta, zingiberis drach. decē, huius quidē pulueris ut plurimū drach. † tres impmixtę, aut alicui ad id idoneo liquori iniectę, offerunf. Catapotia quorū unū deuoratū, uentrē deijcit, & appetitū incitat, & flatuoſos ſpiritus grauitateſq; reprimit, ad hęc ciborū concoctionē iuuat: Maſtiches, zingiberis, cinnamomi, caryophylorū, pęoniæ, piperis nigri, piperis lōgi, ſcāmonij, ſacchari, uiolarū, cuiuſq; uncia una, fingunf catapotia cicerum inſtar, & eorum unum transglutitum, aluum ſemel biſue deijcit.

Hoc laudatiſsimum in his affectibus eſt.

† Alias, electuarium.

† Sufficerint duæ.

De uentris profluuio. *Cap.* LXXII.

QVando aſſumptus cibus ſolita mora in uētriculo nō retētus, citius paululum immutatus egerif, & ſi huic uitio ob excremētorum acrimoniā, uētris eroſio & cruciatus ac ſitis affuerint, quę etiā plerunq; cōcomitatur alui profluuiū, in quo excremēta ante ciborum ingeſtionē excreta, ſaniē quāpiam admixtā habēt, ægrotāti ex immaturis uuis decoctione inſpiſſatus ſuccus, aut † ribes, aut malorum punicorum, cum ſpodij & roſarum utriuſq; drach. una propinabif. Paſtilli ꝗq; ex ſpodio aſtringētes, identidē utiliter offerunf. Cibi porrò ſumto, lēticula cū aqua, aceto & croci momēto decocta, & pulli cū aceto elixi, idē ꝗ;

Lienteria à calido humore.

† Brabātia ſub eo nomine paruos quoſdā rubros fructus habet, ad propoſitū aptiſsimos.

Digitized by Google

Nos primũ ius lẽticulæ effundemus.

aſſi, & omphacino intincti. Potui uerò rhois decoctũ roſacea aqua dilutũ, aut malorũ punicorũ ſuccus exhibebit̃. Preterea cibis rhus obſoniorũ in condimentũ accipiẽtibus cibabit̃, & breuiter totã uictus rationẽ ad refrictionẽ & aſtrictionẽ dirigere conſiliũ erit. Cæterum ſi abſq; huiuſcemodi eroſione aluus lubrica moleſta ſit, ſi quoq;

Lient. à crudo & frigido ſucco.

q̃d fluxu egerit̃ nullã ſaniẽ admixtã habeat, ſed albidũ glutinoſumq; id cernit̃, preter hęc etiã, ſi inflãmatio modica, ſitis exigua & ructus acidi affuerint, laborãti betã, & ſinapi, & ſalitos piſces aliaſue incidẽdi uim poſſidẽtia, adminiſtrabis, & deinde anethũ

Liẽteria potiſſimũ à cœliaco affectu cruditate ſecernitur.

ſimul cũ ſalis momẽto in aqua decoques, & poſteaq; ꝑcolaueris, adijcies percolato iuri, mellis q̃d ſatis eſt, & ſic poſt incidẽtia pituitã ingeſta, ꝓpinabis, eoq; pacto digito, aut pinna ori indita, uomitũ ægrotãti, ꝓuocabis. At ſi affectus, ob humorũ copiã uentriculi tunicis imbutã, illo curationis modo nõ cõquieuerit, pituitã ducẽs pharmacũ præbebis. Cuius generis q̃d iam ſubſequit̃ cẽſetur: Aloës drach. una, cucurbitę ſylueſtris carnis drach. quatuor, ſacchari tantundẽ, turbit drach. una, ex his formant̃ cata-

† Potius tribus, & in robuſto corpore.

potia, quę † uni ꝓpinationi ſufficiũt. Ad hęc uomitu ex incidẽtibus ſæpius uti expedit. Cibos autẽ, quibus æger ueſcit̃, in muriã intingere iuuat, ut inde incidẽdi & calefaciendi uim obtineãt. Proinde quoq; † cibis ſale cõditis, ac acri guſtu præditis, breuiter

Liẽteria ex naturaliũ facultatũ imbecillitate à frig. & humid. intẽp.

ſuo calore appetitũ incitãtibus edulijs, opportunè ægrũ cibabis. Si id q̃d per aluũ deijcit̃, nihil ſuperflui bilioſi, nihil ſanioſum, nihilq; pituitoſum admixtũ habeat, uinũ merũ robuſtũq; offertur. Similiter electuariũ quoq; ex thure prebet̃, quod accipit, thuris drach. decẽ, piperis, ammeos, ſpicę, liguſtici, aniſi, nigellę, cuiuſq; drach. duas, balauſtiorũ drach. decẽ, mellis deſpumati quantũ ad prædictas medicinas excipiẽdas

† Alibi farcimina ſale cõdita.

ſat eſt. Huius uerò antidoti uſus ꝓbatur, quoniã uentriculũ impẽſe calefaciat, mirificeq; exiccet. Seminũ quoq; decoctũ, ad plenioris inteſtini morbũ idoneũ, ꝓpinabit̃,

Cœliacus affectus ob iocinoris obſtructionem & attrac. imbecillitatẽ.

uiniq; meri potu æger aſſueuiet. Cæterũ ſi aſſumptus cibus crudus haudquaq̃ egeritur, ſed aquoſa quędã & alba tenuiſq; ſubſtãtia, ꝑſentibus iocinoris imbecilli notis, excernit̃, ęgro ex ferri ſtercore electuariũ, & id q̃d ex thure fit porrigent̃. Et paſtilli q̃q;, quos calefaciẽdo iocinori inſcripſi, & electuariũ diacalaminthes, utiliter adminiſtrabũtur. Diacalaminthes autẽ, cõpoſitio eſt huiuſcemodi: Foliorũ rutę, foliorũ cala-

Differt à Galeni. 4. de ſanitate tuenda.

minthæ exiccatorũ, ammeos, cari, liguſtici, zingiberis, cinnamomi, lõgi piꝑis, ſingulorũ æquę portiones, omnia decocto melle excipiũtur. Itẽ præter hęc, ad ea quę calefaciẽdo corroborãdoq; iocinori ſuperius cõprehenſa ſunt, recurrendũ eſt. Porrò

Cœli. ex uẽtriculi & gracilium inteſtinorũ uitio.

ſi cõmoratus affectus, iocinoris imbecilli indicijs caruerit, ſicq; q̃d fluxu egerit̃, tenue ſubalbidũq; unà cũ uẽtriculi grauitate extiterit, malorũ punicorũ puluis deuorandus dabit̃. Præparatur autẽ, ex acinorũ mali punici acidi, aſſorũ, & intenuiſſimũ puluerẽ actorũ drach. centũ, cari, ſem. coriãdri, utriuſq; in aceto acerrimo maceratorũ, ac de-

† Opinor quorundã lignorũ aſtringentium putamina.

inceps torrefactorũ drach. uiginti, † xylocaractę, rhois Syrenaici, balauſtiorũ, cuiuſq; drach. decẽ, omnia in tenuiſſimũ puluerẽ terũtur, qui deinceps tranſglutiẽdus offertur, aut malorũ cydoniorũ ſucco immixtus, porrigit̃. Electuariũ quoq; Cazi inſcriptũ, opportunè adminiſtrat̃. Cuius mixtura in hũc modũ ſe habet: Acinorũ uuæ paſſę in tenuiſſimũ puluerẽ tritorũ libra una, baccarũ mirti aridarũ, ac pari ratione ſubacta-

† Aliâs, quinq;.

rũ libra † ſem. xylocaractę Nabathęę, balauſtij, ſem. tamaricis, ammeos, ſingulorũ drachmę decẽ, conficiũtur omnia ſaccharo arũdinibus innato, ſeu apũ melle quàm exa-

Diarrhœa ob bilis copiã, in uẽtriculo & inteſtino regurgitantem.

ctiſſime ſpuma liberato, & deinceps huius portio ꝓ morbi magnitudine p̃betur. At ſi defluuij alui recremẽta flaua, & anũ mordicãtia inueniant̃ &, æger ſiti febriq; corripiatur, paſtilli aſtringẽtes ex ſpodio, & aqua crudę pollẽtę hordei ꝓſpere porrigent̃. Paſtillorũ autẽ aſtringentiũ ex ſpodio mixtura, ad hũc modũ ſe habet: Roſarũ rubrarũ, ſpodij, ſingulorũ drach. decẽ, ſem. rumicis, rhois Syrenaici, balauſtij, gũmi Arabici, cuiuſq; drach. quinq;, redigunt̃ in paſtillos drach. duarũ põdere, quorũ unus uncia decocto cydoniorũ ſucco, & ſextãte ſucci plãtaginis diſſolutus, potui dat̃. Aquam

quidem

Digitized by Google

quidẽ pollẽtæ hordei, hac ratione ꝑparabis: Hordeũ confractũ, in aqua quę ipſum te-
git, tãtiſper dũ aqua modice inſpiſſet̃, decoquito, deinde ꝑcolato, & eius uncias q̃tu-
or cũ ſpodij, & gũmi Arabici utriuſq; drach. tribus dilutas, porrigito. Quod ſi uẽtris
fluxui, inteſtinorũ exulceratio ſerpẽdo depaſcẽs, ſupuenerit, lapidis Armenij pulue-
rẽ deuorandũ exhibeas. Qui cõſtat, ſem. herbæ pulicaris drach. uiginti, ſem. plantagi-

Dyſenteria.

nis drach. decẽ, gũmi Arabici, lapidis Armenij, utriuſq; drach. tribus, pulicaris her-
bæ ſem. torrefacto, omnia ſimul cũ illo in puluerẽ ſubiges, ac eũ in aurora drach. triũ
põdere, cũ diſcocto cotoneorũ ſucco, potui porriges, ac ſomnũ inituro ægro, tantun-
dẽ ꝓbe offeres. Inter cibos quidẽ adminiſtrabis pulmentũ, ex punicorũ malorũ aci-
nis, & uuis paſſis, in aqua cũ pauxillulo aceti decoctis. Prętereà eduliũ cũ immatura-
rũ uuarũ ſucco confectũ, & q̃d rhus obſoniorũ in condimentũ accipit, ægrotãti utili-
ter offeres. Similiter q̃q; ex herbis aluũ emollientibus, cũ rhoi præparatũ eduliũ, & id
genus alia, edenda appones. Ad hęc paſtillos de balauſtijs continuæ leuitati inteſti-
norum (quę Græcis λειεντερία dicitur) dicatos, ſi modo aluus continenter fluat, propi-
nabis, nec refert, an eius uẽtris profluuij recrementa ſanguine tincta, intinctaue ſint:
Recipiunt itaq; paſtilli commemorati, Gallarũ, ſiliquarum Nabathęę, ſeminis tama-
ricis, thuris, balauſtij, ſingulorũ æquas partes, opij, gummi Arabici, utriuſq; partem
dimidiam, his in puluerẽ ſubactis, ac cydoniorũ malorũ ſucco aſperſis, informato pa-

Potui laceſſitũ porrectum ab Alex. probatur.

ſtillos † duarũ drach. pondere, atq; unum, ſi neq; ſiti, neq; febri crucietur æger, uino le-
uigatũ præbeto. Pręſenti autẽ febri, decoctione inſpiſſato cotoneorũ aridorum ſucco
paſtillos detritos, propinato. Sanè hi paſtilli in magnis & continentib. alui fluori-
bus, ut efficaciſſimi commendant̃. Paſtilli teneſmo ſacri, qui malignis flatibus, &
murmure infeſtãtibus, abſente tamẽ calore, porrigẽdi ſunt: Seminis hyoſcyami al-
bi, ſem. anethi, ſem. fœniculi, ſingulorũ drach. quinq;, ammeos drach. duę cũ ſemiſſe,
opij drach. tres, ſem. apij drach. decẽ, hæc uino ſubacta in paſtillos redigito, ac unum
ſeſquidrachmæ põdere, aut minoris, pro uiriũ, & morbi ratione, uino læuigatum, po-
tui offerto. Cõpoſitio electuarij de ſtyrace, uetuſto uẽtris fluori, & teneſmo cũ flati-
bus malignis, abſq; febri & ardore infeſtãte, utiliſſima: Caſtorei, opij, aſari, ſtyracis li-
quidę, myrrhę, ſem. alterci nigri, thuris, cuiuſq; æquę portiones, † mellis quantũ ad
ſimpliciũ medicinarũ exceptionẽ ſat eſt, huius quidẽ põdus inter duas drach. & tres,
ut plurimũ propinabit̃. Si teneſmus poſt decimũ diẽ protractus fuerit, nec medica-
mina quicquã præſidij attuliſſe cernãtur, & ægrum circa pectinẽ dolor aliquis exer-
cet, ad ſubſcriptum clyſterẽ recurrendũ eſt: Panacis, oryzę, lentiũ, quibus tribus cor-
tices detractæ ſint, roſarum ſiccarum, balauſtiorũ, calicum glãdium, cuiuſque mani-
pulus unus, omnia tribus libris aquæ potabilis ad dimidias incoquũtur, & deinceps
percolãtur, inſuper ſumuntur ceruſſæ, cineris † chartæ Babylonicę, aut ſi eius facultas
non eſt, cineris alterius chartæ, utriuſque drachma una, lapidis Armenij ſedrachma,
uitellus oui aſſus induratuſq; unus, olei roſacei ſemuncia, hęc omnia iam narrato de-
cocto ſubacta commixtaq;, ſemel biſue clyſteris forma ægrotãti infundentur. Por-
rò ſi teneſmus in uetuſtatem inciderit, ac nullus ſanguis, ſed raſura alba & mucoſa,
mucori ſanioſi nõ abſimilis, ꝓfluxerit, pharmaco putredinib. ſacro, uidelicet Capite
quo gingiuarum putreſcentiũ curationẽ ꝓſecuti ſumus deſcripto, rectiſsime ad hunc
modũ uteris. Portionẽ aliq; eius medicamẽti in pauloante deſcripto decocto ſubigi-
to, & clyſterẽ unũ atq; alterũ in aluũ ex eo dimittito. Quod ſi alui fluorẽ ex huius cly-
ſteris acrimonia, inteſtinorũ & ſedis muſculorũ ardor ac eroſio cõſequant̃, enema ex
roſaceo oleo tepere inijciendũ erit. Sin uerò nullũ notabilẽ ꝓſcripti clyſteris infuſio
roſionẽ induxerit, tãtiſper dũ affectus reſtituatur, in eius uſu perſiſtere conſilium eſt.

† Propter nimiã ſtupe faciendi uim à 3.1. incipiemus.

Teneſmus.

† Plurimũ 4. mellis partes ad unã medica minũ accipimus.

† Opinor ex Dioſco. papyro fieri.

A putri pituita.

Epithema quo uenter uehementi & continuo profluuio afflictus, ac uiriũ robore
lãguidus, illinẽdus eſt: Galliæ moſchatę, acaciæ, cyperi, myrrhæ, gallarũ, cupreſſi, thu-

Ad frigidũ affectũ utile eſt.

Digitized by Google

ris,omniũ partes æquales,his uino ueteri & ſubaſtringẽte,aut cotoneorũ ſucco aſperſis,uẽter crebro irroradus eſt. Huic quoq; nõnunq; panis bis coctus ex Syria cõmiſcet. Cæterũ ſi morbũ ardor concomitet, epithema q̃d duobus ſantalis,roſis à fibris liberis,lapide Armenio,nuce Indica,galla,pane bis cocto,& ſucco malorũ punicorũ acidorũ,aut cotoneorũ,aut ſucco myrtino cõſtat, p̃ſidio erit. Si aũt uehemẽti ac graui teneſmo eger tenet, ſæpeq; ad ſeceſſum properat, nihil tamẽ niſi forte mucoſum quid egerit,glãs iſta ſubijciẽda eſt,ſiquidẽ mirifice teneſmũ,ſenſoriç facultatis torporem inducens,ſedat: Thuris,lycij, croci, gummi Arabici,cuiuſq; drachma una,opij drachmæ duç, informantur † glandes, quæ ano induntur.

† Alexã a l nuclei pinei magnitudinẽ,pauloue maiores eas fieri præcipit.

De urinæ difficultate. Cap. LXXIII.

QVod ſi urina modica excernit,aut in totũ ſupprimitur,nullo tamẽ in inguinibus apparẽte tumore,nullaq; p̃ſente grauitate aut dolore,qui aut renes, aut urinç meatus infeſtet,infrà ſcriptis medicaminib. urinç ciẽdæ uim poſſidẽtibus,malo ſubueniendũ eſt. Cuius notæ,hoc quod modo ſubijcit eſt: Seminis apij,nitri naturalis,rubiç ſatiuæ,oluſatri, baccarũ iuniperi,ſeminis aſari,ammeos.ſem. fœniculi,ſpicç,amygdalarũ amararũ,cuiuſq; drach.uigiti, ſem. melonũ drach.decẽ, cantharidũ, quarũ † alæ & capita abiecta ſunt,drach. una, ammoniaci drach.tres,ammoniacũ uino diluit,ac eo reliquis exceptis,formãtur formulæ auellanç nucis inſtar, quarũ portio inter drach.unã & tres, una ꝓpinatione ex cicerũ decocto offert. Sanè hoc medicamẽ habitus molliciei,eiuſdẽ laxitati,hypoſarcæ, eijciẽdisq; his quorum occaſione corpus exiccare cogimur, accommodũ cenſet,

A partium debilitate.

† Fuchſius alas ſ nendas autumat.

Si urinç difficultas à caſu,aut fœmorũ,aut ani circũiacẽtiumue partiũ plaga apprehẽdit ægrotãn ſanguis axillari uena ptuſa(partita interim ſanguinis miſſione) detrahet,& locus affectus egelida aqua ſubinde irrorabit, & calidioribus doloreq; ſedãtibus oleis,ad medij diei ſpaciũ infricabit. Aeger quoq; ad urinç excretionẽ cohortãdus eſt,quã optime ſpiritus retẽtione & muſculorũ octo abdominis cõpreſſione,perficiet. At ſi ſuppreſſio urinç ueſica plena ac intẽſa,moleſtet, præſertim poſt ſanguinis aut puris eruptionẽ,medicamina,quç grumos ſanguin. & puris in ueſica cõcreti, diſcutere,colliquareq; ſolẽt,propinãda ſunt. Medicamẽ grumis ſanguinis, & puris ueſicæ amouẽdis,uehemẽter generoſum: Cardamomi,myrrhæ,rubiç ſatiuæ,qua ueſtes inficiunt,baccarũ iuniperi,ammoniaci,liquoris Cyrenaici,ſingulorũ æq; portiones,ammoniacũ fœniculi ſucco,aut ſimili aliquo lçuigat,& eo alia excepta,in catapotia digerunt,ex quibus drach.una quater in die, cũ ſuperius cõprehenſi ſem.decocti uncijs tribus,ꝓpinatur. Syropus quoq; acetoſus,ex aceto acerrimo præparatus,ſubinde porrigẽdus eſt. Ad hæc per ſyphonẽ aqua ſale diluta,aut lixiuiũ opportunè inijcit. Cõpoſitio autẽ lixiuij ad id efficacis, ad hũc modũ p̃paratur: Cineris † ilicis,cineris ſarmentorũ, † cali calcis,cuiuſq; debitç portiones,his aqua q̃uſq; tegãtur, ſuperaddit,triduoq; ita ſeponũtur,deinde illis ꝑ colũ trãſmiſſis,lixiuiũ recõditur,& eius modica portio per ſyphonẽ in ueſicã demittit. Cnici etiã folia,& blitũ cum modico olei amygdalarũ decocta,affecto loco rectè ſupaccommodãtur. In ſolio præterea inſeſſus,cui chamæmelũ,ſtichas Arabica, ſampſuchus & ſiſymbriũ incocta ſint,ægro ſtrenuè auxiliãtur. Poterit quoq; huiuſcemodi ſoliũ ex braſſicarũ ſummitatibus, & blito,& ſtercore colũbino in aqua decoctis, adaptari.Sanè in his decoctis q̃ad per uires licebit,magno præſidio æger deſidebit,atq; ex iã comp̃henſis herbis,cataplaſmata ac fotus inguinibus & circũiacentibus partibus,utiliter inducet. Quando autẽ ſolio inſedit,ea quç urinas citant ac mouent,potui dare confert. Verum ſi hçc uniuerſa inefficacia ſunt,ad inſtrumentum urinis eliciẽdis aptum (ſyphonem , aut catheram uocant) recurrendum eſt. Si uerò urinç difficultas poſt calculi indicia oboriat,ęgrũ ſupine ꝓcumbentem,pedes ac genua uarijs motionib.in altũ cõquaſſare,concutereq; decet.

Ab externa cauſa.

A corpore urinæ meatũ obturante.

Arculanus ſyropum per ſyphonẽ immittẽdum exiſtimat.

† Alids,glandium.

† Serapio uſne Græcorum eſſe dit,Leonicenus uerò telephion.

Cæterum

Digitized by Google

Cæterũ ſi urina nõ profluxerit, operæpreciũ erit, & hic quoq; ad depellendũ calculũ, colli ueſicæ orificio incumbentẽ, inſtrumẽto (quo in ueſicã demiſſo urina emollitur) auxilium præſtare. Percauẽdum tamẽ, ne ueſicę ceruix inflãmatione tentata, eius inſtrumẽti dimiſſione irritet̃. Ad ſuppreſſam urinã inter cætera mirifice cõducunt, frequentes in labro calidiore inſeſſus, & ex oleis calidioribus emollientibusq; crebrę inunctiones. Itẽ medicamenta urinas mouentia epota, præſidium præſtant. Maxima igitur diligentia ab acidorum, auſterorum, acerborum, craſſorumq́; eſu, ægrotantem circumcidere conducit.

Lapide in ueſicæ adhuc ceruice hærente.

Totius capitis epilogus.

De renum & ueſicæ calculo. Cap. LXXIIII.

LApidẽ ueſicę declarãt, continui pudendorũ ægri pruritus, & crebræ manuũ cõtrectationes, & freq̃uẽs ipſorũ tẽtigo, ſubitaq́; ipſorũ laxatio, & urinę cũ difficultate ac dolore excretio, in q̃ affectu longanõ quoq; à ueſicę calculo cõpreſſum, interdũ procidere ſolet. At calculũ renibus innatũ, teſtantur laborãtis cũ urinæ difficultate, uehemens renũ & meatuũ, per quos urina è renibus in ueſicã diſtillat, & circumiacentiũ partiũ, & inguinũ dolor, & aluus initio aſtricta, & ciborũ nauſea. Calculo quidẽ in ueſica concreto, hęc infrà ſcripta cõpoſitio utilis eſt, quoniã ad cõminuendũ lapidẽ etiã uetuſtiorẽ, mirifice efficax eſt. Et ego quoq; eius uſu, magnũ lapidẽ minori quadraginta dierũ ſpacio, cõfregi. Habet autẽ ea ſe in hunc modũ: Fructus balſami, ſem. raphani, dauci, ſem. oluſatri, corticũ radicũ opoponacis, corticũ radicũ capparis, amygdalarũ amararũ, † baccarũ lauri, florum iunci rotũdi, cyperi, ſpicę Indicæ, caſię lignę, ſcolopẽdrij, ſem. rutæ ſylueſtris, gẽtianæ, ariſtoloch. rotũdę, aſari, cardamomi, ammoniaci, ſagapeni, bdellij, piperis, acori, omniũ æquę portiones, gummi in balſami oleo ſufficiẽti, diſſoluti, ſubagitent̃, deinde reliqua ex his cõficiant̃, fingãturq́; globuli, quorũ ſingulis diebus drach. ſeminũ incidentiũ decocto ſoluta, ꝓpinetur. Nõnunq; & obulus cinerũ ſcorpionũ unà cũ eis porrigit̃. Scorpionũ porrò cineres in hũc modũ apparari ſolẽt: Accipiuntur ſcorpiones, qui in ollã fictilẽ repoſiti, & olla diligẽtiſſime obturata, ſuper tegulã in furnũ nõ uſq; adeò calidũ dimittunt̃, ibiq́; ad ſex horarũ ſpaciũ ſinũtur, & inſuꝑ exempti, ac in tenuiſſimũ cinerẽ triti, uſui futuro in uitreo uaſe reponunt̃. At æger decocto cicerũ, & cibis aromatibus ſeminibuſq; calidioribus ꝑparatis, alẽdus eſt. A lactis uerò, & caſei, aliorũq́; craſſorũ & glutinoſorũ ciborũ eſu reuocãdus, quoniã eorũ ſuccus facilè in calculũ à caliditate indurat̃. Præterea deſcẽdat æger in ſolium, cui braſſicarũ folia, ſampſuchus, † blitũ, abrotanũ, mẽthaſtrum, columbinũ ſtercus, & medulla ſem. cnici incocta ſunt. Quinetiã inguina ſcorpionũ oleo inungẽda ſunt, atq; eius momentũ in ueſicã per ſyphonẽ infundẽdum. Oleũ ſcorpionũ: Ariſtolochiæ rotũdę, gẽtianę, cyperi, corticis radicũ capparis, cuiuſq; uncia una. Hæc in libra olei amygdalarũ amararũ ſoli expoſita, marceſcere ſeptimana una ſinunt̃, deinde expreſſa ꝑcolãtur, in cuius percolati libra inijciũtur ſcorpiones decẽ, & iã omnia rurſus in uaſculũ adamuſſim occluſum, ad ſolẽ duabus hebdomadis exponunt̃, dein per colũ trãſmiſſa futuro uſui recondunt̃. Quũ itaq; hoc genus olei quàm optimũ ac laudatiſſimũ ad ꝓpoſitum affectũ exiſtimat̃, eius portio per guttulas in ægri penem, poſtq; è ſolio deſcenderit, rectiſſimè inditur. Cæterum ſi lapis in ueſica impendio increuerit, illi nullum, niſi à manuali inciſione, qua euelli queat, remedium præſtare poteſt. Verum huius ſectionem perſcribere, noſtri propoſiti libri limites haudquaq; admittunt. Cum autem renibus calculus innatus eſt, æger in ſolium emolliẽdi ui præditũ, frequẽter ſe demittet, & renes, & lũbos, nuꝑ enarratis oleis inunget. Ac lintea quoq;, calefaciẽdi uim obtinentib. liquoribus immerſa, dolẽti loco admouebit, ex quorum claſſe ea, quę hactenus enumerauimus medicamina ſunt.

A craſſo terreoq; humore, ignea caliditate incraſſato.

† Alij dãno cõchiæ ſaxifragiam uertunt.

Scorpionum cineres.

† Virib. noſtræ ſpinachiæ reſpondet.

Meſuas duplex deſcribit, ſecũdum hinc ſumptum eſt.

Apud Paul. lib. 6. cap. 60. & Cel. lib. 7. cap. 26.

Digitized by Google

Potui

Potui aũt calculos confringẽtia diſſecãtiaq; nõ tamẽ manifeſto calefaciẽtia, p̄beto.
Verum ſi euenerit calculũ ex renibus per meatus urinarios, quos Græci οὐρητῆρας uocãt, in ueſicã decũbere, eaq; occaſione ueſicæ ceruicẽ obturare, aut ſi idẽ à ueſicæ calculo fiat, aqua calida paulatim ab alto, pudẽdorũ partibus, donec rubore ſuffundũtur, inſtillanda eſt, poſt hãc, oleũ tepidũ guttatim ſuperfundat̃, parteſq; illæ infricent̃. Porrò extrema urgẽte neceſſitate, ad exteriora ſuccio remedio erit, ſiquidẽ ea calculũ dimouebit, & cũ urina fortaſſe extrà penẽ ſimul alliciet. Quoniã ſi anguloſus magnuſue extiterit, inferiorẽ ueſicæ ceruicis partẽ, qua ſcilicet eius corpus ſpectat, incidere neceſſitas iubet, ut hinc lapis manuali arte euelli queat.

De renum & ueſicæ inflammatione. Cap. LXXV.

Renum.

PHlegmonẽ renũ, cõcomitatur febris inordinata, nec uſq; adeò ardens, ſed quę cũ horrore, & rigore ægrotantẽ apprehẽdit, & frequẽs mictus, & inferiorũ dorſaliũ partiũ dolor grauis, unde ſi quando æger dimouet̃, in his partibus pondus tanq; ab alijs ſuſpẽſum, propẽdere ſentit. Cum itaq; hæ notę conſpiciunt̃, ſi modo nihil aliud prohibet, citra cunctationẽ in principio, axillari uena è directo partis dolentis grauitateq; implicitę ſecta, ſanguinẽ ægro minuemus. Regioni quoq; dolẽti forinſecus cataplaſmata, & fotus, q̃ mediocrem refrigerãdi uim obtinẽt, accõmodabunt̃. Quorũ uſu ſi affectus propellit̃, bonũ putabit̃, quoniam nulla ſuppuratio expectanda erit. Cæterũ ſi neq; dolor, neq; febris, neq; grauitas horũ applicatione cõquieuerint, urinæq; frequẽs ſtillicidiũ ægrũ laborioſe moleſtauerit, pus hac in parte colligi indiciũ eſt. Tunc itaq; cataplaſma dorſo induces, q̃d chamæmelo, ſemine lini & furfuribus, oleo ſeſami ſimul exceptis, cõſtat. Iam etiã in ſolio ex emolliẽtibus herbis parato, inſeſſus ſummè, p̄ſunt. Porrò ſi æger pus minxerit, ſemina ſubſequẽte Cap. ad urinę ardorẽ recẽſenda, donec imminuat̃ decreſcatq; pus, ægrotãti offeres. Deinde paſtillos in Cap. ſanguinis & puris mictui, p̄prio deſcribẽdos, exhibebis.

In principio quoq; Gal. axillarẽ ſecat, aliàs aũt in poplite.

Veſicæ.

Inflãmationi autẽ ueſicę comites ſunt, febris † cõtinua ardens, & urinæ reddẽdę impotẽtia, & eiuſdẽ ſtillicidiũ, & ceruicis ueſicę, & fœmorũ imiq; uẽtris dolor. Quare uenã axillarẽ hoc affectu implicito, incidere præſidio eſt, & alia quę renũ inflãmationi accõmoda retulimus, adhibere confert. Cæterũ non omnis renũ inflãmatio in uomicã tranſit, ſeu diſcutit̃, ſed aliqua in duriciẽ etiã occalleſcit, cuius grauitas in renibus tanq; ab alijs ſuſpẽſa, abſente febri, moleſtiã ęgro infert. Huic igit̃ clyſteres infuſi ex fœno gręci, & ſem. lini cremoribus, atq; ex chamæmeli, braſſicarũ, meliloti, maluę ſylueſtris & furfurũ decocto, uehemẽter conducunt. Nec minus irritatus uomitus, ob materię diuerſionẽ, adiuuat. Cataplaſmata quoq; ex iam cõprehenſis emolliẽtibus medicamẽtis pręparata, regioni renũ accõmodata nõ parũ auxiliant̃. Iam ſi urina modica egerit̃, prædictis, ea quę urinę ciendę ſunt, accõmodè adijciuntur. Sanè huic quidẽ affectui non mediocrẽ curã diligentiãq; adhibere conuenit, quoniã huiuſcemodi renũ duricies (quã Græci σκίῤῥον appellãt) aquæ inter cutẽ interdũ autor, nõ aliter quã iocinoris, aut lienis duricies eſſe conſueuit.

† interpres cõcluſa.

Scirrhi renum curatio.

De urinæ ardore. Cap. LXXVI.

Ob urinæ à calidis ſuccis acrimoniam.

QVãdo ægro inter mingendũ ardor, punctileſq; cruciatus in ueſicę ceruice oboriunt̃, à ſalſis, acidis & acribus circũſcindendus eſt. Et cibis humectãtibus ac aluum emolliẽtibus herbis præparatis, & iuſculis, hiſq; in leniendo uentre partibus, alẽdus. Quinetiã ad reprimendũ humorũ acrimoniã, ſubſequẽs medicamẽ porrigendũ eſt: Seminis melonũ excorticati drach. triginta, ſeminis cucumeris citrinati, ſeminis cucurbitę domeſticę, ſeminis portulacę, ſeminis papaueris albi, ſingulorũ drachmæ tres, ſeminis alterci albi drachmę duę, ſacchari albiſſimi quantũ ſimul omnia pendẽt, huius pulueris quotidie drachmę

tres

tres mane, & tantundē rurſus ſub uesperā dormituro ægro cū uncia ſyropi uiolacei, aut iozulapou, & dulcis radicis decocto, offeruntur. Ad hanc quoq; noxā quàm diligētiſſime attentū Medicū eſſe oportet, ſiquidē urinę acrimonia, dum perſeuerat, ueſicę & urinę meatuū exulcerationem creare ſolet.

Ad ſanguinem & pus mingentes. Cap. LXXVII.

SI à caſu, aut plaga alicui ſanguis per penē erūpat, uena axillaris (partita interim ſanguinis detractione) rectè ſecatur, & paſtilli ex ſuccino potui accōmodè porrigūtur. Paſtilli de ſuccino: Succini, gummi Arabici, utriuſq; drach. quinq;, balauſtiorū drach. duę cum ſemiſſe, hypociſtidos tantundē, thuris drach. duę, ſeminis apij, opij, utriuſq; drach. una, redigunt in paſtillos ſeſquidrach. pondere, quorū unus q̄tidie rhois decocto dilutus, utiliter offertur. Inter cibos quidē, conueniūt glutinoſæ & uiſcoſę carnes cū rhu obſoniorū, aut omphacino elixę. A ſalſis autē & acribus opportune æger arcetur. Verū icto loco cataplaſma ex lapide Armenio, acacia, aloë & lycio, poſca exceptis, ſuperaccōmodabitur. Si ſanguinis mictu poſt acrium eſum, aut uini acrioris, calidioriſq; uſum, æger angitur, uena axillaris ad ſanguinis retractionē incidēda eſt, atq; paſtilli ex ſuccino exhibēdi. Vniuerſa quoq; uictus ratio planè eadē cū præcedentiū erit. Cæterū ſi ex ulcere eroſione cōcitato, pus minxerit, paſtillos hos præbeto: Conſtant autē, ſeminis melonū, ſeminis cucumeris citrinati, cucurbitę domeſticę, ſingulorū corticibus liberatorū drach. uiginti, lapidis Armenij, gūmi Arabici, thuris pinguioris, cinnabaris ſingulorū drach. decē, opij drach. tribus, ſeminis apij drach. duabus, fingūtur ex his paſtilli drach. duarū pondere, quorū unus uncia ſyropi albi papaueris detritus, ſingulis diebus potui offertur. Quinetiam ceruici ueſicę, infrà ſcripti collyrij portio per ſyphonē utilter inditur. Collyriū de ceruſſa: Ceruſſę, ſarcocollę, thuris, gūmi Arabici, opij, cinnabaris, ſingulorum æque portiones, hęc ſucco portulacę aſperſa, in collyria redigunt. Deinde per ſyphonē mulſa ægro in ueſicā infunditur, ac ad urinę excretionē ægrotās ab aſtātibus utiliter incitatur, inſuper poſtq; urinā eminxerit, huius collyrij portio aſinino lacte ſoluta, per ſyphonem ueſicę infunditur.

Ob uenæ rupturam.

Ex uenarum eroſione.

De his qui inuiti urinam reddunt. Cap. LXXVIII.

SI æger magnā urinę portionē emingit, nullā tamen inter mingendū acrimoniā ardoremue percipiat, aut ſi quis noctu ſe cōmingit, uerum neq; ſiti, neq; aliqua corporis macie, colliquationeue inde tenetur, ea quę urinę reſtringēdę ſunt, utiliter utriſq; offerūtur. Quale q̄d iam ſubſequitur medicamen eſt: Glandium drachma una, thuris drach. triginta, ſeminis coriandri exiccati, gummi Arabici, lapidis Armenij, ſingulorū drachmę decem, omnia in puluerem ſubiguntur, cuius mane drachmæ tres, & totidem ſub noctem, cum momēto decoctionis inulę campanę, ut medicamen ad ueſicā uſq; deueniat, propinantur. ¶ Quoniā uerò hic affectus, renū retentricis imbecillitatē, aut urinę meatum ambientē muſculū relaxatū, aut aliam quāpiam frigidā uel humidā occaſionē ſui autorē hābere ſolet, nō immerito his dū puluerē offers, ipſis dicatis remedijs proſpicere debes. ¶ Quodſi æger in hoc affectu ſiti inexplebili, quę nimio cruciatu clamorē ægrotāti excitet, conficiatur, & potio protinus qualis aſſumpta eſt, per urinas trāſmittitur,

Diabetes.

hordei

hordei decoctũ cum herbę pulicaris ſeminis cremore, porrigendum eſt & æger immaturarũ uuarũ ſucco, & cibis illo & rhoi obſoniorũ præparatis, & alijs his perſimilibus edulijs, enutriendus eſt. Lac quoque acidũ, ex quo butyrum coactum ſit, & quę ex hordeo cortice libero paraẽ puls, magno auxilio offerunẽ. Potui autem, decoctione ignis aut ſolis inſpiſſati ſucci, qui acida qualitate pollent, propinabũtur, & ab omni exercitio, & mulierũ concubitu æger arcebitur. Præclarè uerò faciũt hi paſtilli, potui oblati. Spodĩj drachmę decem, ſeminis lactucę, ſeminis portulacę, utriuſq; drachmę quindecim, coriandri exiccati drachma una, roſarum rubrarum, lapidis Armenĳ, ſingulorum drachmę quinque, balauſtĳ drachmę duę, camphorę ſedrachma, terũtur in puluerem, & plantaginis ſucco excepta, digeruntur in paſtillos, quorum drachma malorum punicorum acidorum ſucco ſubacta, porrigitur. Herbę etiam infrigidantes, cuius generis ſunt portulaca, plantago, & ſolanum, commodè renũ regioni ſuperligantur. Ab omni quidem calidorũ ciborum eſu, & uino, ac his quę urinas citant, inprimis abſtinere confert.

Aëtius lac ſciſſum habet. Arab. Rob uocatur.

Inter ea quę ſtolidorũ imperitorumq; medicorũ inſcitia, in hoc affectu delinqui ſoleẽ, totius corporis tabes, colliquatióue, primas obtinet, in quam ægrum propinatione calidorum medicaminum & urinas promouentium, eueſtigio inducunt.

De lumbricis in ano ac uentre natis. Cap. LXXIX.

QVi hoc malo torqueri ſolet, à craſſis & glutinoſis ac pinguibus cibis, nimiáq; alimenti infarcione abſtineat oportet, & indies panis offulas, ſinapi muriáq; immerſas, ante cibos magna utilitate aſſumet, ſiquidem ea ratione, lumbricos procreari prohibebit. ¶ Quoniã origo omniũ triũ generũ uermiũ, uidelicet, lumbricorũ, teredũ, & aſcaridũ, ex cruda, craſſa, pituitoſáq; materia putredini accomoda, exiſtit ¶. Si tamẽ nihilominus poſt horũ incidentiũ uſum inteſtinis innaſcanẽ, nullũ ab expulſione remediũ eſt. Medicamẽ porrò teretes, & longos rotũdoſq; lumbricos expellẽs, præparaẽ ex ſemine † burungĳ excorticato, hoc eſt, eriſymi, aut ut alĳs placet, meliſſophylli aut erucę ſylueſtris, quãdo ſcilicet ægro fame uexato, eius ſeminis drachmę ſeptẽ in lacte læuigatę, poriguntẽ. Medicamentũ aliud generoſum, agẽs lumbricos: Burungĳ ſeminis excorticati, ſeminis nigellę, turbit, cuiuſq; pares modi, lupinorũ, naſturcĳ, arenulę rubrę ex Mecha aduectæ (quã Arabes † kanabel appellãt) ſingulorũ pars dimidia, omnia in puluerẽ ſubiguntur. Expoſcẽte autem uſu, æger per triduũ lac recenter mulctũ & calidũ bibet: & deinde tertio die uictu tenuiſſimo enutritus, cõmemorati pulueris drachmas ſeptẽ lacti adhuc ex uberibus calenti, & aceto iniectas, aſſumet, idq; eo potiſſimũ tempore, quo fames ipſum cruciat. Aſcarides uerò uermes minuti, in extremo lõganone & ani fibula nati, ſunt, quãobrem ibidem prurituũ (cuius gratia anus ſubinde infricaẽ) excitãt. Depellunẽ uerò huiuſcemodi uermes, lana molli oleo in quo porrũ ebullierit imbuta, ac in ani fibulã cũ ſpecillo detruſa, poteſt autem lana tenera citrĳ mali oleo, aut mẽthaſtri liquore, aut momẽto aloẽs, uaccino felle ſoluto, intincta, in anum etiam ad eundem uſum ſubĳci.

Prolixius agit Aëtius Sermo. 9. Cap. 39.

† Alĳ abrotanũ interpretãtur.

† Ita Veneti ſuã ſementinam Arabicè uocant, tamen nec Aui. nec Sera. eſt. Vide Antonium Muſam 179. in ſimpli.

De hemorr

De hæmorrhoidibus, ſciſſuris, & fiſtulis ani. Cap. LXXX.

DVm ſanguis purus citra dolorem ab ano per certa interualla emanat, minimè ſupprimendus eſt, niſi forte ſua profluuij copia laborantis uires deuicerit, ſiquidē huiuſcemodi ſanguinis proruptio, multis affectibus hoc uitio detentum, immunem reddit. Cęterum ſi eo ſanguine ab oris uenarum, tanq̄ ex capitulis quibuſdam ſurgentibus profluente, ægri robur deijcitur, ſuppreſſio ex uſu erit. Proinde paſtilli de ſuccino, rhois decocto ſoluti, cōmodè offeruntur. Cibis autem rhus obſoniorum in cōdimentum accipientibus, & ſucco inmaturarū uuarum prępa ratis, hiſq; perſimilibus, quibus alendi facultas eſt, rectiſſimè enutrietur. Porrò ſi uires plurimum proſternantur, expreſſo carnium, cui plerunq; cotoneorū ſuccus, & uinum ſubaſtringens admixta ſint, alendus eſt. Vinum quoq; auſterum propinandum. Præterea iocinori emplaſtrum de ſpica, Capite de iocinoris doloribus inſcriptum, utiliter ſuperaccōmodabitur. At ſi hęc inefficacia fuerint, confectio ex ferri ſtercore apparata, porrigetur. Ea accipit, myrobalanorum Indicarum, belliricarum, emblicarū, ſingulorum drachmæ ſemiſſem, ſpicę, iunci odorati floris, cyperi, zingiberis, piperis, ammeos, thuris, cuiuſq; drachmas duas, ſtercoris ferri in aceto ſeptimana una macerati, ac deinde combuſti drachmæ quindecim, excipiuntur omnia deſpumato melle ſimul cum myrobalanorū emblicarū iure decocto, ueluti Cap. de melancholia cōprehenſum eſt. Huius iuglandis inſtar quotidie exhibebitur, ea nanq; confectio, è uenulis ani, & ex ijs per quas menſes mulieribus repurgantur, manātem ſanguinem ſiſtit. Præter hæc quoq;, diuturno uentris profluuio, non mediocri ea præſidio eſt. Quod ſi excreſcentia aliqua eminens, & magnos excitans cruciatus in ano oboritur, uerum à qua nihil reſudat, cepæ ſuccum, aut fel uaccinum modica lana illitum, excreſcentiæ applicato. Glandē quoq; oblongā ex malo terræ paratā, in anum ægri tota nocte retinendā indito, & ſi forte fortuna glans ex ani fibula propellitur, rurſus donec excreſcētia eius acrimonia incidatur, atq; adaperiatur, ſanguiſq; profluat, eam ſubijcito. Cæterū ſi quando cum uehementi dolore, inflāmatio quoq; ingens anum infeſtet, uena ægro ſecanda eſt, atq; emplaſtrum infràſcriptū ſuperligandum, quoniā hoc probè hæmorrhoidū dolorem ſubleuat, potiſſimum ſi adiunctam habeant inflāmationem. Accipito itaq; ad eius emplaſtri cōpoſitionem, iuris decoctionis meliloti, & chamæmeli tantiſper dum tabuerint in aqua elixatorum, tantum quātum uola una continere potes, & deinde oui aſſi luteum unum, croci drachmā unam, opij drachmas duas, ſeminis lini contriti, fœnogræci, maluæ ſylueſtris, ſingulorum manipulum, excipito omnia ſapa, hoc eſt, decocto uino, in quo bdellij drachmæ tres dilutæ ſunt. Iam poſtq; excreſcentię ſuperficiem oleo ſeſami, in quo gallinaceus adeps, aut anatis ſolutus fuerit, inunxeris, prædicta emplaſtri modo adhuc eglida dolenti loco admoueto, extrinſecus betæ, aut lactucæ folijs tuendi gratia impoſitis. Aliud remedium, dolorem inflammationemq; remittens: Cepam albam quā optimè coctā, unà cum butyro uaccino tantiſper dum emolliatur, cōterito, & ita ambo modicè calētia ano inflāmatione tentato ſubmittito, id nanq; mirificè dolorē reprimit. Quod

Hæmorrhoides.

Pag. 252.

Græci cōdylomata uocare ſolent.

Sciſſura.

Z ſi lan-

Digitized by Google

ſi languentis anus ſciſſuris,(quas Græci ῥαγάδες appellant) infeſtatur, quæ exiccata aluo ob fecum duriciem cruciatus, dum æger egerit, inferunt, catapotia ex bdellio ſubinde propinata, ſtrenue auxiliant̃. Quę cõſtant, myrobalanorum nigrarum, chebularũ, utriuſq; drach. decem, ſagapeni drach. tribus, naſturtij albi drach. duab. bdellij mollioris & pinguioris drach. quindecim, omnia porri ſucco, in quo bdellium ſubactum ſit, excepta in catapotia rediguntur, quorum doſis identidẽ aſſumpta inter drach. unam, & † quatuor eſt. Si autem affectã partem ardor affligit, unguento de ceruſſa eam circumungito. Abſente quidẽ æſtu, unguine ex cameli gibbi adipe, & bdellio preparato, affectã partem illinito, quod Arabes unguentũ de bene uocant. Huius autem cõpoſitio in hunc modum ſe habet: Ceræ luteæ, olei ſeſami, adip. anatis, medullæ cruris uaccini, adip. ex cameli gibbo collecti, bdellij, cuiuſq; paria põdera, bdellium ſeminis lini cremore ſoluit̃, & alia eo excepta, in linimentũ rediguntur, cui nullũ uiribus par eſt. Quod ſi ægrũ profundiores ſciſſuræ, à quibus fœtidũ pus reſudat, implicent, medicamen acre Cap. de ulceribus deſcriptum, ijs admoueto, & ut biduum admotum æger ſuſtineat, ſollicitato. At ſi reliquiæ aliquæ per ſudores erumpentes remanſerint, rurſus tantiſper dum locus exiccet̃, & nihil promanet, nuper dictũ medicamen ſuperaccõmodato. Si autẽ ea, quæ hac in parte innaſcunt̃, in tantũ prominent propendentq;, ut arida ac liuida fiant, butyrum tepidũ donec liuor amoueat̃, ſubinde ijs inungito. Verũ ſi denuo huiuſcemodi defluens ſudor, ægrum in poſterũ moleſtet, † medicamẽ acre, & ad ſanioſa ulcera optimè faciens, iam ſecundo applicato. Sin autẽ nihil reſudat, unguẽto de † ceruſſa optimè huiuſcemodi excreſcentijs ſubuenies. Eſt & quãdo uenulæ ſanguine manãtes, & foris propendẽtes, ignito ferramẽto curant̃, ſed eius rei tractationẽ, propoſitus liber minimè admittit. Cæterum inter reliquias corporis partes faciliſme anus fiſtulis tentat̃, quum arctis & oblongis ſinibus ex ſua figura ſubiectus ſit. Fiſtulę autẽ hæ nonnunq; penitus penetrãt, nonnunq; cæcæ ſunt. Proinde ſi utrinq; pertuſę fuerint, flatus & ſicciora recrementa per eas protrudunt̃. Si autẽ una tantũ parte foratæ ſunt, neq; ſtercus, neq; flatus inde prorũpunt. Harũ autẽ præſidia cõplete percẽſere, plus eſt, q̃ ſuſcepto hoc libro limitari poſſet. Verum quia mortales pene omnes in harũ curationibus, q̃ ſæpiſſimè in maximos errores labunt̃, quo non exiguæ noxæ ſubſequi ſolent, perſtringemus illa, quæ huic affectui cõgrua pſidia putamus, quaq; ratione ab huiuſcemodi uitijs ſibi precauere potuerunt, exequemur. Exiſtimamus itaq; fiſtulã utrinq; pertuſam, & in ano penitius deliteſcentẽ, nulla ratione eſſe ferro contingendã, ſiquidẽ in his ferri inciſio, ſtercoris pter uoluntatẽ egeſtionem cõcitat, licet & aliud quoq; ſit, prohibens fiſtulã pfoſſam ferramento tẽtari, nimirũ quum quoad uixerit æger, hoc in ſtatu à ferro non læſus, permanere poſſit, nullã inde, ſcilicet, inſignẽ noxã, prӕter ſaniei reſudationẽ percepturus. Verũ ſi id q̃d è fiſtula profunditur, acre & mordax odoreq; fœdũ exiſtit, cuiuſq; copia indies increſcit, fiſtula putrida quæ herpetẽ exedentẽ ſibi comitem habet, ægrũ infeſtat. Cui medicamine acri, erodenteq;, & deinde deperditã carnẽ reſtituente, priuſq̃ malum dilateſcat augeaturq;, ſubuenire debes, antea tamen leuiore quopiã tentato.

† Alibi, tres.

7. ad Almanſ. cõſtat ex æruginis et mellis æquis portionibus.

Hæc omnia ferè ſeptimo lib. ad Alman. deſcribuntur.

Paul. libro 7. cap. 79.

Fiſtulæ.

Pulchrè apud Paul. libro 6. cap. 66.

Opinor id eſſe quod melle & ærugine conſtat, &c.

Digitized by Google

tentato. Porrò ſi id q̃d reſudat, exiguum, nec mordax, nec odore fœdũ fuerit, ſicq́ malũ non ſerpſerit, nulla inde præter reſudationẽ & fluxum habenda ſuſpicio eſt. Poterimus tamen huic, ut exiccet̃, & ſubſideat, & niſi per lõga interualla quicq̃ reſudet, ſubuenire, atq; rurſus ubi ſanies emanat, præſcriptũ medicamen ad fiſtulas, huic quoq; fiſtulæ accõmodare, eaq; ratione tota ægri uita, blandire illi nitemur, nullã inde notabilẽ noxam ægrotante percepturo. Rationẽ autem adminiſtrãdi medicaminis hanc cenſeto. Ante omnia fiſtulã, donec quicq̃d in ea cõſeruatũ ſit profluxerit, cõprimito, deinde collyrij Cap. de oculi fiſtula deſcripti, portionẽ aliquã ſucco plãtaginis, aut pluuiali aqua læuigato. Iam ſi fiſtula ſpecillũ recipere poſſit, ſpecillum molli lana inuolutũ, hocq; liquore imbutum, fiſtulæ imponito. Si autem ob anguſtiam, aut loci diſtantiã, fiſtula ſpecillum recipere nequeat, reſupinato ægro, alteroq; fœmore puluinari incũbente, collyriũ ſucco plantaginis, aut illi ſimili ſolutũ, guttatim per interualla fiſtulæ immanare ſinito. Hoc quidem tribus inſecutis diebus mane, & ſub ueſperã, opportunè perages. Præterea in aqua æneo uaſe calefacta inſeſſus, & ex eadẽ lotiones, ex uſu erũt.

Has curationes palliatas practici uocant.

Ad procidentiam ani & uuluæ. Cap. LXXXI.

Ani

SI anus inflãmatione liber procidit, itaq; ſe habet, ut impulſus in priſtinũ locum protrudi ac retineri queat, ſumito ceruſſę, balauſtij, gallarum, aluminis, ſtibij, ſingulorũ pares modos, & ea in tenuiſſimum pollinem deterito, procidentiq; ano inſpargito, ipſo prius oleo roſaceo calente circũlito, aut uino auſtero deterſo. Deinde ſuo loco repoſitum anum, deligato. Id tamẽ propriiſſime, poſtq̃ æger excreuit, tentabis, ne ſtatim ad egerendum neceſſitas ipſum urgeat. Sumunt̃ quoq; ad præſens uitium, gallę, balauſtia, glandularũ calices, myrti fol. quæ ſimul aquæ donec erubeſcat incoquuntur, & deinde ex huiuſcemodi decocto inſeſſus & lotiones parãtur. Cęterum ſi anus ob inflãmationem tumidus, imponi nequeat, æger in aquã calidã cõſcendet, & ei ad tempus immorabitur, atq; anũ cera, cui chamemelinũ oleum, aut anethinum cõtemperatum ſit, illinere, quouſq; reponi queat, cõſilium eſt. Poſtq̃ uerò recondi poteſt, ſuprà præſcriptis aſtringendi uim poſſidentibus pulueribus, & faſcijs illi rei adaptatis, utendũ erit. Vterus uerò ſi declinauerit, eadem ratione illi ſubuenire decet. At in hoc uitio uinculis fortioribus uti, ut ęgram ſupinã & eleuatis fœminibus, ijsq; ſibi mutuo innitentibus, decumbere neceſſarium eſt.

Vuluæ.

Græci ad id peſſis aſtringẽtib. utuntur.

Ad menſes confertim erumpentes ſiſtendos. Cap. LXXXII.

IMmoderatè profluentibus mẽſibus retinẽdis, paſtilli ex ſuccino, aſtringẽte quopiã liquore lęuigati, atq; ſeptimana una ita propinati, optimè faciunt. Quibus ſi non cõquieuerint, cõfectio quę ferri ſtercus accipit, exhibebit̃, & uena cubitum perreptãs, opportunè (partita interim ſanguinis miſſione) incidetur. Cucurbitulæ quoq; ſub mãmillis infigẽdę ſunt, & cibis auſteris ac refrigerantibus utendũ. Summè etiam facit medicamen hoc, in ægrę ſinum inſtar peſſi immiſſum: Thuris, balauſtij, gallæ, ſtibij, acaciæ, aluminis, ſingulorũ ęquæ portiones, his in tenuiſſimum pollinem redactis, lana quæ ad peſſum ſat eſt, eo puluere circũlinitur, ac ita in mulieris pudendum inditur. Epithemata quoq; Capite de uentris profluuio compre-

Ob tenuem & mordacem humorem.

Digitized by Google

henſa, inguinibus & lumbis inducere, & in aquam æneo uaſe calefactam conſcendere, opportunũ eſt. Porrò ſi hæc non profuerint, acutior peſſus, ut qui cruſtas ſua ui inducit, in uteri collum diutius retinendus, ſubijcitur.

Ad ſuppreſſos menſes citandos. Cap. LXXXIII.

A conſtipatis frigore meatibus, aut craſſo ſanguine.

CVm menſtruæ purgationis ſtrangulatui magna ſubſequitur noxa, paſtillos ex myrrha porrigito. Recipiunt autem: Myrrhæ drachmas tres, ſem. lupini adamuſſim contriti drach. quinq;, foliorũ rutæ, menthaſtri, pulegij, cumini, rubiç ſatiuæ qua ueſtes inficiuntur, liquoris Cyrenaici, ſagapeni, opopanacis, ſingulorum drach. duas, his baccarum iuniperi iure ſubactis, informantur paſtilli duarum drachmarum pondere, & unus iure decoctionis baccarum iuniperi detritus, in die exhibetur. Sanè hoc medicamen adeò in ducendis menſibus pollet, ut etiam fœtus educat, & inter primos dies conceptionẽ facilè impediat, ſi quæ eo identidem utatur. Ad hæc cucurbitulas popliti agglutinare, ac uenam interiorẽ malleolum perreptantem, aut poplitis incidere confert. Poſtremo fœminibus cucurbitulas cum cutis inciſione defigere, non infimũ auxiliũ pręſtat.

Ad uuluæ ſciſſuras. Cap. LXXXIIII.

HIs curandis, medicamen ani rimis, ſeu fiſſis ſacrum, ex uſu erit. Pręparatur quoq; ad idem peſſus ex anatis adipe, œſypo, hoc eſt, lanę ſuccidę ſordibus, cruris ceruini medulla, hęc cera, oleo lilij, aut narciſſi ſubacta, excipiũtur, atq; ex iis formatus peſſus in ægrę ſinum dimittitur, dummodo neq; febris, neq; ardor ægram moleſtet. Quoniam ſi rimis æſtus cum eroſione adfuerit, oleum roſaceum illitum optimè facit, nec minus quoq; ex ceruſſę unguento peſſus ſubditus iuuat. At ſi uehementior calor ægram affligit, ſumito portulacæ, aut lactucæ ſuccum, aut herbæ † pulicaris ſeminis cremorem, fingitoq; laminam plumbeam leuitati marmoris cui colores interuntur ſimilem, & illi in circuitu labrum inflectito, ac deinde dictorum ſuccorum aliquem laminæ infundito, & correſpondente leuitati piſtillo plumbeo, laminam donec ſuccus debitam ſpiſſitudinem recipiat, plumbiq; non exigua portio ipſi admiſceatur, terito. Iam † illi ſucco roſaceum oleum admiſceto, ac informato peſſo, in ægrę ſinum ipſum ſubijcito. Hoc enim remedium uteri cancro exulcerato, eiq; conſimilibus uitijs auxilio eſt.

† De hac ut alij Arabes, Rhazes non perperam ſenſit.

† Aëtius μολύβδου χυλὸν uocat.

De uuluæ inflammatione. Cap. LXXXV.

† Aliás, humerali.

INflammationem ſi febris ardorq; concomitetur, ſanguis ex † axillari minuendus eſt, & ægra ptiſana enutriẽda. Renibus quoq;, & lumbis, & fœmoribus, & ſumini, epithemata calidioribus tumoribus dicata ſuper accõmodabimus, & locũ alijs refrigerantibus (à forti ligatura abſtinentes) uehemẽter infrigidabimus. Verũ ſi febris & æſtus cõquieuerint, ac aliquæ inflãmationis calidæ reliquiæ in duriciẽ occalleſcentes ſupermãſerint, liquidis & emollientibus unctionibus, ac iniectiõibus per inferiora utendũ erit, & mulier in decocto ſuppurãdi emolliendiq; ui pollẽtia deſidebit. Peſſus induratas uteri inflãmationes emolliẽs, ac eius cruciatib. leniẽdis pedetentimq; ſedãdis eſt aptiſſimus: Adipis anatis, medullę cruris cer. uel uaccini, bdellij

Apud Gal. 2. de arte curatiua, repercutiens emplaſt.

Digitized by Google

ni, bdellij molliuſculi, croci, lutei oui aſſi, fecis olei ſeminis lini, fecis olei lilij, ſingulorum pares modi, omnia ſimul in ſapa, aut alio quouis dulci uino ſubiguntur, fingiturq́ peſſus doloribus mitigandis, & uuluæ duriciei emolliendis maximè opportunus. Conducunt præter hæc inſeſſus in decocto fœnigræci, ſeminis lini, chamemeli, meliloti & braſſicarum ſummitatum, quę ſingula per ſe, aut ſimul omnia dulci aquę incoquuntur.

De exulceratione, abſceſſu, & cancro uteri. Cap. LXXXVI.

VTeri exulcerationem teſtatur pus, aut ſanies à uulua profluens, ſi itaq; prompta in conſpectum uenerit exulceratio, & pus, aut ſanies à primis partibus profluxerit, nullaq́; cauitas fœda putridaúe ægram moleſtauerit, accipito aloën, thus, myrrham, cinnabarim, ſarcocollam, & ea in pollinem detrita, laboranti parti inſpargito, tantiſper dum ſolutionem unitatis puluere illo reſtitutam uideas. Aut eum puluerem liquore aliquo perfuſum, in unguenti formam redigito, ac ita utere. Sin aũt altè pus profluit, peſſo ad ſanguinis & puris eruptiones inſcripto, & ſucco plantaginis ſoluto, in uterum clyſterem infundito. At ſi quod effluit, fœdum malignoq́; odore fuerit, peſſum ſecundum priore acriorẽ, dictoq́; modo leuigatum, in uuluam indito, prius tamen utero mulſa per æneum oricularium clyſterẽ immiſſa, abluto. Porrò ſi præter materię fluxum, cruciatus punctiles & tumor durus, qui tactu deprehendi poſſit, adſint, magno ſtudio r e locus acrioribus irritetur, pręcauendum eſt. Proinde ſucco plumbi, quei i attritu ſupra apparauimus, aut ceruſſę unguẽto opportunè utemur, uenamq́; cubitum perreptantẽ utiliter incidemus. Eſt preterea ægra ab his quę atram bilem accumulare ſolent, & aromatibus, & ſeminibus calidioribus, & incidẽtibus, quibuſq́; cõdita calidiora apparari cõſueuerũt, arcẽda. *Cancro medetur.*

De uuluæ ſtrangulatu. Cap. LXXXVII.

SI quando mulierem diutius ſanguinem menſtruum retinuiſſe acciderit, ac ad multum interuallũ uirum non admiſiſſe, quum tamen ad uenerem ea procliuis extiterit, preterea ſi grauitatem & dolorem in demiſſionibus ſuminis partibus perceperit, ad hęc ſi quẽdam ueluti ad ſuperiora ex pubis partibus contractũ ſenſerit, animi deliquiũ fortaſſe hęc comitabitur, & ueluti emortua morboúe comitiali correpta mulier proſternetur. Vnde quoq; ægerrime eam aërẽ inſpirare, uel arterias pulſare, percipiemus. Et forſitan his accidentibus oppreſſa, ſuffocata peribit, fortaſſeq́; (licet difficulter) ſanitati reſtituetur. Quapropter hunc affectum ſtatim atq; implicat, propellito. Incipito itaq; curationẽ, à pedum & crurũ frictiõe, eorundemq́; dolorificis uinculis aſtrictione, ſecundũ hęc per magnarũ cucurbitarũ in pube & fœminibus agglutinationẽ. Obſtetrici quoq; digitũ odorato oleo intingere pręcipito, ut eo in uteri collo inſerto, & penitius quaſi ad uuluę os demiſſo, circumlinitu & titillatione corruptũ ſemen eliciat. Naribus etiam ſtruthiũ inſpirandũ, ac auribus † prolatę uoces ſonorę inclamãde ſunt. Item nihil iucundo gratoúe odore pollens naribus admouendum, imò odorata, cuius generis gallia moſchata eſt, recte abijciunt. Inguina aũt ac illis cõtermina loca, odoratis epithematis foueto, et ea quę tetro fœdoúe odore ſunt, naribus inducito, cuius notę ſtercus, caſtoreũ, ſulphur, & ex‑

Ex uitiato ſemine, aut menſibus.

Dum eſt ſatis uirium Cel. uenam ſecat.

† Aliqui certas ridiculas uoces præſcribunt.

Digitized by Google

Plin. ad lit ca- pillos mulieris crematos.

tinctum ex lucerna linimentum, cenſentur. Cæterũ muliere ualetudini reſti-
tuta, iam recenſendis præſidijs, ne denuo affectus exerceat, eam à noxa præ-
ſeruare profuerit. Proinde ſi morbus poſt mēſium ſuppreſſionē naſcatur,
ea quæ mēſibus ciēdis ſunt prębeto. Item è pedis uenis ſanguinē detrahito,
inguinibusq́ ac coxis cucurbitulas affigito. Porrò ſi poſt diu intermiſſum
concubitũ (q ſubinde huius mali autor eſſe cōſueuit) huiuſcemodi noxa in-
uaſerit, ſummè auxiliabiť cum uiro coitus, aut ſi eius occaſio non dať, obſte
trix, aut ipſa mulier prȩſcripta ratione interpoſitis interuallis ſemen prouo

Circa finē qn- ti ad Almanſ.

cabit. Vel ſemen extinguentia, quę ſuo loco executus ſum, offerto. Item pa
ſtillos ex myrrha, Cap. de citandis menſibus inſcriptos porrigito.

De mola uteri. Cap. LXXXVIII.

Ex muliebri ſe mine & afflu- entib. mēſibus.

INterdũ mulieres affectus quidā angit, qui per initia cōcepti fœtus ſuſpi
cionem adfert, illis enim uēter intumeſcit, & decoloratæ apparent, men
ſesq́ ſupprimunť. Motus tamen qui in hoc morbo eſt, ab eo qui ab in-
fantibus fit, diſſimilis percipitur, mola nanq́ digitis uiolenter iniectis, à
ſuo loco aliter q̃ fœtus dimoueť. Cæterũ circa finem mali cum magnis la-
boribus, doloribusq́ informē aliquā carneā maſſam, non aliter quā ſi pare
rent, educunt. Interim aũt interdum ſoli flatus, & humorum copia, ab utero
prorũpunt. Vnde uenter ſidere ſolet, atq́ enumerata ſymptomata ab ægro

Quæ molā e- ducunt.

† Id ferè. 4. aut 5. menſe eſt.

† Aliâs, chei- ſim, hoc eſt, li- guſtici.

tante offerri. Porrò poſtq́ † tēpus, quo fœtus utero geſti moueri ſolent, la-
pſum eſt, paſtilli ex myrrha, ſeminũ incidentiũ decocto lęuigati, propinādi
ſunt, oleumq́ † balſami inguinibus, & uteri collo inungendũ. Ad hęc peſ-
ſus, qui ruta & menthaſtro conſtāt, & alios Cap. de menſiũ prouocatione,
fœtusq́ eductione cōſcriptos, ſubijcere cōuenit. Quantitas quoq́ catapo-
tijs fœtidis una uice porrigendis inſcripta, pluries propinabitur, ſiquidem
his omnibus, affectę propediem liberabuntur.

De ramicum generibus. Cap. LXXXIX.

Laxato, aut ru pto ad uaſa ſe minaria peri- tonæo.

SI alicui in abdomine pars aliqua prominet, quæ reſupinato ægro, &
leniter digitis parti admotis, ſidit, quæq́ rurſus ſedente ægro prouolui
tur, affectus ramex dictus ægrum moleſtat. Quocirca hoc morbo im
plicitus, à uehementi motu, nēpe curſu, ſaltu, clamore, & id genus a-
lijs, p̄ſertim poſt ingeſtũ cibum, cohibendus eſt, ac à fabarum, & in primis
phaſeolorũ, lenticulę, oleorum, horumq́ quibus inflādi uis adeſt comeſtiōe
omnino arcendus. Verũ inter cætera maxima laborāti ſollicitudo, ut aluus
cita fluat, habenda eſt, ſiquidē ea ratione, fortaſſis quo minus doleat præca
uebit. Præter hęc, loco deligaturā conuenientē, pręcipuè dum occaſio mo-
tum pręcipit, accōmodare confert. Tamen ſi uehementius uenter eminet,
& grauat, à motu omnino abſtinendum, niſi forti faſcia, aut alio ad id ido-
neo uinculo, inguinibus pręcinctis. Emplaſtrum ad ramicem: Galla-
rum, cupreſſi, utriuſq́ partes duę, myrrhę, cyperi, ſampſuchi, acacię, thuris,
gummi Arabici, cuiuslibet pars una, gummi uino lęuigantur, & reliqua in
puluerem probè coacta, illis adijciuntur, deinde contuſa, & reſupinato æ-

† Aliâs, ad ſex, aut ſeptē dies, nec malè.

gro, inſtar emplaſtri admota rectè deligantur, & inſoluta ad † triduum, aut
quatriduum ſinuntur. Tunc itaq́ rurſus ſupino procumbente ægro, faſcia
laxatur, eoq́ emplaſtro abiecto, aliud in eius uicem applicatur, ea nanq́ ra
tione,

Digitized by Google

ſione, ne dilateſcat malũ, cauetur. Quum ramex ad teſtes pertinet, ſcrotum increſcit ac intumet, idq; uel ob coaceruatos flatus, uel alicuius humoris colluuiem ibidem collectam, aut propter inteſtinum aliquod in eam partem deuolutum. Si itaq; ob prolapſum inteſtinum contingit, grauis & excrucians, tactuq; indolens ramex erit. Proinde illi eandem quoque, quam præſcripſimus uiuendi rationem inſtituemus, ac paulo ante dicto emplaſtro ſuperaccommodato, locum continuo faſcijs conſtringemus, ſiquidem ramex uinculis non compreſſus, indies magis dilateſcit augeturq;. Si uerò ob coaceruatam humoris colluuiem euenerit, ſcrotum ipſum turbidum, terſum ac intenſum conſpicitur. Huic itaq; aquoſo ramici epithema Cap. de aqua ſubter cutem ad ἀσκίτην deſcriptum, circumlinendũ, aut potius emplaſtri modo ſuperaccõmodandum. In hoc præſenti affectu, aqua interdum ad inferiora procumbit, per quæ etiam nonnunquã reſudat, & aliquando parte ſcalpro pertuſa, profluit, quibus occaſionibus æger ad tẽpus malo liberatur, at temporis ſucceſſu morbus repetit. Proinde poſt effluxum humorem, ægrotanti ignitis ferris, & medicaminibus ſtrenuè ſiccantibus ac aſtringentibus, ſuccurrendum eſt. Quoniam illorum remediorum uſu, mali reſtitutio fit, nec alias huiuſcemodi noxa ægri tentantur. Cæterum harum manualium curationum tractatio, propoſiti libri inſtituti non eſt. Quando autem huius affectus, flatuoſus ſpiritus autor eſt, locum perfricare benè facit, & oleo ioſmino in quo caſtoreum & euphorbium leuigata ſunt, rectè pars tumida ſubungitur, ac in penem quoq; guttatim huius portio, commodè per ſyphonem inſtillatur.

Hactenus de inguinũ ramice egit.

Apud Paulum lib. 6. cap. 62. Cel. libro 7. cap. 21.

De podagra, reliquisq; articularijs morbis. Cap. XC.

SI quando articulos dolor cum tumore exercet, & tactu locus calidus colorecq; rubro perfuſus percipitur, ægrotanti ſi dextro pede laboret, ex extrema dextra manu, aut cubito; ſi ſiniſtro, ex ſumma læua manu, aut cubito, ſanguinem detrahito. Partem quoq; affectam, ad reprimendum humorum influxum, doloremq; remittendum, hoc epithemate irrorato: Roſarum rubrarum, ſantali rubri, nucis Indicæ, glaucij ſucci præparati, lapidis Armenij, opij, ſingulorum æquæ portiones, his aqua & aceto ſubactis, epithema inducitur, ac ne concalefactum noceat, ſubinde repetitur. Item herbæ pulicaris ſemen aceto maceratum, & chartæ, uel alicui linteo ad id idoneo inductum, tantiſper dum tepuerit, dolenti parti ſuperaccommodato. Quando autem tepuerit, illo amoto, in eius locum aliud debile refrigeratum, applicato. Ad hæc aluum myrobalanorum & hermodactylorum iure deijcito. Præparabis autem huiuſcemodi ius hac ratione: Accipies myrobalanorum citrinarum drach. quindecim, pulueris turbith oleo amygdalarum dulcium circumliti, filiculæ (quã Græci πολυπόδιον uocant) utriuſq; drach. tres, foliorum arboris ſenę drach. quatuor, ſeminis fumarię herbę tantundẽ, hermodactyli albi, ſem. intybi, ſem. apij, roſarum, ſingulorũ drach. duę, omnia in trib. lib. aquę, ad duarũ conſumptionẽ decoques, & inſup manib. adamuſſim confracta ꝑcolabis, ac eius excolati iuris

A calidi humoris affluxu.

lib. 1. diuision cap. 3.

Digitized by Google

unciaſ ſex, aut ſeptem cum ſacchari albiſſimi drach. decem, proſpere porri-ges. Verum ſi quis præſens decoctū faſtidiuerit, catapotia præbeto, quę lecto decumbẽtes, ſurgere, moueri, & obambulare faciunt. Cōpoſitio quidẽ eorum in hunc modum ſe habet: Aloës drach, una, ſcāmonij † obolus ſemiſſis, roſę rubrę contritę obolus unus, hermodactyli albi drach. ſemis, redigito hæc in catapotia, ac una uice porrigito, habito interim reſpectu uirium ægroti. Cæterū æger cibis infrigidātibus & auſteris enutriendus eſt, & à uini potu & carne, hisq́ quę melle parantur circumcidendus. Cum uerò tumoris ardor inflammatioq́ cōquieuerint, his quę calidioribus tumoribus diſcutiendis ſunt, affectus ſanabitur. Eius quidē notæ hoc eſt: Cera oleo lilij ſoluta, ſucco fœnograeci, & ſeminis lini cōmiſcetur, ſimulq́ ad debitam mixturā piſtillo teruntur, & deinde epithematis inſtar ægrę parti accōmodantur. Interuallis uerò quibus ſanus, ac ab acceſſionibus æger liber eſt, uenę ſectione circa tempus quo malo torqueri ſolet, idq́ potiſſimū in uere eſt utendū, ac aluus his quę flauā bilē purgāt deijcienda, atq́ à uini, & eorū quæ melle apparantur, & carnis uſu abſtinendū. Proinde cibis acidis & auſteris, hisq́ frigiditate paribus, enutrietur. Porrò partes huiuſcemodi uitio cruciari ſolitas, paulatim à conſueto exercitio diſſueſcere confert, maximè dum acceſſionis tēpus expectatur, & corpus, & uenæ ſanguine turgent, & quādo à uenę ſectione, atq́ alui ſolutione; ad longum interuallum ęger ſibi tēperauerit. Cæterum ſi quādo articulorum dolorē, neq́ ardor, neq́ rubor cōcomitetur, & æger frigida temperie ſit, locusq́ tactu algidus percipitur, inter curationis initia, catapotia maiora de hermodactylis porrigēda ſunt. Quorum mixtura talis eſt: Hermodactyli, ſatyrij, chamæleæ, cuiusq́ drach. quinq́, hierę picrę drach. decem, cucurbitę ſylueſt. centaurij minoris, utriusq́ drach. quinq́, euphorbij drach. duę, turbith drach. decem, thapſię Indicę, zingiberis, ſinapis, piperis, caſtorei, ſingulorū drach. una, omnia ſimul roſarum melle excepta, in catapotia digeruntur, horum pondus à drach. duabus cum ſemiſſe, ad tres datur. Sanè mirifice hęc catapotia proſunt, ſiquidem ægrè ſurgentes, ad ambulationē promouent. Epithema ad frigidū pedum articularē morbum efficax: Styracis liquidę, caſtorei, euphorbij, myrrhę, aloës, acacię, ſingulorū æquę portiones, his uino ueteri affuſo, formatur epithema. Ceterum dolore ſe remittente, laborāti calidę aquę ab alto inſtillatione, & olei liliorum inunctione, proſperè ſubueniemus. Emplaſtrū præterea ex bdellio molli, ſtyrace, fœnograeco, ſem. lini & ammoniaco præparatum, utiliter dolenti parti inducemus. Adaptabimus autē id ad hunc modum: Ammoniacū cum bdellio uino ueteri diluemus, quo reliqua excepta, ac ſimul linteo aliquo accōmodata, loco inſtar emplaſtri ſuperponemus.

Id quidem articulorum uitium, q̄d in lapideā duriciem occalleſcit, quodq́ cola & articulamenta tophis adimplet, pręſentis affectus, de quo iam paulo antè locutus ſum, ſpecies cēſetur. Quare hoc quoq́ uitio implicitos, à faſtidioſa ciborū repletione, frigidę potu, cibis glutinoſis et craſſis, & crebra temulentia, merito arcere conuenit. At poſtq́ ſanitati reſtituti fuerint, mediocre exercitiū, preſertim ante cibum illis imperādum eſt, & à uenere, imprimis uentriculo cibis diſtenſo, ſunt cohibendi. Ad hæc à balneo dulcis

aquæ

Marginal notes:

† Interpres male quartam partē drach. uertit.

Plura et meliora 7. ad Almā. libro deſcribuntur.

Huius morbi præſeruatio.

Acetum tamē quū ſit neruis inimicum non conuenit.

A crudo humore.

Practici horū uſum, concoquētia præceſſiſſe uolunt.

¶ Vtūtur nōnulli cat. Meſ. ex hermod. quia non adeò uehementes.

Tophi articulorum.

Mali à frig. humore præſeruatio.

aquæ abſtinere, & poſt aſſumptos cibos quieſcere, cōſilium eſt. Potui uerò eis uinum merum ac uetus, & ea quę urinas citant medicamina, dum ſani uiuunt, porrigentur. Affectus à parte implicita coxendix appellatus, is dicitur, qui ab oſſe lato & coxēdicis per fœmur ad genua uſq; protendit, quiq; nonnunq; etiam in lōgum uirgę inſtar, per totum crus dimiſſus ad ſummū uſq; pedem pertingit. In hoc itaq; affectu, ſi intemperie calor prævalet, urinæq; coloratæ ſint, ſanguis primum uena cubitum perreptante lateris dolentis pertuſa, ob plethoriam minuendus eſt, deinde poplitis, aut ea quę exteriorē malleolum perreptat, deriuationis gratia ſecta, opem fert. Item ea quæ ad calidū articularem pedum dolorē inſcripſimus, præter humorum tamen in partē impetum reprimentia, ſummopere cōfert. Cęterum ſi ęger frigida temperie fuerit, colorq; exalbidus & aquę ſubter cutē ſimilis, ſubinde raphani decocto, & ſyropo acetoſo, uomitū irritato. Coxā uerò, et fœmur, & tibiam totā oleo in quo caſtoreū, euphorbiū & ſtyrax lęuigata ſunt, continuo inungito. At ſi coxendicis dolor diuturnus, & ſolutu contumax fuerit, ægrotanti clyſteres ex muria Nabathęę & nitro pręparatos, infundito, Collyriū quoq; ex cyclamine & ſylueſt. cucurbita cōfectum, & raphani, & cepę decocto ſolutum, quouſq; locus leniter exulceretē, ſuperaccōmodato, quoniā papulis cōcitatis, affectus ſubinde reſtitui cōſueuit. Si uerò morbus in uetuſtatē inciderit, ſumito ſinapis & ſtercoris colūbini ęquas partes, & eas tritas ficuum decocto excipito, ac in morē emplaſtri coxendicis regioni ſuperinducito, ac tantiſper dum ex concitatis ueſiculis ſanies profluat, ſinito, & deinde locum aqua calida irrorato. Poſt hęc diebus aliq̄t, ægrum à medicaminū uſu liberum reddito, ſiq; illis ſanitati non reſtituitur, eandē curandi rationē repetito, ac ita ægrotanti ſuccurrito. Porrò ſi affectus diuturnus ad multum tempus exercet, ſuſpicioq; ſit luxationis capitis fœmoris ex coxendicis cotile, ob uiſcoſi humoris uitiū, aut ſi articulus iam luxatus fuerit, ad uſtionem deſcendere oportet. Proinde ferreo inſtrumento † inſtar rotæ adaptato, locum circa articulationis latera urito, & in lati oſſis ſummitatis, ac fœmoris capitis cute, ignito ferro aliam cruſtam inducito, prioremq; ea ratione augeto. Verum huius rei tractationem pręſentis libri termini, haud quaquam admittunt. Pręter autem omnia iam comprehenſa, dum ualet æger, uomitum ſibi familiarem reddet, ac aluum facile reſpondentem ſibi procurabit. Præterea uictus rationem (craſſos cibos, multamq; temulentiam à exercendo) extenuabit.

Coxendix.

A ſanguine.

A crudo ſucco.

Has exulcerationes ne cito cicatrice obducātur, braßicæ folijs tegunt.

† Aliter idē autor in libro de articular. morbis, cap. 25.

Recentiores Græci tres cruſtas urunt.

Ad incipientem gibbum. Cap. XCI.

QVum gibbus primum naſci cœperit, catapotia maiora ex hermodactylis porrigito, ac ſubinde olei † liguſtici drachmas tres, cum ſeminum calidorū decocti uncijs tribus, propinato. Ad hęc, partem oleo ioſmini, in quo ſtyrax liquida, caſtoreum, euphorbium ſubacta ſunt, illinito, & à craſſis refrigerantibusq́ue cibis ægrum arceto. Præterea aquam calidam, cui menthaſtrum, ſampſuchus, & ſtœchas Arabica, ſeu Gallica incocta ſunt, parti ab alto ſuperfundito, inſuper frequentes frictiones, atq; ex calidioribus oleis inunctiones, tentato.

Ab humore frigido.

† Aliâs, balſami.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi hoc morbo correptus puer fuerit, tepentis aquæ balnea, ac ex iam enarratis oleis inunctiones, abundè auxiliabuntur. Verum ſi nunc primū naſcentem gibbum febris concomitetur, à iam dicta curandi ratione, planè eſt diſcedendū, & ex herbis infrigidantibus decoctum cum caſſia fiſtula potui propinandum. Item uena quoq; axillaris pertundēda, atq; emplaſtra ad dolentem locum uſq; ui ſua refrigerandi perreptantia, affectæ parti ſuperaccommodanda ſunt.

Ab inflammatione.

De uaricibus. Cap. XCII.

SI uenæ dilatatæ & turgidæ, & uarijs orbibus implicatæ, uiridioresq; in crure conſpiciantur, affectus à pleriſq; uitis appellatus, ob ſimilitudinem quam cum uitis maioribus ramis inæqualiter diſtributis habet, hominem afficit. Quo morbo multos labores pedibus ſubire ſoliti, cibiſq; melancholicum ſanguinē coaceruantibus copioſe ſe implentes, ſubinde offenduntur. Inter initia itaq; præſidiorū uenam axillarē incidere expedit, ac his quæ bilem atrā educunt, quorum Cap. de melancholia meminimus, aluus rectiſſimè ſubducet. Et hęc pluries reiterāda ſunt, & ab omnibus à quibus melancholici arcentur, omnino preſenti affectu impliciti, cohibendi ſunt. Poſtq; autē ad dies aliquot præſcripta curandi ratione uſi ſumus, ſanguinis detractionē è uenis cruris intumeſcentibus, moliri opportunum erit, ex quibus tantiſper dum quicquid in illis collectū ſit, effluxerit, ſanguis manare ſinetur. In ſumma igitur, ęgrum bilem atrā euacuantib. uti, uenamq; axillarē pertundere confert, proinde & ab omnibus melancholicum ſuccum generantibus, abſtinere opportunum eſt.

A craſſo et melancholico ſanguine.

Excindūtur interdū uarices, ut apud Paul. lib. 6. cap. 82.

De elephantia. Cap. XCIII.

HIc affectus poſtq; penitius radices infixerit, nunq; curationem admittit. At ſi recens adhuc malū eſt, & manū quis ei recte adhibet, eoq; quo debet modo præſidia applicet, reſtituitur, aut ſaltē ne inualeſcat augeaturq;, illi proſpicitur. Quando itaq; crura intumeſcunt, & totus habitus atro colore ſuffunditur, uenæq; quas uarices appellant apparent, frequentem uomitum à radicula aſſumpta, aut cibis imperare conducit, ſimiliter quoq; à nimia obambulatione, & à recto corporis ſtatu abſtinere confert. Prętерea uenter ſecundū uomitum, catapotijs maioribus ex hermodactylis ducendus eſt, & deinde uomitus reiterandus. Hæc nanq; ſubinde repetita iuuāt, & æger à craſſorū eſu utiliter arcetur. Item tibiam totam ligitura ex canina pelle intercipere cōuenit, idq; uinculo prius in calcaneū iniecto, atq; ita ſurſum ad genu deducto. Verū ante ligationē, epithemata ex aloë, myrrha, acacia, hypociſthide, & alumine, ſimul omnibus in aceto acri detritis, præparata, cruri admouere ex uſu eſt. Venam quoq; interiorē cubiti, ſi res expoſtulauerit, manus oppoſitæ incidere oportet, idq; magis uere, in quo potiſſimum hæc lues & naſcitur, & intenditur. Caueat etiam æger, ne rectus ſtet, niſi uniuerſo crure exactiſſimè deligato, & nulla ratione ab huiuſcemodi epithematum uſu abſtineat. Item uomitu quoque identidem utatur. Quod ſi æger ſtatim à uomitu quietem petat, is braſſicarum ſeminibus, ſtœchade Arabica, ſarmentorum cinere, lupinis, nitro, caprino ſtercore, fœnogræci farina, ſimul in ſalita aqua decoctis, euaporandus

Inter reliqua remedia Græci aduſtionē capitis probant.

Digitized by Google

randus eſt. Præterea uno atq; altero die ex † lixiuio fotus, optime facit, nam hoc propoſiti affectus, præcipuam partem diſcutit, aut ſaltem illum leuiorem, mitioremq; efficit.

† *Hoc lixiuium multi ex quercus cineribus, aceto peracri, et uino calidiore parant.*

De lumborum rubore, ſeu exulceratione. Cap. XCIIII.

CVm quiſpiam diutius ſupinus dorſo incumbit, renum regio rubet, unde & † parua ulcuſcula nonnunq; eueniunt. Quando itaq; rubor intendi conſpicitur, milium, aut panicum, aut ſalicis folia ſubſternenda ſunt, ægerq; frequenter ab incubitu ſubleuandus eſt. Ac hæc loca rubentia, aqua roſacea, niue, aut fonte refrigerata, irrorare, & flabellis ea euentilare, conducit. Verum calore non conquieſcente, epithema Arabibus alhubrati dictum, ex aqua roſacea, camphora, & alijs quibuſdam refrigerantibus ſuccis præparatum, ueluti Capite de phlegmone deſcriptum eſt, ſumma utilitate ſuperaccõmodabitur. Vel ſuccus plumbi, ſupra ad uuluæ ſciſſuras inſcriptus, utiliter loco inducetur. Iam ſi papulæ, atq; exulcerationes oboriant, unguento quod † ceruſſa conſtat circũlitę, reſtituent.

† *Aliâs, ligna.*

Lib. 7. ad Alman. cap. 10.

† *Officinæ album Rhazis uocant.*

De doloribus extremarum, ſummarumue partium. Cap. XCV.

DVm dolor aliquis, manum aut pedem exercet, æger interrogandus eſt, an is illi ex ictu, uel incidẽte quopiam corpore, uel diuturno in partem innixu, uel alia quacunq; manifeſta cauſa, euenerit. Quoniam ſi eius doloris externa cauſa autor non fuerit, affectũ locum intueri oportet, an ne, ſcilicet, cęteris partibus plus minuſue rubeat, ſiquidem ſi uniuerſo corpore magis rubore ſuffuſus fuerit, præſidia phlegmoni dicata ex uſu erunt. At ſi neq; calidior, neq; ſanguinolentior percipiatur, ſed ſi indies liueſcat exiccetur'q;, aquam calidam ab alto illi inſtillare confert. Item cera oleo macerata, inuncta, & tantiſper dum conquieuerit dolor, in parte relicta, ſubſidium præſtat. Cęterum ſi pars ſubtumida, manuum tactui ſubfrigidã temperiem referat, ſubinde eam infricare expedit, ac aquam calidam in qua ſampſuchus, chamæmelum & ſtichas Arabica ebullierint, parti infundere, uti iam diximus, utile putatur. Dehinc oleo † lutearum uiolarum, quę antiquis parietibus innaſcuntur, locus irrorabitur. At æger uictus rationem extenuabit, multoq; exercitio utetur. Item in laconicum primam balnei domum, ut ſudorem prouocet, utiliter ingredietur. Verum ſi hęc inualida fuerint, aluus ſeroſum ſuccum expurgantibus remedijs, ducenda eſt. Pars præterea ſi tactu frigida experiatur, primum fricanda eſt, deinde oleo coſtino & oleo ioſmini & balanino, & his uiribus paribus, modiceq; tepentibus, circũlinetur. At ſi hęc quoq; inefficacia fuerint, unguentis, Capite de neruorum reſolutione ſuperius comprehenſis, donec probe omnia moleſtia æger liberetur, inter ungendum utemur.

Lib. 7. ad Almanſ. cap. 10.

† *officinæ cheiri uocant.*

ABVB. RHAZAE LIB. IX. AD MANSOREM FINIS.

Digitized by Google

QVAE IN LIBRO DECIMO CONTINEANTVR.

IN libro hoc totius operis decimo, uniuerſarũ febrium tam chronicarum quàm acutarum curandi ratio habetur. Symptomatum item ſuperuenientium, & omnium quæ eò ſpectant & ſcitu digna ſunt, animaduerſio continet. De Criſibus preterea, diebusq́ decretorijs, deq́ ueſicæ & alui excrementis, & pulſuum inſuper ſpeciebus, & conualeſcentium poſtremo uictus ratione cognitu neceſſaria, hoc ordine diſſeritur.

CAPITVM LIBRI DECIMI INDEX.

EXordium ſiue præfatio	Cap.	I.
De febre diaria	Cap.	II.
De febre hectica	Cap.	III.
De febre tertiana intermittente	Cap.	IIII.
De febre ardente quę Gręcis καῦσος dicitur	Cap.	V.
De ſynocha, hoc eſt, continente	Cap.	VI.
De febre quotidiana	Cap.	VII.
De febre quartana	Cap.	VIII.
De febribus continuis	Cap.	IX.
De febribus compoſitis	Cap.	X.
De febribus algore pariter & calore infeſtantibus	Cap.	XI.
De algore quem calor non excipit	Cap.	XII.
De febre ſyncoptica, hoc eſt, deliquium inducente	Cap.	XIII.
De febre ſyncoptica ex humorũ copia & cruditate nata	Cap.	XIIII.
De febribus quę comitantur abſceſſus	Cap.	XV.
De febribus ex corrupto & peſtilenti aëre contractis	Cap.	XVI.
De febribus mixtis	Cap.	XVII.
De febribus cum uariolis & morbillis	Cap.	XVIII.
Quę in acutarum febrium uictus ratione ſcitu digna & neceſſaria	Cap.	XIX.
Quæ ſalutaria ſint febrium indicia	Cap.	XX.
Quæ indicia mala & exitialia ſint in febribus	Cap.	XXI.
De febrium more cognoſcendo	Cap.	XXII.
Quî febrium tempora præſertim exordium dignoſcantur	Cap.	XXIII.
Quæ ſint concoctionis notæ & conditiones	Cap.	XXIIII.
De febrium Criſibus	Cap.	XXV.
De notis quæ Criſim arguunt	Cap.	XXVI.
De cognoſcendis ſpeciebus euacuationis per quam fiet Criſis	Cap.	XXVII.
De ſignis prognoſticantibus Criſim, uel ſalutarem, uel aduerſam, uel abſolutam, uel inchoatam	Cap.	XXVIII.
De diebus decretorijs	Cap.	XXIX.

Digitized by Google

De lotij cognitione & iudicio Cap. XXX.
De notis excrementorum uentris Cap. XXXI.
De arteriarum percuſſu Cap. XXXII.
De decem ſpeciebus percuſſuum arteriarum Cap. XXXIII.
De ratione uictus ægritudinum acutarum Cap. XXXIIII.
De ratione uictus conualeſcentium Cap. XXXV.

FINIS CAPITVM.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber decimus, ALBANO TORINO Medico Metaphraſte.

Exordium. Cap. I.

QVI FEBRE conflictantur, præſertim acuta, non per temporis interuallum, modò medici indigent præſentia, ſolertiq́ue conſilio, ſed perpetua conſuetudine iugiter aſſiſtente clinico. Nos uerò aphoriſtica quadã ratione ſummas quaſdam & ſcopos omnium ferè indicationum curationis febrium omne genus perſtringemus, ac ueluti ob oculos præfigemus, in quos accuratè intenti, prudentes & cordati omnes nullo fermè negocio, ſibi ipſis undiq́ue ualetudinis auxilia citra opem medici conſtruere, & in febribus medendis, ſine cortice, ut dicitur, natare tutò queunt, etiam ſi aliàs à muſis & à re medica alieni, aut ſaltẽ imperiti atq́ue inexercitati fuerint. In pleriſq́ue enim malis medicorum neq́ue ope, neq́ue opera, neq́ue præſidio aliũs cuiuſpiam erit opus. Cæterum errores temerariorum, integritatem bonorum, & prauorũ inſidias aſturè obſeruabunt. Atq́ue hæc ſanè tribus, ut aiunt, uerbis ratione methodica compendioq́ue ceu cuncta noſtri operis cætera, comprehendemus. Nolumus quippè de induſtria Chryſipeas illas artis, ut ita appellitem, argutias, abſtruſaq́ue ſingula, ad uiuum uſq́ue, ut dicit, reſecare. Quod ad eos modò attinet, qui altiora infinitaq́ue ſcrupuloſius perſcrutari adq́ue unguem tenere laborant. Quam rem ſanctiſſimè inſtitutam, ſine ope Diuina neu tiquam perficiemus. Deus itaq́ue Opt. Max. dextram heic heic obtendat amicam.

Propoſitio futuri operis.

De febre diaria. Cap. II.

DIaria febris, Græcis ἐφήμερα appellata, non ſtatis certiſq́ue diebus remeat, ſed unicam modò acceſſionem, uno, ut plurimum, die, ex ipſius ſaltem natura circũſcriptã, obtinet. Peculiariter uerò hiſce notis febris iſta dignoſcitur, quod citra rigorem, citraq́ue omnem horrorem auſpicatur, & ex cauſa ſemper externa & laceſſente, quã Græci

Αἰτίαι προκαταρκτικαί.

προκαταρκτικὴν, Romani uulgò primitiuam & euidentẽ dicunt) oritur. Antecedit quippe hanc inſolens ſemper aliqua occaſio, Verbi gratia, Vehemens labor ſiue motio immodica, uel ira, furorq́ue, uel triſtior anxietas, uel ſollicitudo, uel meri ualidiſſimi ac uinoſi, plurimiue, immoderata potatio, uel æſtus ſolis, uel aëris algor, gelidaq́ue conſtitutio, puta, ſi quis diutius in his, aperto præſertim capite uerſetur, uel diuturnior in frigidiſſima natatione mora, uel feruidus abſceſſus, ob ictum caſumue corpori obortus, uel intenſus alicuius partis affectæ cruciatus, uel plenitas ſaburraq́ue epularum, plurimę nutritionis, uel calentis naturę, uel craſſæ & obſtruentis materiæ, uel flammę uicinitas, uel ingens faſtidium, uel continens & acre alui profluuium, uel balneum Herculeum, multum & diutinum, uel inconuenientis aquę lauacrum, cuius generis ſunt, thermę, uel lotio inſolens, & pręter hominis conſuetudinem, uel medicina præcalida, uel grauedo quam κορύζαν, uel defluxus aliquis humorum, aut deſtillatio, quod ῥεῦμα uocant, uel ſatietas, uel inedia famesue. Lotium præterea in hoc langore, neq́ue colore, neq́ue ſubſtantia, neq́ue odore plurimo diſcrimine à naturali conſtitutione & urina ſani diſſidet. Calor item corporis ægrotantis primo ſtatim manus iniectu, neque immodicè feruidus, neque mordax apparet. In morbi autem decremento, ſudor illicò copioſus undique diffluit, uel roris ſaltem inſtar madet, reſudatue per omnia cutis, mox deinde in totum quieſcit ac tollitur in uniuerſum è medio febris. Atque, ut uno dicam uerbo, Diaria neque grauis neque lętalis eſt febricula, cæterum in uehementiores atque in acutam ocyſſimè transmutatur, quũ in ratione uictus & in medendi methodo error quiſpiam committitur.

De his qui ex laboribus febriunt.

QVi ergo diaria ob laſſitudinem febricitat, ad balneum ſtatim in febris declinatione deducendus eſt, inq́ue domo media collocãdus, per quod iter ad primum balnei domum habetur, id quod ex aduerſo in cõſpectu ipſius latè aperiendum. Locus poſtremo per omnia talis eſto, ut oblectamento & refrigerio ſit laboranti. Siq́ue fieri poſſit, neque ſudet, neque æſtuet, neque anheloſus crebrò ac difficulter reſpirare cogatur. Breuiter eiuſmodi locum eſſe modis omnibus conuenit, ut uerſari in ipſo tempus benè longum citra moleſtiam queat, ubi ſolium tepentis aquę uoluptatis ac animi cauſa conſcendere geſtiet. Corpus inibi habundè aqua tepente perfundatur, ac molli ſuſpenſaq́ue manu leniter tractetur, mox deinde abſterſum, oleo uiolaceo egelido accuratè obliniatur, ſummo ſtudio circa articulos & ceruicis ſcapularumq́ue, ac totius corporis ſpondylia adhibito. Vbi hoc ad tempus ſollicitè patratum fuerit, rurſus in balneum aquę tepidę ducatur, & denuò perpensè oleo tepente perungatur. Quam diu autem fouere & quoties aquam ſuperfundere, & oleum inducere conuenit, ægritudinis uehementia, lenitasq́ue ſolertem pulcherrimè edocebit, ſemper enim & morbi uis, & laborantis robur ſollicitius perpendendum. Quibus ordine peractis omnibus relicto confeſtim ſolio, olera cibi loco, lactuca, portulaca, fructus recẽtes, carnes pullorum, hœdinæ, piſces parui & ſaxatiles, & id genus cibi humidi, boni ſucci, concoctu faciles, & diſtributioni minimè rebelles exhibeantur.

Digitized by Google

tur. Calfacientis naturæ cibaria in totum, manibus pedibusq́ʒ, ut dicitur, fugienda. Quod ſi affecto uini potus inſolens atque ingratus etiam ſit, is eius uice zulapio ex ſaccharo ſynceriſſimo, candidiſſimoq́ʒ (quod Taberzeth appellatur) & ſtillatitio liquore roſaceo artificioſè confecto, utatur. Si uerò potare uinum conſueuerit, bibat inde quàm pro ſolenni cõſuetudine minus, neqʒ meracum, ſed longè dilutius ſolitò, aut aquoſius. Grabato prætērea, hac febre correptus, molliore quàm ſoſpes, utet̃, & ſomno prolixiori quàm antea indigeat. Si poſthæc omnia, laboris & laſſitudinis quippiam ſuperſit, ad lauacrum denuò, adq́ʒ uniuerſam uictus (ut docuimus) rationem reuertendum, quoad priſtina inſtauretur ſanitas.

De diaria ex uigilijs & ſollicitudinibus orta.

QVi ob uigilias, plurimas ſollicitudines, ſiue mœrorem febricitant, eos in remiſſione febris lauare ſtatim expedit. Sedem autem balnei, eam, quam paulò ante præſcripſimus, occupare parcius, ne nihil dicam, fricare, ſed aqua affatim fouere, præſertim à tergo dorſum uniuerſum, ex uſu eſt. Cibus ſimilis ac per omnia idem qui febricitantibus ob laſſitudinem dicatus eſt, ipſis tanquam utilis conceditur. Verbi gratia: Lactuca, portulaca, pulli cum omphacio. Vini uſus in aſueto moderatus, præcipuè diluti. Abigentur interim ſollicitudines, diſcutiantur altæ cogitationes, iucundis aliquot fabulis, ſermone lepidiſſimo atque illecebri, luſibus, & cæteris rebus feſtiuis ac ludicris, ualeant ſeria. Oleum inſuper uiolaceum naribus admoueatur. Somnus probatur mediocris, aut paulò largior in cubiculo bonis odoribus ſuauiter fragrante, & in cubili molliuſculo ac delicato.

Perfuſio ſine frictione.

De diaria ex triſtitia ſiue ira proueniente.

SI Diaria plurimam ac ingentem mœſtitiam furoremq́ue & iracundiam comitetur, in febris remiſſione lauandum eſt, conſcendat itaque ſolium aquæ calidiuſculæ, in quo ſe oblectet & unicè gaudeat affectus. Aqua inſuper foueri & affatim ſuperfundi ęgrum in ipſa domo balnei, plurimum iuuat, ea autem balnei pars occupanda, quæ nullum aëris perflatum, nihilq́ʒ frigoris recipiat. Aut prima balnei domus ſeligatur, in qua tam diu morandum eſt, dum cutis mollior & colore paulò rubicundior euadat, mox inde ſe in aquam ægrotans frigidam demittat ac præcipitet, in qua haud ita diu uerſetur, ſed extemplo exiliat. Simul autem atque egreſſus fuerit, caput aqua roſacea affatim foueatur & madeſcat. Thorax ſantalis & ſtillaticio liquore roſaceo camphoraq́ʒ, ceu linimento obducatur. Potu autem ſucco utendum malorum punicorum uinoſorum, uel ut Arabes uocãt, muzorum & ſimilibus, aut ſucco Medico de oxycãtha, de ribes, qui Rob appellatur, & malorum Macianorum acidorum ſucco, & acetoſitatis citri. Cibi ſunto natura frigidi, olera nempe, ex aceto & oleo cum ſaccharo præparati, præſertim ex oleo amygdalarum. Vinum in hac affectione non modò circumcidendum, ſed ab eo in totum abſtinendum. Niſi ex ipſius abſtinentia, naturis (ut ſunt diuerſę) quibuſdam plus nocumenti quàm emolumenti proueniat. Tum utique uinum, non merum quidem, ſed cum liquore granatorum

Muzij in quo dulce cum acido miſcetur.

Aa 2 dilutum,

dilutum, niue infrigidatum, uel ex fonte frigido copioſè miniſtretur. Atq; porato iam uino, mala cõfeſtim inſuper Punica acida, aqua pergelida elota comedat, ac ſtillatitio liquore roſaceo imbris modò adſpergatur, ſumma interim cura ſtudioſius adhibita, ut furor & indignatio omnis blandius complacetur, nec quicquam ſtomachetur.

De Diaria ex ebrietate progenita.

SI quis autem ob temulentiam Diariã incurrat, uel ob uini uehementiſſimi ac ualentis, meriq; potum, huic memoratorum paulò ante poculorum aliquod, citra omnem alterius liquoris admixtionem intrepidè propinandum, admixta etiam quandoq; aqua frigidiſſima, unde non auidè cõfertimq; ſed paulatim hauriat. Remiſſaq; febre, in dulcium aquarum balneum deſcenſu, utendum. Vbi in domo tẽperata, ceu demonſtratum eſt, æger diutulè uerſetur, & plurima perfuſione aquæ ex alto capiti inſtillata, curetur. Alimẽta pbeant, cibus ex lẽticula ſimpliciter, & qui itidẽ ex lẽtibus addito pariter croco conficiũ, utroq; prius infrigidato, et id genus reliqua ex rebus frigidæ naturę inſtructa edulia, adiecto malorum Punicorũ ſucco de berberis, item & oxycanthę, & omphacio. Piſces ſaxatiles † azię, elixati cum aceto. Oleum odoretur uiolaceum. Sõnus prolixior admittatur. Quo diſcuſſo expergefactus, rurſum in aquę dulcis balneũ deſcendat, adq; memoratam, uictus rationẽ reuertatur. A uini uerò potu in totum arcendi. Succum autẽ medicum de fructibus, Rob appellatũ, ſitis abigendæ gratia hauriat. Quando uerò grauitas capiti accedit, oculiq; rubore cum extẽſione ſuffunduñ, ſanguis ſecta ſcalpello uena, uel cucurbitulis impoſitis, extrahañ. Dięta uerò in uniuerſum qualẽ pſcripſimus, eſto. Aluũ pterea cũ fructuũ ſucco ducere expedit.

† Azię, qui piſcis eſt grãdis.

De Diaria ab exercitio immoderato oborta.

SI ob immodicum motum, ſiue uehementẽ, aut prolixiorẽ in ſolis ardore inambulationẽ quiſpiam febriat, aquæ roſaceæ portio una, olei roſacei portio dimidiata, aceti portiunculæ unius quadrãs, in ampullã uitream uas proijciatur, & ſimul dum iuſtã craſſitiem recipiant, agitata, ac niuè ſeu fonte refrigerata, ſyncipiti ab alto inſtillabuntur, panis quoq; inibi maceratus niue, gelidiſſimoq; latice algefactus, à primo ſtatim acceſſionis inſultu ad declinationem, atq; adeò ad ipſum uſq; finem, capiti non inutiliter ſuperaccõmodabitur. Finita porrò febre, ægrum in balneum deſcendere alienum non eſt, inibiq; moram in tẽperato, ueluti oſtenſum eſt, loco. Vbi tepente aqua corpus uniuerſum, potiſſimè uerò caput fouere ſubinde, ac perfundere etiã expedit. Potus ſit ptiſana frumenti, (hoc eſt, farris obiter tuſi) aut tritici calida ſæpius abluti decoctũ, q̃d ab elixatione ſtatim cum aqua plurima niue refrigerata temperetur, unde æger ille ad ſatietatẽ uſq; cõfidenter potabit. Vbi autem febris ſe remiſerit, aut in totum ceſſauerit, reſtitutus paulò ante commemorato nutricatu cibabitur, uiuendiq; ratione per omnia utetur.

De Diaria ex diutina in algore mora.

VBi quiſpiam febrem iſtam aëre algido contraxerit, huius uniuerſum corpus ſtatim ab exordio, per totius febris curriculum identidem ſuauiter confricandũ, à dura autem frictione perpetuò cauẽdum. Sublata uerò febricula, in balneo tantiſper dũ ſudet uſq; uerſetur. Promanãte aũt ſudore, corpus

Digitized by Google

corpus totum oleo tepente unà cum frictione moderata, uſq; ad uberrimam Diaphoreſim perliniatur. Nuncupatur autẽ Diaphoreſis, humoris cõtenti per meatus inſenſibiles euaporatio, eductioq́;. Sudoris deinde fiat diligens, cum calida aqua, abſterſio. Egreſſum poſthæc, amicto prius corpore, balneum, ſomno tantiſper dum denuò ſudor in lecto difluet, indulgere expedit. Veſcatur inde cibis tenuibus & exquiſitis moderatiſſimè. Vinum bibat ualentiſſimũ. Quod ſi quãdo febris aliquod ueſtigium, ceu poſtliminio reuertatur, ad balneum rurſus æger deducendus eſt, atq; ad uniuerſam iam pridẽ commemoratam uictus rationem reuertendum.

De Diaria ex thermis contracta.

QVi febrim ad naturalia lauacra referũt, ad ea, uidelicet, quæ aquã nitroſam, ſulphureã, aut ſalſuginoſam obtinent, aut æris, aut ferri, aut ſimiliũ (quæ cutem exaſperare & corrugare nata ſunt) naturã imitãtur. Eandem per omnia uictus rationẽ uſurpent, quã ei qui ex algore febricitãt. Lauacrũ illis adornetur in calidis ædibus, aut calidiore domo balnei, cuius locum quem inibi occupat affectus, pro foribus ſuis tẽperatum omnino eſſe, optimum eſt. Portaq́; ſecundę domus, latè corã ægrotantis faciem è directo pateat. Calida inſuper corpori ex alto affatim inſtillabit̃, in quã tota etiam corporis mole cõſcendat, oleo perungat̃, rurſumq́; fiat abundans aquæ calentis perfuſio, atq; deſcẽſus in eãdem cum multa fricatione reciproca, uſq; dum meatus adaperiant̃, corpus turgeſcat & in tumorẽ leuiuſculũ pulchrius aſſurgat, rubore ſuffundatur, & febris remittatur ac quieſcat. Quod ubi aſſequutus fuerit, balneo inde relicto, ueſtibus indutus, dormiat, mox inde dapibus enumeratis ueſci ex uſu eſt.

De Diaria ex uſu calfacientium alimentorum.

QVi ob eſum calfacientiũ ferculorum febricitat, inter inducias febris, ſeſe aquæ hordeaceę potu affatim proluat. Sublataq́; febre, nutriatur eſcis aceto, omphacioue cõditis, carnes in totum ualeãt. Vincit aluum ſubinde accuratius ex prunis, myxis, thamarindis & ſaccharo candidiſſimo ducere. Potuq́; ſyropi oxalidis ſeu acetoſi ſimplicis, ex ſaccharo cõfecti reficere. Mala item Punica muza appellata & acida, atq; id genus mala cætera. A cunctis porrò dapibus calfactoria facultate pręditis, in totum arcendi ſunt, calorem enim iſta facilè congeminant, & febris alioquin iſta, cum ea quę ex uehementis & ualidi uini potu oritur, facilimè in putridam tranſmutatur.

De Diaria ex immodicis & nimium nutrientibus cibis.

SVnt qui iſtac febre corripiant̃, quod cibum, iuſtò & quã pro recepta cõſuetudine largiorẽ, uel maioris, uel craſſioris alimenti ſumpſerint. Quoniã autẽ iſta Diariæ ſpecies in tam plurimos dies porrigitur, ut continens, (Græcis σύνοχος appellata) eſſe uideatur. In eius curatione, non eſt febris remiſſio metaq́; expectãda, ſed protinus ab initio, aluus cum ſucco fructuũ, ut docuimus, eſt lubricãda atq; ducenda. Syropus acidus ſiue acetoſus iugiter ſumendus, ſola ptiſana nutricationis ergò propinãda. Cæterũ ſimul atq; febris remiſſio apparere cœperit, æger in balneũ ad tẽpus deducetur, in quo haud ita diu moretur, in aqua, uidelicet, tepida, qua cum ſubinde corpus foueatur, cum ſulphure fricet̃, poſthæc aqua ablutus, balneo relicto ad inter-

Digitized by Google

miſſam uictus rationem reuertatur, puta, ad alui ductionem cum fructuum cremore. Syropi acidi uſum, potũ priſanæ, ſeu aquę hordei. Vbi febris paululum quieuerit, in balneum rurſus deſcendendum, diutiusq́ inibi quàm prius habita febris ratione, immorandum, uberiusq́ lauandum. Atqui inter initia huius febris, balneum cunctanter atq; cum cautione ſemper ſumma petendum eſt. Cauendum ſiquidem ne labor inde maior & febris, corpore ferueracto intenſior euadat. Quod ſi horripilatio in balneo quædam ingruat, repente egrediatur, educaturúe, ſi nequeat incedere ſolus. Semper enim obſeruare cunctos oportet, quos à Diaria febre inter lauandum horror inuadit. Nam id quum acciderit, non in ſpiritibus febrim, ſed in humoribus putrefactis accenſam arguit. Inter cætera itaq; cõmemorata pridem ephimeræ indicia illud peculiare atq; infallibile habetur: Si febrienti in balneo nullus ſuperueniat horror. Hæc etenim febris ad unguem cognita, ſi aluus tempeſtiuè ducatur. Lotium ritè proritetur, nutricatus exquiſitus & tenuior debitè præſcribatur, lauandi tempus opportunum ſcitè diſpiciatur, atq; iuſta lauãdi ratio, pro febris intenſione & remiſſione, adhibeatur, citra negocium ita profligetur, ut nunquam in putridam degenerare tranſireq; poſſit, at ſi negligatur, & in medendo error quiſpiam comittetur, in putridam promptiſſimè tranſibit, nempe acutam & continentem.

De Diaria ex cibo quopiam graui.

SI uerò quiſpiam ſumpto graui aliquo cibo, in uentriculo grauitatem, ſiue molem quampiam dolorificam percipiat, hic uomitu ſibimetipſi protinus conſulere moliatur, ſin molem aliquam in uentre inferiore oneroſam ſentiat, ano ſubdita uentrem exonerare conetur. Poſthæc balneum ingredi, mox ſomno largiore indulgere, inde cibarijs tenuis eſſentiæ uti, ab his per dies aliquot laboribus & exercitijs ualedicere, ac feriari omnino. Poſtremo clementer lenientibus edulijs aluum ſubducere, cum illis, nempe, quorum mentionem, ſuperius in lib. de tuenda ualetudine ſecunda, fecimus, ex uſu eſt.

Super Diaria ex abſceſſu prognata.

QVod ſi febris ex alicuius partis affectæ abſceſſu oriatur, ſanguis in eius mali curatione è directo patientis particulæ, eſt per uenam auferendus. Apoſtema uerò ipſum frigorificis, quemadmodum in Capite de calido abſceſſu inſcripto, oſtenſum eſt, infrigidetur, balneum ex toto interdicatur. Vinum ne per ſomniũ quidem, quàmdiu tuber abſceſſus cum feruore durauerit, ulli admittatur. Aluum præterea citra periculum ſubducere, febrilem ardorem, modo iam pridem cõmemorato, extinguere. Eſcis frigidantibus, uti, ex uſu eſt.

Super Diaria ex partis alicuius dolore.

QVando autem ex cruciatu membri alicuius malè affecti febris dependet. Origo & cauſa cruciatus iſtius ſedulò perpendenda, amuſſatimq́ diſcutienda, quoniam ex abſceſſu calente, aut craſſis flatibus, aut ſucco acriore & mordicante, aut ex immodico eduliorum eſu, aut ineffabili intemperie ſicca, aut natura tẽperamẽtoúe iuſtò calidiore, aut frigidiore ſimplici uel

Digitized by Google

plici uel materioſa, pendeat, primum omnium præſentiſſima curandi ratione, cauſæ, totis uiribus eſt occurrendum, id quod Capite de dolorum cauſis & medendi rationibus demõſtratum habetur. Sublata quippe è medio cauſa, protinus & effectus, puta, febris nullo negocio auferetur. Vbi uerò ad apyrexiam æger atque tranquillitatem peruenerit, temperato mediocriter balneo, obiter, & uictus ratione in præcedentibus commemorata, diligenter utatur.

De Diaria ex balnei uſu intermiſſo.

QVum autem iſta febricula quempiam propter ſolennem balnei uſum prætermiſſum, conflictatur, in balneum potabilis aquæ collocandus eſt, donec febris reſedeat ac mitior euadat, in quo identidem ſupernè corpori aqua potabilis tepida affatim ſuperinfundatur. Furfure inſuper ægrotus, ſemineq; melonum & nitri momento multum diuq; confricetur. Poſthæc relicto balneo & quiete conueniente admiſſa, epulis refrigerantibus ac feruorem ſupprimentibus, ueſcatur. Vinum potabit colore cãdidum, ſubſtantia tenue, lympidum, natura olygophorũ, aut plurima aqua dilutum, ſeu, ut dicitur, temperatum. Sequenti abhinc diluculo, balneum repetat. Vnde egreſſus, ad conſuetam uiuendi rationem reuertatur.

De Ephimera ob famem, ſitimq; contracta.

QVum Bulimia, aut Bupina febrim pepererit Ephimeram, ſi dolor modò, laſſitudo item ac defatigatio magis quàm conſummata febris ſentiatur. Ptiſana tritici aqua plurima macerata, & elixata, in niue, aut frigido fonte refrigerata, propinanda eſt. Saccharum itidem candidiſſimum, quod Arabes Taberzeth nominant, exhibendum. Sin autem ante exactum febris calorem nihil affligat, frigidę potum non ubertim ingurgitare, ſed paulatim haurire, per totum febris curriculum imperabis. Poſthæc ad tempus in ſolium aquæ dulcis tepidum deſcendere, aqua largiſſimè perfundi iubeàs, ita quidem ne algore ipſius offendatur. Potus deinde hordeacea ptiſana eſto. Alimentum uerò, obſonia ſint humectantia. A laboribus poſtremo, motuq; omni uiolento ad priſtinam uſq; ſanitatem inſtauratam, iugiter ita affectus abſtineat.

De Ephimera ex coryza & catarrho.

QVando autem ob grauedinem, quæ κορύζα Græcis dicitur, aliáue deſtillatione ephimera cuipiam accidit. Sanguis protinus ſi uires permittunt, inciſa uena ſcalpello mitti debet, etiam ſi paucis ante diebus ſanguinẽ detraxerit. Quod ſi robur, ætas'ue, aut aliud quippiam uenę ſectioni obſtiterit, tum cucurbitulæ cum ſcarificatione adglutinentur, ut è carne ſanguis extrahatur, & à capite humores auellãtur. Proderit inſuper in primis à uino, ſi fieri queat in totũ, uel quoad eius fieri poteſt, abſtinere, aquã hordei potare, aluum his quæ in Capite de grauedine inſcripto enumerata ſunt, lubricam reddere, & cum ſtudio ſubducere. Pectore preterea cõtenti humores ritè concoquantur, ac ſcreabiles reddantur, tuſſiculaq;, perinde atq; eodem in loco docuimus, rectè curabitur. Quumque iam reſtitutus uidebitur, & deſtillatio curata, tuſſis ſedata, febriſq; profligata, fuerit, in balneũ tandẽ demittendus eſt, atq; ad conſuetã uiuendi rationem ſenſim haud temerè reducen- *Balneũ finita febre conceditur.*

reducendus. Neq; ſanè iſta febris ſpecies unquã negligenter eſt tractanda, quoniã ex ea ſæpius atq; ut plurimũ, Pleuritis, & Peripneumonia inuadit.

De febre Ephimera è faſtidio & cruditate nata.

SI Diaria febris ob cruditatem & à cibis appetitus auerſionẽ euenerit (id quod in corporibus uitioſis humorib. præditis ſubinde accidit.) Ructus fumidi, fœdiq; odoris, moleſtant. Nam ſi acidi fuerint, haud ita facilè febris accendit. Si aluus ſuapte ſpõte inferius erumpat, & corrupta deijciat, nihil erit incõmodi, neq; alio opus erit pharmacorũ auxilio, quã, ut modica aqua calida ſorpta, fiat abſterſio, & declinãte iam febri, fiat lotio, & nutritio, ex alimentis algentis potentiæ, quæ haud uelociter neq; corrũpuntur, neq; cõuertuntur. Cuius facultatis ſunt, ea, quę ex ſucco uuæ acerbæ, rhu obſonio-rum, mali punici, acinis, & huius familiæ cæteris cõficiuntur. Potus eiuſdẽ naturæ utilis eſt. Labores porrò & immodica exercitia, Solẽ item ac Venerem deuitare expedit. Cæterũ ſi ſpontina euacuatio excedat, præſtat abſq; balneo nutrire, & quæ uentri attinent obſeruare. Si uerò uenter per ſe non reſpondeat, ſoluere ipſum pharmacis in libro de tuenda ſanitate enumeratis, congruit.

De febre Ephimera quæ è re quapiam in uentriculo contenta, prouenit.

SI febris hæc ob materiam quãpiam in uentriculo contumaciter hærentem, quæ uomitu tamẽ eijci poſſit, accẽdatur, uomitus aqua tepida ſumpta, eliciatur. Quod ſi qua grauitas, in imo uentre percipiatur, ſuppoſititia glans ad hoc facta ſupponatur. Purgatóq; opportunè & quãtum opus eſt, uẽtre, ſi neq; fumidus aliquis ructus, neq; grauitas, neq; uellicatio, ſiue morſus in uentre percipiatur, neq; cibi faſtidium, aut nauſea ſtomachum exerceat, æger in balneum ducẽdus eſt, nutrimentaq; exhibenda, & ea uictus, quã prædiximus, ratio, præſcribenda. Cæterum qui hac febre correpti aluum habent uehementer lubricã, his, remedijs quorum ſuo in loco facta eſt mẽtio, occurrendum eſt. Domitaq; & extincta talium febre, æger in lauacrum deſcendat & uictu præfato utatur.

De Diaria ex cibis multi nutrimenti contracta.

NEque deſunt qui iſtac interdum febre ob aſſiduũ craſſi & plurimi cibarij uſum, corripiantur. Quos ſanè eius generis eſcas uitare, quoad eius fieri poteſt, conuenit, & eſſe, ut plurimum, carnem hœdinam & pullorum, ſyropumq; acetoſum uſurpare. Vino uerò uti prætenui, lympido & in altum corporis ocyus penetrante. Quos uerò talia offenderint, his exercitationibus ante cibum uti, & uentrem cõpreſſum ſoluere, ſanguinemq; crebrius detrahere expedit. Quæ ſi quando per negligentiam ita affectus ſuperſederit, periculũ eſt, ne in acutas & pnicioſiſſimas ægritudines incidat.

De febre Diaria ex labore, aut uigilijs nata.

NEque præterea deſunt ex mortalibus alij, qui ob laborem, aut uigilias, aut famem, cibo, uidelicet, non tempeſtiuè exhibito, aut ob tenuis eſſentiæ eſcas ſiccaſue Diariã incurrunt. Quibus ſanè in curatiõe ab his in totum abſtinendum eſt, ſtatimq; ut febris primum corripuerit, humectantibus remedijs occurrendum eſt. His quippe neglectis, libenter hæc febris in Hecticam degenerat.

De febre

De febre Hectica. *Cap.* III.

QVādo febris per triduū aut amplius in eodem tenore perſeuerauerit, neq; acceſſiones, aut remiſſiones ullas habuerit, neq; inſignē calorē, neq; effrenē aliquē feruorē exhibuerit, neq; febris acutę ſymptomata comitent. Verbi cauſa, pulſus arteriarū magnus, ardor uehemēs, grauis inges & indomita, angor, ariditas linguæ, & eius nigredo, ſed in eodē ſemp, ut dictū eſt, ſtatu, citra acceſſionē remiſſionemq; pſtiterit, qeta, ignaua, egelida, ſic, ut æger ſe nequaq; febricitare autumet, Hectica febris eſſe cenſetur. Cæterū ex ſequentibus notis, minimè anceps eius cognitio prōptiſſimè deprehenditur. Præcipe ægrotanti ut tēporibus non ſtatis, ac uarijs cibum capiat, ſi maiorē ſemper à cibo febrem, hoc eſt, præter naturā calorem ſentiat, Hecticam dubio procul febrem eſſe ducito, in qua ſemper cibo ſumpto, calor incenditur, percuſſus arteriarū magnitudine & uelocitate intēditur. Quod ſi facies adhęc cadaueroſa, ac ueluti buſtuaria larua, oculi cōcaui, caro abſumpta, cutis dura, intenta, & arida, uideant, non iam Hecticę modò primordia, ſed inueteratā nunc Hecticā radices altius egiſſe, cenſendū eſt. Cæterū ubi hęc febris in uetuſtatē nondum inciderit, neq; adhuc æger ſiccior euaſerit, curationē recipiet. Medicum itaq; tabis, q̄ φθίσιν Græci uocāt, notas q̄ exploratiſſimas habere, cōuenit, ne quādo deploratos curare ſuſcipiat. Quocirca Hecticā febrim in tabē degenerare Hippocraticā, ut dicit, facies arguit, hoc eſt tēpora collapſa, oculi in receſſu cauo, nares acutæ, & tornatiles, aures contractę & ſuis partibus præſertim lobis extenuatæ leniterq; uerſę. Cutis faciei frontiſq; ſicca & diſtēta, perinde atq; ſi coriū arefactū per oſſa faciei foret, expaſſum, & reliqua corporis moles carnis expers. Collū præterea gracile, Lingula, quę ἐπιγλώττις à Græcis appellaur, foris prominens. thoracis oſſa, coſtæq; tactu uiſuq; explorata, uniuſcuiuſq; extremitates notari poterint, in ſumma, nihil aliud q̄ cutis & oſſa cernūtur. Vox rauca, exilis atq; imbecilla auditur, uires omnino iacent proſtratæ. Pulſus arteriarum tenuis, debilis ac durus exiſtit. Chordę porrò pariter ac uenę extenuatę paſſim carne euidēter apparēt, & hę ſanguinis exortes, cauernas haud magnæ rei capaces obtinent. Flos etiam ille uitalis cum omni uenuſtate totius corporis interijt. Cutis arida & adprimè ſenilis, hoc eſt, decrepitæ ætatis cuti ſimilis exiſtit. Ventrē ſi denudatū aſpexeris, ſolis coſtis ex carnibus neq; inteſtinū, neq; uiſcus ullum ſupereſſe uidebit. Abdominis præterea mēbrana q̄ Arabes Mirach cognomināt ita extenuat, ut apprehēdenti digitis inſtar corij eſſe appareat, adhęc etiā cōuellit et exiccat adeò, ut hypochōdria q̄q; ſurſum ad thoracē conuellant. Oſſa inſuper brachialis & poſtbrach. pleraq; ex hauſta carne & omni humid. cōſpiciunt, ungues curuātur. Quib. tabe laborātibus capilli à capite defluūt, & alui profluuiū ſupuenit, breui morientur. Quando igitur longitudine temporis, conſumpto omni carne & humore qui in cordis corpore continetur, corpus ſummè extenuat & debilitat, curatu nō modò difficile, imò etiā impoſſibile fuerit, quin nè aliquo quidem pacto corrigi uel leuiter queant. Cæterum quandiu carnis ac ſanguinis uenuſtas, uireſq; corporis cōſtiterint aliquæ, & pfata indicia mediocria fuerint, malumq; nondum exquiſitè conſiſtit, curari & ſanitati priſtinę reſtitui, opera & accurata medici diligentia, & remedijs cōuenientibus poſſunt.

Notæ.

Caſus febris acutæ.

Signa certiora

Notæ tabis.

Signa lethalia.

Digitized by Google

ſunt. Quum uerò neque imbecillitas, neque macies multa laborantem occuparit, neque malum inueterauerit, nec alię hectices notæ, excepta febre ignaua lentaq́; & diuturna compareant, deinde uerò ariditas cum macilentia ſuperueniat, ita affectus breui negocio haud multo, ope diuina atq; medica reſtituetur.

Curatio. Qui iſta febre conflictantur, aqua præcipuè hordeacea, aut ptiſana utantur, quę ubi à uentriculo deſcenderit. Piſcibus ueſcantur ſaxatilibus & ſquãmatis ſuper prunas ueru'ue torrefactis, oleribus adhæc frigidis & humidis, nempe, portulaca, malua, lactuca, cucurbita, cucumeres, & mala citria, quæ citrulli dicũtur. In hac affectione conſtitutus, ſingulis diebus ante cibum lauare debet. Locum autem balnei eligat, haud admodum calidum, ne à calore lædatur, in aquã uerò egelidã & lactei caloris aliquandiu deſcendat, poſthæc oleo uiolaceo perungatur. Aërem porrò frigidum & humidum inhabitet domumq́;, cuius ſolum ſpargatur aqua frigida, puta, uiolarum, & roſarum. Humi ſternantur herbæ uirides quæ refrigerent & humectent, folia, uidelicet, ſalicum, uitis, flores uiolarum, roſarum & nymphææ. Linthea aqua roſacea in niue refrigerata, imbuta in qua caphura & ſantali diluta ſint, thoraci ſuperinijciantur. Quod tamen abſoluta concoctione, uentriculo exonerato & ante cibum utiliſſimè perficitur. Simul uerò atq; eiuſmodi linamenta tepefacta fuerint, mutentur, idq́; ſubinde quoad calor profligetur, & æger refrigerium uel in intimis uiſceribus percipiat. At ſi ex eiuſmodi epithematis adeò frigidis, horrorem primo, deinde calorem ſuperuenientem ſentiat, tunc aliquantulum tepefacta pectori admoueantur, neque tollantur, priuſquàm inaruerint, aut plurimum caloris contraxerint. Oleum poſthæc uiolaceum, atque de ſeminibus cucurbitæ confectum propinetur, & cubile ſolito mollius inſternatur, in quo quam poterit diutiſſime dormiat. Vigilias quantum poteſt, fugiat, arduas & intenſas cogitationes, uehemens exercitium, uenerem, moram in locis calidis & ſiccis, famemq́; deuitet. Quod ſi periculi aliquid cum hac febre coniunctum ſit, acredoq́ue & feruor urgeat, paſtillorum de caphura potu uno quoque diluculo matutino appetẽte proluantur. Sole uerò exorto, aquam ſumant hordeaceãm, ſeu ptiſanæ cremorem. Aquæ uerò quam æger noctu bibiturus eſt, zulapium uiolaceum, cum lentore ſeu marcore pſyllij permiſceatur. Neque ſtatim ab eiuſmodi curatione ceſſandum, opportunè & importunè inſtandum, ut pectus abundè refrigeretur, eoq́; frigorifica epithemata conuenientia omne genus, & ex frigidis herbis contexta iugiter imponantur. Cibis utãtur ægri, quibus facultas refrigerandi & humectandi inſit, neque ſemel modò interdiu, ſed pluribus uicibus, præſertim tempeſtate æſtiua. Vbi maximè deuitandum, ne unquam ad ſacietatem una in menſa, hac febre conflictati comedant, imò ne ad nature quidem neceſſitatem una uice. Frigidam porrò non confertim ſed paulatim bibant, neq; inedia ſeſe, neq; ſiti unq̃ macerent, atq; ab omnibus, breuiter calefacientibus exiccãtibuſq; in totũ abſtineant. Vbi uerò hectici meliuſculè habere cœperint, carne qdẽ euidenter extenuata et cõſumpta, ſed nõ dũ ad eã q̃ diximus, eſſe immedicabilẽ corporis diſpoſitionẽ, eadẽ ſanè uiuendi curãdiq́; ratiõe, qua iã pridẽ cõmemor. iugiter ac ſummo ſtudio utendũ, donec, q̃d uolumus hoc

eſt,

eſt, ægri ſanitatem aſſequemur. Credi interim balneo poterit laborans, in ſolium itaq; bis aut ter in die deſcendat, temperatum, ubi neq; calore infeſtari, neq; horrore corripi poſſit. Nullum quippe talibus balneum concedimus, niſi quum ſolium aquæ dulcis ad manum non ſit, neq; uſpiam reperiri poſſit, neq; aqua perfundi, ſi horror ingruat, debet. In uniuerſum, hecticos ſudare, & præcalidum aërem attrahere, omnium inſaluberrimum exiſtit.

Qui hac febre conflictatur, duabus horis à potu aquæ hordei, tum balneum tum ſolij inſeſſus ingrediatur, egreſſusq; ea, oleo perungatur uiolaceo. Vbi uerò à potu aquæ hordei aluus exonerata fuerit, ructusq; saporem omnem inamœnum poſuerint, balneũ repetere expedit. Ita tamen ne in eundo laboret. Poſteaq; in aquæ ſolium deſcendat. Aqua etiam egelida quo ad corpus obeſius euadat, & paululum rubore ſuffundatur, modicè foueatur. Vbi in balneo ſatis commoratus, mox inde eductus in frigidam ſemel totus ſubmergatur, ne uel breuiſſimo quidem ſpacio illic commoratus, ne frigiditate ipſius offendať. Poſt hęc oleis frigidis, præſertim uiolaceo, alijsq; humectandi facultate præditis, inungendus erit. Vſus balnei ſubinde increſcat. Protinus autem ubi egreſſus fuerit, cibarijs commemoratis, & modulo præfato nutriatur, habitet atq; decumbat in ædibus ſilentibus, tranquillis, humidis & odoratis, in quibus aër inſpiratus exiſtat frigidus & humidus paucus. Ceterum ſyndones aqua frigida imbuti coram ipſo, & catini capaces, frigida pleni, ſeu lacunæ ponantur. Ante ipſum tum humi tum alias ſternantur folia uitis, ſalicum, roſarum, uiolarum, nymphææ, ſemperuiui, & id genus aliorum. Per hyemem ſuus non luceat igne focus, & ſit à fumo alienus perpetuò. Sed frigido in loco habitans, frigidam attrahat auram, hæc etenim potiſſima, ita habentium eſt curatio. Hoc enim pacto commodiſſimè ab emplaſtris & epithematis præalgidis, quibus de pridem eſt commemoratum præſeruatur, quæ cordi corroborando extrinſecus admouentur. Stragula quoque calida tenuiſſima, corpus quidem uniuerſum, ſed potiſſimum caput leuia cooperiant, ne uel grauedo, pr Græcis κορύζα uocatur, uel Deſtillatio, κατάῤῥυς ab eadem gente appellatus, ſuperueniat, & partes ſummæ leuiter comprimantur. Aeger item naribus ſubinde odoris gratia, oleum cucurbitinum, nymphaceo oleo conditum, admoueat, & quamdiu fieri poteſt, dormiat. Quod ſi diei potior pars reſtiterit, & lauacro delectetur, ſolium denuo ante cœnam ingrediatur, nam haud parum id proficit. Si eſſe detrectauerit, balneo etiam ſuperſedeat, & ſomnum quàm longum capiat. Si ad ſummam ſiccitatem ac maciem deuenerit, lac caprillum in corpus ipſius mulgeatur, & eodem lacte perungatur. Quin & aquæ ſolij in qua lauat lactis caprilli non nihil admiſceatur. Vnde ubi ſubductus fuerit, oleo uiolaceo, aut cucurbitino, aut nymphaceo obliniatur. Quod ſi neque calor fortis, neque acredo occupauerit, uinum album ac tenue pluri ma aqua dilutum, adeò, ut uini & guſtus, & odor amittatur, bibendum eſt. Cæterum ſi perſpicua adſit acuties acredoue, Zulapium ex ſaccharo cum frigida propinetur. Atq; ne aluus lubrica reddatur habenda eſt cautio, quæ ubi ſolutior euaſerit, ad hanc adſtringendam, uelis remiſſis, maturãdum eſt. Quum acris admodum calor affligit, lac bubulum ex iuuene uacca emulctam,

Digitized by Google

ctam, unde butyrum accuratius detractum, præſertim acetoſum expedit, & aqua hordei propinata. Quã, ſi aluus ſoluta fuerit cum pane ſimilagineo,
Tortellæ. quas tortellas nominant, accipere debent. Præter hęc, quæ dicta iam ſunt, ſummo ſtudio ad refrigerium conciliandum, & feruorem extinguendũ niti conuenit. Vbi uerò hectici urina oleacea fuerit, & in ſublimi ſummaq; urinæ ſuperficie laminea, ſeu ſquamis ſimilia unctuoſa comparuerint, aut perexigua fruſtula carnium fibris filoſue referentia, aut furfuracea, id eſt, furfuribus tritici benè moliti ſimilia, quæ uniuerſi corporis, aut ſolidarum partium colliquationem ſignificant. Tunc ad extremam, in omni uictus ratione, auxilium feſtinandum & ſedulò inſiſtendum eſt. Verum ſi cuipiam hac febre conflictanti corpus impendio quàm exiccatum, colliquatum, & extrema macie confectum fuerit, & feruor quiſpiam acris deprehendi in eo poſſit, lac calidum ab uberibus ſtatim propinatum, aut cum panium micis ſumptum, opitulatur. Vincit autem & cæteris multò ſalubrius eſt, lac aſininum, deinde caprillum. Cæterum in lacte recenti duo conſideranda ſunt,
Conſideranda in lacte. ne, uidelicet, in caſeum promptiſſimè tranſeat, aut conuertatur. Illud uerò quò de egimus, in caſeum non niſi rariſſimè in uentriculo tranſmutatur. Neque unquam fecerit, ſi ſacchari momentum ei admiſceatur. Si quis autem lactis conuerſionem in ægro aliquo præoccupare uoluerit, is ægri calidam diſpoſitionem quotidie tactu exploret, & quónam modo inſpiret auramq; attrahat, ſtudioſius obſeruet, arteriarumq; ipſius pulſum contempletur, lotium item & ſitim, ſi hæc omnia augeri & non parum maiora iam quàm ante potum lactis uideantur, tum à lacte etiam præfato eſt abſtinendum, & eius loco lac acetoſum cui butyrum eſt detractum, aut aqua hordei potui exhibeantur. Paſtilli item de ſpodio, & id genus alia. Ventrem porrò compreſſum, cum decocto prunorum & manna confecta ſoluere competit. Cui tamdiu inſiſtendum, donec prædicta profligantur accidentia. Quæ ubi ſublata fuerint, lactis uſum denuo præſcribe & impera. Atq; hæc eſt præcipua, ſummaq; eorum qui hectica febre comprehenſi ſunt curatio. Poſtea quàm uerò hoc morbo impliciti, eò peruenire, ut brachialis & poſtbrachialis, tarſi item ac pedij oſſa liquidò compareant, pulſus deficiat, & abdominis membrana mirach appellata, coſtis ipſius uentris adhæreat, omniaq; breuiter totius corporis oſſa non ſolum conſpicua, ſed & ſolitò graciliora conſpici-
Notæ deploratorum. antur, illi ceu conclamati relinquantur, haud enim unquam ſanitati reſtituentur, ſed quî nam uita talibus prorogetur, omnia experire nihilq; intentatum relinquere conuenit. Id quod uictu potiſſimum conuenienti, humectanti nimirum & frigido, boniq; ſucci, & facilis tranſitus, & optimis deniq; odoribus, aſſequimur. Caro heic pullina maximè commendatur, ad hunc modum præparata. Caro pulli minutatim conciditur, ſuccus ab ea parum ſalſa, haud aliter atq; à cæteris carnibus extrahi ſolitum eſt, accuratè eliditur, & eſtur. Aut conficiatur ex carne rubea, quæ in ceruice hordei reperitur conſimilis cremor. Poſthęc eidem ſucco, ſucci aliquid pomorum, aut cotoneorum, aut modicum uini, aut panis ſimilagineus probè friatus admiſceatur, atq; ita uel bibatur, uel ſorbeatur. Induſia interulæ'ue quibus utuntur aqua roſacea imbuta ſantalis, aut moſcho, ſi non capitis dolorem inferant, infici-

Digitized by Google

rant, inficiantur. Suffimentum quoq; adhibebitur, ex ligno aloës, & ligno cerasi ſylueſtris, quæ arbor Arabibus Nere appellatur, undiquaq; circũpo- nantur ipſis in circulũ boni odoris ſpecies & confectiones odoratæ, Aſper gatur ipſis ſtillaticius liquor roſatum. Edulia quoq; amœnæ & deſiderabi- lis fragrantiæ, olfacta proſunt, cuius generis ſunt, quæ ex carne iocinoris atq; pulmonis teſſellatim minutatimq; conciſa, & in ſartagine cum ouis, cro co & aceto frixa, farcimina itẽ botuli, & tomacula, & mala quoq; cotonea. Pulli quoq; toſti naribus ipſorum admouendi, & in conſpectu eorundem fruſtulatim diſſecandi, ex quorum thorace carnem mãducent, ſuccum dun- taxat maſticando elicitum deglutientes, carnem uerò, ſi admodũ ſint imbe- cilles, porricientes. Si uerò aliquis robuſtior paulò fuerit, pullorum aqua cum ſale coctorum pectora contuſa cum iure exprimantur. Succus cori- andro, & exiguo cinnamomo conditus, uino & panibus ſimylagineis am- mixtis propinetur. Eſt autem medicorum ueterum quiſpiam qui memoriæ prodidit, ſe uidiſſe uirum adultum, & pueros complures, qui hectici ad hãc uſq; conſtitutionem deuenerant, & ſanitati reſtituti ſunt. Nobis uerò uide- re id nunq; contigit, neq; nobis cuiquã uſu ueniſſe uerisimile ſit, præſertim ſi ægrotans pueritiam tranſilierit. Paſtilli de caphura, qui, dum cor, ie- cur, & pectus refrigerant, febri etiam hecticæ feruenti cõducunt. Quarum ſic habet deſcriptio: Accipe roſarum rubearum denarios decem, ſpodij albi fruſtulum grande, ſeminum cucumeris utriuſq; drachmas quinq;, ſemi num lactucæ drachmas nouem, ſeminum portulacæ drachmas ſex, ſeminũ endiuiæ drachmas duas, ſeminum dulcis cucurbitæ drach. ſex, mannæ dra- chmas decem, caphuræ drachmam mediam: Redigantur omnia in paſtillos cum lentitia pſyllij, quorum quiſq; binas æquet pondere drachmas.

Nere.

Paſtilli de caphura.

Quod ſi aluus ſoluta fuerit, iſti paſtilli adſtringentes de ſpodio porri- gantur: Sumito, roſarum rubearum in leuorem contritarum, ſpodij uni- uſcuiuſq; denarios quinos, boli Armeniæ, commeos Arabici cuiuslibet de- narios binos, ſucci de berberis, de oxychanta, ſucci rhois Syriaci ſingulorũ denarios ternos, florum punicæ ſylueſtris ſeſquidenarios, coriandri præpa rati, hoc eſt, in aceto macerati & aſſati geminos denarios, ſeminum oxalidis cortice detracto denarios treis: Redigantur in paſtillos, quorum ſinguli æ- quent denarium, quorum unus appetente diluculo matutino, alter ueſper- tino, cum ſimplici ſucco medicato de oxycantha, ribes dicunt Arabes accipiatur.

Paſtilli de ſpodio.

De tertiana intermittente. *Cap.* IIII.

FEbris quæ tertio quoq; die inuadit, unumq; intermittit Tertiana nun cupatur, & ex flaua bile redundante naſcitur. Cuius acceſſiones ab initio ſtatim cum rigore uehementi & algore exili ingruit, ſimilima ei diſpoſitioni, quum hyberno tempore pes obſtupeſcit. Non autem tam diu quàm frigus in ipſa durat, imò corpus illicò tantis feruoribus ac- cendit, ut quum manũ inieceris, primo contactui acris calor, ac mordax oc- currat. Cõtingit autem in pleriſq; acceſſionibus, ut ſub finem ipſarum præ effreni ardore delitent, & inania alienaq; uerba faciant, ac fabulentur fri- uola, præſertim in bilioſioribus & calidioribus natura corporibus, & in ui-

Digitized by Google

genti ætate. Superuenit etiam plurima ex parte, nauſea, æſtuatio, & bilis flauæ uomitio. Aluuſq; interdũ ſoluitur & balioſum excernitur. Lotium quoque ruffius ac ignei coloris exiſtit, nec craſſum eſſentia, ſed fœtidum & tetri odoris ob putredinem conſiſtit. Percuſſus arteriarũ in Tertianæ acceſſionum uigore, ad magnitudinem, uehementiam & frequentiam accenditur, ſed ordo ipſius exactus & æqualis eſt. Corripit hęc febris frequenter homines natura calidiores, & ſicciores, & quorum uita laboribus, uigilijs, curis dedita & ſolis feruoribus expoſita eſt, & qui inediam ſuſtinent, cibiſq; & potionibus calidis ac ſiccis, uino nempe uehementiſſimo ualidiſſimoq; utuntur. Inq; calidis & ſiccis regionibus, & ſimili conſtitutione tẽporis, puta, æſtiuo, plerunq; accidit. Febris hęc præterea ad infebricitationem definit, ubi exacerbationis & inſultus ſui ſpacium horarum æquinoctialium ad ſummum duodecim abſoluerit. Hoc etenim tempus longiſſimum eſt in exquiſita Tertiana. Cęterum breuiore ſæpe prędicto ſpacio temporis paroxyſmus mouetur, pro quantitate & qualitate ipſius bilis, per horas nempe aliquando octo. Vbi apyrexiæ tempus affuerit, cum ſudore terminatur, & febre diſcedente pulſus naturalis reuertitur. Quocirca dum eiuſmodi ſymptomata ſiue caſus cum febre acciderint, aut ex eis, ſi non omnia, ſaltẽ complura euenerint, febrem Tertianã nominabimus. Proinde quum in prima ſtatim acceſſione, eiuſmodi tã uehemẽtes caſus, aut pleriq; ex eis ingruũt, febrem hanc Tertianã fore, tam certò ſcias, quã ſi iam altero quoq; die ipſam ſuis ſuo inſultu exacerbationibus infeſtantẽ, & unam intermittentem, atq; ad infebricitationẽ omnino deſinentẽ, cõſpexiſſes. Quapropter ſi, qui Tertiana cõflictatur ualido ſit corpore, aluumq; aliquãdiu non deiecerit, ſoluatur hęc, hoc medicamento: Myrobalanorũ flauorum, quos citrinos nominãt, denarij decẽ per diem naturalẽ in aqua feruente macerentur, mox inde leuigati ac manibus friati per colum trajciatur dilutũ, in quo mellis aërij, quod, mãnam nominant, drach. uiginti diluantur, & ſub aurorã propinetur. Scãmoniæ quoq; uſus cõceditur, ſi ipſius Antiochiæ recẽtis & optimæ quartã unius denarij partem in zulapij uiolacei, & aquæ hauſtu, (hoc eſt, menſura quæ ſemel ſorberi poſſit) diſſoluatur & potui præbeatur, quoad aluus ſolutior euadat, & ſæpius deijciatur. Vbi enim hoc factũ fuerit, uel febris in totum profligitur & non reuertetur, uel leuior erit. Poſt hęc uictus ratio quam præſcribimus, per omnia obſeruãda eſt. At ſi iſthac febre correptus delicatus, mollis atq; imbecillus fuerit, & tẽpus æſtiuum, tunc ſingulis noctibus propinare conuenit pondo denar. decem oxyphœnicωn (thamarindos hodie uocãt) prunaq; ſicca & craſſa uiginti, in aquę lb. duabus uſq; ad eliquationẽ & diſſolutionem elixẽtur, poſthæc manibus fricata per colum transfundãtur. Cuius colaturæ adijciantur ſacchari ſynceriſſimi & candidiſſimi (quod Thaberzeth Arabicè uocãt) drach. decẽ, quod ſub ſomnũ propinetur. Matutino uerò diluculo appetente, & ſole oriente, aqua hordei liberalius bibatur, & domicilium ſeu tabernaculũ ab omni tumultu & perturbatione liberum, aut boni odoris inhabitet, uſq; ad concoctionẽ alimentorum. Deinde oleribus frigidis & acidis amaritudinis expertib. ueſcatur, & fugeat carnes, edat medullam cucumeris & citrulli. Bibat ſuccũ cucurbitæ, ſuccũ cucumeris Saraceni.

Spácium acceſſionis Tertianæ.

Aquam

Aquã cum zulapio, & ſyropũ oxalidis aqua ſacchari belle tẽperatum. Cæterum modus infrigidãdi & calorẽ extinguendi febris ardori reſpõdeat, & ſedulò ſecundum iſtum obſeruetur. Si porrò uenter ultrò ſemel atq; iterum quolibet die ſoluatur, decoctũ prunorum exhibere alienũ eſt. Succum uerò mali Punici dulcis pariter ac acidi, cum lentitia pſyllij propinare expedit. Iocinori inſuper noctu, facta cõcoctione & uentre exonerato, lintheolũ ſantalis & aqua rosacea imbutum ſuperimponatur. Eſtoq; ſemper à cibo ad acceſſionis uſq; tẽporis ſpacium prelõgum. Quod fit, ſi tribus, aut † pluribus horis ante principiũ paroxyſmi, aut peracto iam in totũ paroxyſmo cibum capiat. Vbi notandum q̃d hac febre implicitus, omnia calida deuitare, & in frigidis regionibus ſemper cõmorari debet. Quod ſi Tertianã effrenis ardor, atq; immanis feruor comitetᷣ, ſuccus cucumeris Saracenici, aut cucurbitæ, aut citrulli, & marcor pſyllij cũ malis Punicis, uel zulapiũ liberalius exhibeanť. Aquę etiam hordei potu affatim poluendum. In longioribus uerò diebus, uel ſi cibus in ægrotante, haud facile cõcoquitur cauendũ, ne tali aqua hordeacea nocturno appetente diluculo, rurſum propineť. Mane uerò ſub aurorã duab. horis, uel ad minimũ una priusq̃ aquã hauriat hordeaceã, paſtilli de caphura indies cum ſyropo oxalidis ex ſaccharo potui præbeantur. Et poſtq̃ febris afflictum reliquerit, per triduũ utiq; uniuerſum eadem uiuendi ratione qua febris tempore utetur. Quibus actis & tranſactis omnibus, caro pullina & hœdina offeretur. A balneo uerò ac ſole, uinoq; interim abſtinendum, & paulatim deniq; ad conſueta reuertendum.

† *duabus.*

De febre ardente, quæ Græcis καῦσος dicitur. Cap. V.

ARdens febris, quã Cauſon iam omnes nominant, è Tertianarũ eſt genere, ſed his tamen acrior & feruoris magis intenſi, quæ una quidem die inualeſcit: Altera uerò minus incaleſcit, ſed ad infebricitationẽ exactã non peruenit, neq; horror, aut rigor, ſudorue, niſi quũ fit ſolutio, ſuperuenit, unde in Aphoriſmis Hippoc. inquit: A febre ardente habito, rigore ſuperueniẽte, fit ſolutio. Reliqua habet ſymptωmata cũ Tertiana exquiſita, cõmunia quidẽ, ſed uehementiora tamen & ualentiora. Lingua labiaq; eorum qui hac febre cõflictantur flaua fiunt, aut nigra, aut certè craſſa & aſpera, ſi febris fuerit inualidior. Accedit his ſitis intollerabilis, uigiliæ, & quibuſdã delyrium. Quod ad curãdi rationem attinet, hac febre laborantes, iiſdẽ ferè remedijs, certè ſimili planè uictus ratione (unde auſpicãda eſt curatio) indigent, qua Tertiana exacta impliciti. In ardẽte tamen maiore ſtudio, accuratioreq; diligentia quã in Tertiana agendum, utpote, quæ uehementior & flagrantiæ acrioris exiſtit, eoq; magis anceps. Noctu itaq; hac febre laborantes, decoctum prunorũ & oxyphœnicωn (quos hodie thamarindos uocari docuimus,) quo de prius dictum eſt, ſedulò, tãtiſper dum aluus bis aut ſępius quotidie ſoluatur, propinãdum eſt. Paſtilli quoq; de caphura, aut liquor malorum medicorum, quos citrullos uocant, & citrangulos, aut ſuccus cucumeris Saracenici, aut cremor ptiſanę matutino diluculo ſemper exhibetur. Interdiu autem quauis hora ac tẽpore cucurbitæ, aut citrullorũ ſuccum utiliter porrigimus. Micas item medullæ panis lacte, à quo butyrum detractũ ſit, ablutas, cum ſaccharo adiecto. Vbi ægrotus cibi ali-

quantulum ſumpſerit, iterum aquam hordei, inſuper quemadmodum prædictum eſt, hauriat. Momentum uerò pſyllij, familiari aquæ potui ſuo commiſceatur, cuius mucoſum lētorem cum zulapio roſacco, aut uiolaceo, aut ſucco mali Punici cum potu bibere phas eſt. Linguæ ariditatem cum aſperitate cōiunctam, lintheolo primum aſperiuſculo fricabitur. Deinde mucidū pſyllij lentorem ſaccharo permixtum lambeat. Pruni porrò fructus, nux, uidelicet, cui caro non penitus detracta hinc inde adhæret, in ore retineat, & mādatur. Syndones porrò ex ſerico, ſeu lino tenues, aqua roſacea tincti, iocinoris regioni cordiſq; multum diuq; ſuperinducantur. Atqui ſi laborās ſanitatis ſuę tēpore in nullo uiſcere abſceſſum expertus fuerit, neq; in uētriculo, neq; in iocinore ullam imbecillitatem perceperit, in hac febre potu aquæ frigidæ ſuper niuem refrigeratæ confertim ſeſe reficiat, ſi ardoris uehementia nimium torrefaciat. Vnde ſanè tātum hauriat, tamq; pleno eius potu ſe proluat, ut facies uiridi ſuffundatur calore, & membra contremiſcant. Effrenis etenim calor illius febris, quàm primum hoc potu ſuffocatus extinguetur. Deinde ſudor elicitur, ac toto corpore manat, unde uel in totum reſtitutus in portu nauigat, uel idem ipſum in ſinum ſuum, quàm humaniſſimè inuitat. Cæterum ſi aluus admodum lubrica frequēter fluxerit, Ptiſana, hoc eſt, cremor hordei, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, id eſt, pinſendo, eò quod pila tundebatur, non molebatur, appellata, elota & aqua elixa cum paſtillis aſtringentibus de ſpodio offerenda eſt. Syropus uerò oxalidis, quem acidum nominant, & zulapium uiolaceum & roſaceum cum ſaccharo releganda ſunt. Succus uerò Medicatus ſimplex ex malis Punicis acidis, malis item & cotoneis acidis confectus, porrigatur. Præſcribenda heic, uno uerbo, ſunt omnia tum edulia tum remedia, quæ ſuperiori libro Capiti de aſtringendo fluxu uentris ſunt enumerata. Quod ſi huic febri, uigiliæ, capitiſq; dolores complicentur, eadem per omnia curatio, quam in eorundem uitiorum Capitibus traditam habes, adhibenda fuerit. Nos quippe in hoc uolumine non compoſitorum, ſed ſimplicium modò affectuum opem & remedia. Proinde quum ægritudines ſimplices non fuerint, earum præſidia ex Capitibus eiſdem affectionibus conſecratis petantur. Eſto autem in hac & in omnibus continentibus febribus opportunum edendi tempus, quando ægrotans morbum leuari, feruoremq; remittere percipit. Aut ſi remiſſionē ſenſilem non percipiat, edat eadem hac hora, qua ſanitatis tempore eſſe conſueuit, uel ea diei hora, qua ipſe dies calorem remittit, & temperatur. In febribus autem intermittentibus, eſſe opportunum eſt, longo quàm fieri poteſt, ante acceſſionem, tempore, aut peracta omnino acceſſione. Nos tamen in Tractatu, quem de acutis ægritudinibus inſtituimus, Muſis cum Apolline benè adſpirātibus, iuſtam & conuenientem uictus rationem obſeruare docebimus.

Ptiſana.

Opportunitas edendi in Continuis.

De Synocho, hoc eſt, Continente. Cap. VI.

Συνοχος febris unam acceſſionē ad finem uſq; perpetuam habens, citra tremorem atque ullum rigorem inuadit, ſoloq; cum calore auſpicatur. Quam comitatur faciei, oculorū, aurium, & narium rubor, mœror item & inquies, inflammatioq; uehemens cum inſpiratione ampla atque crebra. Sunt

Sunt prætereа notæ quædam, quæ hanc febrem quaſi præambulones aliqui præcedunt, Grauitas nempe & diſtenſio in corpore ita febricitante, ſegnities item & laſſitudinem præferens diſpoſitio, ſopor immoderatus, dementia, capitiſq; grauitas, præſertim in fronte, & temporibus. In uenis adhæc ſanguinis ubertas, & uenarum colli, quæ iugulares uocantur, cernitur, eò quod ueluti thorali protuberant, pruritus in naribus atque locis, in quibus cucurbitulæ defigi ſolitum fuit, ſentitur. Opportuni huic febri admodum exiſtunt, adoleſcentes, qui optimæ conſtitutionis & habitudinis ſunt, & hij qui carneis dapibus ac melitomatis, hoc eſt, bellarijs, & confecturis ex melle præparatis, multum diuq; uſi ſunt, copioſoq; uino ac ualentiore uti conſueuerunt. Accidit ut plurimum hyberno, Vernoq; tempore. Dum quiſpiam hoc morbo conflictari corpus attingit, inſtar quoddam eius corporis, quod balneum recens egreditur ſentire uidetur, uel eius, qui corpus ſuum plurima calida perfudit. Qui hac febre laborant, ijs & pulſus maximus eſt, frequens, citus & æqualis. Vrina rufa & craſſa. Vbi itaq; in his qui ita febricitant hæ notæ, aut ex his plurimæ comparuerint, ad ſanguinis ſtatim detractionem omni conatu contendendum eſt, & ſanguinis plurimum, uel ad animi uſq; deliquium, uirtute ualida exiſtēte, auferendum. Maximum enim hoc & præſentiſſimum ſynochi febris remedium eſt, refrigeratur etenim inde corpus & extinguitur febris. Quod ſi non prius quàm lingua nigreſcat, ſuccurratur, & ardentis febris ſymptωmata ſuperuenerint, tunc eadem ratione uictus, & ijſdem remediorum præſidijs, quibus in Cauſo, utendum eſt. Quanquam in Synocho ſanguen, ſit medelis acrius reprimēdum. Puta cum ſucco medicato, qui ex uua acerba, de acetoſitate citri, ex oxycantha, (ribes uocant Arabes) aceto & malo Punico acido extrahitur, & conficitur, omnis adhæc uictus ratio tenuis eſto, & cibatus uniuerſus egregiè multumq; circumſcribatur. Quin & circa initia ſtatim morbi, ſi medicus inciderit, curationem à ſanguinis detractione, ut docuimus, auſpicatus, eiuſmodi rationem uictus confeſtim adiungat. Frigida adhæc propinetur, cum paſtillis de Caphura. Vbi uerò res exigere uidebitur, aluus cum decocto prunorum, & oxyphœnicōn ſaccharo ammixto, ſoluatur. Vel cum ſucco malorum Punicorum acidorum cum ſua pulpa, & ſaccharo contritorum. Vbi autem febris ægrotantem ualedixerit, à carne in totum, & cibis quæ inde & ex melle conficiuntur abſtinendum eſt. Vinum quoq; per uniuerſum morbi curriculum, uſque ad ſecundam ualetudinem reſtitutam deuitetur. Hæc quoq; febris de genere Continuarum & non Interpolatarum exiſtit, neq; Tertiana nuncupatur. Neq; ignis quidpiam, aut inflammationis & acrimoniæ coniunctum obtinet, quemadmodum ſubinde Continens, ſi non inter exordia ſtatim reſtinguatur. Sunt prætereа febrium quæ Synochi, ſeu Continentes dicuntur, tres differentiæ: Vna enim illarum ab initio ſui ad finem uſq;, æquali magnitudine ac uehementia perdurat, hoc eſt, uel ad Criſim uſq;, uel ad mortem ægrotantis. Quam Græci ὁμότονον καὶ ἀκμαστικόν, hoc eſt in eodem uigore permanentem nominant: Altera uerò, non perſiſtit, ſed uſq; ad magnitudinem mouetur, & exiguum aliquid adijcit, hanc Græci ἀναβατικὸν καὶ ἐπακμαστικόν, hoc eſt, incrementum ſuſcipientem, aut inualeſcentem

Curatio.

Sanguinis detractio, diæta et frigida maxima cōtinentiū remedia.

Ὁμότονοι καὶ ἀκμαστικοί. Ἀναβατικοί ἐπακμαστικοί

Digitized by Google

ſcentem nuncupant. Tertia quotidie paulatim uehementiam principij de-
ponit atque decreſcit, ea παρακμαστικὸς, id eſt, decreſcens à Græcis appella-
tur. Illa porrò, quæ ſemper augetur, maiorem ſanguinis detractionem quã
cæteræ efflagitat. A qua proximum locum habet, quæ in eodem uigore per
durat, & ſi tertia quoq;, quæ decreſcens dicitur, eadem penitus detractione
ſpolianda non ſit. Primę tamen duę, pręſertim quę ſubinde increſcit, id au-
xilij magis requirunt.

Παρακμαστι-κοί.

De febre Quotidiana. Cap. VII.

FEbris hæc, ex putredine pituitæ ordiens, φλεγματικὴ Grecè, hoc eſt, pi-
tuitoſa, & ἀμφημέρινος, id eſt, Quotidiana, eò q̃d ſingulis diebus ac-
ceſſiones habeat, uocatur, & cum horrore uero'q; algore in † ſcapu-
lis & ſpina dorſi, ſummiſq́ue partibus, inuadit, & algor in corpore
longum tempus conſumit, & ægrè accenditur, neque tam facilè ad feruo-
rem ardoremq́ue peruenit. Imò uix calor tandem in hac febre corpori acce-
dit, & ſubinde nunc incaleſcit, nunc iterum refrigeratur, & rurſum caleſit
corpus. Quod ubi pluribus uicibus factum fuerit, exerit ſe denique calor,
qui in totum corpus æqualiter, ſed poſt laborem, diffunditur, & quum in
uniuerſum corpus pari undique calore primum ſpargitur, non eſt tam a-
cris ac uehemens, neque etiam adurit corpus, perinde ut Tertiana, & febris
Ardens, neque excruciat ſitis, neque multum & crebro ſpirare compellit.
Et ſi coniunctus fuerit uomitus, aut mollior aluus, humores candidi, & o-
mnino pituitoſi excernuntur, aut momentum bilis flauæ. Facies eorum qui
ſic febricitant turgere aliquantulum uidetur, corpus areſcit, facultas appe-
tendi iacet, & exoluitur. Pulſus quoq; in hac febre inæqualis ac tardus, ue-
locitate motus, magnitudine atq; uehementia, & crebritate longe minor
quàm in Tertiana exiſtit, & præter hæc quoque inordinatus eſt. Cæterum
hæc febris pueros, ſenes, mulieres, eunuchos, humidas, aut pituitoſas natu
ras, maximè infeſtat. Homines & bibaces, edaces, & lurcones, guloſos, qui
nũquam aut rarius euacuantur, balneis & ocio deditos, aut eos qui parum
exercitantur. Hyemis quoque tempore, humida & frigida regione, & aëris
conſtitutione ſimili. Vrinæ in Quotidiana ſunt, uel albę ac tenues, uel ru-
bę, craſſę, & turbulentę. Pro'q; magnitudine ſua inter initia in prima conſi
ſtit conſtitutione. Mox uerò temporis progreſſu in aliã transfertur. Febris
huius intermiſſio ſub noctem plerunque, & fine diei accidit. Nullus ſudor
primis diebus erumpit, aut ſi erumpat paucus erit & uiſcidus. Venę in inter
pollatione non planè ab officiente materia liberantur, neq; corpus unquã
ad exactam quietem, (quam ἀπυρεξίαν uocãt) peruenit, ſed ſemper ſcyntillæ
quędam ueluti reliquię ad alteram uſq; acceſſionem permanent, ac rurſum
quotidie ingruit, & acceſſionem longè prolixiorem (occupat enim ferè de-
cem & octo horarum ſpacium) quàm intermiſſionem obtinet. Longa hæc
febris eſt & diuturna, pluribus ſæpe mẽſibus perdurãs. Maligna præterea
exiſtit, et mortis periculum adfert. Quum itaq; in febricitãtibus iſtę, aut ple
ręq; ex his notæ cõparuerint, φλεγματικὴν, id eſt, Pituitoſam cognomines.
Si eodem tempore in plures ſimul graſſetur, iam multo certius phlegmati-
cam febrem teſtatur. Aggredi igitur curationem Quotidianę quàm matu-
rimè

† Coſtis.

rimè conuenit. Quę utique à prima confeſtim acceſſione, à ſyropo oxali-dis, hoc eſt, acido appellato, ex melle confecto, inchoanda eſt, qui utique cum aqua tepente propinari pręcipuè debet. A quo irritandus quidem, ſed non cogendus eſt ad uomitum, eoq́ inde quàm copioſè. Sic tamen ne mor-bo implicitus nimium ſollicitetur, ut hoc pacto exactè purificetur, & offici-ens materia, uel ad uiuum uſque, quod dicitur, reſecetur. Diaturpethum ad hęc prębendum eſt medicamentum, ita contextum: Sumito turpethi friati & per Sericinum excuſſorium traiecti, pondo denarium decem, maſtiches, zingiberis utriuſque pondo denarij unius, ſacchari ad pondus omnium. In de ſingulis noctibus aureus in potu exhibeatur, niſi aluus lubrica quotidie bis, aut ter deijciat. Poſtridie mane cõditum roſaceum cum ſaccharo (quod Arabes nunc Geleniabin, nunc muraba nominant) denarij quinque, porri-gantur, mox inſuper ſyropi oxalidis ex melle colato uncia una. Hora por-rò cibi febris, inſultum & exacerbationem quanto poteſt temporis ſpacio pręueniat. Victus ratio in Quotidiana ſit inciſoria & extenuans, puta, ex aceto, oleo loto, ſaccharo, mentha, fœniculo, & oleribus cęteris id genus. Vitētur cucumeres, mala citria, citrulli appellati, & citranguli. Salſa & ſal-ſamenta omnia quę ex aceto & muria pręparantur in cibo admittunt. Con-ueniet decoctum, uel quocunque modo inſtructus cibus, ac potus ex radici-bus betę, & ex turonibus ipſius, ſi condiatur aceto, oleo, muria, fœniculo, ſinapi & ſimilibus. Qua uictus ratione, qui ſic febricitat, per Septimanam unam iugiter & accuratè utatur. Quod ſi febris cum ſymptomatis ſuis de-creſcere, minusq́ ſęuire, & acceſſionis tempus ſerius reuerti uideatur, dicta hac tum ratione ſedulò uiuendum. At ſi contrà, febris cum ſuis accidẽtibus augeri, & in eadẽ ferè hora ſemper poſtliminio regredi uideatur, tum utiq́ implicitus hac febre uentrem iſto deijciat pharmaco: Accipe turpethi ex-quiſiti denarios duos, ſucci abſinthij quartam denarij partem, cucurbitę ſyl-ueſtris ſextam denarij partem, agarici denarium medium, hierę picrę dena-rium unum, maſtiches ſextam denarij partem. Conficiantur cum ſyropo oxalidis mellito, Tribuatur ægrotanti, & ad dictam uictus rationem fiat reditio. Si uires laborantis conſternatę ſint, pulli toſti, & apparati in patel-la offerantur, à iure micisq́ ſeparati. Et ſi caſus aliqui uentriculo ſuperuene-rint, aut nauſea uehemens, eorum curationem ex ſuis capitibus petito, pari etiam modo ſi intemperies aliqua contigerit, ante commemoratis remedi-orum auxilijs ſuccurratur. Quod ſi quatuor hebdomadas ſuperarit Quo-tidiana, Paſtilli propinentur roſacei. Quarum hæc eſt compoſitio: Acci-pe roſarum rubearum leuigatarum drachmas decem, ſucci eupatorij dra-chmas ſex, ſucci abſinthij drachmas treis, maſtiches drachmam unam, & di-midiam, ſpicę, aſari, ſchœnoſanthi, aniſi, ſingulorum drachmam unã: Redi-gantur in paſtillos, quorum ſinguli treis denarios æquent põdere, quorum unus in huius decocti uncia propinet: Recipe corticũ rad. apij, rad. fœnicu-li uniuſcuiuſq́ denar. decẽ, ſeminũ eorundẽ, ammeos, caſſuthæ, aniſi, acan-thæ, ſpinæ Arabicæ, ſingulorum denarios quinq́: Elixentur in aquę libra una, uſq́ dum per coctionẽ abſumatᷣ medietas, quorũ permiſceatᷣ ſyropi oxa-lidis uncia una, & exhibeatur cum paſtillo iam commemorato. Tribuatur

Diaturbith.

Roſaceũ cũ ſac-charo, & cum melle fieri po-teſt.

Paſtilli roſa-cei.

Digitized by Google

etiam iſthac febre ſic cõflictanti, alterna qualibet nocte pharmacũ de Turpetho, quò uenter ſoluatur. Si febris ualenter his reſtiterit, omnibus uehementiore ſoluatur pharmaco. Offerantur etiam carnes pullorum, pulmonum, cordis, & talium uiſcerum minutim inciſorũ, quod edulium moretum uocant, & Arabes Calangiæ, Exhibeatur & Mutagenat ab ijſdem appellatum cibarium, Latinis tomaculum. Abſtineant à micis, & ab oleagineis, & ne uires deijciantur, unctuoſis omnibus, & melitomatis, hoc eſt, omnibus quæ ex melle confiunt dulciarijs. Cauendum etiam unicè in Quotidiana, ne afflictus aquam gelidam niue refrigeratam hauriat, neque aliud quidpiam id genus frigidum. Si heic delinquatur aliquid, febris euadet extenſa & quàm diutina.

De Quartana. Cap. VIII.

FEbris Quartana cum tam uiolento tremore inchoat, ut dentes conſtringat, & concutiat. Articuli atq; adeò ipſa quoq; oſſa (ut uidetur) perinde dolore moleſtantur, atq; ſi pondere quopiam appenſo grauarentur, & uapularent, tanto cum ſtridore, ut uel ſolus hic tremor ab aliarum febrium tremore longè lateq́ue diſcrepans, Quartanam ipſam abundè arguat. Pulſus arteriarum in ea, ab initio quidem paruus ac debilis, rarus item atq; tardus, admirandam ac portentoſam diſpoſitionem exhibet. Adeò ut ſi quis ægrotantis pulſum, cum eiuſdem ſani pulſu (recordari enim huius oportet) conferat, haud alia, ad Quartanam, in prima ſtatim acceſſione, exactè deprehendendam, nota deſiderabitur, præter eam, quæ ex arteriæ tactu ſumitur. Obſeruata ſingulari huius febris percuſſus diligẽter exilitate, tarditate, raritate & debilitate, & quod pulſui febris Quotidianæ ſit tam contrarius. Hæc febris caloris & feruoris motu calidior eſt phlegmatica, non tamẽ attingit Tertianæ ardorẽ, à qua modis ferè omnibus diſcrepat. Neq; enĩ tanta ſitis in hac premit, neq; tãtus eſt feruor, neq; tantus eſt æſtus, neq; tãta turbatio, neq; tãtus capitis dolor, neq; tanta mentis agitatio in Quartana, quanta in Tertiana offenditur. Hęc autem longas ſolet & errãtes ſubinde febres excipere, atq; in autumno potiſſimum, æſtatis fine, & homines natura ſiccos inuadere. Vrinę in hac febre albę ſunt, tenues & aquoſę, aut rubicundulę languescunt in rubedinem, & ualdè ſunt, ut plurimum, lympidę crudę, craſſę interdum, nigrę item ac rubeę. Si regio, ætas, & uictus ratio frigida & ſicca fuerint, tunc certius Quartanam futuram ſpectabimus. Potiſſimè ſi eo tempore Quartanę febres populariter uagabuntur. Quod uerò ad huius febris curationem attinet: Si lotium fuerit rubeum, craſſum, corpus item laborantis rubeum, uenę ſanguine fartæ, ſanguis detrahendus eſt, ex uena uocata Lienari, quę eſt in ſiniſtro cubito interior. Deinde quę uiuendi ratio ſequẽda ſit, prębcribatur. Si uerò id minus expedire uidebitur, Medicamẽta quę bilem atram expurgare nata ſunt, huc, è Capite quod de melancholia ſcriptum eſt, accerſita, porrigantur: Pharmacum quoq; proxima à paroxyſmo die, febre intermittente, mouens & purgatorium

Curatio.

gatorium offeratur. Acceſſione uerò auſpicante, ſyropo oxalidis cum plurima aqua tepente ſumpto, æger ad uomendum ſollicitandus eſt. At ſi uomere nequeat, beta, ſinapi, ſalſaq́ꝫ, & id genus exhibeãtur, quibus ſumptis, uinum inſuper ſtatim multa aqua dilutũ bibatur. Mox ſyropus oxalidis in quo radicula macerata fuerit, propinetur. Poſthęc & in alijs etiam diebus uomitus proritetur, & uictus uberior ſolidiorq́ꝫ admittatᷣ, puta, carnes hœdinæ, carnes agnorum annalium, quæ moderatè ſumantur. Præ illis tamen oleribus cum muria, & oleo conditis ueſcantur. Corpus aqua foueatur, & perfundatur aqua calente. In qua etiam ante cibum ſedere proficit. Balneo quoq; credi poterit, in quo tamẽ ſudare non debet. Laboribus inſuper & uigilijs minus quàm ſolitus fuerit indulgeat, ſed ſomnum magis accerſat, & quieſcere amplius quàm conſueuerit, non dubitet & paulatim aſſueſcat. Vino tenui & admodum temperato utatur. Aluus frequenter uno die ante acceſſionem ſoluatur. Vomitus autem & in ipſo acceſſionis die prouocetur. Reliquo uerò tempore quæ ratio uictus competat, & quî corpus humectetur, habenda ſollicitudo eſt. Perpẽdere item oportet, utrum febris cum ſymptωmatis ſuis & paroxyſmorum ſpacio minuatur, & concurſus omnes, quas συνδρομὰς Græci dicunt, conſiderare ex uſu eſt. Quod ſi in tenore tantum non eodem perſiſtere uideantur, languens ſubinde & acriter euacuandus eſt. Quod ubi ad uiuum uſq;, ut dicitur, factum fuerit, profligabitur proculdubio febris. Quod ſi morbus quadraginta dies ſuperauerit, nucis inſtar confectionis de triplici piperum genere, διὰ τῶν τριῶν πιπέρεων, uulgò appellatę, cum reliquis remediorum præſidijs circa aurorã eſt exhibendum, & nucis Ponticę, quam auellanam dicunt, quantitas medicamenti huius ex laſere præparati, porrigetur: Accipe laſeris, ſeu laſerpitij (Arabes aſa uocant) aridorum foliorum rutæ, piperis, ſingulorum par pondus, mellis quantum ad excipiendũ ea ſatis eſt: Sumatur inde inſtar, ut diximus, auellanæ ſub ſomnum, & ſomnum inſuper ita affectus capiat. Deinde balneum æger, non tamen in die exacerbationis, petat, & ſudorem eliciat. Merum uetus potui conceditur. Per æſtatem quidem & macilento exiſtente laborãtis corpore & natura calido, præſtat, ut nihil rerum & medelarum calidarum admittatur. Sed lactis ſerum cum ſaccharo candidiſſimo ſynceriſſimoq́ꝫ (quod Taberzeth Arabum ſectatores nuncupant) propinetur. Decoctum itidem myrobalanorum cœruleorum, quos Indos appellant, & epithymi, quandoq́ꝫ exhibebitur, & nutricatus in uniuerſum humectans eſto. Vomitio quoque per exordia ſtatim acceſſionis Quartanæ, eo quo febris inſultat die, cum ſyropo oxalidis & aqua tepida, haud inutiliter proritabitᷣ. *Medicamentũ ex laſere.*

De Continuis febribus. Cap. IX.

FEbris Tertiana, Quartana, & Quotidiana, ſubinde remiſſionem quidem aliquam ſenſilem, in ſingulis acceſſionibus obtinent, ſed nunq́ꝫ prius ad integritatẽ & apyrexiam deſinunt, quàm ex toto fuerint ſolutæ. Habent ſuam obiter quidẽ per interualla quietẽ, ſed hora acceſſionũ rurſum inſultãt, & exacerbationib. ſuis ingraueſcũt, ſic, ut corpus nũq́ꝫ libereᷣ, & infebricitationẽ obtineat, donec ex integro deſierit febris.

Quam

Quã conſtitutionẽ febris, Græci συνεχῆ, Romani Continuam nuncupant. Symptωmata autem & caſus talium febrium, nihil à prædictarum accidentibus diſſident, præterquàm quod cum rigore non inuadunt, neq; in quietem deſinunt. Neq; ſudor ex toto corpore in continuis manat, niſi quum ualedicunt, & abeunt. Ex eadem quippe cauſa, ac ueluti ſcaturigine, utreq;, tum intermittentes, tum continuę emergunt, ſed in his materia copioſior, peſtilentior & lethalior, heic humor officiens intra uaſa putreſcit, illic extra uaſa putredinem experitur. Quod autem ad harum curationem attinet. Continuis per omnia haud aliter atque interpollatis, in ſuo cuiq; genere ſubueniendum eſt, hoc eſt, Tertianæ Continuę, ut Tertianæ Interpollatę, Quotidianæ Continuę, ut Quotidianæ Intermittenti, & deinceps: Niſi quod in curatione & medelis continuarum, accuratius & ſollicitius, quàm in intermittentium, eſt agendum.

De febribus mixtis. Cap. X.

VAria ſunt febrium non ſyncerarum genera, Quintanæ, uidelicet, quæ quinto quolibet die acceſſionẽ habent, uel Sextanę, quæ de ſexto in ſextũ exacerbãtur, & Septanæ, & deinceps adhuc tardiores. Qui eiuſmodi febribus cõflictantur, horũ aluus ſemper pridie ſingularũ acceſſionũ ſoluatur. Ipſo autẽ acceſſionis die, uomitus enixè moliatur. Victus ad hęc ratio, q̃ in febre Quotidiana ſeruandã docuimus, in his quoq; ſequenda eſt febribus. Si qui ita febricitat, obeſo ſit corpore, lurco & manduco: Sin uerò ſiccus fuerit & gracilentus, huic aluus, his quę atræ bili expurgãdæ facta ſunt, ſubducat͂. Victus porrò Quartanę præſcriptus, in ita affectis eſt obſeruãdus. Febres autẽ cõpoſitę, & impurę, quibus non eſt certa & ſtata acceſſio, uel ex alicuius particulę abſceſſu, potiſſimè renum, oriuntur, uel quũ febris in Quartanã trãſitura eſt. Interſtitio tamen quodã inter ſe diſtinguunt͂. In priore em̃ differentia, dolor in parte afflicta, uel inferius ſub dorſo ſentitur, uel partiũ functiones oblæduntur: In altera uerò horum nihil deprehendit͂. Primę ſpeciei curandi ratio, ſita eſt, in membri affecti curatione, quæ hac methodo, quam ſuis in locis, quibus ea priuatim pertractantur, docuimus, abſoluitur. Alterius medicatio omnis, primum in euacuatione, mox in caloris etiam extinctione, poſita eſt.

De febribus algore pariter & calore infeſtantibus. Cap. XI.

QVod ſi in febre ardente, quæ Græcis, ut ſuprà oſtenſum eſt, καῦσος uocatur, lingua nigreſcat, ſpiratio magna anguſtiſſimè trahat͂, ſitis uehemens premat, & interna æſtuatio cum extremitatum & ſummę cutis totius corporis refrigeratione, fuerit, malũ portendit. Malũ item, ſi febris interius, propter abſceſſus alicuius uiſceris nata, exerceat, ſummæ uerò partes frigidiſſimę fuerint. Cæterum non inſtitui ſuper hac ſpecie in præſentiarum uerba facere, ſed in uniuerſum de qualibet febre in qua corporis ſuperficies frigida extiterit, in qua laborans manifeſtam laſſitudinẽ, defatigationẽ, febrẽ, pãdiculatiões, anxietudines, & oſcitationes, experit͂. Pulſum arteriarũ habet celerẽ, cum anhelatione ſimili. Ardor internus non intermittit, ſed cõtinuus eſt. Qui ſic afficit͂, hanc uiuendi rationem, quam in febre phlegmatica ſeruandam docuimus, ſtu-

dioſè

Digitized by Google

dios e ſectetur. Vbi uerò calor febrilis in ſummo corpore & ſuperficiaria, ut ſic dicam, cute deprehendatur, pulſu non exiſtente celeri, neq; anhelatione crebra, neq; magna. Et æger nullum intrinſecus memorabilem fermè calorem ſentit, imò omnis ardor & flagrantia, grauedo atq; imbecillitas, ſumma perreptat & exercet, idq; cum intermiſſione, Syropus oxalidis, & ſaccharum roſaceum propinetur, eſca ex aceto & oleo amygdalino præparetur. Indies lauare, quàm parum ſudare, & calida aqua perfundi, foueriq; ex uſu eſt. Quibus ſi quod cupimus, aſſequimur, benè habet, ſin minus, aluus cum decocto corticum myrobalanorum ſoluatur, inde ad diætam reuertatur. Si uerò languentem horror cum feruore mixtus afflixerit, & ſpiritus qui efflatur calidus fuerit, pandiculationesq; & anxietas urgeant, calor prius quidem exerceat, algor tamen derepente ſuccedat, atq; rurſum calor excipiat, uenter cum decocto corticum myrobalanorum flauorum, quos citrinos hodie uocant, & cœruleorum Indos nominant, & turpethi ſaccharo adiecto, ſubducatur. Paſtilli præterea roſacei, quos διὰ ῥόδων appellant, & paſtilli de ſpodio ſingulis quibusq; diebus pondo aureorũ duûm cum ſyropo oxalidis de ſaccharo, & ſucco malorum Punicorum propinẽtur. Cæterum compoſitio paſtillorum de roſis, qui Parui nominantur, ita habet: Accipiatur roſarum rubearum in puluiſculum læuigatarum denariûm pondo decem, ſpicæ nardi, ſucci glycyrrhizæ utriuſque pondo denarij unius. Seminum malorum citriorum, quos uulgò citrullos & citrangulos dicunt, ſeminum endiuiæ ſingulorum denariûm pondo duûm: Redigantur in paſtillos cum zulapio roſaceo, aut uiolaceo & deglutiantur in potu. Paſtillorum uerò de ſpodio, deſcriptio hæc eſt: Spodij denarij decem, roſarum rubearum denarij tres, ſeminum citri (aliàs citrulli,) ſeminum lactucæ, ſeminum cucurbitæ uniuſcuiuſque ſemidenarius, ſucci glycyrrhizæ, mellis aërij, ſeu mannę, cuiuslibet denarij quinque, lentitia mucoreue pſyllij conſpergantur & in paſtillos cogantur, & propinentur.

Saccharũ roſaceũ conditũ ex roſis & ſacch.

Paſtilli roſacei.

Paſtilli de ſpodio.

De febre Hepialo, hoc eſt, algore nullo calore expugnabili. Cap. XII.

QVando algor cum tremore nullo calore uincibilis quempiam ex temporis interuallo identidem corripit, neque calor ullus ſuccedit, imò tempore qualicunque iſto perdurante algore, æger in priſtinum ſanitatis ſtatum, citra omnem febrem tandem reuertitur. Aluus huic medicamentis capite ſuper febre pituitoſa commemoratis, ſubducetur, uictus ratio tenuis eſto, & omnia quæ pituitoſum humorem generant, enixè uitentur. Vigilet magis ita affectus, quàm dormiat, acceſſionis ſui tremoris tempore, inambulare confert. Si uitium uetuſtas occupauerit, Medicamenti de laſere, nucis Põticæ inſtar ſub horam acceſſionis, hoc eſt, tremoris ingruentis tẽpus propinetur. Deinde amiciatur & contegatur undiq; ſtragulis, & ceteris ueſtibus probè. Mandabisq; ut ita ſtragulatis ueſtibus diligenter coopertus, in ſtrato ſe immotũ cõtineat, neque hinc inde priusq; ſudor eliciatur, & tremor in totum abigatur, ſeſe uolutet. Perliniat inſuper oleo coſtino, Et calida ſubinde propinet. Qui hoc

malo

malo conflictatur, ſcapulis & capite craſſo quopiam panno implicitus, & undiq; compoſitè coopertus, facies aquæ calidæ ac feruenti ſuperponatur, unde uapor aquę facie excipiatur, quo ſudor proritet & tremor arceatur. Merum itidem uehemēs ac ualidum cum pipere potum, tremorē profligit.

De febre ſyncoptica, hoc eſt, deliquium inducente. *Cap.* XIII.

FEbris interdum hominem inuadit acrior, quæ maxima ex parte tertio quoq; die acceſſionem habet, in qua facies ægrotantis illicò Hippocratica euadit, & corpus uniuerſum neruoſum & cadaueroſum. Virium robur quod in arteriarum percuſſu obſeruatur, poſt unam atq; alteram ſtatim acceſſionem ſuccumbit, & ſi acceſſiones plures ſequantur, incidet ægrotus in animi deliquium (quam συγκοπὴν Græci nominant) quod aliquando enecat. Opportuni huic febri ſunt corpora temperamenti ſummè calidi & ſicci. In huius febris curatione, laborãti aqua hordeacea, cum ſucci mali punici, ſaporis mixti, (hoc eſt, in quo dulce cum acido commiſcet) momento potui detur. Decumbat qui ita febricitat in loco aëri expoſito & flatulento. Supparo amiciatur aqua roſacea & ſantalis imbuto. Epithemata ex ſantalis & aqua roſacea uentri ac lateribus imponãtur, aut ungenti more inungantur. Tenuiter educetur perpetuò, mica nempe panis ſimylaginei in ſucco mali punici madefacta, & cæterorum fructuum id genus. Eſus quoq; pullorum ſucco uuæ acerbæ cõditorum, confert. Cucumeres etiam & mala citria, ſiue citrulli, cucurbitæ & fructus alij frigidi in niue infrigidati exhibeantur. Aquę item potus perutilis eſt. Sub acceſſionē uerò propinetur ſuccus granatorum, in quo panis ſimylaginei fruſtula ſint macerata, aut aqua hordei Atqui quum periodo ſuperueniente, deliquium omnem ſuppeditationem occupauerit. Os ægri illicò erit aperiendum, modis omnibus elaborandum, ut aqua in qua micæ panium ſimylagineorum eliquatæ ſunt, aut cremor ptiſanæ deglutiatur. Si autem deliquium fuerit maximum omnia tentanda, ut momentum panis ſimylaginei friati in tenui uino cum tantundem frigidæ permixto deuoretur. Cauendum porrò ab aura calida, balneo, labore, uigilijs, & à cunctis quæ inaniunt. Aquæ frigidæ lauacrum uincit. Cibus quolibet tempore miniſtrandus, etiam ſi acceſſionis hora immineat. Quod ſi febris feruor cum ſumma ariditate coniunctus fuerit, ſerum, aut lac de quo butyrũ ſit extractũ, cum paſtillis de caphura bibatur.

De febre ſyncoptica, ex humorum copia & cruditate nata. *Cap.* XIIII.

SOlet ſubinde febris homines corripere quæ maxima ex parte acceſſionem, ueluti phlegmatica, quam Quotidianam dicunt, facit, in quo corpus flaueſcit, & facies turgere incipit, ſi hoc corpori acciderit nõ benè habito, ſed exhauſto, animi deliquium certò ſuperueniet. Sicq; alantur, mollities ſuccedet, ac febris uehementior euadit, & diutius prorogabitur. Cuius ſanè febris curatio exordiri à frictiõe debet. Sic ut tibiæ languentis à genubus ad imum uſq; pedis calcaneum lintheolo haud admodum aſpero, neq; nimium leni, ſed mediocris inter has conſtitutionis, fricentur, quod ruborem contrahant. Poſt hæc fricatio ſuperius à coxendicibus auſpicata, ad genua uſq; pari modo deorſum, donec rubore aliquis ſuffundatur, fiat. Deinde pari modo manus perfricentur, ab axillis exordiendo

ad manum

Digitized by Google

ad manum uſq; extremam. Poſtremo pectus & dorſum perfricentur, mox inde rurſum ad pedum & aliarum partium frictionem eſt reuertẽdum. Eſto autem frictio in uehementia æqualis. Si ita affectus ſiti prematur, acetum mulſum propinetur. Sin autem fames urgeat, cremorem hordei cum pane, & hydromelicum ſaccharo mixtum ſumat. Fugiendus eſt frigidæ potus. Tempus autem ita eſt inter frictionem, & ſomnum diſtribuendum, ut partim frictioni, partim ſomno & quieti ex æquo tribuatur. Quod ſi qui hac febre laborat, ſolius ptiſanæ uſu non debilitatur, ſolius ptiſanę uictu contentus ſit, adiecto pane cum hydromelite. Si uerò cibus, adeò tenuis non ſufficiat, uictus in Quotidiana pręſcriptus, adhibeatur. Si uenter non reſpondeat, glans ſuppoſititia ex ſucco betæ ac nitro ſubijciatur. Et ſingulis quotidie matutinis diluculis pręter cõmemorata, ſeminum apij duo aurei cum ſyropo oxalidis propinentur. Quo remediorum & uictus præſidio, ad ſanitatem uſq; iugiter utendum.

De febribus quæ comitantur inflammationes, ſiue abſceſſus. Cap. XV.

Febris quę comitatur inflammationes ex ictu, plagaue, aut caſu, aut conſimilibus obortas, eius cum Diaria ſpeciei eſt, neq; enim putredinis eſt cõpos, neq; noxia, neq; maligna exiſtit. Sed quæ alicuius mẽbri primariò affecti inflammationem, ſiue abſceſſum ſectatur, perniciosa eſt. Periculum enim uel magnum, uel paruum quod inde conſequitur, huic particulæ incumbit. Et febris illa inflammationis quantitati reſpõdet. Febris autem quę inflammationes membranarum cerebri eſt aſſecla, periculoſa eſt. Nam eſt phreneſis cuius notas & curationẽ iam pridem tradidimus. Super ea quoq; quę inflammationes gutturis, & finitimarũ partiũ comitatur, & Synanche appellatur, facta eſt ſua in claſſe mentio: Sicuti & eius quę inflammationes inſtrumentorum reſpirationis & anhelitus comitatur, aut quę in carnibus intercoſtalibus, ſeu in earundẽ coſtarumq; membranulis ſuccingentibus & in ſepto trãſuerſo, & in mediaſtino uocata mẽbrana, quę pulmones in longum recta linea intercipit & diducit, uel ex peripneumonia, oboritur, habita eſt mentio. Eam uerò quæ priuatim pulmonem occupat inflammatio, ſiue abſceſſus, comitatur anhelatio maior & crebrior, & malarum rubor. Tuſſis item cum ſputo excreatu ſpumoſo, qua de etiam memoratum eſt ſuperius. *Signa febris ex pulmone.* Notæ autem quæ febrim ex inflammatione gutturis ortam portendunt, ſunt dolor loci, cum grauitate ſcapularum, præſertim in tranſglutiendo. *Notæ ex inflãmatione gutturis.* Si febris ex inflammatione abſceſſiue ſtomachi prouenerit, dolor & æſtus uentris anteriorem regionem & inferioris thoracis, infeſtant. *Notæ ex ſtomachi abſceſſu.* Vbi dolor, ſi abſceſſus eſt magnus, manifeſtè excruciat, ſi non magnus, dolor, dum comprimitur locus, ſentitur. Comitatur ſitis interim, & faſtidium, & anorexia. Pari quoq; modo, ſi inteſtinum aliquod inflammatione conflictatur, eius partis quam infeſtat inflammatio locus ſi tangatur, calidiſſimus ſentitur, unde aluus ſæpenumero comprimitur. Quod ſi iecur inflammetur, aut abſceſſu conflictetur febris acuta, ſenſuum turbatio, & ſtillicidium urinæ comitantur. Sic etiam quum uterus abſceſſu feruente infeſtatur, febris acuta & ardens, & mentis alienatio. Quod ad harum febrium curationem attinet, ſingulæ ex curatione abſceſſuum

Digitized by Google

remouentur, puta, ſanguinis detractione, ungentis, & emplaſtris, & his breuiter medelis, quas ſuis in Capitibus recenſuimus. Nam quemadmodum febris cauſos, abſceſſum comitatur ardentem, ita & abſceſſu curato, tollitur febris. Id quod fit dum calor ipſius extinguitur, uel ſuppuratio conciliatur, & ſanies eijcitur.

De febre peſtifera. Cap. XVI.

IN peſtilentialibus febribus quæ ex aëre corrupto naſcuntur, foris per exordia ſtatim neque acredo, neque ardor uehemens deprehenditur. In uiſceribus autem & in profundis corporis partibus feruor latet, & uirus exitiale. Febres illę fallaces & impoſtrices planè ſunt, atroces & ſummę tyranidis, lentæ, extrinſecus tepidæ, interius ferventes, non exhalantes, ſed concluſæ. Quæ comitatur anhelitus fœtidus, creber & magnus, grauis & terri odoris corporis excrementa, angores uehementes, ſitis intenſa, fœdus uomitus, aluus informis, fœda & inſolens, deliquium denique mentis & animæ, poſtremo, plurima ex parte lethum. In huius febris curatione, aqua frigida propinanda, Succus medicatus ex fructibus acidis & acerbis, & aſtringentibus. Verbi gratia, ex malis Punicis acidis, quod Rob granatorum dicunt, ex ſucco uuæ acerbæ, ex pyris, ex pomis quæ matiana appellantur, & citromalis, & ex aceroſitate ipſorum. Quod ſi horum nihil ad manum ſit, acetum cum aqua propinetur, & lac acetoſum cum farina hordeacea, & lac ualdè acidum, quò ægri enutrientur. Hac febre implicit epulari cogantur, pleriq; enim ipſorum omnem cibum horrent, & nullum ferè admittunt. Decumbant in locis frigidis. Vtantur per omnia ratione uictus Hecticis iam antea præſcripta, præterquàm quod balneum non admittitur, ne ſolitum quidem aquæ calidæ, neque lac recens in potu. Domus ipſarum nō ſolū frigida ſed & aëri undiq; expoſita, flatulentaq; ſit. Soliū ipſius ſpargatur aqua frigida, & aceto. Humi ſternantur & naribus admoueantur herbæ frigidæ benè redolentes, roſæ, uiolæ, nymphæa, & id genus. Paſtilli denique de Caphura cum ſucco medicato, de malis medicis, ſeu citreis quotidie propinetur. Thoraci ipſorum emplaſtrum ex ſantalis, caphura, & aqua roſacea ſuperaccommodetur. Folia ſalicum, uitiſq; ſternātur frequenter undique. Sint omnia plena malis fragrantibus, & cæteris rebus quibus refrigerandi facultas ineſt. Fiant etiam thymiamata, quas noſtri ſuffumigationes & ſuffimenta dicunt, ad conciliandum odorem frigidum, ex ſantalis & caphura, aſpergatur identidem & affatim aqua roſacea.

De febribus compoſitis. Cap. XVII.

SAepenumero febres binæ ternæue cōfluunt, quæ interim unius ſunt generis, ut Tertianæ, interim diuerſorum generum, quum, uidelicet, Quartana cum Tertiana complicatur, aut pituitoſa cum Hectica. Non raro continens ſeu continua cum intermittente commiſcetur. In quibus utiq; acceſſiones ſubindè tantum non eodem momento inſultāt, interdum uerò plurima temporis intercapedine inuadunt. Quocirca acceſſionum

ceſſionum typi, & circuituum ſeries ita confunduntur, & ſymptωmata inter ſeſe cõmiſcentur, ut à nemine diſcerni, niſi ab eo qui ſingillatim ſimplicium peritiam habeat, facilè poſſit. Febris itaq; genus non duntaxat ex intermiſſiõe ſua, ſed etiam ex ſymptωmatis propriè ſuperuenientibus cognoſcitur. Quiſquis etenim geminis conflictať Tertianis, ſingulis diebus intermiſſionem habet, eóq; ſi ex hac ſola iudicium facere uidebitur, febris pituitoſa & Quotidiana cenſebitur. Cui ſi rationem uictus eandem præſcribas, & iiſdem remediorum præſidijs laboranti occurras, interficietur. Proinde febrium ſpecies ex caſibus proprijs, ſymptωmatis peculiaribus magis cognoſcenda eſt, quàm ex ſua periodo. Eſto autem talium febrium curatio pro ſymptωmatum magnitudine, uehementia & debilitate, próq; mixtione & ſimplicitate, diuerſa. Neque obſeruetur intermiſſionis ordo, quum ſymptωmatum teſtimonium ab intermiſſione diſcrepat. Nam tametſi quiſpiam geminis Tertianis conflictatus, quotidie acceſſionem & interpolationem habeat, non tamen Quotidianę medelis, ſed Tertianæ, ſuccurrendũ eſt. Neque commemoratis modò inſiſtendum, ſed inſuper etiam obnixè & accuratius enitendum. Si contra quis alternis modò diebus febre infeſtetur, ſymptωmata autem quæ Tertianæ ſunt propria non ingruunt, neq; fortiter, neque ſynceriter, ſed imbecilliter & mixtim, non eſt medicandum ſola curatione Tertianæ, ſed temperanda eſt pro ſymptωmatum ipſius declinatione, curatio. In uniuerſum autem, dicitur febrium compoſitarum, curationem oportere ex curis ſimplicium componi, & quod duarum curationum mixtionem, duarum febrium commixtioni oporteat reſpondere. Cæterum ſemper ferè ad unius curationem magis intendendum, quum ipſa fuerit periculoſior. Verbi gratia: Si quis conflictaretur Quartana & ſuperueniret febris, ob iocinoris, aut ſtomachi, aut inſtrumentorum reſpirationis abſceſſum, alia, tunc ſummo ſtudio curationi eius eſſet incumbendum, quæ hoc modo ſuperueniret, propter præſentius ipſius periculum, quanquã in ipſius remedijs contineretur aliquid, quod aliam febrem redderet uehementiorem. Et ſi febris tertio quoq; die accederet, & unam intermitteret, ſed ſymptωmata Tertianæ non comparerent, neque exacta, neque ualida, neque rigor ipſius eſſet punctorius, neque feruor ſtatim ſuccederet, neque ſitis premeret magna, neque æſtus, neque ardor mordax, neque capitis dolor, neq; aliena loquutio, neque ſudor, infeſtaret, ſed omnia hæc debilia, comparatione eorum quæ in expedita Tertiana obueniunt, forent, præſuppoſito interim quod eiuſmodi febris acceſſio, horis quatuordecim duraret. Confirmabimus hanc non eſſe ſimpliciter medelis Tertianæ exquiſitę curandam, ſed Quotidianæ febris remedia eſſe accuratius ammiſcenda. Vbi curæ eſſe debet medico, ut his pugnetur medicamentorũ præſidijs, quæ utrunq; hoſtem, tam pituitoſum quàm biliosum humorem, profligunt & exterminãt, quò uniuerſa ſemel uictus ratio eſt unicè dirigenda. Cæterum omnium compoſitarum febrium ſpecies recenſere, neque inſtituimus, neque poſſimus, ne dum ſingularum curandi rationem ſubijcere, molimur. Operæ autem precium eſt huius ſcientiæ artificem, ſimplicium quarumlibet febrium formas & curatiões, in numerato, & quàm exploratiſſimas habere, & poſt

Digitized by Google

hæc mixtas ex his adamuſſim perpendere, earumq́ curationem ex ſingularium ſimplicium, geminarumq́, aut triplicium medelas contemperare.

De Exanthematis, ectymatisue, quos uariolas uulgò morbilloſq́ nuncupant. *Cap.* XVIII.

QVando febris acuta, latensq́ pueros (quos ut plurimum infeſtat) iuuenesue inuadere cœperit, & uehemens dorſi ac capitis dolor, ac grauitas ingruit, difficultasq́ ſpiritus, narium & aurium pruritus, terrores per ſomnum, oculorum rubedo, pūctiones uniuerſi corporis, & pandiculationes impetunt, tunc uel puſtulas, uel defœdationes, quas morbillos & uariolas iam omnes nuncupant, breuiſſimè ſuperuenire certum eſt. Proinde ſi priuſquàm erumpant, incidet in aliquem ita affectum medicus. Sanguinem ilicò ſi nihil obſtet, uel per uenam apertam, uel per cucurbitulam cum ſcarificatione agglutinatam, detrahat. Omnino enim ſanguinis copia comminuenda eſt. Poſthæc Paſtilli de ſpodio cum ſucco mali Punici acidi propinent̃. Cibatus ſit ptiſana, tam mane quàm ueſpere. At ſi liberaliorem uictum appetat æger, & fuerit imbecilli robore, nihil tamē̃ præter lenticulam corticibus detractis cum momento aceti conditam, porrigito. Vel ſorbimēta quæ ex amylo, ſaccharo, & oleo amygdalino conficiuntur. Cibarium item quod ex herbis frigidiſſimis, quæ haberi queunt, præparatur. Succus item medicatus ex fructibus acidis, aut aſtringentibus, propinetur. Aluus ſi compreſſa fuerit, dilutis, quas infuſiones uocant, quotidie in potu ſumptis, ſoluatur. Inde enim uel omnino papularum eruptio prohibebitur, uel ſi quæ erupuerint, erunt perexiles. Si uerò poſt eruptionem, uel puſtularum, uel macularum æger medicum conſuluerit, non admittatur ſanguinis diminutio, neque propinentur paſtilli de ſpodio. Corpus uerò probè ueſtimentis ac ſtragulis cooperiatur, & ab iniuria aëris frigidi muniatur, tantiſper dum ſudor eliciatur, ita enim & meatus aperiuntur, & leuis & expedita ad eruptionem euadit. Si autem materia cōtumatior & morbus pertinatior uideatur, quàm ut promptè queat in ſummam cutem euocari, & languens nauſeabundus, ac æſtuoſus appareat, ſed horis interim aliquot leuius ac meliuſculè habeat, Decoctum, (quod Græcè iam omnes apozema dicunt) de ficubus, uuis paſſis, lenticulis delibratis, ſeminibus fœniculi, & caulibus de lacha, hauriat. Cōficiatur autem & exhibeatur, decoctum ad hunc modum: Accipiatur cuiuſque prædictorum manipulus unus, & omnia ſimul elixentur in aqua, & traijciantur per colum. Hoc decoctum, ita habentibus, inter diu multotiens propinetur.

Decocti apparatus.

Aqua porrò roſacea in qua ros Syriacus dilutus fuerit. Aut ſucco ex medulla ſeu carnibus mali Punici expreſſo, oculi inficiantur, frigida cum momēto aceti mixta potui det̃. Vnde & gargariſmū̃ fieri ex uſu eſt. Id q̄d ideò fiat, ne quid eius mali in oculis, naribus, & faucibus, & gutture erūpat. Antimoniū̃ ſucco coriandri leuigatum, ſæpius quotidie oculis immittatur. Vbi uerò morbus, ſeu eminentiæ, ſeu defœdationes in cutem planè erupuerint, æger ſuper ſalicis folia decumbat, dormiat, uel inſternatur grabathum ipſius roſis in leuorem redactis. Porrò ſi quid in hac affectione ob magnitudinem & humoris copiam non protinus ſiccetur, aqua ſalſa cum bōbace hauriatur.

Digitized by Google

hauriatur. Tempeſtate hyberna tamaricis ligna, ante laborantem comburantur. Aeſtiuo tempore ſuffimenta fiant ex ſantalis, & folijs roſarum, & myrti. Quæ omnia in aqua quoq; poſſunt concoqui, in quam æger quandoque, ſi ariditas memoratarum cunctetur, deſcendat. Quod ſi, quod prædictum eſt, probè ſiccatum ſit, cruſtula uerò ceu cortex turpis ac fœdæ relinquatur, oleo ſæpius in die tepido cum bõbace perungatur. Vbi omnes cortices ſiue ſquammulæ ceciderint, æger quoq; erit ex toto reſtitutus. Maculę uerò, ſeu cicatrices, & ueluti ueſtigia puſtularum & defœdationum, ſi quæ remanſerint his, quæ in Cap. huic rei dicato docuimus, linimentis & epithematis è medio tollantur. Balnei etiam & rationis uictus, quæ huc facere dicta ſunt, uſus, heic quoq; cõmendatur. Poſtq; eiuſmodi exanthemata, quũ ſublimia, tum lata per cutem erupuerint, ſanguine non detracto, ſuccũ duorum malorum Punicorum cum paſtillis de ſpodio, propinabis, & omnem uiuendi rationem ad frigiditatem diriges. Pullis, priuſquam ſqammulæ bothor & uariolarum omnes decidant, & febris, calorq; omnis diſceſſerit, ægrotus non ueſcatur. Summè etiam cauendum ne cui poſt eruptionem exanthematum, ſiue ſublimium, ſiue latorum, aluus medicamentis ſubducatur, promptè enim dyſſenteriam concitant, præſertim in eminentioribus ecthymatis, quæ ex acribus gignuntur humoribus. Quod ſi aluus lubrica nimis fuerit, cohibeatur, ptiſana cum ſpodio, & gummi Arabico, gleba Armenia, & roſis, perinde atq; in Capite ſuper fluore uentris memoratum eſt, propinata. Variolæ autem uiolacei coloris exiliores & duriores, & ad maturitatem non peruenientes, cæteris omnibus peſtilentiores ſunt. Morbilli item eiuſdẽ coloris pernicioſi ſunt. Quod ſi utraq; tum eminentiæ illæ, tum maculæ diriter ac duræ proruperint, neq; maturentur, neq; febris, neq; æſtus uel è medio tollatur, uel leniatur, ſed ſuperueniat etiam animæ deliquium, cordis tremor, necem expectabis præſentiſſimam. Si contra eruptio Variolarum cita ac facilis fuerit, & maturitas quoq; expedita, cum febris & ardoris prompta extinctione, nihil periculi metuendum.

Varioloſi dyſſenteriæ opportuni.

Scopi ſcitu neceſſarij in ægritudinibus acutis. Cap. XIX.

QVisquis febrilium & acutorum morborum congruam uictus rationem aſſequi uoluerit, ante omnia diſcutiat, morbus ne ſalutaris an exitialis, Breuis'ne an longus, an Criſim ſit habiturus, an citra hanc finiturus. Qua die ſit Criſis uetura, & cuius ſpeciei ſit futura. Et quomodo ægrotanti ante decretorium, in ipſo decretorio, poſt decretorium & uſq; ad terminum, & ſequenti etiam tempore uiuendum ſit, ſciat omnino oportet. Quibus de rebus ſummatim, & per Capita de more noſtro in hoc uolumine tractabimus.

Quæ ſint ſalutares in ægritudinibus notæ. Cap. XX.

SAlutaria in morbis indicia ſunt, floridus ac pulcher faciei color, motus expeditus, ac leuis, facilis morbi tolleratio, arteriarũ percuſſus uegetior, facilitas ſpirandi, mentis conſtantia, & uirtus appetendi ſimiliter cõſtans, ſomnus ſano ſimilis, cõueniens & decorus in cubili decubitus, ac benè ſe ad ea quæ offeruntur habere. Quæ utique omnia nullũ minantur exitium, ſed ſanitatem præſagiunt. Maturitas item exacta &

Digitized by Google

euidens, ſalutem inculpabilem & certam portendit.

Inſalutares ægritudinum notæ. Cap. XXI.

SIgna in morbis acutis nō bona pernicioſa, & exitialia multa habentur. Claſſes quippe in his, pro ſignificationum diuerſitate, conſtituuntur. Nam cuilibet notæ, uerbum, quod uehementiam & immanitatem ipſius exprimat, undiq; adiiciemus. Appellabimusq; indicium quod leuius malum portēdit, ſignum non bonum: Quod grauius ac ualentius arguit, Pernicioſum: Quod grauiſſimū malum inſinuat, Exitiale & lethiferum: Quo ordine ſeruato præſagia inde deprompta, certiora ac quaſi oracula haberi poſſunt. Quando igitur in ægrotantis corpore ardoris eſt uarietas, puta, quod una particula, præſertim, ſi pars uentris fuerit, ſit calidior cæteris partibus frigidis, præſagium eſt non bonum. Facies quæ à conſtitutione ſua naturali plurimum mutatur, & ſanorū ſimilis non eſt, euadit Hippocratica, macilēta & arida, ſignū eſt pernicioſum. Cæterum ſi uigiliæ plures, aut anguſtiæ, aut alui ſuppreſſio, aut uētris uehemens reſolutio, aut alia quæcunque immodica euacuatio, aut inedia præceſſerit, nihil periculi timendum eſt. Et ſi facies contrà plenior, ac ueluti inflata quodammodo uideatur, & paulò ante æger ſe uino ad ebrietatem uſq; plus ſatis inuitarit, plurimos cibos ingurgitant, adhuc minus periculi metuendum eſt. Quod ſi uultus in alieniſſimum planè colorem tranſmutatus fuerit, nempe in peſtilentem in quam migrauit aëris conſtitutionem, & quod ante uſus eſt, cibariorum humores plurimos generantium eſu. Hic etiam color minus malum arguit.

Notæ ab excrementis.

Lotium adhæc nigrum, ſputum atrum, egeſtio item uentris nigra, necem portendūt. Si his febris acceſſerit peræſtuoſa admodum, notæ ſunt lethaliſſimę.

Ab anima longa.

Animæ & oris fœtor in morbis acutis, prognoſticum eſt mortiferum.

A decubitu.

Decubitus inquietus & frequens ſurſum uerſus in cubili agitatio, & figurę in nouas ſubinde formas tranſmutatio, quum, uidelicet, ſe ipſum æger continere non ualens, nunc ad pedes delabitur, nunc brachia, ceruicem, & crura inæqualiter diſpergit, extendit, nudatq;, mali morbi & angoris indicium eſt. Sicuti & alia quę ſuperueniunt, Verbi cauſa, inpudentia, utpote ſi cuius rei maximè ſanum puduit, eius nihil amplius pudeat, ueluti quum uerenda, & alia quę natura occulat, denudat, aut pedit, notāt enim nihil boni, & mentis perturbationem. Facies pręterea, ut diximus, cadauerosa, oculi concaui, tempora collapſa, nares acutę, frigidę contractęq; aures, pallidę, flauęq; & imis partibus leniter uerſę, cutis circa frōtem intenſa, dura, arida, totius faciei color aut niger, aut pallidus, aut liuens, aut plūbeus. Quū talis facies apparet ab initio, ſic, ut neq; fames, neq; uētris ſolutio, aut multa qualiſcūq; euacuatio, p̄ceſſerit, ſigna ſunt lethalia. Qd'ſi adhęc neq; aures, neq; oculi ſuis fungantur munijs, aut alia mortis certiora indicia compareant, imminet interitus.

Notæ ab oculis ad uerbū fere ex Hippoc.

Si oculi lucem effugiunt, alterq; ex ijs minor eſt, & quę in ipſis alba eſſe debēt rubeſcunt, & illachrymant, idq; pręter uoluntatē, aut peruertunť, genę pallent, & uenulę quę in eis ſunt nigricāt, uel ſordes innatātes tandē canthis inhęrēt. Vel ſi tremuli ſint, uel immobiles, uel caui ualdē, uel prominētes, pupillę ſqualidę, ſigna mala cūcta putato. In dormientiū pręterea oculis, ſi qd albi palpebris cōpreſſis & clauſis oculis ſubte

Digitized by Google

ſubter cōpareat, quod non uentris fluxione, uel epoto medicamento eueni at, aut q̄d ſic dormire cōſueuerit, malū ualde lethiferumq́ ſignū exiſtit. Oris tortura, labia reſoluta, frigida & albeſcētia, ſigna ſunt mortifera. Hiante ore dormire, dentibus p̄ter conſuetudinē ſtridere, inſaniā ſignificat & mortem. Quum medicus ægrū neq; in dextrum, neq; ſiniſtrū latus iacentē, ſed ſupinum inuenerit, præter hoc manus, ceruicē, crura diſtenta habentem, bonum non eſt. Si uerò reſolutus cubet, & per cubile ad pedes defluat, & de lecto cadat, lethale eſt. Abſceſſus magnus in uentre, & calidus cum febre uehementi & acuta, ſignū eſt pernicioſum. Si uires cum abſceſſus feruore, & febre perſiſtēte deijciant̄, perniciem portēdit. In morbo acuto frigus extremorū, nō bonū. Si id magis magisq́; augeatur, malum & pernicioſum. Si huic algori, corporis calor accedat ac ſitis, lethale. Si hęc modum excedāt, cum crebra reſpiratione, pulſuq́; debili ac paruo, mortē ſcito eſſe proximā. Si extrema, ungues fuſco ſuffundantur colore, aut manus pedesq́; in totum eiuſdem fuerint coloris, uiribus integris adhuc, idq́; in die decretorio, tantū abeſt ut malū ſignificet, ut etiam ægrū euaſurū portendat. Quod ſi eadē loca ulcerentur, & putreſcāt, ceu deplorati relinquētur, nam morietur affecti. Si in phrenitide imæ aures affligunt, & rubeſcunt. In angina, oculi rubere cœperint, aut in pleuritide thoracis aliqua pars, aut ſub alis, aut in mammillis abſceſſus oboriat̄, neq; refrigerātia, neq; corroborātia ſunt adplicanda, ſed inducendū emplaſtrum, fotusq́; aquę calidę quę ex alto roris modò inſtilletur. Cucurbitulę affigentur, ſi de materiei digeſtione deſperaueris. Ita enim à malo uindicabitur æger. Si tentum & teſtes in morbis acutis contrahantur, perniciem arguit. Notæ quę cum morbi decretorio ſuperueni re conſueuerunt, ſi ante concoctionē & in die non decretorio cōpareant, & iudiciū, ſeu decretorium non ſequat̄, nihil boni portendunt. Aegrum noctu uigilare, & cum angore inter diu dormire, nihil boni portendit. Si ſomnus laborē facit expergefacto, pernicioſum eſt. Coctrice facultate iacente, morbo ingraueſcente, mali longitudinē ſignificat. Cum uirtutis caſu, eſt pernicioſum. Morbi calidi & acuti in ſenibus, natura frigidis, in regionibus & anni tēporibus frigidis, peſtilentiores habent̄, quā qui in contrarij cōſtitutionibus excitant̄. Angina cum febre acuta, ſiue ardente pernicioſiſſima eſt. Si febri ardenti implicito tremor iterum atq; iterum ſuperuenerit, nec ſudor eliciatur, & tantū abeſt ut leuior morbus reddat̄, ut maior debilitas malignitasq́; quotidie accedat, perniciē notat. Quum labra, aut nares, aut palpebrę, aut ſupcilia in morbis acutis, poſt extremā infirmitatē, & ſenſu deperdito contorquent̄, animā ſub labijs excubare oſtēdit. Palpitatio, tremorúe cordis frequēs in acuta ægritudine, malū. Itidē de ſingultu, de ijſdem ægritudinib. dicendū. Si ad hęc reſpiratio, ſiue anhelitus difficilior redda t̄, & aſtringatur, & ardor febrilis increſcat, exitiū denotat. Vehemēs cruciatus cum acutiſſima febre perniciē inſinuat, pręſertim ſi caput, ſiue aures, aut uentrē excruciet. Vlcus in corpore fuluum, aut rufum, aut nigrū, p̄nicioſum eſt. Oculi rigidi & immobiles, cū palpebris nō palpitantib. mortē portendunt. Si perpetuò ſanus morbo aliq̄ ſubito corripit̄, periculoſum. Si in morbo acuto teſtes, & mentula extendunt̄, & inteſtina collabuntur,

Digitized by Google

perniciosum eſt. Sanguinis ex naribus ſtillicidiũ guttatim, & lentè promanans, prauum eſt, ſi id nigrum fuerit, deterius, ſi in die decretorio, pernicioſum. Quando particulæ alicui abſceſſus cum dolore incumbit, & æſtus, inflammatio, ſitis, & inquies ſuperueniunt, prauum eſt, quibus ſi cordis tremor acceſſerit, lethiferum. Vomitus & aluus Betacei coloris malum ſignificat. Facies ſquallida fœdaq; & puluerulenta cõparens acutis ægritudinibus perniciem indicat. Mortuorum nomenclaturam facere, malum denotat. Vomitus aluusq; immodici in morbo acuto, prauũ, ſi comitetur ſingultus, erit pernicioſum. Si oculis derepẽte citrinus, aut niger euadit, & ſtrangulatur præfocaturq; ſubito, ſic, ut ne ſaliuã quidem traijciat, nota eſt perniciei præſentis. Anhelitus frigidus in acuta febre, cum caſu uirtutis, ægrum morti proximũ eſſe haud dubitandũ eſt. Cum in lingua apparuerint puſtulę ciceribus magnitudine æquales, fueritq; febris uehemens & acuta, æger in principio ſequentis diei morietur. Cum ſudor fluxerit, ut ſerpens, eſt mortale. Quando abſcedit uuula phrenetici, iam prope mortem exiſtit. Quum ſpaſmus febri acutæ ſuperuenerit, poſtquam aliquot dies à principio præterierint, ſignũ erit pernicioſum.

Quum æger quid æruginis inſtar uomuerit, ſignũ erit malum. Et deteriores febres ſunt ardentes, quas iſta comitantur accidentia. Tremor in principio, abſq; ſudore ſequenti, malum eſt. Paucus ſudor & præcipuè in capite, & fronte, & uehementia uigiliarum, æſtuatio, nauſea, timor, ſenſuum perturbatio, extremitatum frigiditas, præcipuè ſi fricatæ non fuerint calefactę, ſuperficiei corporis frigiditas cum magno incendio interaneorum, anhelitus creber, extremorum rubedo, urina nigra & pauca, & uiridis, & craſſa modo mellis, & ſi ſitis abſq; caloris febrilis quiete deſtruitur, & abſceſſus iocinoris, & in ſtomacho ortus, urinæ conſtrictio, uentris fluxus niger & uiridis, & diſtillatio ſanguinis nigri, ex naribus fluentis, & ægri reuolutio ab uno latere ad aliud, & ſi ipſius ſitus diuerſis conſiſtat diſpoſitionibus, & uentris inflatio, & in ſtomacho abſceſſus generatio, & ſi æger omnibus, quæ obuia ſunt ac apprehendit, inhæreat & ſe ſuſpendat, omnia hæc malum portendunt. Quum aluus nigra & acetoſa ex qua terra in quam cadit ebulit excernitur, pernicioſa eſt, ſi hoc cum uirtute fuerit debili, mors iam eſt propinqua. Cum ex naribus ægri bilis ſtillauerit flaua, aut uiridis, ſignum malum erit. Quum æger parũ ſudauerit, aut ipſius corpus quaſi humefactum fuerit, & præcipuè caput, & ceruix, poſt anhelitum frigidum, mors propinqua eſſe ſignificatur. Sudor in fronte, poſt laboris uehementiam, & pulſus ac motus caſum, ſignum eſt mortale, & ſi caſus pulſus uehemẽs eſt, mors iam eſt proforibus. Quum æger pedes uſq; ad pectus ſurſum eleuauerit, & deinde eos retro proiecerit, ſignum erit ualdè pernicioſum. Cum febris fuerit adurens fortiter, quæ deinde ſubito ſe alleuiauerit, & calor quieuerit ſine euacuatione præcedente, neq; eis præmittas quæ calorem extinguunt, neq; permutationẽ in frigido aëre, pulſusq; uelociter quieuerit, & motus fuerint debilitati, & diſpoſitio quieti ſimul ſuperuenerit, ſignum eſt mortis præſentaneę. Quum os in Phrenitide retorquetur, neq; æger inde leuior fit, neq; eius ſenſus redit, ſignum lethale

lethale admodũ eſt. Et ſi cum hoc leuior fiat, & ad ſuum redeat ſenſum, bonum eſt. Quum ęgro ſuperuenerit Arquatus ex quo ipſius ægritudo non fuerit leuior, ſed augetur potius malum, ſignum eſt mortale. Omnis ſudor, non toto manans corpore, non eſt bonus. Similiter qui non in die ſit cretico, neq; ægrum recreat, non eſt bonus. Si autem in die fiat decretorio, & fuerit calidus, eſt bonus. Sed ſi fuerit frigidus & paucus, & fuerit in capite tantum, eſt mortalis. Sudor frigidus cum febre acuta, pernicioſiſſimus eſt. Quum poſt ſudorem tremor ſequitur, ſignum eſt malum. Signorum uirtutes inter ſe conferendę ſunt, una, uidelicet, cum alijs, Vnum nanq; inſigniter bonum, pluribus præpollet alijs. Plerunq; etiam ſignis bonis, multa non bona ſigna coniunguntur. Peſſima uerò ſigna, ferè nunq; ualdè bonis commiſcentur. Quum ergo uirtus pulſum faciens ſana fuerit, & corporis motus faciles, & appetitus comedendi & bibendi præualidus, neq; deſtruitur, non eſt propter horrenda pauendum. Nam ſi his accedat materiei exacta concoctio, non eſt quòd ſollicitus ſis, imò decretorium haud incertum eſſe confidas, præſertim ſi pridie diei iudicialis ſeu decretorij eueniant.

De cognoſcendo mora febris. Cap. XXII.

AEgritudinis breuitas, ex uiolentia ſui nocumẽnti, & ſui impedimenti, quod efficit, cognoſci poteſt. Impoſſibile eſt enim quaslibet ægritudines, quæ uehementer nocent, & impediunt diu permanere. Sed aut cito perniciẽ afferent, aut à natura cum criſi expellent̃. Hic aũt eſt ſcopus cui eſt innitendũ, ſcilicet, quia ægritudo magni nocumenti durare non poteſt. Eſt etiam ægritudo plerunq;, quę licet paruę ſit læſionis, & paruum inferat nocumentum, cum hoc tamen non eſt durabilis, ut ephimera. Ad diuturnitatem autem ægritudinis abſcindendam, iuuant tempus calidum, regio calida, & cibationis paucitas, & ut corpus mollem habeat carnem & paucam, & cutis ſit laxa & non plena, & poſtremo omnia quæ corpus calefaciunt. Ad prolongandam uerò ipſam moram, horum contraria iuuant. Et uehementia incendij febris, & accidentium ipſius fortitudo, & eius concluſio, tempus breue ſignificant. Sed paucitas caloris eius & accidentium leuitas, ipſius ſignificant prolixitatem, quum abſque manifeſta euenerint digeſtione, neque fuerint cum febre ephimera. Quum autem contingit, ut cum concoctione, acceſſiones ad multum tendant augmentum, ægritudo breuis fore ſignificatur. Nam ſi acceſſiones multum ſuperent primam, in caloris uehementia, & accidentium fortitudine, egritudinis portenditur breuitas. Quod ſi ſuperatio fuerit parua, aut fuerit acceſſio qualis prima, ægritudinis demonſtratur prolixitas. Species quoque febris, ſui temporis ſpacium ſignificat. Ephimera enim ab uno die uſque in quatuor deſinit. Tertiana exquiſita & pura, quartũdecimũ non tranſit diẽ, & ut plurimũ in ſeptem diebus, Aut paulò pluribus, ſeu paucioribus finitur, & eſt ſecura. Nota uerò cuius accidentia phlegmaticæ accidentibus miſcentur adeò ſit manſiua, ut plerunque per quartam anni partem, aut amplius perduret, & eſt febris mala periculoſa. Cũ ea enim eſt acredo,

& conco-

Digitized by Google

& concoctionis tarditas, & uiſcerũ corruptio. Omnes præterea febres, quę ſunt continuę, breuiores ſunt interpolatis, excepta Hectica, quia lõga eſt, quando enim calor in Hectica uehemens fuerit, erit prolixior & ecõuerſo. Concluſæ uerò febres uehementis caloris, & fortis exiſtentes incendij, ut Tertiana continua, & ſanguinea, quas medici continuas ægritudines, & febres acutas uocant 14. non tranſeunt dies. Quod tamen fit, cum non in ultimo caloris & incendij extiterint. Quum enim ad ultimum eius deuenerit finem, in tertio & quarto die delebuntur. Sed ſi in medio horum fuerint, in ſeptimo. In his quoque febribus, timor eſt maximus. Phlegmatica uerò & Quartana prolixę ſunt, Quartana tamen eſt multum ſecura, ſed phlegmatica nõ ſecura. Febres peſtilẽtiales pleręq; ſunt breues, plures uerò ꝓlixæ.

De agnitione temporum febris. *Cap.* XXIII.

AEgritudinis principium computandum eſt ab hora, in qua æger mutationem, & agitationem, in ſuo ſentit corpore, & cognoſcit diſpoſitionem ſuam à ſanitate manifeſtò diſceſſiſſe. Ex hoc nanq; tẽpore donec aliquod concoctionis ſignũ appareat, licet ualdè ſit occultũ, tempus principij exiſtit. Ex quo autem concoctionis ſignum apparere incipit, donec concoctio abſoluatur, tempus eſt augmenti. Finis autem temporis augmenti, eſt ægritudinis ſtatus. Poſt horum uerò omnium apparitionem, tempus ſequitur declinationis. Quod autem ad ægritudinũ acutarum curationem, & ad ſciendum ad quid ægri diſpoſitio ſit uentura, plus eſt neceſſarium ægritudinis ſtatum cognoſcere. Non eſt enim terror niſi uſq; ad hoc tempus, neq; nutricatio menſuratur, niſi ſecundum hoc tempus. Aeger etiam nullo modo moritur poſt ſtatũ, niſi alia ei ſuperueniat ægritudo poſt ſtatum, quę necem inferat. Quapropter prognoſticũ cognoſcendi ad quid ægri diſpoſitio ſit uentura, abſq; dubio, & exquiſitè, cum ſtatu ægritudinis ſuſpenſum eſt. Aegritudinis autem ſtatus, pendet cum apparitione conſumatæ concoctionis. Signa autem temporum interpolatarum, plerunq; habentur etiam ex ſuis acceſſionibus. Acceſſio enim ſecunda cum horã anticipauerit, aut plus prima permanſerit, & eius accidentia fuerint fortiora, febris augmentum fore denunciant. Huius autem contrarium, febris diminutionem eiuſq; declinationem ſignificat. Ad hoc tamen non ſufficit horarum acceſſionum augmentum, aut earum poſtpoſitio ſola. Sunt enim quædam febres quarum paroxyſmi ex ſuo genere ſemper horam anticipent. Et ſunt aliæ quarum acceſſiones ex genere ſuo contrarium illius habent. Verum in iſtis etiam cum anticipationis quantitatem, aut poſtpoſitionis cognouerit aliquis, ad quam earum tendit ordo, & deinde percepit in ordine prædicto augmentũ plus ſolito abundare, ſignificabit ægritudo ad augmentũ tendere, & ecõtrario. In febre quoq; acceſſiones habente cum retardatiõe, ſimilis eſt diſpoſitio. Prolixitas aũt tẽporis acceſſionis, & ſuorũ accidentiũ diſpoſitio, duæ exiſtũt ſignificationes, quæ uehemẽter ualẽt ad cognitionẽ tẽporum febris, & ꝑcipuè accidentiũ diſpoſitio. Poſtq; enim hora principij acceſſiõis retardata fuerit, & ipſius mora fuerit breuis, & cum hoc eius accidẽtia fuerint fortiora & uehemẽtiora, firma erit ſignificatio,

Principium.
Incrementum.
Status.
Declinatio.

ſatio, & uera, quod ægritudo adhuc tendit ad augmentũ. Sed poſtq; omnia hęc coniuncta fuerint, ambiguitas iam erit remota. Aegritudinis pręterea acceſſiones cum fuerint ęquales, ægritudo erit in ſtatu. Aegritudinis quoq; longę, tempora ſunt longa, & breuis ægritudinis, tempora breuia ſunt. In Quartana nanq;, & phlegmatica, plerunq; multę inueniuntur acceſſiones æquales. In uera autem Tertiana, plerunq; augmenti ſigna in una apparent acceſſione, & diminutionis ſigna in paroxyſmo, qui ipſam ſequitur, uidentur manifeſta. Febrium autem concluſarum tempora, & ex accidentium augmento, & eorum diminutione, cognoſcenda ſunt. Signis tamen concoctionis plus eſt credendum. Sed in cognitione temporũ febrium, plus eſt ſtudendum & elaborandũ, cum fuerint acutiores & breuiores. Febris enim tempora minorãtur & abbreuiantur ſecundũ ipſius acuitatem, febres uerò ſecurę, in quatuor tẽporibus ſunt ęquales, pernicioſę autem, quandoq; inferunt necem, nunc in augmento, nunc ipſo in ſtatu.

De conditione digeſtionis. Cap. XXIIII.

CVm febris abſq; abſceſſu fuerit, concoctio non eſt attẽdenda, niſi in ſola urina. Qua tamen de re in ſingulari Capite dicturi ſumus. Cum autẽ febris propter apoſtema moleſtauerit, cum urinę inſpectione neceſſariũ eſt, etiã ſuperfluitates quę de mẽbro, ubi eſt ægritudo, egrediuntur attendere. Conſiderabimus igitur in ægritudine pectoris & pulmonis materiã, quam expuit æger. Quum enim æger nihil expuerit, neq; febris facta ullo modo leuiter fuerit, nulla concoctio adhuc aderit. Quum autem æger modicum quid, & ſubtile expuere incœperit, quod cum labore egreditur, licet parum, concoctio tamen iam incœpit, quum uerò aliquid craſſum & multum, & facilè excreare cœperit, concoctio iam completa eſt. Ex ſpeciebus autem excreantibus malis, quę non ſecundum digeſtionis uiam incedit, eſt, ſicut ſputum emittere purè rubrum, quod eſt deterius eo, quod eſt, purè flauum & citrei coloris. Nigrũ uerò omnibus alijs eſt malignius, hęc enim licet cito appareãt, nihil tamen pręter malum portẽdunt. Significant enim humorẽ de genere rerum, quę ad maturitatẽ deueniunt, non exiſtere, ſed ex illis quę putreſcendo malitiã inferunt, quę urinę nigræ ſimilia exiſtũt, & urinę quę felli aſſimilãtur. Sputũ uerò, quod ad maturitatem uenturum ſperatur, eſt album, aut eſt illud, in quo tantum rubedinis, aut citrinitatis continetur, ex quo ſputum neq; ſeparari, neq; undiq; cooperiri poſſit, ſputum quoq;, quod eſt perfecte maturum album exiſtit, aut illud in quo maior pars alba cernitur, cum de ſubtilitate in ſpiſſitudinẽ mutatur, & de laborioſo exitu in facilem mutatur egreſſionem.

De Criſi, ſeu decretorio. Cap. XXV.

SAnari aut mori multis cõtingit modis. Eſt enim quãdo ægri diſpoſitio paulatim tendit ad mortẽ donec ipſe moriať, & eſt quũ paulatim tendit ad melius donec ſaneť, eſt etiam quũ ægro diſpoſitio acciderit ſubito, quę ipſum ad interitũ ducit, & eſt cũ ſubito accidit ei euacuatio, quę ſanitatẽ & perfectionem bonitatis in eo perficit. Eſt quoq; quando cũ euacuatiõe ſubito accidit ei diſpoſitio, quę ad ſanitatis pfectionẽ ipſum pducit. Et eſt, quãdo cum euacuatiõe accidit ei alia diſpoſitio, quę ipſum ad meliora,

meliorationem perducit. Et eſt quando cum euacuatione ſubito accidit ei alia diſpoſitio, quę ipſum ducit ad mortem. Diſpoſitionem uerò, ex quā ægro ſubito euacuatio, et magna ſuperuenerit mutatio, nominamus criſim. Diſpoſitionem tamen quę ægrum ad perfectionem perducit ſanitatis, uocamus criſim bonã, & iuuatiuam. Et de natura huius mutationis quę ſubito contingit, eſt, ut in acutis eueniat ægritudinibus, & quanto ægritudo plus ſit acutior, tanto magis huius mutationes in ea plus fiunt, & fortiores. Diſpoſitiones autem quę in prolixis attenduntur ægritudinibus, paulatim tendunt ad ſanitatem, aut ad mortem.

De ſignis indicantibus Criſim. Cap. XXVI.

CRiſim antequam fiat pręcedit fortis inquietudo, & frequens reſolutio, & alię diſpoſitiones uehementer terrefacientes, unde uulgus, & medici parum periti terrentur, & de ægro diffidunt, & ſi fuerit febris interpollata facit paroxyſmum, ante acceſſiõis horam, in qua uenire conſueuerat, aut in qua grauius infeſtauerat, pręuenit, & accidentia ante criſim fiant deteriora & fortiora. De ſignis autem quę criſim pręcedunt & eam indicant, eſt, intellectus perturbatio, & ſcotomia, & uertigo, & ægri inquietudo, & conuerſio eius in figuris & in locis, & anhelitus conſtrictio, & capitis dolor, & colli fortis, & triſtitia, & nauſea, & rubedo faciei adſunt, & imagines ante oculos apparent, & lachrymę inuoluntarię fluũt, & labiorum curtatio, & in ſtomacho dolor, & in inferioribus uentris & dorſi rigor, & urinę ac egeſtionis duritia, & ſitis uehementiſſima, & timor, & pellis hypochondriorũ ad ſuperiora contractio. Hęc enim omnia criſim pręcedunt. Quod ſi cum iſtis accidentibus terrefacientibus, & extraneis ægritudo fuerit acuta, & aliquod ex ſignis quod iam apparuerit uiſum fuerit, & pulſus cum hoc in fortitudine augmentatur, digeſtione iam pręcedente, abſq; omni dubitatione, & ſecure iudicari poteſt, quod euacuatio ſit conſecutura. Aut quum ſanguinis fluxu ex naribus, aut uẽtris fluxu, aut uomitu, aut his ſimilibus. Et quod ægri diſpoſitio mutabitur, aut ad integram bonitatem, aut ad meliorem ſtatum, & pręcipuè ſi hęc agitatio fiat in die & nocte, quę diei cretico cõtinuatur. Si uerò hęc ſignificatio ante concoctionem apparuerit, & pulſus cum ea ceciderit, ſciendum eſt, quod diſpoſitio ad deteriorem ſtatum mutabitur.

De cognoſcendis ſpeciebus euacuationis, per quam fiet Criſis. Cap. XXVII.

CRiſis erit ante permutationem, per quam materia de uno, ad aliud mutatur membrum, ſicut exitura quę iuxta auris generatur radicem, cum cerebrum, quod in eo continetur, ad illam expellit partẽ, & iſtud, quod fit in collo, cum angina ſoluitur, & ſicut abſceſſus qui in manu aut pede generatur, aut nigredo ibidem orta, in aliqua acutarum ægritudinum, cum materia ad illa expellitur loca, aut fit, per euacuationem manifeſtã, aut fluxu ſanguinis ex naribus, aut fluxu uentris, aut ſudore & urinę prouocatione, per exituras quoq; ſæpe fit criſis febrium, quę non ualdè ſunt acutæ, & contingit criſis ægritudinum, qui in cerebro generãtur, ꝑ abſceſſus qui iuxta auris principiũ oriuntur, cum non multi fuerint caloris, neq; multę acuitatis, febrium quoq; criſis, quę interiorũ comitatur apoſtemata,

Digitized by Google

apoſtemata, fit per apoſtemata mala & periculoſa, cum quibus lingua fit nigra, & membrũ quum uirtus naturę in illis non fuerit perfecta, imò parum debilis, aut cum dolor auriũ ægro antea accidere conſueuit, cũ euacuatione autem manifeſta prouenit criſis febrium peracutarum, & multę caliditatis, & precipuè ſi natura fuerit in illis ualida & fortis. Species quoque euacuationis plurimũ contingit ſecũdũ febris materiã. Erit ergo ardentium febriũ conſummatio plurimũ cum ſudore, & febrium ex ſanguine conſummatio, fit, fluxu ſanguinis ex naribus. Phrenitidis uerò criſis, quãdoq; fit fluxu ſanguinis ex naribus, quandoq; cum ſudore multo in capite. Criſis quoq; febris quę iocinoris abſceſſum concomitatur, fit, quandoq; fluxu ſanguinis ex dextra nare, quãdoq; fluxu urinę, aut fluxu uẽtris, aut multo ſudore loci illius. Tertianę autẽ febris criſis ut plurimũ, fit cũ ſudore, plurimũ item cõtingit cũ uomitu bilioſo, aut fluxu uẽtris ſimiliter bilioſo. Quartanę quoq; criſis, magna ex parte fluxu uẽtris nigro, & fluxu urinę nigrę accidit.

Notharũ autem febriũ criſis, fit cũ ſudore, & uentris fluxu bilioſo uel pituitoſo. Ex his autem que confidenter nos credere faciunt criſim, per eruptionem ſeu exituram in aliquibus artubus futurã, eſt, ut febris non ſit ualde acuta, & ut æger aliquos ex artubus prius doleat, & ut urina ſit ſubtilis.

Confirmatio quoq; quod criſis ſit futura, fluxu ſanguinis ex naribus eſt, faciei & oculorum rubedo, & uenarum que ſunt in collo & uocantur Arabicè guidẽ, exuberatio & radij ante oculos apparẽtes, lachrymę fluẽtes, & oculorũ tenebroſitas, & nariũ pruritus & earum rubedo, & cutis, que eſt ſub præcordijs ad ſuperiora contractio, & anhelitus conſtrictio. Certitudo quoq; criſis futurę, cum uomitu eſt nauſea, & ſtomachi ſubuerſio & labij inferioris curatio, & ſaliuarum fluxus ab ore. Confirmatio quoq; quod criſis cum ſudore ſit futura, eſt, ut urina retineatur, poſtq; ſigna criſis apparuerint, & uẽter conſtringatur & pulſus ſit leuis & plenus, & corpus tactu ſentiatur calidum, & humoroſum, punctione tamen & acrimonia in eo exiſtente. Confirmatio quoq; criſis cum fluxu uentris futurę, eſt, ut poſt hęc ſigna ſit in inferioribus uentris ſub umbilico grauitas.

Notæ futuræ criſis per nomicam.

De ſignis prognoſticantibus bonam criſim, uel malam, uel perfectam, uel inchoatam. Cap. XXVII.

CRiſis bona eſt, quando poſt concoctionem abſolutè factam contingit. Quę autem contingit, ante perfectam concoctionẽ bonitatis, habet defectionem ſecundum hoc, ſed, quę fit antequã aliquid ex ſignis digeſtionem portendentibus appareat, eſt criſis mala.

Omnibus autẽ melior exiſtit criſis, quę abſoluta concoctione apparet, & in aliquo ex diebus bonę criſis, & cum qua humor qui intulit ægritudinem euacuatur. Cuius etiã euacuatio fit, per partẽ patientẽ, & non eſt in ſua quantitate diminuta, & poſtq; æger leuitatem & multam ſentit quietem, & omnia quę prius ſentiebat quieſcunt, adeò, ut nihil excepta ſola debilitate remaneat. Deterior uerò criſis eſt, quę huic contraria omnino eſt, ipſa enim ſiue bona, ſiue mala ſit criſis, tamen erit diminuta.

Digitized by Google

De diebus decretorijs. Cap. XXIX.

EVacuationes de quibus diximus non accidunt niſi in ægritudinibus acutis, & ex quibus accidit ęgritudini mutatio magna, & in aliquibus ęgritudinis diebus ſępius. Ideoq; dies hi cretici uocātur. Dies uerò qui inter ægritudinis dies primus exiſtit, non eſt creticus, neq; ſecundus. Tertius uerò eſt creticus, in eo enim plerunque conſumuntur febres quę ſunt peracutę. Quartus item dies eſt creticus, ipſe enim portendit quid in die ſeptimo, aut ſexto ſit uenturum. Si enim in eo bonum apparuerit ſignum, ut concoctio in urina, aut euacuatio, licet diminuta proueniet cum eo leuitas, & complebitur bonitas illa in die ſeptimo. Si autem in eo uiſum fuerit malum ſignum, diſpoſitio ęgri aliquo modo deterior euadet, quę deterioratio in die ſeptimo manifeſte complebitur. Quintus quoq; dies eſt creticus, frequenter enim fit in eo bona criſis. Sextus autē dies quarto aut quinto non eſt minor ſecundum criſim, quę ſępe in eo cōtingit. Criſis tamē bona ferè nunquam in eo fit, quod ſi quandoque contingat euacuationem in eo fieri, quę ægro cōferat, impoſſibile eſt quin poſt ſequatur fortis ęgri labor & magnus timor, neque ęger eſt ſecurus, quin aliquid ex materia ęgritudinis remanſerit ex quo ęgritudo faciet recidiuam. Septimus uerò dies omnibus creticis diebus, in ſua malitia, & bonitate ſuperior exiſtit, propterea q̄d criſis optima ſępè in eo fit, qui ferè die ſexto eſt grauis: Criſis enim quę fit in eo leuis eſt, & pauci timoris, cū qua tota ęgritudinis materia euacuatur ut nihil ex ea remaneat, per quod fiat ęgritudinis recidiuatio. In octauo uerò die, ferè nunquam fit criſis, & in quo ſi eueniat, rariſſimè tamen contingit, & eſt mala. Nonus autē eſt creticus, in quo ſæpe fit criſis, quē admodum in tertio & quinto. Criſis quoque quę fit in eo bona eſt, & ipſe portendit, quid in undecimo ſit futurum. In decimo autem die criſis uenire non poteſt, quę etiam ſi in eo contingat, erit mala. Sed dies undecimus eſt creticus, & eſt ut tertius & quartus & quintus & nonus, qui etiam ſignificat quid in decimo quarto die ſit futurū. In duodecimo autē non contingit criſis, qui etiam eſt talis qualis octauus. Tertius autē decimus inter illos qui ſunt cretici & qui nō ſunt cretici medius exiſtit, fit enim in eo criſis quandoq; ſed non ſępe. Quartuſdecimus autem dies eſt creticus, & eſt à ſeptimo ſequens, quod criſis quę in eo frequenter fit, bona exiſtit.

Quintuſdecimus autē eſt ſicut tertiuſdecimus, uerū in ſexto decimo non euenit criſis, qui eſt eiuſdem generis cuius eſt duodecimus. Decimuſſeptimus inter dies creticos eſt, qui eiuſdem generis cum nono exiſtens, quid in uigeſimo die futurū ſit portendit. In decimooctauo autē die, criſis minus contingit, quā in decimo ſeptimo quę etiam ſi fiat, mala inuenitur.

In decimo nono uerò die, ferè nunq; cōtingit criſis, quę etiā ſi euenerit, nō eſt mala. Rurſus uigeſimus dies eſt creticus, qui ſequens eſt quartum decimum, in multitudine criſis, quę in ipſo ſępe contingit, & bonitate ſua.

In die quoq; uigeſimo primo quandoq; fit criſis, licet multo minus q̄ in uigeſimo. Vigeſimus autem quartus dies eſt creticus, fit enim in eo multotiens criſis, qui etiam imitatur uigeſimū in bonitate. Poſt hos autem dies, uigeſimuſſeptimus, trigeſimuſ primus, & trigeſimuſ quartus, & trigeſimus

Digitized by Google

ſimusſeptimus, & quadrageſimus cretici inueniuntur. In alijs uerò diebus quos non nominauimus ferè nunquam contingit criſis, poſt quadraginta uerò dies nunquam fit criſis, cum uehementi expulſione & manifeſta, neq; ægritudines conſumuntur, niſi cum occulta reſolutione. Criſis quoq; dies ſunt fortiores uſque ad quartum decimũ, & ante ipſum, & uſque ad dies uiginti. Dies enim octauus eſt ut ſeptimus, & quartusdecimus, & uigeſimus, & tertius ſicut quartus & ſeptimus, & undecimus & quartuſdecimus & decimusſeptimus & uigeſimus, & illi qui inter iſtos numerãdo reperiuntur, ut tertius, & nonus, & undecimus, & decimusſeptimus, fortiſſimi ſunt. Dies tamen ſeptimi propriè quartis fortiores exiſtunt. Quod ſi æger uigeſimum tranſierit diem, ſigna dierum cadentium in medio debilitabuntur, unde ferè in eis nunquam fiet criſis. Virtutes uerò quartorum minuuntur, neque remanet fortitudo ut in ſeptimis, qui ſunt uigeſimusſeptimus & trigeſimusquartus & quadrageſimus, quarti uerò ut uigeſimuſquartus, uigeſimus ſeptimus, & trigeſimusprimus, & quadrageſimus, debiles ſunt. Poſtq; uerò æger quadrageſimum tranſierit diem, uirtus expulſiua omnino debilitatur, neque fit criſis niſi per uomicas & exituras, aut cum reſolutione.

Cum ſigna criſis in die aut in nocte, qui cretico die continuantur apparuerint confidenter eſt tenendũ, & ad hoc declinandum quod ſigna illa non prouenerint ex ægritudinis malitia, ſcilicet propter criſim, & confidendum eſt criſim eadem die fore futuram, & præcipue ſi dies indicatiuus iam hoc ſignauerit. Si autem in die aut nocte, qui cretico die non continuatur, apparuerint prædicta ſigna, minus eſt confidendum, quod criſis ſit futura, & plus eſt corde tenẽdum, ſigna illa nõ apparuiſſe, niſi propter ægritudinis malitiam, & præcipue ſi digeſtionis ſignum ibi nondum fuerit, uel apparuerit.

Cum autem febris ad malignitatis & fortitudinis ultimum perueniſſe uidetur, & ſigna mortis cum hoc apparent, æger ante tertium diem, aut in ipſo morietur. Quod ſi prauitas minor prædicta uideatur, erit cauſa ſignificans ſalutem, & proueniet criſis ante quartũ diem, aut in ipſo, quę ſi ad huc minor hac fuerit, fiet criſis in die ſeptimo, & præcipue ſi in die quarto ſignũ bonę cõcoctionis, aut alicuius alleuiationis uiſum fuerit. In die quoque ſexta, aut in nocte ſeptima, ſi euenerit huius acuitas & ſigna criſis iam manifeſta apparent, conſiderandum eſt criſim, in ipſo futuram fore. Et eſt ſciendum quod fiducia præcognitionis bonę criſis & ſalutiferę, plerunq; eſt firmior & magis certa quã malę criſis. Similiter quoque quũ ægritudo fuerit minoris acuitatis, criſis eſt ſperanda. Eſt præterea attendendũ, quod in diebus indicatiuis eueniat, & eſt timendũ, q̃d res in die cretico, ꝑficiatur, qui ei ꝓpinquior inuenit̃, ſi febris fuerit acuta, ſi autem minus fuerit, hoc timẽdũ eſt, q̃d in diebus ſeptimis ꝓpriè ꝑficiatur, eorũ enim uirtus eſt maxima.

De ueſicæ excrementis. *Cap.* XXX.

IN urina attenduntur color, ſubſtantia, odor, & illud quod in fundo reſidet, aut, quod in medio pendet, aut quod in ſuperficie apparet. Color enim albus in ſubtili ſubſtãtia, qui aquę aſſimilat̃ colori, ſæpius apparet in diabete, quę eſt ægritudo propter aquã, patiens multã potat aquã, neque tamen eius ſedatur ſitis, quia ilicò cum urina egreditur, apparet ergo *Vrina albą tenuis.*

Digitized by Google

urina cum huius colore poſt multam comeſtionem & multā aquæ potatio-nem, antequàm digeratur. Cum autem huius color in ægritudinibus apparet, diabete non ibi exiſtente, neque cum multa potatione cum largo cibo pręcedente ultimam portendit cruditatem, & digeſtionis priuationem, & hepatis frigiditatem. Color autem ſecundus eſt, in quo parum continetur glaucedinis ſicut in aqua apparet, quę cum palea cocta eſt, quę digeſtionis leuitatem uel paucitatem ſignificat & debilitatē. Tertius quoq; eſt color citrinus, qui caloris temperiem in hepate demonſtrat, neque maior eſt, quàm debeat, neque minor. Color autem quartus eſt igneus, & ſignificat calorem augmentatum & inflammatum. Quintus quoq; color eſt color croci, qui non plus demonſtrat caloris quàm igneus, ſignificat tamen corpus ſanguine multum abundare, & ex eo aliquid urinę fore admixtum. Sextus uerò color eſt rubicundus non ualde clarus, qui choleram rubeam ſignificat & ſanguinē, quod ſi in ſuperficie urinę habentis huius colorem ſpuma fuerit citrina, ſignificat ictericiā. Septimus quoque color eſt niger, & ſi urina huius colorem habeat, & poſt flauum & rubeum apparuerit, ultimam ſignificat inflammationem, & incenſionem, quę etiam in febribus acutis omni urina deterior exiſtit, & præcipue ſi ualdè fuerit craſſa, pauci quoque inueniuntur, qui cum talem faciunt urinam, euadant.

Vrina palearis & citrini coloris, & ignei.

Crocei coloris.

Rubella urina.

Vrina nigra.

Vrina quoque nigra, quandoque apparet poſt menſtruorum fluxum, aut poſt eorum retentionem, aut in fine ægritudinum quę ex bile generantur nigra, ſicut eſt, quartana, & ſplenis magnitudo, & melancholia, & horũ ſimilia, nec tunc malum portendit. Imò quandoque ſignificat bonum, quod ſcilicet contingit, cum in fine ægritudinum, quę ex bile generantur nigra, apparet: Vrina præterea nigra quandoq; apparet, poſt albam urinam, & uiridem & tunc ultimam hepatis frigiditatē, & caloris innati extinctionem ſignificat, neque eſt in malitia minor prima, ſed eſt eiuſdem fortitudinis. Vrina quoque, interdum tingitur, propter alchanę linimentum, & fit ualde rubea, quandoque ex potu caſſię fiſtularis & aloës, & croci, & ex multis rebus quibus eſt tinctura. Viriditas autem quandoque apparet in ea ex comeſtione olerum. Et nigredo quandoque apparet ex comeſtione muriæ & ex potu uini nigri, quemadmodum diximus. Vrinę præterea parua accidit tinctura, propter multā aquę potationem, & quia parum antequàm urina egreditur comedit & bibit, prius ergo hęc omnia attendenda ſunt, & ſic poſtea iudicandum. Tingitur etiam urina quādoque propter dolorē uehementem, licet eorum materia quandoque ſit humor frigidus, quemadmodum in colica, & dentis dolore, & auris, contingit. Teſtatur ergo per eam in alijs ſuis ſignificationibus. Vrina etiam fœtēs & permutata, apparet quandoque propter ulcus quod in inſtrumentis oritur urinalibus, ueruntamē cū ſuo fœtore permutatur eius ſubſtantia permixta cum ſanie & uiru, neque erit tunc cum ea febris acuta, & incenſiua. Ardor tamen in urinę egreſſione cum ea ſentitur. Ideoq; eius fœtor nō aſſimilatur fœtori, qui in urina ſentitur, cū putrefactio ſit in uenis. Subſtantia autem tenuis cuius ſubtilitas aſſimilatur aquę ſubtilitati, digeſtiuę innuit debilitatē. Spiſſa quoque, cū ſpiſſitudo ſpiſſitudini ſucco medicato, rob appellato, aſſimilatur,

Vrina uiridis.

Vrina fœtida.

Vrina tenuis ſubſtantiæ.

Digitized by Google

latur, aut craſſitiei liquoris, qui continetur in felle, ſuperfluitatem innuit digeſtiuę, & conſumptionem humiditatis in corpore abundare, & ipſius profunditatem ſignificat, præcipuè ſi cum hoc fuerit pauca. Inter hęc uerò, mediocris exiſtens, bonitatē ſignificat digeſtiuę, & quod hepatis diſpoſitio, & humorū qui in uenis cōtinētur, eſt tēperata. Turbata quoq;, humorū qui ſunt in uenis cruditatem, & indigeſtionem cum caliditate, quę in eis operatur, perturbationem ſignificat. Vrina turbida cum cito diuiditur & craſſities quę eſt in ea ad fundum deſcenderit, magis propinqua ad maturitatis ſignificationem exiſtit, ſecundum tamen ſuę deſcenſionis uelocitatem. *Vrina turbida.*

Odor autem qui ab urina procedit, ſimilis ei qui à re acuta & ſicciſſima diſſoluitur, maturitatis indicat ſuperfluitatem, qui quandoq; in febribus ſentitur, & in apoſtematibus hepatis, & ea portendit futura, & quandoq; contingit cum ulceribus in inſtrumentis urinalibus, ſicut prædiximus. Nos tamen iam diuiſimus, inter illam & hanc diſpoſitionem. Vrina autem quę omnino caret odore, in ultimo exiſtit cruditatis, & demiſſione digeſtionis, quę uerò in medio ſtat digeſtionis ſignificat æqualitatem. Ea uerò quę inferius deſcendunt, & quę ſuperius eleuātur, & quę in medio pendēt, ſunt modi ex quibus ſumuntur ſignificationes digeſtionis, quę fit in uenis, & ad illud intendunt in cognitione maturitatis febriū, & hoc eſt illud cui innitun tur. Hæc autem in ſubſtantia ſua diſtillationi quę fit in aqua roſacea aſſimilatur, eis quoque, quę inferius deſcendunt melius iudicatur id quod eſt album & leue, & in fundo uaſis reſidens, cuius quoque diſpoſitio permanet talis in diebus ægritudinis continuis. Hæc autem laudabilis hypoſtaſis cum meliori ex coloribus, qui eſt citrinus, & meliori ex ſubſtantijs, qui inter ſubtilitatem & ſpiſſitudinē mediocris exiſtit, apparet, & cū laudabiliori ex odoribus, qui neque in fœtoribus eſt ſuperfluus, neque odore omnino priuatur. Hæc igitur urina omnibus alijs urinis laudabilior iudicatur, cuius etiam ſignificatio perfecta eſt, ſignificat enim digeſtionis perfectionem, & à malitia ęgritudinis, & ipſius nequitia nos ſecuros reddit. Illam autē hypoſtaſim in bonitate ſequitur eneorema, quum ſecundum hunc reperitur modum. *Odor urinæ.* *Vrina odoris expers.*

Poſt hæc autem, nephele, id eſt nebula conſiſtit, hæc autem duo cadentia non ſunt, imò in eis cum in acutis apparent ęgritudinibus magna inuenitur ſignificatio, quę ſignificationi perfectę maturitatis, & ſecuritatis à malitia ægritudinis propinqua exiſtit, & cum eneorema apparuerit, & ægro malum non ſuperuenerit accidens, poſt paruū tempus deſcendit inferius. Nebula quoque cum ita ſe habuerit, conſequenter ad locum deſcendet eneorematis, poſtea ad hypoſtaſim. Color autē qui in hypoſtaſi attenditur melior exiſtit albus, cum longitudine formę in eo exiſtens, poſt quem eſt rubeus, ſignificat enim rubeus ſaltem cum ægritudinis prolixitate. Glaucū uerò ſedimen quanto maiori participat citrinitate tanto eſt deterius, quod autem purè citrinum eſt, eis peius eſt. Viride quoque eſt iſto deterius, poſtea nigrū, hoc nanque ſedimen ſignificat quod materia ægritudinis à maturitatis meta egreditur, quando ad putrefactionis & corruptionis ſemitā tendere incipit. *Color hypoſtaſis.*

Diſpoſitio quoque ſediminis nigri ſecundū locum, diſpoſitioni albi ſe-

Digitized by Google

diminis contraria inuenit. Sediminis enim nigri malitia, cũ eſt in loco nebulæ minor eſt, quã cum eſt eneorema, & deterior eſt cũ eſt hypoſtaſis: Quẽadmodum autem ſedimẽ nigrum eſt deterius, & album melius, ſic liuidum eſt medium inter bonitatem & malitiam, cuius quoque diſpoſitio mutatur ſecundum quod uni ex eis appropinquat. Sedimen quoque crinoydes eſt malum, quod ſi cum febre fuerit acuta, ſignificat mortem, hoc autem ſedimen magnis tritici fracti fruſtulis aſſimilatur. Significatio autem qua cognoſcitur maturitas, quandoque habet̃ ex urina ſubtili & alba, quandoque ex ignea, quandoque ex crocea, quandoque ex rubicunda, quandoque ex ſpiſſa & turbida. Quando uerò maturitatis ſignificatio habetur ex alba & ſubtili, prius glaucedinem acquirit, poſtea craſſitiem, deinde paulatim incipit ſic augeri, donec color ſit citrinus & ſubſtantia ęqualis. In hac autem urina bonum apparet ſedimen, ſi in uenis multa eſt ſuperfluitas, aut ægritudo eſt ex repletione, aut corpus ægri eſt craſſum. Si uerò hoc nõ fuerit, erit illud idem ad perfectę maturitatis ſignificationem ſufficiens. Colores autem qui ſunt extra temperamentũ, paulatim denudantur à ſubſtãtia in qua ſunt, quę paulatim tendit ad ſubtilitatem donec color ſit citrinus, & ſubſtantia ſit mediocris. Cum autem urina in febre à maturitate diminuta uel abbreuiata fuerit, aut eam tranſierit, ſed poſtea quotidie ad eã reuertitur, febris eſt ſalutifera, & humor non eſt difficilis digeſtionis, neque fraudulẽtę putrefactionis. Quod ſi eius diſpoſitio prima ſemper eadem manſerit, contrarium eius, quod diximus, ſignificabit, & erit ægritudo terrifica, & ſi tamẽ cum cum hoc uirtus fuerit cadens, mortem ſignificabit. Sed ſi uirtus fuerit fortis, ægritudinis demonſtrabit prolixitatem. Horum primum in febribus apparet phlegmaticis, & quę ex bile quę fuerit nigra, ſecundum uerò in febribus inuenitur acutis quę ſunt multę malitię & iniquitatis. Si autem ſignum perueniendi ad maturitatem ſumitur, ab urina turbida, & ſpiſſa, quotidie augetur eius claritas & eius hypoſtaſis, ſimiliter in bonitate augmentatur donec hypoſtaſis eius fiat laudabilis, ſicut diximus, ſi Deus uoluerit, tũc igitur uirtutis quantitas conſiderãda eſt. Quum enim adhuc permanens fuerit uirtus, de morte ægri non eſt timendum, & ſicut hæc urina cito fiet clara, ſanitas cito perueniet, quod ſi uirtus debilis fuerit, ægro timendũ eſt, ne moriatur. Et ſi cũ hoc urina tarde peruenerit ad claritatẽ, & p̃manet diu, ita q̃d nihil claritatis, in ea uidet̃, aut apparet in ea ex claritate aliquid, ſed eſt modicũ, mortẽ ſignificat. Si autẽ in huiuſmodi urina ſemel apparet maturitas, ſed poſt iterũ turbidata fuerit, cruditatis ſigna portẽdit, & accidit hoc multotiens, & uideat̃ febris p̃miſceri, ſciendũ eſt materiã febris ex multis cõſtare humoribus. Eſt itaq; tũc confidendũ q̃d ægri ſanitas ſit futura, ſecundũ ipſius tamẽ fortitudinẽ. Hę ergo ſunt ſummę & ſcopi eius, quod eſt neceſſariò ſciendum de rebus ad urinã pertinẽtibus ſecundũ febres. Adhuc tamen de ipſius ſignificationibus alia dicemus, non tamen ſecundum ordinem, neque ſecundum continuationem. Vrina ſordida quę eſt parum pulchra, & cuius color eſt color muſti, aut aquę ciceris, cum multum coquitur, eſt habentium apoſtemata antiqua, & non acuta in uiſceribus. Vrina ſero aut albę

Vrina ſeroſa & aquea.

albę ceruſę ſimilis, ſignificat ſaniem in ea exiſtere, & ægrum in aliquo ex foraminibus urinę ulcus habere. Vrina quę aquę quę à carne recente fluit, cum lauabitur ſimilis inuenitur, parum ſanguinis urinę admixtum fore ſignificat, hepatis quoque debilitatem quandoque portendit. Quum æger purum minxerit ſanguinem, ſignificatur quod aliqua ex uenis quę ſunt in renibus ſit ſiſſa. Quū urina fuerit arena, apparuerit'q; cum hoc turbida, ſi huiuſmodi faciētē urinā prius euenerit in renibus dolor, lapidē in renibus ſignificat. Si aūt in urina prius apparuerit arena, & poſtea ea remota, urina ualdè uiſa fuerit clara, lapis in ueſica iam generatus eſt. Vrina turbida quę urinę aſini aſſimilatur, dolorem capitis, & intellectus ſignificat perturbationē. Quū poſt febris remotionem urinę remanſerit tinctura, hepati erit ignitum apoſtema. Vrina ſecundū colorem, aut odorem, aut ſubſtantiam fœdam, quandoque ſequitur poſt calida interiorum apoſtemata, unde & æger ex ea alleuiatur, & ipſius emendatur in melius diſpoſitio, & ſuę ſal utis cauſa exiſtit. Vrina ſecundum ſubſtantiam oleo ſimilis, aut in cuius ſuperficie apparet pinguedo, ut oleum, erit cum hectica. Vrina in cuius ſuperficie pinguedinis multitudo, oleo ſimilis apparet, ſignificat q̊d renum adeps liquatur. Si urina tenuis & alba in febre acuta apparet, & in tali diſpoſitione multis perſeuerauerit diebus, amentiam ægro ſuperuenturam ſignificabit, quę ſi cum deſipientia talis diu apparuerit, mortē annunciabit futuram. Hæc præterea urina quandoque in febre apparet acuta, quū in aliquo membro calidum fuerit apoſtema. Quum in urina conualeſcētis, non cito ad diſpoſitionem quam habebat cum eſſet ſanus redibit, timendum eſt ne ægritudo reuertatur. Vrina lacti aut ſpermati ſimilis, ſi pauca fuerit, paralyſim & apoplexiam demonſtrat futuram. Si autem in his ægritudinibus multa apparuerit, ipſarum portendit ſolutionem. Vrina in qua ſanguinis coagulati fruſta apparēt, in febre acuta uiſa, eſt mala. Vrina lacti aceto ſo ſimilis, in febre apparens acuta, aut uelocem portendit mortem, quod eſt cum calor febris non quieſcit & leuis fit, aut quando fit leuior, ægrum ad hecticam peruenturū ſignificabit. Vrina cuius color ſpermatis apparet, neq; mutatur, in febribus, ſignificat urinę difficultatem. Ex rebus autē quę in urina multotiens inueniūtur, ex ſediminibus, & eorū ſimilibus una eſt hypoſtaſis, in qua claritas & radioſitas ac pulchritudo apparet, cuius ſimilitudo eſt, ut eius quod in ampullis aquæ roſarum natat, quandoq; tamen radioſitas ipſius eſt maior, adeo'q;, ut ex fruſtis glaciei, quum unum alij coniungitur compacta uideātur. In huius autem hypoſtaſis colore, qualitercunque fuerit, uidentur radioſitas & paruitas & raritas & claritas, quę in alia non inueniuntur, quum'q; mouetur, tota cum urina miſcetur, à qua tamen urina non turbatur, & in ipſa uelociter non deſcendit inferius, plurimum etiā nō deſcēdit, & eſt ſuperfluitas digeſtionis exiſtētis in uenis, quā ante nominauimus. Secūda uerò eſt humor turbidus, etiam ſi color eius eſt albus, in q̄ neq; raritas, neq; radioſitas inuenit̄, & eſt ſepo liquefacto ſimilis.

Tertia eſt quoque ſanies, quę quandoque eſt diuulſa, ex qua, cum moue

Vrina ſabuloſa.

Vrina turbida.

Vrina lactea.

Vrina ſanioſa. tur urina, turbatur, quia ſurſum eleuantur fruſtula, & deinde deſcendunt inferius cum qua in exitu urinę ardor ſentitur, & eſt cum ea quandoq; odor malus, & fœtidus. Quarta quoq; eſt arenoſa, cuius ſunt duę ſpecies, quarum una limaturę auri aſſimilatur, licet ſit minutior, quę ex renibus egreditur, alia quoque eſt in qua nulla omnino inuenitur glaucedo, ſed eius color eſt ut terrę & quandoq; etiam eſt ut color luti, quę à ueſica egredič. Alia uerò pilis aſſimilatur, & ipſa eſt ex genere eorum quę pilis non pure albis ſimilia ſunt, cuius longitudo uſque ad palmi menſuram augmentari inuenitur, quę cum à renibus egreditur nullum alium portẽdit malum, niſi humores crudos in corpore abundare cui medicamina conferũt diuretica. Sexta equidem eſt, in qua fruſtulorum carnis ſimiles apparent, quę ex renibus egrediuntur, ſi cum hoc dolor in renibus fuerit, ſed ſi cum febre fuerit adurente, ſignificat febrim corpori magnũ praſtare nocumentum. Si uerò cum hectica fuerit, ſolidorum ſignificat liquefactionẽ, & calorem ad membrorum carnẽ iam perueniſſe. Septima quoque eſt, quę lentium excorticatarum fruſtulis aſſimilatur, & caloris ſuperfluitatem in hepate ſignificãs. Octaua autem furfuri aſſimilatur, quę ſæpius propter ueſicę ęgritudinem contingit, cum hac autẽ ſi fuerit, ſicut ſentireť ardor diu perſeuerans, neque apparebit in eo color extraneus, neq; ualdè eſt remota à maturitate, quandoq; uerò cõtingit, ꝓpter uenas, quę cũ ſic fuerit, erit cũ febre adurẽte fortius, cuius etiã calor à maturitate ualdè remotus & mortẽ portẽdit, ſicut monſtrauimus.

De notis ab excrementis alui. Cap. XXXI.

EGeſtio autẽ melior alijs eſt, quę eſt mollis, & cõtinua uidetur, cuius tinctura à citrinitate fit, non tamen multa, & quę in hora egreditur ſolita. Egeſtio autẽ ualdè tincta & quę mordicat, & exurit anũ, ſignificat bilis rubeæ dominium. Sicca quoq;, paucã ſignificat humiditatẽ, & multũ calorem. Quæ autẽ non inuenitur æqualis, digeſtiuã non perfectè cibo fuiſſe dominatã ſignificat. Stercus quoq; quod multũ fœtet, coctricem facultatẽ debilem fuiſſe portẽdit. Viride autẽ ſtercus, putrefactionẽ in corpore ſignificat. Stercus quoq; cum quo multa egreditur unctuoſitas, caloris & humoris innuit eminentiã. Stercus autẽ quod eſt ſicut fex, malum eſt & mortale. Stercus quoq; priuatum tinctura, ſignificat ex poro fellis nihil ad inteſtina tranſmitti. Et ſtercus unctuoſum, membrorũ ſignificat liquefactionẽ & hecticam. Quod autem quantitatem aſſumptorũ excedit, corpus debilitari & macreſcere ſignificat. Stercus autem quod eſt in quantitate multum, & diuerſos retinet in ſe colores, malos in corpore ſignificat humores. Quod autẽ ſpumoſum eſt, & uiſcoſum, malum eſt utrunq;, unum nanq; eſt propter uictoriam caloris, & aliud, ex liquefactione corporis. Multa uentoſitas inferius egrediens, cum cibus nõ fuerit inflatiuus, debilitatẽ innuit digeſtiuę, ꝗd ſi ullo modo egreditur uentoſitas, caloris paucitatem & frigiditatis ſuperfluitatem ſignificat. Si uerò cum hoc affuerit ſitis aut ſiccitas, humorem ad interiora corporis penetraſſe demonſtrat. Quum ea quę comeduntur, ut prius fuerant, non mutata

Digitized by Google

mutata egrediuntur, frigiditatis ſuperfluitas portenditur. Facilitas expulſionis uentoſitatis, & paucitas expulſionis eius cum impedimento, uel debilitatem inſtrumentorum nutricationis, uel impedimentum oſtendit.

De pulſu. Cap. XXXII.

OPortet ut qui in pulſuum ſcientia inſtructus eſſe deſiderat, & uult eius ſignificationes cognoſcere, ſepe dum aliquis ſanus eſt arteriam tangat, & firmiter cum ſummo ſtudio inſpiciat ipſum, ideò ſcilicet, ut ipſius forma animę firmiter inprimatur, quatenus cum fuerit neceſſarium inter eas proportionem inuenire ſciat. Phyſici quoque unumquenq; modum pulſus primo appellant nomine, eiuſquée cauſas oſtendunt, & ſignificationes. Ego autem quod huius libri intentioni ſimile inuenitur & conueniens, oſtendam, ſi Deus uoluerit. Quum pulſus in brachij longitudine tactui manifeſtior occurrit, quā in tempore ſanitatis, à phyſicis longus uocatur pulſus. Quum ſecundum latitudinem, maiorem digitorum tangentis quantitatem comprehendit, latus, ab eis nominatur. *Pulſus latus*

Quum autem digiti tangentis carnem impulerit, & ſecūdum magnam quantitatē in ipſum penetrauerit, dicitur ab eis altus, ſed quādo ſecundum hoc minor apparet quàm conſueuit, uocatur depreſſus. Quum uerò in longitudine & latitudine augmētatur magis quàm conſueuit, uocatur magnus. Sed quū in his omnibus fuerit minor, dicitur paruus. Quūq; ſpacium temporis quod inter duas tenditur motiones minus ſolito inuenitur, uelox dicitur. Et cum digitum uehementer & uirtuoſa impulſione percuſſerit, & cum ſtringitur eius motus non deſtruitur, fortis uocatur. Quū uerò huic fuerit contrarius, debilis dicitur. Quūq; fuerit illud quod ex corpore arterię tangendo digito occurrit, ſimili ei, quod ex hoc genere animę eſt inpreſſum, neque plenum fuerit, ſed contractum & non extenſum, non uocatur plenus, ſed uacuus, & dicitur ſecundum hoc quod forma hęc in eo uiſa fuerit. Quum autē illud quod digito ex ipſo percutiendo occurrit ſimile fuerit, filo & chordę extenſę cum ipſum percutitur, uocatur durus. Sed cum illud quod occurrit ex iſtis non ualde exiſtit tenſum, uocatur ab eis, laxus. Quūq; unaquaq; harū percuſſionū ſuę compari in magnitudine & fortitudine, & uelocitate, & in alijs quę ſunt præter iſta ſimilis inuenitur, dicitur æqualis, & cum ita nō fuerit, uocaē diuerſus. Hæc uerò diuerſitas quandoq; in una inuenitur percuſſione, quod eſt cum inter principium unius percuſſionis, & eius finem diſſimilitudo percipitur, unius digiti tactu, aut duorum, aut plurium. Medici quoq; huius diuerſitatis multas notāt ſpecies, nominibus, quę in ſuis dicemus locis. Quū enim ſecundū motum euenerit circulus, neq; ſe ab eo remouerit, uerbi gratia, ut per tres æquales percuſſiones una diuerſa inuenitur, aut inter omnes quatuor, aut inter omnes quinq;, aut cū inter quaslibet æquales duę notanē percuſſiones diuerſę, quę deinde circulariter ſecundū hoc exemplū inueniūtur, pulſus nominatur ordinatus. Si uerò diuerſitas ſecundū motum nō inuenitur circulus, inordinatus uocaē. Arterię q̄q; motio, quę fit ab interiorib. cordis ad exteriora, uocaē diaſtoles, motus aūt hic quē omnes hominestactu ſentiūt, arterię motus

Altus. *Depreſſus.* *Magnus.* *Paruus.* *Velox.* *Fortis.* *Debilis.* *Vacuus.* *Durus.* *Laxus.* *Aequalis.* *Inordinatus*

Digitized by Google

motus & eius percuſſio, quę percutit manũ exiſtit. Medici tamẽ in hoc cõſueti aliquid plus iſto percipiũt, & motio arterię quę fit ab exteriorib. ad interiora, uocaẽ, ſiſtoles. De hac uerò motione inter medicos diuerſitas reperiẽ. Sunt enim quidam qui eam ſentiri dicunt, & ſunt alij, qui non. Nobis tamen de hoc loqui in hoc loco non conuenit. Si quis igitur diſcipulus in hac arte ad ultimum finem huius intenſionis, licet peruenire non cupiat, ſcire tamen debet quod ſiſtole non ſentitur, & quod pulſus habet tẽpus motionis, quod eſt ex quo motio arterię ſenſui apparet, donec quieſcat & occulteẽ, & quod pulſus habet tẽpus quietis, quod eſt ex quo illa motio occultatur, donec iterum manifeſtare ſe incœpit. Inter unũ autẽ iſtorũ duorum tempõrũ & aliud, inuenitur proportio propria in unaquaque ætate. Compoſitio enim iſtorum duorum in ætate puerili, non ſimilatur compoſitioni eorum, repertę in ætate adoleſcentię, neque iuuentutis, neque ſenectutis, neque ſenis. Hæc autem compoſitio pondus uocatur, quapropter cum pulſus in aliqua ætate propriam compoſitionem ipſius ætatis ſeruauerit, dicetur pulſus habẽs pondus, & dicetur boni & iuſti ponderis, & nominibus horum ſimilibus appellabitur: Quicunque hoc non ſeruauerit, ſed ad pondus alterius ætatis progreſſus fuerit, ſed dum eſt in ætate puerili, ſi ad pondus, quod iuuentutis eſt proprium, mutatus fuerit, dicetur pulſus diuerſi ponderis, quod ſi ad pondus ſenectutis, aut ſenij mutatus fuerit, dicetur pulſus mali ponderis, & uocabitur non ponderatum, & nominibus horum ſimilibus nominatur, & quia corporis locus in quo eſt arteria, quandoq; ſenſu percipitur calidior, alijs locis, ideoq; quidã medici per ſententiã tenuerũt, q̃d hęc una ſit ex ſpeciebus pulſus.

Pondus.

Pulſus habens pondus.

Diuerſi ponderis.

Mali põderis.

De ſpeciebus pulſuum quæ ſunt decem. Cap. XXXIII.

ANtiqui genera pulſus cõpoſita, nominibus proprijs nominauerũt, ex quibus eſt, pulſus caprinus, & ipſe quidẽ eſt pulſus qui ſentitur cũ arteria, ſemel atque iterũ percutit digitũ, ita tamẽ quod nõ ſentitur inferius uel interius rediſſe, neq; ſiſtolẽ feciſſe, neq; quieuiſſe, in quo etiã ſecũda percuſſio prima maior inueniẽ. Bis pulſans uerò pulſus eſt, cũ arteria percutiẽdo occurrit digito nõ ſentiẽ quies, quę ſiſtole dici debeat, ſed ſenſu percipitur alia pcuſſio, quę prima exiſtit debilior. Pulſus quoq; diuerſę percuſſiones iudicãtur, cũ diaſtoles principiũ debiliter inuenitur, & eſt finis fortis, aut ecõtrario, q̃d eſt ut eius principiũ ſit ſuo fine maius, & uelocius. Pulſus quoq; qui taliter eſt diuerſus in una tali percuſſione, fortis diciẽ. Pulſus quoq; qui cauda uocaẽ ſoricina, duarũ exiſtit ſpecierum, quarũ eſt, ut una percuſſio aliquantulũ ſit maior, & alia, quę illã ſequitur minor, & alia, iterũ minor, & procedat ordo ſic, donec ad unam ex tribus perueniatur rebus, ſcilicet, quod in aliqua ſtet percuſſione & non tendat ad minorẽ ea, aut non quieſcat quin minuatur donec occultetur, & nullo modo ſenſu percipiatur. Aut quũ ad aliquã paruitatis peruenit menſuram redire incipiat, & augeri. Cumq; augeri & redire cœperit, aut ad ſui primam redibit menſuram, aut ad minorem, ea. Primus autem modus, uocatur cauda permanens. Et ſecundus, cauda minuens. Et tertius, cauda rediens.

Caprizans.

Bis pulſans.

Cauda ſoricina.

Ille

Ille quoq; qui ad primã ſui redibit menſuram, cauda reuerſionis cõpletę uocatur, & ſecũdus cauda reditionis diminutę. Eſt etiã alia eius ſpecies cũ diminutionis multitudinẽ in arterię longitudine prius repiri contingit, ex qua in uno loco ſubito aliqua ſentitur magnitudo, quę alia quę ipſam ſequitur parum minor inuenitur, cuius tactus non ſubito abſcinditur, ſed tamen non quieſcit, quin ſecundum proportionem paulatim minuatur, donec occultetur. Hoc autẽ quandoq; contingit à duobus lateribus, & uocatur tunc pulſus curuus, & quandoq; fit ab una parte & uocatur ad unam partem inclinatus, qui etiam pulſus in una percuſſione diuerſus dicitur. Formicans uerò eſt pulſus, quum in tempore, quod inter duas exiſtit percuſſiones, talis ſecundum raritatem inuenitur diuerſitas, ut aliquis putet inter eas percuſſiones interueniſſe, quum non tamen interuenerit, huic tamen augmentans contrarius inuenitur, permanens autem pulſus ſubtilis eſt & durus, qui in una ſemper perſeuerans diſpoſitione ferè nunquam remouetur, ab ea. Vndoſus uerò eſt qui ſecundum latitudinem, magnum digiti occupat locum, cum lenitate & repletione, cum eo tamen non eſt magna eleuatio neque ſubita, ſed uidetur quod eleuationum eius una poſt aliam contingit, donec fit ut undis aſſimilatur, quarum una aliam ſequitur. Ex his præterea eſt uermiculoſus, cuius forma eſt ut forma undoſi, in eleuatione quę ſecundum diaſtolen eadem inuenitur, non tamen eſt latus, neque plenus cuius inundatio exiſtit debilis, qui uermibus per foramen arterię diſcurrentibus aſſimilatur, formicans uerò pulſus adeò inuenitur in ultimo paruitatis, & ſpiſſitudinis conſiſtere, ut pulſui pueri recens nati aſſimiletur. Pulſus autem qui ſerrę aſſimilatur & ſerratilis dicitur, durus eſt, in cuius depreſſione & eleuatione inuenitũ diuerſitas, ex qua quaſi percutit aliquẽ ex digitis cũ ab alijs deſcẽdit.

Pulſus curuus & inclinatus.

Formicans.

Vndoſus.

Vermiculoſus.

Serrinus.

Tremulus autẽ pulſus dicitur, cũ in arteria tumoris ſimilitudo ſentitur.

Contortus uerò dicitur cum arteria ſentitur, ut linea quę cõtorqueri & inuolui incipit. Præterea dicemus quod pulſus uirorum plurimum inuenitur maior, & fortior & tardior & rarior pulſu mulierum, ſuperfluitas tamẽ magnitudinis & fortitudinis maxima eſt ipſius & multũ manifeſta. Tarditas autẽ ſuperfluitas parua eſt. Raritas autẽ multa ſuperfluitas reperiũ.

Contortus.

Infantium autem qui lac ſugunt pulſus, in ultimo ſpiſſitudinis & uelocitatis & paruitatis inuenitur. Puerorum uerò & adoleſcẽtium, pulſus maior eſt pulſu infantium. Iuuenum uerò pulſus eo fortior, & etiam omnium ętatum pulſu inuenitur, præcipue eorum pulſus qui in fine exiſtunt iuuẽtutis. Senum autem pulſus eſt tardior pulſu iuuenum, & debilior, & parum minor. Eorum autem qui ſunt in ſenio conſtituti pulſus, in ultimo raritatis ac debilitatis & paruitatis & tarditatis exiſtunt. Pulſus quoque calidam habentibus complexionem, maior & uelocior & durior eſt, pulſu habentium complexionem frigidam, in fortitudine uerò forſan ſuperat eũ & forſan ab eo uincitur. Pulſus præterea craſſum corpus habẽtium, macrorũ pulſu minor exiſtit. Et ſi craſſities fuerit ex carnoſitate, pulſus erit uelocior & fortior. Si uerò ex adipe fuerit, erit iſto minor. Pulſus præterea cõplexiones habentiũ humidas, eſt leuior & magis latus, pulſus quoq; qui in medietate ueris exiſtit, maior eſt & fortior q̃ in omnibus alijs tẽporibus.

Pulſus ſingularum ætatum.

Pulſus complexionũ, & tẽporum anni.

In medie-

Digitized by Google

In medietate uerò æſtatis eſt uelocior & ſpiſſior, quã in omnibus alijs tẽporibus, & præter hoc etiam eſt paruus & debilis. In autumno autem minuitur eius uelocitas, & ſpiſſitudo ab eo quod erat in æſtate, & non augmentatur eius fortitudo. In hyeme uerò exiſtit pulſus in ultimo paruitatis & tarditatis & raritatis, non tamen eſt debilis, ſed in temporum extremitatibus inuenitur cõpoſitus ex eis, quę inter duo ſunt tempora. Prægnãtis itidem pulſus minor & ſpiſſior eſt, quàm eiuſdem cum non eſt prægnans. De ſomno uerò ſurgentiũ pulſus, ilicò cum ſurgunt magnus eſt & fortis & ſpiſſus ac tremulus, qui tamẽ cito poſt hoc ad ſuam redit diſpoſitionẽ. Motio præterea ex qua aliquis non laxatur, magnitudinem & uelocitatẽ ac ſpiſſitudinem in pulſu augmentat, ſecundum uelocitatem ſui & fortitudinem, quę ſi parui ſit temporis quod ex ea accidit arterię, cito quieſcit. Si uerò fuerit longi temporis, tardè quieſcit. Ex motione autem, per quã aliquis ad ultimum laxitudinis peruenit & laboris, fit paruus pulſus & debilis & ſpiſſus ſecundum ipſius quantitatem. Balneum quoque, magnitudini pulſus atque eius lenitati & uelocitati & ſpiſſitudini augmentũ præbet, in quo ſi quis morã fecerit, fiet paruus & debilis, eius tamẽ uelocitas remanet. Cibus itidem, ex quo aliquid ſumitur, quod nullum affert nocumentum neq; æſtuationem, pulſus, fortitudinem uehementem auget, & ipſius ſpiſſitudinem ac magnitudinem, quod tamen poſt longum contingit tempus, non enim ilicò cum ſumptus fuerit operatur hoc. Ille uerò ex quo ad nocumentum peruenitur & æſtuationẽ propter multitudinem ſuam, pulſum facit diuerſum. Vinum ſimiliter pulſui in fortitudine, & debilitate & uelocitate & ſpiſſitudine augmentum præbet, hęc tamẽ augmentatio citius prouenit ſecundum tempus quàm ea, quę fit per cibum & citius ab eo etiam remouetur. Ex nutrientibus præterea & medicinis, quę calefaciunt aut infrigidant immutatur pulſus, quę enim ex eis calida exiſtunt, ſecundũ ſuę caliditatis quantitatem, pulſum in uelocitate ſui ac ſpiſſitudine, atque magnitudine augmentum præbent, & econtrario. Ira quoque pulſum efficit eleuatum, & fortem, & uelocẽ, & ſpiſſum. Multus autẽ timor, pulſum facit diuerſum & uelocem, & tremulum. Et triſtitia pulſum debilem & tardum, & rarũ reddit. Gaudium uerò pulſum reddit tardum, & rarum cum magnitudine & lenitate & plenitudine. Dicemus etiam quod pulſus longus, augmentum caloris aut carnis ſequitur, & latus concomitatur humiditatis augmentum, eleuatus quoque caloris & fortitudinis ſequitur augmentum. Et pulſus magis uelox & ſpiſſus caloris augmentum ſequitur. Et ſi huius caloris cauſa fuerit aliquid quod accidat, ut motus, & balneum, & ira, & horum ſimilia, pulſus cito ad ſuam redibit diſpoſitionem. Sed ſi eius cauſa fuerit diuturnior & fixa, permanebit dum cauſa perſeuerauerit. Paruitas autem & tarditas & raritas, res ſequuntur infrigidantes. Pulſus præterea fortis uirtutis, bonitatis ſequitur augmentum, aut à re nociua quietem, & debilis inuenitur, cum uirtus diſſoluitur, aut cum magnũ in corpore habetur nocumentum. Diuerſus quoque erit, cum natura rem expurgat nociuã & erit diuerſitas multa aut pauca ſecundum nocumenti quantitatem. Cumq; natura re nociua fortior fuerit, numerus percuſſionũ fortium & magnarum erit maior

Pulſus prægnantis. · *Pulſus motus & balnei.* · *Pulſus ab alimentis.* · *Pulſus ex uino.* · *Ex metu.* · *Ex gaudio.* · *Pulſus fortis* · *Diuerſus.*

Digitized by Google

maior ſecundum hoc,& econtrario. Pulſus tamen diuerſus ordinatus melior eſt non ordinato,& præcipuè ſi numerus percuſſionum fortium & magnarum ſecundum hoc fuerit maior. Pulſus autem plenus, ſanguinis & uaporis humidi abundantiam in corpore ſignificat. Vacuus uerò huius innuit contrarium. Durus quoq; corporis ſiccitatem & ariditatem portendit. Sed mollis uel lenis,huius denumerat cõtrarium. Pulſus quoq; qui extra põdus inuenitur,mutationẽ quæ contingit ſecundũ ætatũ naturã, in quibus illud pondus propriè inuenitur, ad quod fuit facta mutatio ſignificat. Quapropter ſi pulſus mutatus fuerit ad pondus,cuius ætas eſt longinqua ab eo,magnam demonſtrat mutationem,& econtrario,quoniã ſi mutatio facta fuit ad pondus, quod eſt uicinum paruam ſignificat mutationem. In arteria cum tangitur, ſi calor ſuperfluus & manifeſtus maior quã in alijs ſentitur locis,quę eis uicinantur cordis complexionem iam calefactam eſſe ſignificat,quod in habentibus Hecticã,aut Phthiſim contingit, & fortaſſis portẽdit ſyncopam. Pulſus autem qui dicitur bis pulſans inuenitur, cum febrilis calor eſt ſuperabundans, & cum multa neceſſitas incumbit pulſui, & in aëris attractione,& hoc eſt cum calor innatus in ultimo inflammatur, & uirtus cum hoc eſt ſana,& præcipuè ſi ſecunda percuſſio maior fuerit.

Plenus. *Vacuus.* *Durus.* *Mollis.* *Extra põdus.* *Bis pulſans.*

Pulſus quoq;, in quo diaſtoles à ſiſtole diuerſa reperitur, fit propter pugnam naturæ, & finis diaſtoles ſi fuerit fortior quã eius principium,& maior,erit melius,& econtrario.Sed ſi finis diaſtoles fuerit uelocior,ſuper fluum putrefactionis ſignificabit calorem. Pulſus autem qui continuè minuitur & debilitatur,quem & caudam uocamus ſoricinam,fit cum uirtus incipit debilitari & cadit, ideoq; eius malicia erit ſecundum debilitatẽ & paruitatem, qui ſi ad fortitudinẽ reuerſus fuerit & magnitudinem, uirtute iam rediſſe ſignificabit. Et ſi ſecundum unam remanſerit mẽſuram,& inde neq; ad magnitudinem pulſationis redierit, neq; ab eo in quo ſteterit aliquo modo fuerit diminutus,quodãmodo erit ei melior qui minuitur,uſquequo occultetur & non appareat ſenſui, iſte enim naturam ſuperatam fore, & ſuccubuiſſe demonſtrat. Pulſus autem curuus,& in unam partẽ declinatus, in habentibus Hecticam & Phthiſim inuenitur. Sed formicans,uirtutis ſignificat caſum, unde cum neceſſitatis uehementia, multa aëris indiget attractione. Addens quoq; fortitudinẽ cum neceſſitatis uehementia ſignificat,& tertius inuenitur poſtquam Hectica & Phthiſis confirmata eſt. Vndoſus autem inuenitur cum aliquis balneo utitur, aut bibit uinum, aut contingit ex omnibus quæ corpus humectant, paucis quoq; uicibus ſentitur in hydropiſi & ſubeth,& pleuritide,& peripneumonia, & aſthmate,& paralyſi,& apoplexia, in febribus autem ſignificat ſudorem. Vermiculoſus uerò pulſus fit,cum fortitudo ſuccumbit,ſed non omnino. Sed formicãs inuenitur,cum uirtus omnino cadit,& mors eſt propinqua. Pulſus quoq;, qui ſerræ aſſimilatur,& ſerratilis dicitur,eſt qui fit cum magnum apoſtema eſt in corpore,& præcipuè ſi in membro fuerit nobili & neruoſo, ſicut cum diſpoſitio pleuritidis quæ fit in latere & diaphragmate. Tremulus item ultimam ſignificat caliditatem, & quod uirtus humoribus ſit onerata, aut quod apoſtema ſit ibi, aut oppilatio quæ diaſtolen prohibeat. Tertium autem

Formicans. *Vndoſus.* *Vermiculoſus.* *Serratilis.*

Digitized by Google

tem inuenitur pulſus apud pugnam uirtutis & ſuæ ſanitatis aduerſum ægritudinem, in ultimo magnitudinis, quæ cordi & ſuis partibus uicina exiſtit.

De regimine acutarum ægritudinum. Cap. XXXIIII.

CVm in principio harum ægritudinum repletio manifeſta & fortis apparuerit, fuerintq́ humores peſſimi, quod ex accidentium fortitudine cognoſcetur, ſuccurrendum erit antequàm uirtus cadat, ægrum euacuando cum phlebotomia, aut uentris ſolutione, deinde eius nutricatio ſecundum ſtatus uicinitatem, aut longitudinem erit menſuranda, & ſecundum ægri fortitudinem, aut ſecundũ quod in tempore ſuæ ſalutis famis patiens erat, aut non. Status enim, ſi fuerit uicinus, & æger fortis ex aqua hordei erit nutriendus. Sed ſi ſtatus fuerit remotus, & æger debilior, aliquid modicum erit ſecundum hoc nutrimento addendum. Nutriendi quoq; hora, quæ ſit conueniens, eſt eligenda ſecundum ægri alleuiationem, & uſum quem in tempore ſuæ ſanitatis habebat, & ſecundũ febris acceſſionem, & interpolationem. Si uerò interpolata non eſt, hora diei frigidior, & magis tẽperata eligenda eſt. Quumq́; criſis ſigna uiſa fuerint, & ſtatus appropinquauerit, æger à nutricatione eſt abſtinendus, & diæta ad ultimum tenuitatis eſt ducenda, uſquequo fiat criſis, aut poſtquã facta fuerit. Poſtquàm uerò perfecta fuerit, ex regimine conualeſcentis erit gubernandus. Et ſi non prædicto, eſt inſiſtendum regimini donec ſanitas compleatur, ſi uoluerit Deus.

De ratione uictus conualeſcentium. Cap. XXXV.

QVi ex morbis conſurgit acutis cuſtodiendus eſt, ne ad nutrientia redeat, quibus ſani reguntur, ſed ex eis quibus regebatur in ægritudine moderetur, aut parum fortioribus, deinde uerò ordinati, et paulatim ad cibos perducatur ſanorum. Interim tamẽ à balneo cuſtodiatur, & labore, & uigilijs, & coitu, & uino, & caueat ne famem & ſitim patiatur, & ne animalibus ſolliciteẽ curis, & ne ſub ſole incedat, & in locis iaceat calefactis, & præcipuè ſi ex ægritudinibus acutis cõſurgens abſque criſi euaſit, ab omnibus præterea ſeparetur quæ corpus calefaciunt. Ille uerò in quo ueſtigia, quæ ægritudinis ſignificant reliquias remanſerunt, ut eſt calor ſuperfluus, qui in tactu ſentitur, aut anhelitus ſpiſſitudo, & ſitis, aut capitis dolor, aut tinctura in urina, aut confractio, quæ corpori accidit, & in ore ſapor extraneus, & in ſomno permixtio, & alienatio, & horum ſimilia, præcipuè ad ægrorum regimen redeundus eſt, donec omnia ſigna hæc cõſumantur, & corpus ipſius omnino ſanitati reſtituatur. Cõualeſcens ſibi quoq; cauere debet, ne ſitim, aut famem patiatur, & ne ſemel cibo repleatur, quoniam unum iſtorum ipſum diſtemperat, & calefacit, & aliud eius corrumpit complexionem, comedat autem multotiens, parum tamen, & paulatim. Ex aqua quoque frigida paulatim ſumat, neque bibat ex ea ſemel in multa quantitate, & præcipuè in tempore autumni. Ex ea etiam quæ non eſt frigida, nullo modo bibat.

Si autem

Digitized by Google

Si autem ipſius appetitiua fortis fuerit, & digeſtiua debilis & fatigata, non attendat in comeſtione quantum appetitiuæ, ſed quantum digeſtiuæ attinet, in quo tantiſper perſeueret, dum digeſtiua corrigatur, & tunc quantũ uoluerit comedat. Poſt hoc quoque ad motiones & alia opera, quibus dum erit ſanus uti conſueuerat, ordinatim reducatur. Quod ſi ex malis accidentibus aliquid remanſerit uenter ipſius ſoluatur, aut minuatur, aut extinguentia ei tribuantur. Ex quibus omnibus illud erit eligendũ, quod medico uidetur melius, & ægri diſpoſitioni magis apparet conueniens, hunc quoque non eſt permittendum, ad ea quibus utebatur dum eſſet ſanus reuerti, quamdiu hæc accidentia in eo perſeuerant. Cum alicuius cõualeſcentis appetitiua oppoſita inuenitur, ſciendum eſt reliquias ægritudinis in corpore remanſiſſe, quas expellere neceſſe eſt, & præcipuè ſi ſapor oris fuerit corruptus, aut ſitis, ſit in corpore multa. Si autem comedendi auidus fuerit, & ex comeſtione corpus non reſumat uires, ſeu uenter ſolutus fiat ex quantitate nutricationis, & ex bibitione aquæ poſt ipſam id eſt minuendũ, & ſyropus acetoſus, qui fit de ſucco cotoneorum eſt dandus, & hepati emplaſtrum ſuperponendum, ex quo fortius fiat & confortetur. Conualeſcens præterea ſeparandus eſt à comeſtione nutrientium craſſæ naturæ, & duræ digeſtibilium uſquequo ipſius compleatur uirtus. Interim uerò nutriatur ex eis quæ cito digeruntur, & ſi eius nutricatio abſque uino digeri non poteſt, uinum album, aut clarificatum ei tribuatur, & à forti ſibi caueat.

Syropus acetoſus de ſucco cotoneorum: Recipe ſucci cotoneorum acetoſorum partem unam, ſacchari Taberzeth, partem unam, aceti quartã partis unius, deinde hæc omnia coquantur & diligenter deſpumentur, & bibãt ex hoc conualeſcentes quibus multa dominatur caliditas, & indigent eis quæ ſtomachum confortant. Ille uerò in quo parum inuenitur caliditatis dominium, ſi hic indiguerit ſyropo pro unaquaque libra, ex eo ſumatur maſtiches, garyophyllorũ, ſpicæ, ſingulorum drachma una, quæ trita & in panno ligata in ſyropo dum coquitur ponantur. Et poſtquam omnes partes, & Capitula conuenienter expoſuimus, quæ huius libri principio nominauimus. Totum igitur perfecimus, quapropter Deo cuius beneficio hæc ad finem perduximus, gratiæ ſint infinitæ.

ABVB. RHAZAE LIB. X. AD MANSOREM FINIS.

Digitized by Google

QVAE CONTINEANTVR IN HOC LIBRO.

HOC in uolumine peſti cōſecrato Rhazes de febre peſtifera multò fuſius quàm in libro de febribus tractat. In quo quicquid ad eam tractationem requiritur, ad unguem omnia conſumatiſſimè abſoluit. Biuariamq; morbum hunc diſtribuens, uniuerſam præſcriptionem ſuam in hæc quindecim Capita ad hunc modum partitus eſt.

CAPITVM LIBRI INDEX.

DE conſtitutione peſtilentiæ, & quomodo prope omnes homines incurrant eiuſmodi morbum	Cap.	I.
De accommodatis peſtilentiæ corporibus	Cap.	II.
De tempore, in quo utplurimum peſtilentia euagatur	Cap.	III.
De ſignis iniectionis duarum ſpecierum	Cap.	IIII.
De præſeruatione à morbo antequàm appareant ſigna peſtilentiæ, & quomodo ſe habere oporteat, ne omnino conſtituatur, uel ne omnino procedat, poſteaquā ſigna apparuerint	Cap.	V.
De cura peſtilentiæ	Cap.	VI.
Quomodo opem ferre naturæ conueniat ad expellendam peſtilentiam ex corporis ſuperficie	Cap.	VII.
De prouidentia oculi & gutturis	Cap.	VIII.
De celeri concoctione peſtilentiæ	Cap.	IX.
Ad arefacienda concocta peſtilentiæ	Cap.	X.
Quo pacto oporteat purgare cruſtas, & eſcharas peſtilentiæ	Cap.	XI.
Quomodo delendæ cicatrices ex oculo & toto corpore	Cap.	XII.
De uictu & alimento eorum, qui capti ſunt peſtilentia	Cap.	XIII.
De diligentia uentris aſtricti in peſtilentia	Cap.	XIIII.
De clementibus & atrocibus peſtilentijs	Cap.	XV.

ABVBETRI

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici liber de Peſtilentia unus, GEORGIO VALLA Placentino Interprete.

De conſtitutione peſtilentiæ, & quomodo prope omnes homines incurrant eiuſmodi morbum. Cap. I.

CAPIVNTVR fere omnes hac ipſa mortales peſtilentia, q̄d à natali die omnes ad extremam uſq; ſenectam mutentur, ad ariditatem tendendo. Vnde ut infantibus ſanguis multo humidior quàm adoleſcentulis exoritur, ita multomagis & in ſenibus exareſcit. Præterea largam ſubeunt caliditatem, quemadmodum Galenus in Aphoriſmorum interpretatione expoſuit. In pueris, inquit, caliditas eſt quantitate ea quæ in adoleſcentulis, at in adoleſcentulis qualitate uehementior. Quod planè arguitur ex optima naturali actione argumentorum, & concoctionum, & inſtaurationum eorum quæ in pueris. Infantum & puerorum ſanguis muſto aſſimilatur, quod necdum cōcoqui incœpit cōcoctione, quę ad conſummationē tenditur, quodq; necdum ad ebulitionē moueatur. Adoleſcentulorū porrò multò aſſimilatur iam ferueſcenti, & exufflanti, mutatoq; de primo ſtatu, reſpirantiq; plurimum uapore & redundātia, ut uinum eſt maturum, defecatumq;, & ad perfectum perueniens ſtatum. Senum ſanguis aſſimilatur uino, quod difflauit, & uehementiam eiecit, acceditq; ad frigiditatem ut aceſcat. Cōflatur autem peſtilentia, cum ſanguis perputreſcit, efferueſcitq; ad efflandum uapidam & limoſam redundantiam, cum tranſmutatur ex infantili ſanguine muſto perſimili, in adoleſcentulorum ſanguinem, qui uino ſimilis conſummato. Aſſimilaturq; peſtilentia per ſeſe feruori ſpumāti, q̄d muſto ſolet euenire feruoris tempore. Ea propter hominum fermè omne genus huic morbo obnoxium eſt, & impenſius mares, quod ſanguis neceſſariò tranſmutetur de primo ſtatu in ſecundū, ut muſta quoq; neceſſariò trāſmutātur in ſtatum, qui eſt poſt feruorem ebulitionemq;, uixq; comperta eſt complexio infantis, aut etiam pueri mutata de primo in ſecundū ſtatum in tempore, & ſtatim, ac deinceps, ut feruor appareat, & mutatio in ſanguine in tempore, & ſtatim. Quoniam talem complexionem poſtea ita mutatam, frigidam & aridam eſſe oportet. Verum complexio puerorum his contraria eſt. At aſtructa ut puerorum complexio calida & humida, quod eorum alimentum ex lacte ſit, nam qui non aluntur lacte pueri, proximo tamen illi & contermino uictu utuntur, & ueſcuntur alimento, ut cunctæ ætates aliæ. Enimuerò quod in uictu horum fluctuationes plures alijs exiſtunt. Ob hoc perraro eorum quiſpiam hunc morbum effugit. Commutatio autem ferè fit in hoc morbo iuxta complexionum differentias, & uictus, & habitus, & aërem circumfuſum, & ſanguinis ſtatum, qui in uenis, in quali, & quāto.

Digitized by Google

Atque hac de cauſa in aliquibus præoccupat, in aliquibus poſtea ſubſequitur, & in alijs augetur, & in alijs imminuitur, eſtq; in alijs qualitate admodũ atrox, in alijs minus atrox. Adoleſcentuli, quia ſanguis ipſorum in ſecundum ſtatum iam mutatus, ipſorumq; perficitur concoctio, & difflatur huius ſtatus humiditatis, in qua putrefactio conſiſtit. Qui igitur in putredine conſtituti, habent in uenis ſuperfluam humiditatem, aut improbam qualitatem, & admodum exuſtam, capiuntur copioſa peſtilentia in ætate puerili, in qua non omnino ſanguis tranſmutatus eſt in perfectum ſtatum. Et in putredine agunt habentes caliditatem debilem & pacatam. Adoleſcenti autem iam effecto uiuenti, uictu perducente ad carnem multam, aut uictu implente, ac ſanguinem corrumpente idem fit. At ſenibus non contingit, niſi in ſtatibus peſtilentibus, aëre tabido, diris humoribus, in quibus plurimum talis morbus euagatur, qui excedens mediocritatem, in extremam caliditatem & humiditatem, conceptumq; calorem ad morbum pariter extendit, quia comitatur ſpiritum qui in cordis eſt binis uentriculis ad ſuam complexionem per cor medium. Deinde comitatur perducendo ſanguinem uniuerſum qui in arterijs, ad ſuum ſtatum. Cum ergo peſtilentiæ cauſam paucis & per uniuerſum tendentibus uerbis attigerimus, progrediendum iam eſt ad accommodata peſtilentiæ corpora.

De accommodatis peſtilentia corporibus. Cap. XI.

SVnt nimirum candida corpora, & humida, & corpulenta, multa obeſa carne, & rubra, peſſima ſi fuerint inſuper febribus capta continuis, ſanguinis eruptionibus, & ſanguinolentis affectionibus, & puſtulis, & lippitudinibus, oculorumq; ægritudinibus, & exanthematis, necnon ſi ueſcantur frequenti paſtu dulci, magisq; dactylis & melle, & ficubus, eisq; rerum ſpeciebus quæ denſæ ac dulces, melle confectis, uini potu multiplici, dulcis quoq; lactis uſus in tali affectione pernicioſus. At corpora tenuia, bilioſa, & arida, & calida, eulogiæ ſunt accommodata. Eulogium uerò ueteres nominarunt ſpeciem unam improbiorem inter duas, ſicut & à multis audio nominari, ſiquidem in Græcorum differentibus linguis, hæc appellatio non inuenitur. At philoſophus quidam ſua lingua Chaſpe nominauit, quæ dictio ſignificat quod per ſe. Puto autem quod ad hanc peſtilentiam ratione opus ſit, ita dici, quod ſi etiam inter ſe inuicem affectionibus differunt, cæterum etiam communicationem habent, ut nihil indecens. Nihil igitur eſt habens differentiam, quod etiam cõmunicationem non habeat. At ne tempus in nominum appellatione teramus, ſapiente iſtas differentias ſuo tempore explicante, ad noſtrum redeamus inſtitutum. Quod ſi forte peſtilentiam excuti etiam contingat & ex contrarijs unum euenit, ea pauca eſſe, aut perexigua & obſcura, aut admodum atrocia & pernicioſa, aut ſqualida & arida, tabidaq;, nec concocta. Alia tenuia corpora, & complexione frigida, minimè idonea duabus his ſpeciebus peſtilentiæ & eulogiæ. Si contingat, fit eneruis, cum febribus quidem continuis à principio ad finem uſque, præter ea moderata concocta, & pacata.

De tempo-

Digitized by Google

De tempore in quo utplurimum peſtilentia euagatur. Cap. III.

TEmpus autem in quo euagatur atq; affluit, huiuſmodi ſunt extremæ autumni partes, & ueris principiū. Cumq́; æſtas pluuioſa eſt, inuicemq́ue auſtri perſlarint, & cum hyems fuerit calida, uapida, & auſtrali ſtatu. Cum uerò fuerit æſtas uehemens caliditate, & ariditate, eſtq́; autumnus calidus & aridus. Poſtremo ſuccedente iugi pluuia, admittit eulogia ſibi idoneos, tenues inquam & calidos, & bilioſos, ac ſæpe quibuſdam in regionibus, habitatoribus, indigenis circumflua conſtitutione diſſolutis, tranſmutata ad peſtilens quiddam, illæſa perdurant corpora. At in conſtitutionibus frugalibus peſtilentia contabuerunt. Repente igitur prius obſeruandum cum cœperit explicari, & ad homines propius accedere, ſicut progrediens exarabo.

De ſignis inuectionis duarum ſpecierum peſtilentiæ. Cap IIII.

SIgna peſtilentiæ & eulogiæ euidēter acceſſionem demōſtrantia ſunt hæc: Species iſtas duas morbi, febris præit continua, dolor dorſi, naris pruritus, ſputa in ſomno. Hæc iſtorum præcipua ſunt ſigna, præſertim dorſi dolor, cum febre, cum his etiam languens toto corpore uerti uidetur. Præterea oſcitatio frequens, & pādiculatio, dolorq́; in gutture, & in thorace cū difficultate flatus, & tuſſi, & corporis ariditate, & inflāmatione, & ſputi craſſitate. Sūt etiam uoce rauca, cū capitis dolore, & capitis pulſibus atq; pōdere. Præterea grauiter ferunt, & uitāt fugitātes, & nauſeant, & immodeſti ſunt, niſi uomitus & tolerādi impauentia, & uitādi perſeuerantia, peſtilentiæ inſideat, aut eulogiæ. Veruntamē dorſi dolor, & corporis totius exæſtuatio & ardor, & conflagratio, & coloris rutilatio, magisq́; uehemētia ruboris iuguli, magis propria ſunt eulogiæ. Ideò cū hæc ſigna uideris, expedit quæ ſunt opportuniſſima magis inſpicere, ut eſt dorſi dolor. Sputa quidē cōtinuæ febris cognoſcere oportet eſſe principia peſtilentię, quāuis hæc ſint magis pcipua, dolor dorſi inquā, nec in peſtilētia afficiunt, nauſeare ſigna ſunt cōtraria, q̄a eulogia cōſtat è ſanguine bilioſo. At ſubmiſſa peſtilētia maiorē habet quantitatē utilis ſanguinis eius, qui eſt improbus & corruptus, & ob hoc in ipſa reſidet dorſi dolor, quoniā extenſæ ſunt uena & arteria inter bina oſſa cohęrentia ſcapulis. Memoranda intentio diligentiæ, & prouidentiæ ſimul, & uniuerſalis rationis. Primoq́; dicamus primam obſeruantiam, quomodo oporteat antequā appareant ſigna, extrudere, & poſteaquàm ſigna apparuerint, diſcernere ægritudinem. Secundo confeſtim exturbare. Tertio prouidere oculo & cilijs, & cypſelidibus, & quæ in naribus & gutture, & omnibus articulis ne contingat interlapſus improbus. Quarto confeſtim morbum concoquere ac digerere. Quinto cōfeſtim areſacere exanthemata. Sexto, q̄ pacto oporteat eijcere incruſtationes, & ſquamas, & teſtas. In ſeptimo, q̄ pacto obliterādæ delendæq́; cicatrices. In octauo, de uictu & nutrimento eorum qui peſte capti ſint. In nono, quomodo oporteat uentrem cuſtodire, ne plurimū effluat, & in perniciem tendat. In decimo, ſigna pacatorū, & pernicioſorū. Dicere aūt oportet in qualibet intentione rationē uniuerſalē conciſam, & idoneā. Oportet igitur adoleſcentibus exigere ſanguinē, & pueris, & iunioribus, qui necdū

peſti ſuccubuerunt, uel qui in leuem peſtilentiam inciderunt, facilem, & obſcuram, magis in prius expreſſis ſtatibus peſtilentibus antequàm exardeſcant, & morbi ſigna appareant. Detrahendus autem ſanguis eſt natis quatuordecim annos, minoribus autem admouendæ cucurbitulæ, refrigerandæq́ ſunt domus in quibus reclinantur, & cubant. Nutrimẽto utendum eſt, quod conditum ex omphacio ſit, & aceto maceratis, & congelatis, concretisq́, & omnino acetoſis, & epulis cum aceto & lactucatis, dato quoque aquam de fontibus limpidis, plurimumq́ frigidis, quæ ſit in niue refrigerata. Ea quoq́ frigida aſpergẽda domus, in qua mora eſt. Pro me quoq́ ipſis ſuo tempore acida mala, granata, eduliaq́ acida, & acerbos fructus, & acida mala citrea, & uuam prematuram, nempe omphaca, & ſycomora, & id genus alia. Quod ſi quis calidiorem nactus ſit complexionem, & exardeſcat, ſuccum aſſumat admodum decoctum, ut prius immittatur ei quarta pars ſucci acidi mali granati. Si minus exardeſcat, utatur matutino diluculo farinis cũ ſaccharo, ubi acidum ſit alimentum, & lente, & omphace, & in primis acidis malis granatis, quia hæc præ cæteris ſanguinem ſpiſſum reddunt, ac refrigerant, arcentq́, atq́ extrudunt peſtilentiam. Omni nanq́ tempore hic uictus confert ſtatibus peſtilentibus. Imminuit improbitatem phymatum, & ſtrangulantium affectionum, ac ut paucis colligam, cunctorum morborum de flaua bile naſcentium, & ſanguinolentorum ægritudinum. In meridie abluantur in aqua frigida, & in lauacris immerſentur, concedaturq́ natare, & ibidem ſeſe uolutare cogantur. Vitandum lac dulce, & uinum, dactyli, mel, & omnia dulcia, & calida cõdimenta, daucia, porcinæ carnes, datoq́ ipſis cum eorum fuerit calida complexio & humida, & corruptioni accommodata, calida & arida facilè ardent, & conflagrant. Tempus peſtilẽs & improbum, ex dictis agatur medicaminibus. Illis qui habent complexiones calidas & aridas exæſtuantes, utile eſt admouere olera frigida & humida, uelut maluam, colocyntham, blita, lapatha, & tetrangura. Prohibendi ſunt, ne prorſus ueſcãtur peponibus dulcibus, quod ſi forte ſumpſerint, capiant cum ipſo ſtatim ſuccum acidorum fructuum. Nutrito ipſos piſcibus, carne mollibus ex acido lacte, quod acidius & tanquam ex Creta ſanies, ab hoc ſapiente uiro Rhazæ nominatum Raip, corpulentorum, & alborum, & rubrorum complexioni adhibendum eſt refrigerans, & arefaciens alimentum, quod nobis ſit exploratum. Communes uerò ſint omnibus hæ tibi admonitiões, ut labore abſtineas, lauacro, Venere, motibus, uerſari ſub ſole, & in puluere, & aquam ſtantem potare. Abſtinendũ à fructibus humidis, & leguminibus à rubigine uitiatis, aut in tabidam putridamq́ affectionem actis, aut etiam humiditate repletis. Eorum cienda aluus eſt, & ſi eo fuerit opus, ſucco damaſcenorum, & ſero lactis, & ſaccharo. Arcendi uerò ſunt à ficubus, & uuis, quia ficus puſtulas gignunt, & congerunt ſuperfluitates intus, inde educunt manifeſtas ad corporis extrema puſtulas. At uua flatu ſanguinem imbuit, & in tumorem eleuat expeditum, isq́ ad ebulitionem ſit idoneus, ac ad ſpumationem. Quod ſi aër ſit admodum peſtilens, et tabidus ac improbus, ablue faciem perpetuò, iure ex roſis. Madefaciẽda ſudaria lintheaq́ huiuſce odoris rebus, & humidis ipſis olfacientibus, & admouen-

admouenda naribus. Hæc nanq; prouidentia diligentiaq; admodum utilis eſt in peſtilentijs & aëris ſtatibus corruptis, & euagãtibus morbis Deo adminiculante. Infantes nuper editi ſupra quintum menſem cucurbitulandi, lactendi cum fuerint corpulenti, candidi forma & rubri, uictus alimenti ſuggerendus in hiſce expertis uictibus. Transmutantibus autem nutrimenta dato ex dictis moderata præſenti ſtatui. Memoranda igitur ſanguinem denſum facientia medicamina, & refrigerantia, & prohibentia putredinem & perturbationem, Deo Max. Opt. opem ferente.

De præſeruatione à morbo antequàm appareant ſigna peſtilentiæ, & quomodo ſe habere oporteat, ne omnino conſtituatur, uel ne omnino ad immoderantiam procedat, poſteaq̃ ſigna apparuerint. Cap. V.

PRodeſt in totum omne acidum, ut acetum, & aceto cõditum, & lac acidũ, inuſtũ. Raip autem ab hoc ipſo ſapiente lingua eius uernacula dictum, cum bene fuerit inſolatũ, & citrea acida. His autem utiliora quæcunque acerbeſcunt, & acida ſunt, ut omphax & rhus Syriacus, & poma, & cydonia, & acida mala granata, & cuncta quæ ſua ſubſtantia pinguem reddũt ſanguinem, ut zizipha, & lentes, & corianum, & lactuca, capita papauerũ, intybumq;, ſtrychnum, ſpodium & pſyllium. Aliud medicamen pacans acceſſionẽ, ſanguinisq; tumultum ac febris, utile uerò eſt etiam iecori exuſto, excernitq; flauã bilem: Roſarum collectarũ hexagia 10, ſpodij hexagia 20, rhu Syriaci, & pſyllij, lentis purgatę, oxyacanthes, portulacæ, ſeminis codiæ albæ, & papaueris, aã. hexagia quinq;, ſantali albi hexagia 2. & medium, hæc ſuo tempore adhibe matutino tempore quantum oboli 2. cum uncijs quinq; ſucci acidi citrei, aut ſucci mali granati, aut omphacis, ac ſimilium. Adiuuat etiam oxyſacchar, hoc eſt, ex aceto ſacchar ita paratum, pars aceti acris, & partes duæ rhodoſtagmatis miſceantur, madefiant in his unciæ quinq; roſarum foliorum aridorum purgatorum, etiam unciæ duæ. Aegypti roſarũ, & uncia radicis fœniculi, humectentur ſintq; ad treis uſq; dies, & ita excocta cribrato, inde hoc modo immittito ſacchar duplum ad acetum, aut etiam triplum coctumq; in ſucco pſyllij trochiſcos efficito, & tempore proferas opportuno inſtante quantũ oboli tres cum uncia una explicati oxyſaccharis, adiuuat autem ad hanc ægritudinem uehementer medicamen ita confectum. Efficacius enim eſt, ut inſpeximus ſæpenumero, & experientia compertum eſt, niſi aliquid ab Indis cõpoſitum excedat quod à nobis confectum ſit. Ipſi nanq; Indi aiunt, ſi quiſpiam impinguarit apud nos ex fructibus confectis, iam exanthemata nouem edens aut decem, non redditũ iri, quod utiq; apud nos conficitˢ hoc pacto: Aceti ueteris acris librę 3. mali granati ſucci, & acidi mali citrei, & omphacis, oxyacãthes, ſucci ſycomori, aſperſionis rhu Syriaci, iuris ziziphi, aſperſionis lentis, & aſperſionis tarchi, ana libra 1. infecta in his tribus libris ſaccharis, & cocto quoad in ſubſtantiã peruenerit ſucci ex uiolis. Inde ſumito librã dimidiã ſpodij albi optimi, diſſoluito in mortario puro, deinde ita immitte ex cõfecto medicamine iam feruẽte, & cõtere piſtillo q̃ad diſſoluatˢ, & cõmiſceatur, ambo cõterantur ex angurijs reſectis, aut ex ligno hederaceo, niſi quod ſi ex angurijs diſſectis conteras melius eſt. Eo utere antequã

appareant

appareant ſigna peſtilentiæ, & cum ſigna apparuerint, ut nos admonebimus. Vtile id nimirũ eſt in omni ſanguinolenta & flaua bile abundante, & ſuffocatrice affectione, & puſtulis, & eiuſmodi malis. Hæc ipſa eſt antequã febris aduenıat prę cuſtodia peſtilentię. Expellit nanq; hęc ex accommodato ad extrudendũ, & inſuperabiles efficit eos qui his utuntur, uel ſimul difficulter ſuperabiles, ne prorſus mutatio ſit ſanguinis ad ſecundum ſtatum tempore breuiſſimo, cum tumultu, & feruore, & euentu lapſus neceſſariò in pericula, & metus. Sed confeſtim procedente tempore, & ultra quo fiat mutatio concoctionis non putredinis, & abſq; accidentibus euenientibus, & febribus periculoſis, & atrocibus, & pernicioſis, & ſanguinolentis affectionibus, quod contingere neceſſe eſt.

De cura peſtilentiæ. *Cap.* VI.

CVm autem euidenter contigerit febris, oſtentans ſigna peſtilẽtiæ, non eſt utendum uictibus his inconſiderate, ſed diſquirendum & definiendum, & mens diligenter adhibenda, quia quod ex hoc paratur ingens periculum eſt. Sanguine enim perturbato, & in tumorẽ eleuato, & prorſus aucto, naturaq; certãte ad extrudendũ excernẽdumq; omnia ſuperflua foras, ad aliaſq; corporis partes, ſi non pficit, neq; puenerit diligentia ad denſandũ & extinguendũ quę oportuit ante iniectionẽ, neceſſe eſt in acceſſionẽ uenire ſemel, bis, & ter, & tum non ſolum non erit naturã adiuuans, ſed etiã oppugnans, & obſiſtẽs eius actionibus. Neq; enim poſſibile eſt cum uehementer ferbuerit, & pturbata fuerit, ipſam pacari, niſi admodũ tutis plurimũ refrigerantibus, & ſanguinẽ denſantib. ut opio, cicuta, ſucco lactucę, & ſtrychni, & id genus alijs, niſi ſit huius curę intẽtio periculoſa, qa fortaſſis fiet omnino ſanguinis cõcretio, & inſitę, ingeniteq; caliditatis extinctio. Veruntamẽ niſi ſupfluè refrigeres, nõ poteris morbi feruorem extinguere. Et oppugnãdus alienus, & tabidus calor. At quę ſupra modũ refrigerãt, ſępenumero moderantiã excedũt, extinguuntq; inſitũ calorẽ. Subijcere itaq; tibi uolo q̃d non nullis medicis non perſpectũ eſt, alijs quidẽ ex inſcitia, alijs uerò ex ad artem parcitate, ne periculoſa tibi fiat in errore ſepulta cura.

Cura peſtilentiæ alia.

CVm igitur uideris ſigna peſtilentię, tenorem corporis, frequentem oſcitationem, dolorem dorſi, ruborem oculorum, uehementem capitis pulſum, & pulſum languentis, multumq; extumeſcentem, & ſuſpirantem multum, mores animę moleſtos, & urinã turbidã & rufam, tactumq; corporis mollem & calidum, cuiuſmodi ſunt lotorum, eſtq; languens corpulentus, & uictus plenitudine affluens, uenam ſeca, & ſanguinẽ detrahe ad deficientẽ uſq; animã, fuerit autem optimum detrahere ex medio ancone, aut ex ei hærentibus locis, q̃d ſi non appareat, ex uena intima, ac ſi etiam ipſa non appareat, ex craniaca. Satius tamẽ eſt ſi non inuenitur media, detrahere ex interiore poplite, quia tales uenę trahunt ſanguinẽ ex inteſtinis maioribus quę ſunt in aluo plus craniaca. Cum autẽ non ſunt hęc ſigna admodũ manifeſta niſi ualida, detrahe paucum ſanguinem, at cum minima, minimum, atq; ita profer ea quæ extinguant febrem, nempe frigida, ut in niue aquam, & euomenti rurſus cedo aquam, & cum uideris extingui quod placentur febricitantia,

bricitantia, acceſſeritq́ tactus corporis ad naturalem affectionem, habe talem diligentiam. Extrudes nimirum hinc prorſus tumultum peſtilentiæ, & acceſſionem, ualide utq; extinguentia & refrigerantia ſunt aqua in niue refrigerata, effuſim & largè data, quoad in aluo frigiditatē perſenſerit. Quod ſi poſtea febriciret & aduentarit æſtus, da ſecundo trium librarū pondere, aut etiā plus, datoq́ in hora dimidia. Quod ſi caliditas inflectatur, uenterq́ aqua redundarit, euomat priorē, & rurſus dato potum, & ſi uideas ſubijſſe aquam, ſudetq́ lāguens, urinamq́ citet, ſit tibi ſignū euidēs proximā eſſe ſanitatē. Quod ſi non ſubeat aqua, calorq́ tanq; attollens & rurſus augens, & exhibens ſicut erat, aut etiam plus, mitte aquā frigidā, deſcendeq́ ad extinguentia & pacātia medicamina, quæ etiam prius indicaui. Sin commodè habeat languens, & cōminuatur & purgetur morbus, adhibeto hoc pacto eductionem. Sin inter lapſuram uideas aduentantem improbam, & euitat, admodumq́ fert difficulter lāguens, & hęc moleſta continet, noris eſſe neceſſarium turbari & excitari peſtilentiam & eulogiam. Ideò expeditum ab huiuſmodi uictu abſiſtere, & ſtudere opem ferre naturæ ad excernendum & eiectandum ſuperflua, ut nunc ego ſubijciam.

Quomodo opem ferre naturæ conueniat ad expellendam peſtilentiam, ex corporis ſuperficie. Cap. VII.

FOueto ægrotantē indumentis, & reclinato in domo non nimis frigida induendo prius tuniculā plenā, uinciēdo circa collū tuto, atq; ita abſorbere aquā frigidā paulatim iube, magiſq́ cum febris multū cōcocta fuerit, nā frigida ſi paulatim abſorbeat, ſudorē elicit, & cōtendit, & adiuuat foras extrudere ſuꝑflua ad corporis ſuperficiē. Inde aquā feruentē immittendo aulis puris, adhibe unā aulā ante, & aliā pone ut reducat uapor per totū corpus, ꝑter ſolā faciē, ut rareſcat corpus atq; ita difflet ſuperfluitas. Flare aūt expedit languēti ſuauē aërē & frig. Ita ſanè ægritudinis curam habebimus, nec ſolū facilè extrudent ſuperflui, ſed etiā uires cuſtodieris, nec eſt inuenire aliud melius, & cōmodius hac diligētia. Expedit inſuꝑ refricari, & calefieri aqua calida, ut diximus, qa balnea et ciſternę, & ſpumę maris, moleſta tali ſunt affectiōi, calefaciūt nanq; immoderatè, uireſq́ diſtrahunt, ut exanimet ægrotus, ſyncope autē aduentante exercet in ſeſe, ac per ſe natura cunctaq́ alia floccifaciendo, tutus efficitur languens, præſertim ſi ualide & iugiter in ſyncopa exanimetur. Nec ullū eſt ſignū euidentiſſimū in hac parte abolitionis, uel alternatim deficientis animæ. Oſtēdit nanq; cohiberi & ſauciari uires. Ita uerò hoc facto fortaſſis has perturbabit ſuperfluitas, & extinguet. Non eſt igitur ſinenda humiditas poſt factā in corporis ſuperficie calefactionē, ſed abſtergenda diligēter, & arefacienda. Hęcq́ ſunt facilè extrudentia ſuperfluitates, cum debilis natura nō fuerit, atq; imbecillis, & redundantiæ craſſarum partium, & quæ difficulter excernatur. At cum fuerit febris mitior quodammodo, atq; pacatior, & languens afficitur, & difficulter fert, & difficulter excernitur peſtilentia, etiam cum tarditate, poſt quintum diem uti neceſſe eſt medicaminibus excludentibus. Hęc ſanè petulāter, ac proteruè proferenda non ſunt, ſed ſelectim, & cōſideranter, quēadmodū diximus, cum de extinguentibus loquebamur. Iam error in

hac parte

Digitized by Google

hac parte, licet non æqualis illi priori, ueruntamē ipſe quoq; ingens, ob hoc talibus non eſt incōſiderate utendum, ſed inſtandū priori diligentiæ, quamdiu tibi ſpes fuerit, quod ſecunda non egeat, præſertim ſi febris fuerit imbecilla, quemadmodum foris, ita & intus. Hoc plane cognoueris ex pulſu, & ſpiratione, ſi celeris non ſit, & magna, & denſa, & tanquam non in duplicē additionem, uel maiorem qualitas febris perueniet. Conſiderato autem, ſi etiam non in perniciem uehementia caliditatis abigat languentem. Quod profecto tibi erit manifeſtum, ſi compares præſentem febrem cum alijs febribus, quibus languens detentus affligebatur, uel alia aliqua languentis cōplexionem & habitum attenuans. Hæc ſi ita percurreris, liberabitur morbo lāguens. Vtere porro his, ſi inſpicias turbatum, & acceſſione uexatum, & ad ſuperficiem excretum, an clementer habeant pedes, an dein bene habeat pulſus & flatus. Nam ſi uideas cum tarditate excerni ad ſuperficiē corporis, uelisq; in tali affectione admouere admodum extinguentia, obſiſtere uideberis naturæ, & eius impedire actionem. Sin contigerit poſtea quæ extinguant affici languentē, & difficulter ferre, antequam hæc contingant, noris quod tibi erratum ſit. Sin etiam pulſus cordis adhuc, itidemq; delictū erit. Ideo ſtatim rarefacienda cutis, ut diximus, & proferendum in aqua calida decoctum marathrum, & apij ſemē, & quæcunq; mox indicabimus, ad expellendam peſtilentiam iuxta proportionem caliditatis imbecillæ, & calefactionis, at ſicut languentem inſpexeris, ſiue procliuiter fert augmētum huius, ſiue non, ut paulo ante tibi ſignificaui, utq; animaduertis, ita in hac parte facito: Ficus aridas liuentes 30. uuas aridas ſine interiore grano uncias duas mitte in aquam librarum trium, leniter ebulliat, quoad liqueſiant, & profer languenti ad libræ dimidium tribus prolationibus, foue prius indumentis calefaciendo, ut diximus. Aliud adhuc potentius: Semē apij, & fœniculi, & ex iure demonſtrato prius coquendo in teſta, quoad ius rubeſcat, & cribro purgando, profer quantitatis unciarum trium. Alterum ita compoſitum: Roſarum uerarum obolos tres, lentis expurgatæ obolos tres, ficus liuidas numero decem, uuas aridas albas, abſq; internis granulis obolos duos, tragacanthæ obolos duos, lachan purgati & abluti hexagia duo, marathri, & apij ſemin. ana obolos tres, aquę lib. duas, excoquito quoad peruenerit libra una, & cum defecaueris, potandum præbe quātum libræ dimidium cum xylococcorum 2. & mediam croci bis, aut etiam ter inurgēte neceſſitate. Iam prouidentiā memorabimus, in quibus prouidendū.

De prouidentia oculi & gutturis. Cap. VIII.

EXpedit cum ſigna peſtilentiæ apparuerint, oculi prius curam habere, deinde gutturis & naſi, ut nunc ego dicam. Forte compellemur & ir, & pelmatis, quia hęc dolere contingit, non mediocriter curam habere, quod difficulter excernatur peſtilentia, & propter pellis duriciem in eis locis, intinge oculum, ſimulatq; ſigna peſtilentiæ apparuerint, ex roſarum iure ſæpe, & poſtea faciem ablue aqua frigida ſæpe quotidie. & aſperge ex ipſo oculum, at ſi eſt peſtilentia mediocris & obſcura, ſufficiat tibi hæc diligentia tutelæ cauſa. Nam obſcura & mediocris peſtilentia, exiguamq; habens materiā, rarius exoritur in oculo, tum ſane admouēda ſunt

Digitized by Google

admodum ſtabilientia oculum, cum in principio uideris ingentē acceſſionem, & pruritum ingentem ciliorum, & ruborem oculorum, & quibuſdā in locis ruborem, quia neceſſe eſt proferre ex phymate in rubentibus locis, quæ ualidè ſtabiliant, roſarum inſtillationem cum rhoē Syriaco irrorato, aſperſoq́ꝫ. Quod ſi adhuc magis uelis roborare, conterito cecidia cum rhodoſtagmate, & clēmata, quæ tuniculæ interiores ſunt acidi mali granati, maſi, pinſito, aſpgito, cilia illinito, ex collyrijs cōpoſitis, ex glaucio & acacia, & aloē, æquis partibus, & quanta illorum ſit una, appone, & uelut partē decimā horum unius croci inſtilla, & ex hoc in oculū. Quod ſi uideas redundantē hanc eſſe materiā, & uehementē, & multum flauentis peſtilentiam, & moueris, eſſe neceſſarium educi in oculum, id omnino cognoueris, ex quibus perſpexeris, ut ruborem albuginis oculi, & inſolentiam, & excellentiam, & inſpicias intincta in ipſa ne quid protrudatur, ſed ſolum pacatum reddat, & redeat rurſus, quēadmodum erat prius, uel etiam uehementius, permitte ea & inſtillari ex pane confecta. Peſtilentia quæ adducta in adhærenti uiſum triſtitia non irritat. At quæ exorta eſt in ceratoide è regione oculi contra aſpectum conſtituitur, quo etiam uiſum abſcondit iuxta proportionem craſſitudinis & tenuitatis. Poſt id uerò proferre oportet ualidè purgantia & abſtergentia, ueluti ſignificabimus. Et forte perficient, aut non, nam ſi craſſa fuerint in corpore & dura, & in ſeneſcenti ætate, aut etiam ut plurimum effloruerit rhagoide inſtillato, ipſi ex oſtenſo collyrio, poſteaquàm ex ipſo crocum abſtuleris, & partem apponas ex hæmatito, ac ſepius in die inſtillato, & clementer reuincias oculum. Et hæc quidem te ſcire oportet ad oculi prouidentiam, deinde ita expedit curam habere gutturis & oris, ne pullulēt in ipſis phymata & puſtulæ, & ſpiritum prohibeant, quia ſæpe contingit in peſtilentia, ut languens in affectionem ſuffocantem perueniat, ideò oportet ante hoc adhibere diligentiam, nam cum affectio ſuffocationis aduenerit, neq; ſalutis ſpem habebimus, neq; curam. Oportet nanq; ſimul ac ſigna apparuerint peſtilentiæ, languentem gargarizare ſucco acidi mali granati, aut aſpergine rhois Syriaci, aut ſucco ſycomori, aut aliquibus eiuſmodi, ex quibus oſtēdimus fieri cum protulimus extinguentia. Quod ſi quippiam lædens non adſit, aqua pura frigida. Frequenter uerò in die id fiat, ut ex duobus ſit unum, aut prorſus non pullulabit quidpiam in gutture, aut per pauca fuerint pullulantia. Nam roborata talia loca fient minimè idonea ad excipiendas ſuperfluitates, & ex quibus iure fit ſuffocatio. Hæc planè ſunt euidentiora, quando cum alijs ſignis uoces fuerint raucidæ, & ſpirandi habuerint difficultatem, grauius raueſcant, morſumq́ꝫ in gutture habeant. Cum igitur hæc uideris impenſe ita facta poſt turbationem & acceſſionem totius peſtilentiæ, ſeca cranaicam uenam. Quod ſi læſionem ſolam adducit & non perniciem, neq; ſuſpexeris ægrum ſtrangulari, neq; uehementer conflagrare, profer ſuccum pſyllij & amygdalarum, & ſacchar, ita cōfecta, ſit pars una purgatarum amygdalarum, & partes duæ ſeminis colocynthid. & ſaccharis partes tres coquendo profer. Quod ſi uenter excernat, profer gummi Arabicum, & ſemen tetranguri, & cataſtatum, & ſuccum cydonij. Ita

Digitized by Google

curam habe articulorum, ne forte in ipſis pullulet peſtilentia immoderatá & atrox, & hæc abſumat & patefaciat oſſa, & tenantes, & cõiunctiones, & perinde aliquid admoueatur ad iſtorum, ut diximus, curam. Illinito hæc ſantalo, glaucio, bolo ammoniaco, & roſa, & aceto, & rhodoſtagmate. Il linito non admodum longè ab eis particulis, quod ſi plurimum pullulabunt cohibendo, effunde hæc in ipſo, & ne excedat aut proferatur tempus ſciendo periculum eſſe exceſſus in hac parte non contemnendum. Poſt id prouideto naſo & auri, ne putredo multa in ipſis exurgat, & languentem offendat, magisq́; ſi in aure pullularit. Expedit igitur leuigare marmor cum aceto, & collyrio confecto ex glaucio, & crocolyto, & in aurem immittere bis aut ter in die. Quod ſi in pelmatis quæ ſunt dorſa plantarum pedum, & fiet pullulatio, plurimum attere hæc ex oleo tepido in rigentibus, & calefacito in aqua calida. Si dolor non ceſſet, neq; procliuiter expellatur peſtilentia, contundendo ſeſamum purgatum, & madefaciendo in lacte, hæc loca illinito, & in lintheo ligato noctem perpetem, inde hæc aufer, & calefaciẽdo in aqua calida, illinito iterum, ac ſi uelis dactylos cõtundas, & in butyro irrigans illinito, aut in limo ſeminis ſeſami, quia hæc & talia cutem mollificant, & procliue reddunt excrementum peſtilentiæ, doloremq́; ſedant.

De celeri concoctione peſtilentiæ. Cap. IX.

MEmoremus itaque quæ celeriuſcule peſtilentiam concoquant. Cum uideris peſtilentiam cum pullularit ſero excoqui, & languentis affectionem benè habere, & flatum, & pulſum moderatum, & commodè habere languentem, tum expedire ſcito adminiculari, & quàm celerrimè concoquere. Sin uideas hæc ſcabra, quales ſunt uerrucæ, & languentis affectio non benè habet, ac in additamentum augmentumq́; malum tendat, ne moliaris opem ferre cõcoctioni, quia fieri non poteſt, pernicioſo exiſtente ſtatu pullulatus, ſin clemens ſit, calefacito in aqua calida ibidẽ excoctis chamæmelis, melilotis, althæa, uiolis & frumentaceis furfuribus, & in aula admoue, ut prius diximus. Abſtinendum autem eſt à principio, & hocce tempore à cunctis arefacientibus, & fumo, quoad concoctio fiet idonea, deinde detrectandum ab omnibus quæcunq; ſunt magna & immoderata, arefacitoq́; in ipſo fluxibile in putrido bambacio puro, fumumq́; admoueto exhalantem ex folliculo amygdalarum aridarum, aut myrti aridæ, uel roſæ foliorum aridorum, aut ſantali, aut irini foliorum, niſi quod roſæ folia in tempore æſtiuo ſunt meliora, quemadmodum in hyeme glechonis. Quod ſi ſuperfluat, immitte diſſolutam roſam, aut farinam oryzæ, aut farinam milij in lintheum tenue & rarum, inclinando languentem in ipſo. Si forte delicioſum fuerit languentis corpus, cubile facito ex lilio, & ſpargendo in ipſum lenimenta ex bolo & myrto confecta, inclinato. Quod ſi corporis pars fuerit lacera, ſpargito uerum lenimentum ex aloë, & thure, & crocolyto, & draconis ſanguine comparatum, & ſi per ſe diſrumpantur, ea arefacito, ſi minus ſolito ſale hoc pacto, olei uncia una, farcimen gangrænum hexagia 2. terendo diligenter, dein ita miſcendo æquè obſtrue, abſterge totum corpus in his

præter

præter lacera loca, exulceratis nanq; hæc medicamina non ſunt admouenda, ne ualidè dilacerent. Illiniendo autem ad horam unam, & ex aqua excoctum chryſobalano, & myrti cortice, & mali granati foliculo ablue, ac ſi conſumabunt iſta, eſto, ſin minus, capiendo bolum album, qui nequaq; habeat ruborem, & ueluti decimã partem farciminis gangræni diſſoluendo diligenter, cum obſtructione illinito, ac ad binas uſque horas ſinito, inde abluito.

Ad arefacienda concocta pestilentiæ. Cap. X.

CVm perfectè exaruerint, & reliquiæ in corpore permãſerint, conſiderato quæcunq; ſunt horum tenuia, & impenſe arida, & humiditatis expertia, & inſtilla in ipſis ſeſami oleum tepidum ſemel, & bis, & deinceps, q̃ad remolleſcat, & per ſeſe excoquatur. Hęc nimirum in facie non expedit in ipſis, ſed in piſtacino oleo. Sin humectationem habeant, clementer abrade abſq; aliquo oleo. Si uerò non admodum ſit humidum ſubter eiectam eſcharam, abſterge in marcido bambacio, ut dictum eſt. Quod ſi humidum ſit, ſparge lenimentum uerum capiendo myrrham, uel aloën, uel thus, uel horum aliqua, & diſſoluendo, & dilatando infunde ei, & magis ſi comminuta ſint, & uelut abſterſa, & ſine quoad pullularit altera cruſta, quoad plana æqualiaq; ſint corpori, & non abſterſa adhibe obſtructionem, & farcimẽ. Sin arida ſunt, ne adhibe quicquam, quoad per ſe exciderint.

Quo pacto oporteat purgare cruſtas, & eſcharas peſtilentiæ. Cap. XI.

IN duobus locis exoriuntur cicatrices, aut in corpore, aut in oculo. Oculus igitur caligat & albicat, corpus autem cuſtodit cicatricem, cum fuerit molle corpus & tenuis cutis. Vnde ſunt difficulter curabilia, tamen memoranda cicatricoſa, & putreſcentia. Sunt igitur nitrum, gangrænum, farcimen, tzapericum, adarce, cancer combuſtus, ſtruthium, nycteris, hæmatites, iarin, ſacchar exuſtum, limus aceti exuſtus, myrrha, muſcus, hæc optima ſunt ſi proferãtur poſt balnea, utere horum mollibus ad molliora corpora, & præſertim in mollibus & humidis corporibus.

Quomodo delendæ cicatrices ex oculo & toto corpore. Cap. XII.

AD eiiciendum alborem ex oculo, ſacchar, & ſtacocoletum. Alterum efficatius: Iarin oboli 7, myrrha, ſcordalazarum, harmoniacum, ſtacocoletum, ana hexagia 2, adarcen, & nitrum panem, ana obolos 2, amorum obolos 7, mameram obolos 7, excoquantur in aqua libra una, uel etiam plus quoad liqueſcant, & craſſeſcat aqua, deinde diſſoluito in ebeno, quoad capiant concretionem, & ſuo tempore in melio adhibe oculo. Poſt id effunde mollia lenimenta. At ſi uideas rubeſcere oculum, ſinito hanc curam, & reiice in aliud tempus, quia admodũ ualida eſt, & rurſus admoue. At cicatrizãtia totum corpus ſunt hęc, lithargyrus exalbatus, radix arida calami, oſſa diſſecta, ſantali ſegmenta, coſtorrhizum, ſtacocoletum, amygdala amara, carpobalſamum, raphani ſemen, peponis ſemen, farina fabacia, & oryzæ, & lupinorum, & phaſeolorum, hæc omnia coquẽdo ex aqua inſperſa oryza, aut ex ſucco & illiniendo, cõtere.

Digitized by Google

Aliud.

FArinæ fabæ & ciceraceæ ana, oboli 2, ſemen peponis oboli 3, lithargyrum exuſtum hexagij dimidium, radicis calamorum aridorum hexagia 2. Hæc omnia ex ſucco diſſoluendo illine alternatim, uel per balnea uel poſteaquàm euaporatus, & calefactus fuerit æger, in aulis plenis aqua calida. Quod ſi etiam lotus fuerit, excoquantur aqua calida cortex peponis & uiolæ aridæ, & pityrum, & cicer, & contere diligenter. Alterum adhuc potētius, farinæ fabaceæ oboli 3, piperis obolus, cardami ſeminis oboli 2, lithargyri exalbati oboli 2, immitte etiam radiculæ ſuccum, illinito, & hæc quidem ſunt cicatricoſa. Quod etiam ſi delere uelis cauitatē, & æquale corpus efficere, adhibe ſaginantia, & iugiter ablue, & diligenter frica.

De uictu & alimento eorum qui capti ſint peſtilentia. Cap. XIII.

EXpedit igitur his exhibere ius diligenter excoctum, ſi febris pacata quodammodo & mitigata, & uenter non excernit cum gratia. Si uerò uehemēs fuerit calor, & uenter fluat, immitte & dimidium ius mali granati cum grano ipſius contrito. Veruntamen uita internas tunicas malorum Punicorum, & cartilagines, utpote ſubigentes. Quod ſi uigilax eſt languens, immitte etiam ius ptiſanæ, & ferè horum dimidium codij. Quod ſi multum excernit uenter, equalia iuris ſint & ptiſanę, itidem æque & granum acidi mali granati & codij, hæc coquendo, aut ſubito profer purum, aut cum ſpodio, ſin cogantur quod uenter ſit admodum diſſolutus, utere demonſtratis medicaminibus. Enimuero etiam ius cōmixtum ſucco acidi mali Punici iuuat peſtilentē, præſertim captum eulogia. At colocynthes ſuccus, & peponis Indici, & tetranguri, & ſuccus pſyllij, et quę talia, gignunt pituitas prontas & illita, plus tamen eulogiā adiuuant quā peſtilentiam, niſi quis improbitate peſtilentiæ conſidat, & ualida caliditas cum uigilantia. Clementer uerò delatæ peſtilentię non expedit petulanter hæc proferre, quia hæc perimunt morbi tempus, ipſumq́ non excoqui ſinunt. Ideò iuxta proportionem morbi, & ad inſpectas affectiones redire oportet, nam peſtilentiæ ex humiditate factæ & incenſę à caliditate putrę facta, oportet exhibere cum refrigerantibus arefacientia & denſantia, ut ſuccum mali granati acidi, & omphacis, & id genus alia. At eulogiæ conſtitutæ ex bile admodum imperitante in ſanguine, exhibere confert cum refrigerantibus humectantia, ut cohibeatur corruptus ſanguis in eulogiā habentis. Aſſimilatur uerò ſtanti aquæ, & excretam tabem habēti, & diſſlanti tenuitatem ſole coquente, & exugente. Hæc in magnam uitioſitatē acto in aqua concreta pluuia, uel etiam confluenti, & potu tranſmutato & uendicato. Iuuat autem peſtilentia affectum, & farina ſubacta cum ſacchare, tam ad cohibitionem, quàm motum uētris, & ad auctionem caliditatis, & imminutionem. Succus tamen melior eſt peſtilentibus, quia procliuiter ingreditur, & confert gutturi & thoraci. Et iuxta proportionem facit, poſteaquàm noueris quod ſuccus conferat capto eulogia, aut peſtilentia, niſi ſit quæpiam admodum atrox peſtilentia. Si ita habeat, adhibe purgatam lentem cum ſucco mali Punici acidi. Iuuat autem hos etiam farina lentis cum aqua frigida. Noris etiam id aquam frigidam conferre eulogia captis,

& minus

Digitized by Google

& minus periculoſum eſt his, quàm peſtilentia affectis, & caſus improbus his non aduenit ex aquæ uſu. Veruntamen cum uideris peſtilentem arden tem admodum, & denſe flantem, & pulſitantem, utere diligenter extin/ guentibus. Sin parum, utere paruis, ſin multum, multo utere. Volucrem ne dederis comedendam, quo ad ipſis redierit pulſus, & flatus ad natura/ lem affectionem, et exareſcant, et excidant ſquamæ.

De diligentia uentris aſtricti in peſtilentia. Cap. XIIII.

VEnter utplurimum excernit in hoc ſeneſcente morbo, magiſq; in eulogia. Verendum igitur hæc proferre, quæ ſubducant ad mor bum uſq;. Et ſi quãmaximè arida fuerint, ſi opus ſit in principio, & ſeneſcente morbo profer. Alterum quidem ob excedentem caliditatem, & capitis pulſum, alterum autem, ut natura leuetur onere, & morbi materia minuatur, cum uenter plurimum coartatur, & aſtringitur. Idq; coniectaueris omnino, ſi corpus ſpectas ante ſanguinis detractionẽ, aut poſt detractum ſanguinem, ſubmiſſum & inualidum, ſed turgentem et erumpentem, & exceptum cum albore & rubore leui, & febris imbecilli/ tate, ſitq; pulſus undoſus. Si hæc omnia conuenient, opus non erit ſangui/ nis detractione, ſed humiditatis ſolius eductione. Hæc cum apparuerint, ſigna ſunt, & corpulẽtia ſcateat, & pallidus, & rubore carens, et febris im becilla, tunc confert chryſobalanum ſolum excoctum cum ſacchare, & ſucco mali granati acidi contuſi cum ipſius tuniculis, quia hæc duo medi/ camina auferunt multam humiditatem corporis citra aliquam caloris ex/ citationem, impenſiuſq; mali granati ſuccus. Eis autem qui lapſi in eulogi am fuerint, profer ſuccum Damaſcenum humidum cum iolepo. Tricymi/ num autem ne ſuperimponas epithema, quia in huiuſmodi ægritudinibus hæc oſtendunt quæcunque ex melle complexione calidiores, & humecti/ ores. Nam oblædunt & uellicant languentẽ, nauſeamq; intendunt. Quem admodum confert ſanguinis detractio talibus, quia pacari aliter ſpes non eſt. Vnum quidem quod leuetur, fiatq; leuior natura ex affluentia, & ne ha beamus ſuſpicionem, ne æger ſuffocetur. Alterum, quod auferatur plenitu do & tenor uenarum, & arteriarum, factus neceſſariò poſt atroces caſus. Ita nimirum excernere oportet in principio eulogiæ humorem aliquem bi lioſum plurimum redundantem, dein ita admouere extinguentia commo/ dè. Hinc utique cognoueris, cum uideris ualidam inflammationem, & o/ ris amaritudinem, & uomitum. At cum hæc non ſunt, cognoueris non eſſe quantitatem multam, at cum differens erit, & ex ſiti fuerit æger, neque excernat per uomitum, eſt minus atrox iuxta proportionem, & ad calefa ctionem uentris in principio harum duarum ægritudinum. Cum uerò ueri ter excreuerit, pro ſucco profer farinam, cum his coquendo etiam fari/ nam mali granati acidi. Appone cum his & pauculum gummi Arabici, & ſpodium, terendo prius diligenter ut teſtam. Roſam ſelectam ueram, ſpo/ dium, citrei acorem, pſyllij ſemen, rhun Syriacum, oxyacantham, paucu/ lum gummi, Arabicum bolum, corticem papaueris, codium dictum, ex

omnibus æquè & domeſticam roſam, hepyorodum, ut ſit pars eorum dimidia, & bina hexagia profer, ſuccum cydonij ſimplicis & acidi. Quod ſi adhuc ſubducitur uenter, et hæc non aſtringunt, profer Rhaipi, hoc eſt, feculentum acidi lactis, cum toſto pane, & pauculo gummi Arabico, quia ut plurimum pluribus uentris aduenit profluuium, & perinde inſpectis affectionibus curas profer.

De clementibus & atrocibus peſtilentijs. Cap. XV.

TEmpus igitur iam commonet, ut de clementibus & atrocibus dicamus peſtilentijs. Hæ binæ ægritudines, quæ ſunt acutorum morborum, hac de cauſa communia ſigna præoccupant, perniciosas inquam ægritudines, & clementes, ut animæ mors, & confirmatam habere animi ſententiam, & commodè ſpirare, nec non gaudibundè & exultanter concupiſcere manſa cibaria, & facilè & procliuiter moueri, & pulſum benè habere, & ægrum morbum contemnere, & benè procumbere, & ſenſim in ſomno circumuolutari, & id genus alia, ex bonis ſignis & contrarijs, quorum pauca quædam in hac tota compoſitione ſignificauimus. At peculiaria binarum ægritudinum hæc ſunt, alba peſtilentiæ excrementa, & calida, & ingentia, & diſtributa. Et pauca iuxta menſuram, & facilè excreta, citra largam febrem, utq; abſit mœror, & ægreferendi labor. Et cum ceſſauerit æger excernere ex cunctis morbis, & cum poſt omnifariam pullulationem ceſſauerit, & prorſus etiam conquieſcit æger, nullo reliquo immanente aut perturbante affectu, mitiorem ac minorem delapſum habet, & peralba & magna, licet ſint multiplicia & collecta, non ſolum ſi facilè excernuntur, & ſi poſt excretionem procliuiter habuerit æger, neq; mœret, neq; caliditate redundarit, etiam hę ſunt clementes ægritudines. Si uerò albæ ſint, & facilè excernuntur, etiam poſt excretionem non facilè æger habet. Mediocriter quodammodo habent, & in utrunq; momentum in lance ſunt ancipiti, nam improba cãdida cum fuerint continua, & alia in alijs, & cum explanantur, ut horum multa ſint unum. Et cum circulus horum regionem multam cohibuerit ex circumme ante corpore, & ſpecies uelut pinguedinis & adipis, & admodum parua alba, uelut uerrucæ humore uacua ſunt improba, & eatenus quatenus difficulter quoq; excoquuntur. Impenſiusq; ſi difficulter ferat ęger poſt excretionem. Quod ſi etiam perduret moroſitas & affectio lãguentis tantum, ut ad extremam perueniat excretionem, eſt pernicioſum, quæ autem uiridia & uiolacea, & nigra, cuncta pernicioſa. Quod ſi cum his contingat nauſeare ægrum, & corde laborare, adhuc deterius ac ad interitum procliuius. Quod ſi febris augeatur poſt excretionem, peſtilentia eſt atrox, ſi uerò purgatur, eſt clemens morbus. At peſtilẽtia ex ſecundo reſuſcitata, copiam arguit materiæ, ac ſi eſt generis clementis, ſpes eſt ſalutis, ſin atrocis, metus eſt atq; ſuſpicio interitus. Clemẽtior utiq; eſt eulogia, quę non habet ruborem ualidum. At pallida, pernicioſa, ut uiridia & uiolacea, pernicioſa. Et cum duæ ſpecies hæ uelut abſterſæ, & non apparentes, ac obſcuræ,

Digitized by Google

ſcuræ,& rurſus immittentes perniciem. Cum uerò contigerit in his etiam nauſeare & mœrere, conſequatur illicò ſyncope neceſſe eſt, atrox et celeris, niſi quicquam ſit ex reliquijs. Cum autem pullularit peſtilentia, à qua ardor ſuccēdatur, ex primo inquam die, noris tum facilimè moueri et exuſcitari. Sin ad tertium uſque peruenerit, imbecilla fuerit, ſi in diebus criſimis pullulabit, inter clementes eſt deputanda, magisq́ ſi erit diu æger affluens in ea. Rurſusq́ cum incœperit peſtilentia contineri, et late profundi, atque explicari largius, et æger uehementer mœrere, & turget uenter, mors proxima eſt. Cum uerò hæ duæ ægritudines aliquando quidem euaneſcunt, aliquando autem comparent, et mœret uſquequaq́ æger, ſunt perniciosa. Et ſi utcunq́ etiam contigerit, in colore, niſi rariuſcule in albis inſpiciantur delirium et mœſtitia. Cum uerò paſſim peſtilentiæ contigerit uehemens dolor in brachio aut manu, aut in parte alia, et ſubuiridis, uel ater apparuerit ægrotantis loci color, et ſuccumbant uires, et augeatur dolor, eſt perniciosa. Sin uires robuſtæ conſeruentur, niſi cum ad tabem peruenit pars languida. Sin æger aliquantulum ſit ualentulus, & contineas ipſum à principio, iuuabis plurimum, & à putredine liberabis, quia non expedit in talibus affectionibus membro admouere refrigerantia, ſed è duobus alterum facere, aut utendum ſciſſionibus ac lacerationibus, ut diximus, aut in aqua calida exhauriendus, cum inſpexeris ægrotantem paſſim procliuiter habere. Memorauimus deniq́ cauſas et morbi accidentia, et curæ eius cuſtodiam in primis habendam, reliquum nunc eſt, ut dicēdi finem faciamus.

ABVB. RHAZAE LIB. DE PESTILENTIA AD MANSOREM FINIS.

IN LIBRVM DIVISIONVM PRAEFATIO.

PERSCRVTATI ſumus diligenter, ac penitius etiam diſcuſſimus in præſentiarum uiri cuiuſpiam, neque improbi, neque ineruditi ſententiam ſuper morborum quum diſtinctiōibus tum curandi ipſorum methodo, eoq́ uiſum eſt nobis de eadem re librum conſcribere, cuius uſus et commoditas foret communis pluribus, ut qui eadem ſollicitius perpendere, et talibus uti, uoluerint, plures habeant ad quos confugiant ſcopos, et quoniam inde fructum maximum, et ſummam utilitatem eiuſmodi ſtudiorum candidatis emergere. Deo itaq́ Opt. Max. ſupplicamus, ut operi huic noſtro diuina ope adeſſe non dedignetur, ut quæ tradimus, nihil à recto ueritatis tramite aberrent. Sed diuina, ut aiunt, uirgula, cuncta quæ ſibi uidētur, et ad gloriam ſuam comprimis faciunt, ac ſuppeditentur, quum unicus ſit noſter et gubernator et ſeruator. Cæterum uniuerſam hanc præſcriptionem et doctrinam in Capita, quemadmodum et Libros ad Regem Manſorem, nempe centum et quinquaginta nouem hoc pacto partiti ſumus.

Digitized by Google

CAPITA LIBRI DIVISIONVM.

DE capillorum uitio, quæ ἀλωπεκία uocatur	Cap.	I.
De capillorum defluuio	Cap.	II.
De dolore capitis	Cap.	III.
De hemicrania	Cap.	IIII.
De uertigine	Cap.	V.
De birſen, id eſt, lethargo et phrenitide	Cap.	VI.
De epilepſia	Cap.	VII.
De incubo	Cap.	VIII.
De melancholia	Cap.	IX.
De cutubut	Cap.	X.
De amore	Cap.	XI.
De apoplexia	Cap.	XII.
De paralyſi	Cap.	XIII.
De tortura	Cap.	XIIII.
De ſtupore	Cap.	XV.
De tremore	Cap.	XVI.
De ſpaſmo	Cap.	XVII.
De κορύζα	Cap.	XVIII.
De ophthalmia	Cap.	XIX.
De ulceribus in oculo	Cap.	XX.
De albugine in oculo	Cap.	XXI.
De ſcabie oculorum	Cap.	XXII.
De ſebel, id eſt, rubore	Cap.	XXIII.
De ſilac, id eſt, rubore in palpebra	Cap.	XXIIII.
De ungula	Cap.	XXV.
De reſudatione	Cap.	XXVI.
De caſu palpebrarum	Cap.	XXVII.
De tarfati	Cap.	XXVIII.
De debilitate uiſus	Cap.	XXIX.
De pilis inuerſis	Cap.	XXX.
De aqua deſcendente in oculo	Cap.	XXXI.
De pano	Cap.	XXXII.
De alintiſar	Cap.	XXXIII.
De garab in oculo	Cap.	XXXIIII.
De pediculis in oculo	Cap.	XXXV.
De hordeolo	Cap.	XXXVI.
De dolore in aure	Cap.	XXXVII.
De ſonitu et tinnitu	Cap.	XXXVIII.
De taras, id eſt, ſurditate	Cap.	XXXIX.
De fluxu ſanguinis narium	Cap.	XL.
De ulceribus in naſo	Cap.	XLI.

Digitized by Google

De fiſtula polypi naſi	Cap.	XLII.
De alcaſeni, id eſt, amiſſione odoratus	Cap.	XLIII.
De fœtore in naſo	Cap.	XLIIII.
De dolore in dentibus	Cap.	XLV.
De concauatione et corroſione gingiuę	Cap.	XLVI.
De fœtore oris	Cap.	XLVII.
De alcola, id eſt, bothor et paruis puſtulis in ore	Cap.	XLVIII.
De caſu uuulę	Cap.	XLIX.
De ægritudinibus linguę	Cap.	L.
De angina	Cap.	LI.
De tuſſi	Cap.	LII.
De ſputo et uomitu ſanguinis	Cap.	LIII.
De pleureſi	Cap.	LIIII.
De phthiſi	Cap.	LV.
De peripneumonia	Cap.	LVI.
De dyſpnœa	Cap.	LVII.
De ægritudinibus cordis	Cap.	LVIII.
De ægritudinibus ſtomachi	Cap.	LIX.
De cholerica paſſione	Cap.	LX.
De eructuatione	Cap.	LXI.
De ſingultu	Cap.	LXII.
De ægritudinibus hepatis	Cap.	LXIII.
De icteritia	Cap.	LXIIII.
De hydropiſi	Cap.	LXV.
De ægritudinibus ſplenis	Cap.	LXVI.
De fluxu uentris	Cap.	LXVII.
De excoriatione, teneſmon, et ſimilibus	Cap.	LXVIII.
De colica	Cap.	LXIX.
De ægritudinibus renum	Cap.	LXX.
De retentione urinę	Cap.	LXXI.
De fluxu urinę inuoluntario	Cap.	LXXII.
De diſtillatione urinę	Cap.	LXXIII.
De aduſtione urinę	Cap.	LXXIIII.
De lapide in ueſica	Cap.	LXXV.
De ſcabie ueſicę	Cap.	LXXVI.
De apoſtemate ueſicę	Cap.	LXXVII.
De ulceribus in ueſica intra uirgam et renes	Cap.	LXXVIII.
De diminutione coitus	Cap.	LXXIX.
De nocumento ex multitudine coitus	Cap.	LXXX.
De erectione aſſidua	Cap.	LXXXI.
De ægritudinibus matricis	Cap.	LXXXII.
De fluxu menſtruorum	Cap.	LXXXIII.
De ulceribus matricis, uirgę, ueſicę, et teſticulorum	Cap.	LXXXIIII.

De apoſtemate

Digitized by Google

De apoſtemate matricis	Cap.	LXXXV.
De cancro matricis	Cap.	LXXXVI.
De mola matricis	Cap.	LXXXVII.
De præfocatione matricis	Cap.	LXXXVIII.
De difficultate impraegnationis	Cap.	LXXXIX.
De ſterilitate	Cap.	XC.
De his quę prohibent imprægnationem	Cap.	XCI.
De his quę facilem partum efficiunt, educunt ſecundinam, et egredi faciunt fœtum	Cap.	XCII.
De exitu matricis, ani, et umbilici	Cap.	XCIII.
De ſignis impręgnationis	Cap.	XCIIII.
De ſignis maſculi fœtus, et fœminę	Cap.	XCV.
De ægritudinibus ani	Cap.	XCVI.
De fiſtulis in ano, et in omnibus locis quę effundunt ſanguinem	Cap.	XCVII.
De eruptione uenarum in ano	Cap.	XCVIII.
De mollificatione ani	Cap.	XCIX.
De uermibus ani	Cap.	C.
De hernia et ruptura, et apoſtematibus quę fiunt in teſticulis	Cap.	CI.
De podagra et doloribus iuncturarum	Cap.	CII.
De ἰσχιὰ et dolore iuncturæ anchæ	Cap.	CIII.
De dolore dorſi	Cap.	CIIII.
De gibboſitate et uentoſitatibus	Cap.	CV.
De uaricibus	Cap.	CVI.
De elephantia	Cap.	CVII.
De decoratione corporis	Cap.	CVIII.
De furfure in capite	Cap.	CIX.
De paruis puſtulis in capite	Cap.	CX.
De rectificatione coloris	Cap.	CXI.
De pano faciei	Cap.	CXII.
De lentiginibus et baras	Cap.	CXIII.
De ueſtigijs uariolarum	Cap.	CXIIII.
De ueſtigijs percuſſionis	Cap.	CXV.
De algoſi	Cap.	CXVI.
De impetigine	Cap.	CXVII.
De morphea	Cap.	CXVIII.
De baras	Cap.	CXIX.
De lepra	Cap.	CXX.
De pruritu et ſcabie	Cap.	CXXI.
De ſare	Cap.	CXXII.
De aſaſi	Cap.	CXXIII.
De uerruca	Cap.	CXXIIII.
De rhagadijs in facie, labijs, pedibus, et palmis	Cap.	CXXV.

De apoſtematibus

Digitized by Google

De apoſtematibus calidis	Cap.	CXXVI.
De apoſtematibus frigidis	Cap.	CXXVII.
De cancro	Cap.	CXXVIII.
De ſcrophulis	Cap.	CXXIX.
De nodis	Cap.	CXXX.
De adememil	Cap.	CXXXI.
De exituris	Cap.	CXXXII.
De ueſicis, formica milliari & igne perſico	Cap.	CXXXIII.
De herpete eſtiomeno	Cap.	CXXXIIII.
De antrace	Cap.	CXXXV.
De aduſtione ignis	Cap.	CXXXVI.
De panaricijs	Cap.	CXXXVII.
De cura ulcerum & uulnerum recentium, putridorum & antiquorum	Cap.	CXXXVIII.
De fluxu ſanguinis ex uulnere	Cap.	CXXXIX.
De cura algebræ dislocationis & fracturæ	Cap.	CXL.
De animalibus pungentibus & mordentibus, & de uenenis	Cap.	CXLI.
De accidentibus malis ex laxatiuis & uomitibus, & quod habeant purgare, & quibus ſit utendum	Cap.	CXLII.
De aloë	Cap.	CXLIII.
De turpetho	Cap.	CXLIIII.
De febribus ephimeris	Cap.	CXLV.
De febre putrida	Cap.	CXLVI.
De ſignis proprijs Tertianę	Cap.	CXLVII.
De ſignis inſeparabilibus Tertianę	Cap.	CXLVIII.
De ſinocho	Cap.	CXLIX.
De ſignis neceſſitatis dandi in potu aquam frigidam	Cap.	CL.
De phlegmatica febre periodica	Cap.	CLI.
De ſignis phlegmaticę continuę	Cap.	CLII.
De Quartana periodica	Cap.	CLIII.
De ſignis Quartanę continuę	Cap.	CLIIII.
De febribus quæ paroxyſmant in quinta & ſexta die	Cap.	CLV.
De febribus compoſitis	Cap.	CLVI.
De horripilatione ſine febre	Cap.	CLVII.
De febre ex peſtilentia	Cap.	CLVIII.
De uariolis & morbillis	Cap.	CLIX.

FINIS CAPITVM.

ABVBETRI

Digitized by Google

ABVBETRI RHA ZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE IN ſignis Medici liber Diuiſionum unus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Interprete.

De capillorum uitio, quæ ἀλωπεκία uocatur. Cap. I.

¶ Tyria.

PRIMVM itaq; caput de Alopecia agit, quæ profluuium exiſtit capillorum † & tinea. Gignitur ex pituita ſalſa aduſta. Signa eius ſunt: Laborans eſt albi coloris, delicati corporis, cutis nudæ, mollis, & eſt ex illis qui iam multum ſunt uſi cibis frigidis & humidis cum niue, communicat ei albedo coloris cutis cum caſu capillorum ab ea. Et eius curatio eſt ut ſoluatur, habens eam cum Hiera Ruphi, aut Hiera picra, cuius doſis ſit drach. tres, aut ſumatur colocynthidis interioris tertia denarij unius pars, aloës, turbith amborũ drach. 1, bdellij, zingiberis, maſtiches añ. ſexta drach. 1, fiat ſolutio cum eo aliquotiens, & euomat poſt repletionem cibi ſumpto ſyropo acetoſo, & aqua calida, poſtquàm ſit cocta in ea raphanus, ſinapi, ſicla & anethum: Aut ſumatur anethi manipulus 1, bulliat in tribus libris aquę, donec diſſoluatur anethum & rubeat aqua, & coletur aqua ex eo, & ponatur in omni lib. ℥. 1, mellis cum eſt calida, & moueatur donec diſſoluatur, & bibat ex ea cum eſt calida lib. s. Si ergo uomuerit ex ea, bonum, ſi non, bibat iterum aliam lib. s. Quod ſi ne ſic quidem, ſumatur condyſi, thuris añ. drach. 1, baurach drach. 3. diſſoluãtur omnia in lib. s. huius aquę cum quarta drach. 1, ſalis nigri, & bibatur. Et fit etiam ex ſanguine in quo multiplicata eſt bilis citrina, & ſigna eius ſunt citrinitas coloris, extenuatio corporis, & quia infirmus eſt aſſiduè uſus cibis calidis. Et cura eius eſt comedere cibos frigidos, & balneatio aſſidua cum aqua dulci, tepida, abſq; longitudine ſeſſionis in ea, & potare aquam caſei cum ſcammo aut ſcãmoneę quarta drach. 1, in ſex ſextarijs, & quarta lactis acetoſi. Et fit ex bile nigra. Et ſigna eius ſunt, nigredo corporis, & attenuatio eius, ſiccitas ipſius, & quod habens eam, uſus eſt eis quæ generãt melancholiã, ſicut lentibus, carne ſalita, ſale, & qui plurimo uſus eſt labore. Et cura eius eſt, ut ſumat in potu decoctionem epithymi aliquotiens, & de his pilulis: Recipe epithymi, polypodij añ. drach. 10, agarici drach. 5, interioris colocynthidæ drach. 1, & s. ſalis naptici drach. 1, garyophyllorum drach. 1. Formentur pilulæ, quarum doſis, ſit drach. 2, & s. Significationes per colorẽ uerò cutis, in his duabus ſpeciebus ſunt debiles, & propriè in cholerica, quoniam in his duabus ſpeciebus eas præcedit icteritia, & omnes quidem ſpecies alopeciæ indigent poſt purgationem & æquationem corporis, cum cibo contrario humori generanti ægritudinem, eis quibus locus curetur. Et loci quidem curatio eſt duarum ſpecierum,

cierum,quarum una eſt,habentium leuia corpora, ſicut infantes & eunuchi, & mulieres, & illi quorum cutes ſunt albæ nudæ. Curetur ergo fricatione facta cum panno aſpero,donec rubeat cutis, poſtquàm pili abraſi fuerint, & ſi rubet fricatiõe parua, tunc eſt facilis curationis, & ſi non, niſi poſt fricationem plurimam,tunc eſt difficilis ſanationis. Et cõſidera medicamen quod ponis ſuper caput eius, & ſi uideris ipſum calefacere pluſquàm oporteat,ſtringe acuitatem eius & permuta ipſum cum aliquo. Et curatio huius ægritudinis quæ eſt incipiens,facilis eſt curatu cum medicamine debili. Et quæ antiqua eſt,cũ medicamine forti. Deinde fricetur cum cepa,quæ comeditur, aut cum cepa narciſſi, & liniatur deſuper medicamine,cuius deſcriptio hæc eſt: Recipe cinerem corticum auellanarum,amygdalas amaras aduſtas cum corticibus ſuis,frixentur in ſartagine, donec adurantur & terantur, deinde aggregentur cum oleo & liniatur cum eis. Et alia eſt habentium corpora nigra, aſperę cutis, fortium pilorum, ad quæ curanda miſceatur cum iſtis ſicut quarta eorum ſulphuris, & ſexta ipſorum,gummi,rutæ, & utriuſq; ſpeciebus quando ulcerantur,aut proximè fuerint ut ulcerentur,fiat deſuper unctio cum unguento de ceruſſa,donec ſedetur,deinde iteretur.

Capitis epithemata conſideranda.

De capillorum defluuio. *Cap.* II.

ET defluuium capillorum fit ex diminutione nutrimenti, aut ex corruptione humorum,aut ex dilatatiõe pororum. Et ſigna eius ſunt, quoniam corpus eſt ſiccum,extenuatum. Et cura eius eſt,dilatatio in cibo, & additio in ſomno, & balneo, & potio uini rubei craſſi. Et fit ex ſpiſſitudine cutis. Et ſigna eius ſunt, quoniam ſunt pilorum radices cum tenduntur fortes, & non egredientes uelociter, & ſunt pili uehementis craſſitudinis & nigredinis,declinantes ad criſpitudinem. Et curatio eius eſt balneum aſſiduum, & inunctio cum oleo chamæmelino, & liniri ex epithematibus alopeciæ, ſicut amygdalis amaris & ſcheha aduſtis cum ſpuma maris,aggregentur cum oleo, & liniatur ex eo caput. Et fit ex mollitie cutis capitis. Et ſigna eius ſunt, paruitas capillorum, & ſubtilitas eorum, & uelocitas caſus. Et curatio eius eſt,oleum myrtinum, & oleum arboris maſtiches cum ladano,quo radices pilorum lineantur, & eſt leue, & fiat iſtud poſtquàm pili abraduntur, & fortius iſto eſt, ut diſſoluatur pondus drach.3, acaciæ drach.3, ladani in media uncia uini puri, & fundatur deſuper olei myrtini ℥ s, & cooperiatur cum eo caput, & quandoq; cõfert oleum myrtinum cum ladano ei,qui fit ex diminutione nutrimenti.

De dolore capitis. *Cap.* III.

FIt ex feb. calid. ſicut Tertiana, cauſon ſine apoſtemate in cerebro. Et ſigna eius ſunt, quoniã commouetur cum eſt caliditas febris & quieſcit,cum ipſa declinat. Et cura eius eſt,cura febris. Et fit ex apoſtemate in cerebro, & panniculis eius. Et ſigna eius ſunt,aſſiduatio doloris capitis à principio ægritudinis, uſq; ad eius determinationem, uel diminutionem, & quod excitatur ante uehementiam febris, & uehementiam rubedinis oculorum, & exuberantia uenarum, & alienatio, & cõmixtio rationis. Et cura eius eſt cura phreneſis calidę, ex his quæ ego dicã.

Digitized by Google

Et fit in fine febris cum eſt criſis, & ſigna eius ſunt, quoniam cõmouetur poſtq́ febris pertranſit quatuor dies, & fiunt cum ea nauſea, & ſubuerſio animę, & uertigo. Et cura eius eſt, adiutorium ad uelocitatem uomitus, ſi fuerit nauſea uincens cum aqua calida, & ſyropo acetoſo, aut ſuppoſitiõe collyrij, aut enematis leuis, ſi uenter fuerit ſiccus, aut fuerit cum eo cõmotio in mirach, caput uerò ipſum non curetur cum aliquo in hac ęgritudine.

Et fit à caliditate uenenorum. Et cura eius eſt, ut effundatur ſuper caluam oleum roſarum recens, aut oleum de oliuis recentibus immaturis, & non effundatur ſuper occiput, quoniam locus eſt frigidus, & ex eo eſt origo nuchæ, ut non perueniat ex effuſione olei nocumentum, & ſit oleum quod effunditur ſuper ſynciput infrigidatum ſuper niuem, aut in curſu aquæ frigidæ, aut conquaſſetur cum quantitate ipſius aceti, ſuper infantium autem & etiam mulierum capite infundatur oleum chamæmelinum.

Et fit ex frigiditate aëris. Et cura eius eſt, effuſio olei calidi ſuper ſynciput, ſicut olei rutacei, aut olei laurini, uel coſtini, et ex altero oleo calido.

Et fit iterum à ſiccitate ſine materia dolor capitis, ſed eſt debilis. Humiditas autem non facit dolorem capitis omnino, niſi multiplicetur eius quantitas, tunc non facit accidere grauitatem in capite. Et cura eius eſt, cum deſiccatione & cum pilulis ſtomachicis, & Hiera Galeni, & oleis deſiccatiuis, & cura eius eſt, qui eſt ex ſiccitate, balneum, & inunctio cum aliquo oleo, & humectatio cibi. Et fit abſque febre, ſicut per potum uini puri & fortis, & ſigna eius ſunt, ut commoueatur poſt ipſum, & fit caput cum eo graue. Et cura eius eſt, ſomnus prolixus, deinde introitus balnei, & acceptio cibi pauci facti ex caulibus, aut lentibus, aut pullis præparatis cum aqua agreſtæ, & odoramentum camphoræ, & roſarum, & fricatio pedum. Deinde reiteratio balnei poſt longum ſomnum. Quod ſi remãſerint in capite reliquiæ cum paucitate ſomni, ſumantur ex uino commixto plurimè acceptio æqualis. Et fit ex caſu aut percuſſione accidente in capite. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalica, deinde effuſio aquæ frigidæ ſuper caput, & facere emplaſtrum poſt iſtud, ex folijs myrti cum pauco ramec, & acaciæ, & aqua cotoneorum, & olfactus odoriferorum frigidorum, & cibari poſt iſtud ex cerebris gallinarum, & cerebris arietum, & hœdulorum, & euitet omnem cibum calidum, cuius eſt facere uaporem aſcendentem ad caput, & leniatur natura eius cum ſuppoſitorio facto ex ſapone, aut clyſtere facto ex aqua ſiclæ, & alumine, & oleo uiolato.

Et fit ex uentoſitate fœtida replente caput. Et cura eius eſt, olfactus redolentium frigidorum, ſicut camphoræ, aquæ uiolarum & roſarum, ſantalis, & nenupharis, & odorare olea eorum. Et fit etiam propter olfactum uentoſitatis uaporis calidi replẽtis caput, ſicut galliæ, ambræ, muſci, aut ſimilium & benè redolentibus calidis. Et cura eius phlebotomia eſt, & effuſio aquæ frigidæ ſuper caput, & olfactus benè redolentium frigidorum, ex his quæ diximus, & multotiens odorare olea eorum. Et fit ex dominio choleræ in ſanguine, & ſigna eius ſunt, exiccatio corporis, & extenuatio eius, & uelocitas pulſus, & ſitis, & ſiccitas ſuperiorum partium narium, & uigiliæ. Et cura eius eſt, lenificatio uentris cum aqua prunorum

& ſyropo

Digitized by Google

& ſyropo roſarum. Deinde effuſio aquæ frigidæ ſuper caput, & impoſitio aceti de uino, & aqua roſarum, et oleo roſarum conquaſſati ſuper ipſum, & inunctio eius cum oleo uiolarum, et oleo de cucurbita, & de amygdalis dulcibus, & ſternutatio cum eis, & aſſiduè uti cibis frigidis, ut cucurbitæ, portulacæ, agreſta, lactuca, & quæ fiunt ex eis, & acceptio mucillaginis pſyllij, & aqua granatorum acetoſorum. Et fit ex dominio ſanguinis, & eius ſigna ſunt, rubedo faciei, & oculorũ, grauitas capitis, & totius corporis, & multitudo ſomni. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicę. Deinde, reliqua quæ diximus de cura doloris capitis accidentis de cholera citrina, & confert huic dolori capitis propriè cibari, cum taſſel, & aliud cibarium cum alcuriſu, & agreſta, & in ſecunda mẽſa uti iuiubis. Et fit ex uapore craſſo in capite, & ſigna eius ſunt, tenſio in radicibus oculorũ, & uehementia doloris capitis, ſine grauedine & uehementia pulſationis temporum. Et cura eius eſt, lenificatio naturæ cum ſuperfluitate pauca cum eis quæ ſunt, ſicut infuſio aloës, & pilulæ de Hiera Picra. Deinde inclinatio capitis ſuper uaporem chamæmeli & ſamſuci, & calamẽti aliquotiens, deinde introitus balnei. Et fit ex humoribus frigidis, craſſis, melancholicis aut phlegmaticis communibus, & propriè in capite. Et ſigna eius ſunt, uehementia doloris capitis, ſine caliditate in capite, & facie apud tactum, & nec eſt rubedo in colore, neq; exuberatio in uenis, & quod eſt chronicus. Et cura eius eſt, ſolutio cum pilulis cochijs, & Hiera Rufi, & inclinatio capitis ſuper decoctum calamenti & ſamſuci, & odorare rutam & caſtoreum, & ſiſymbrium, & ſternutatio cum pipere, et condyſi, & caſtoreo, & gargariſmus cum ſyropo acetoſo & ſinapi. Et dolor quidem capitis aſſiduus comprehendens totum caput, nominatus habens galeam, cephalæam Græcè dicunt, eſt huius generis. Et fit ab humoribus malis in parte capitis, aut in toto capite, & ſigna eius ſunt, q̃d æger intueri lumen non ualet, neq; uocẽ audire poteſt. Et cura eius eſt, euacuatio cum eis quę mundificant caput & ſtomachum. Et fit ex cholera in ore ſtomachi ſine febre, et ſigna eius ſunt, nauſea, et quod ſedatur poſt uomitum. Et cura eius eſt, ut bibat ſyropum acetoſum, aquam calidam multam, et euomat aliquotiens donec mundificetur ſtomachus, et ſedetur nauſea. Deinde comedat ex malis et cotoneis, et cibaria facta cum aqua agreſtæ. Et fit poſt coitum. Et cura eius eſt, ablutio cum aqua frigida, et ſomnus poſt, et odorare oleum uiolarum, et comeſtio pullorum et uitellorum oui, et adminiſtratio enematis quod impinguat renes ex eis quæ dicuntur in cura coitus. Et fit ex ſtrictura oris ſtomachi, et multitudine ſenſus eius, et ſigna eius ſunt, quod commouetur in horis matutinis, et cum eſt fames ei, ſedatur cum homo comedit quamlibet comeſtionem. Et cura eius eſt, ut bibat in mane ſauic et ſaccharum, aut ſumat aliquid de fructibus ſtypticis, ſicut pomis ſtypticis et citonijs, et granatis, et mucis, aut comedat buccellam panis infuſi in aqua agreſtæ, aut in aqua granatorum acetoſorum. Et confert omnibus ſpeciebus doloris capitis, lenificatio uẽtris ſemper, et alienatio omnis rei, cuius uapor uelociter eleuatur ad caput.

Digitized by Google

De Hemicrania. Cap. IIII.

HEmicrania quandoq; fit ex caliditate, & ſigna eius ſunt, pulſatio temporum, & caliditas tactus partis, & ſedatio ex rebus frigidis. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicę, & lenificatio naturę cũ dictis in Capite doloris capitis, & aſſiduatio acceptiõis coriandri et ſacchari, et pſyllij in matutinis. Et fit ex uapore humorum frigidorum, et ſigna eius ſunt, lædi ex rebus frigidis, et priuatio caloris in parte cum tangitur, et quod eſt longioris aſſiduationis et pluris. Et cura eius eſt ſolutio cum Hiera Ruphi, et cum Cochijs, et cum omnibus quæ dicentur in cura apoplexię. Aut ſumatur uncia una olei de lilio, et diſſoluatur in eo caſtorei drach. 2, euphorbij drach. 1, fricetur cum eo pars, et diſtilletur in aurem, quæ eſt ab illa parte, et quando perſeuerat hemicrania et prouenit oculo tenebroſitas ex ea, oportet ut cito ſuccurratur ſubleuando arteriam, et cauterizando eam, et ſi non, faciet ipſum incurrere alitiſar, et deſtructionem uiſus. Et hemicrania frigida ut plurimum fit in parte ſiniſtra, et calida in parte dextra. Et confert quidem calidę hemicraniæ, ut diſſoluatur ſexta pars drach. 1, camphorę in guttis lactis mulieris, et diſtilletur in aurem.

De Vertigine. Cap. V.

VErtigo quandoq; fit ex multitudine ſanguinis, et ſigna eius ſunt, rubedo faciei et oculorum in illa hora, exuberatio uenarum, et alguidegi, et pulſatio temporum et uenarum quæ ſunt poſt aures, et rubet facies et caput. Et cura eius eſt, phlebotomia Baſilicę, et Mediæ, aut Cephalicę, et uentoſatio crurium, et cibatio ex cibis ſubtilibus extinguentibus ſanguinem, ſicut lentibus, et aqua agreſtæ, et alkaris, et adminiſtratio pſyllij cum ſaccharo. Et fit ex cholera, et ſignum eius eſt, quod mouetur ante ipſam nauſea. Et cura eius eſt, ut uomat cum ſyropo acetoſo, et aqua calida, et bibat decoctionem myrobalanorum citrinorum, aut aquam caſei, et utatur aqua granatorum acetoſorum, et aqua agreſtæ, et omni in quo eſt acetoſitas, et ſtypticitas. Et fit ex phlegmate, et ſigna eius ſunt, perturbatio ſenſuum, et albedo coloris, et multitudo ſomni, et ſputi. Et cura eius eſt, id quod diximus in dolore capitis ex phlegmate. Et fit ex bile nigra. Et cura eius eſt, id quod diximus in dolore capitis ex melancholia.

De Birſen, id eſt, Lethargo & Phrenitide. Cap. VI.

ET eſt apoſtema uehemens in cerebro, aut calidum, aut frigidum, illud quidem quod calidum eſt, accidit aut ex cholera, aut ex ſanguine, & frigidum aut ex humoribus phlegmaticis, aut melãcholicis. Et ſigna birſen calidi ex ſanguine ſunt febris continua, cum rubedine faciei, & oculorum, & magnitudo pulſus, & repletio uenarum, & fit in corpore craſſo plurimi ſanguinis, & quod aſſiduè uſus fuerit carne & uino, & his quæ ex melle fiunt. Et cura eius eſt, phlebotomia, deinde poſitio aceti & aquæ roſarum, & olei roſarum conquaſſatorum ſuper caput, & lenificatio cum enemate leui, & potus aquæ hordei, & abſtinere ab omni cibo

mni cibo craſſo, & potare aquam lentium excorticatarum, & aquam agreſtæ, & infuſionem iuiubarum, & prunorum, & ſimilium. Et fit ex cholera citrina, & ſigna eius ſunt, quod eſt febris continua uehementioris caliditatis, & ſunt cum ea ſaltus & alienatio uehemens, & leuitas in capite, & eſt rubedo in facie & oculus minor, & fit in corpore extenuatio, cui iam accidit cibari ex rebus calidis, ſicut allio, pipere, ſinapi, melle, piſcibus paruis ſalitis, & ſimilibus, & accipere medicinas calidas, ſicut mel, & ſimilia. Et cura eius eſt, potare aquam decoctionis prunorum omni die ante aquã hordei, & per horam unam, & poſt aquam hordei & aquam cucurbitæ, & aquam citrulli in ea die, & mucillaginẽ pſyllij cum ueſperę ſunt, & ſi poſſibile eſt ut cibetur cum aliquo, tunc cum ſauic & ſaccharo, & pane torrefacto, & non prohibeantur omnino ab aqua frigida iſti, neq; illi qui habẽt birſen ſanguineum. Birſen autem frigidum, quod nominatur Lethargia, & fit ex phlegmatico apoſtemate accidente in occipitio. Signa ſunt, ſubeth cum febre cõtinua, non fortis caliditatis, & albedo linguæ, & difficultas aperiendi palpebras, & quod quando aperiunt in diſpoſitione redeunt uelociter & clauduntur. Et cura eius eſt, ut ſumantur colocynthidis interioris, & cartami amborum pugillus 1, & ſeminum urticę pugillus 1, calamenthi. manip. 1, & corticũ radic. capparis pugillus 1. Coquantur cũ tribus libris aquæ uſquequo remaneat libra 1, et s. & coletur, et fiat enema cum lib. s. huius aquæ cum unc. 1, murinabati, & quarta ℥. 1, olei. Et ponatur in principio rei à primo die uſq; ad tertium diem ſuper caput ipſorum acetum & oleum roſarum, & aqua roſarum, & poſt quartũ ponatur cum eis aliquid caſtorei, deinde ponatur ſuper capita eorum ſiſymbrium & calamenthum cõtrita infuſa in uino, & prouocetur ei ſternutatio cum pipere & caſtoreo. Et fit ex cholera nigra. Et ſignum eius eſt, quod remanent oculi aperti non palpitãtes, ſicut oculi intuentes in unum locum ſine motu. Et cura eius eſt, ut ſumatur epithymi rubei pugillus 1, et colocynthidis interioris, & polypod. añ. pugillus 1, & calamenthi manip. 1, decoquantur, & fiat clyſtere cum aqua eorum poſt decoctionẽ cum oleo chamæmelino, & effundatur ſuper caput oleum narciſſinum, & oleum de lilio tepido, et fiat caputpurgium cum ambobus, ſumat in potu aquam mellis loco aquæ hordei, & ſimiliter in illo quod eſt ex phlegmate.

De Epilepſia. *Cap.* VII.

EPilepſia ex phlegmate fit, & ſigna eius ſunt, mollities corporis, albedo coloris, complexio frigida, multitudo uſus frigidorum ciborũ, & multitudo ſputi & mucillaginis, cõturbatio ſenſuum, & multitudo ſpumæ in ipſa acceſſiõe. Et fit epilepſia ſecundũ plurimum, in augmento Lunæ & complemẽto luminis eius, & fit etiam cum diminuitur Luna. Et cura eius eſt, purgatio cum Hiera Ruphi, & pilulis cochijs, & pilulis Galeni, & gargariſmus cum ſyropo acetoſo, & ſinapi, et ſternutatio cum pipere, et condyſi, et caſtoreo, et aſſiduatio olfactus rutæ, et minoratio cibi, et additio in labore, et ſint ſumma cibi eius aqua ciceris, et frixa faſeolis. Et fit ex multitudine choleræ nigræ in corpore. Et ſigna eius ſunt, tenebroſitas cum extenuatione, et multitudo comeſtionis, pulſus

 cordis,

Digitized by Google

cordis, & tremor eius, & acetoſitas uentoſitatis ſpumæ, & acetoſitas eru-
ctuationis, et nigredo ſpumæ. Et cura eius eſt, ut ſoluant̃ aliquotiens cum
decoctione epithymi, aut pilulis Galeni, deinde cibetur cibis boni chymi,
ut ſunt pulli, arietes, & uitella ouorum. Vinum multæ cõmixtionis cum
aqua, & cõfortetur caput olfactu moſchi & galliæ, & multitudine balnea
tionis, præter quod ſudet in eo multum. Et fit ex uentoſitate frigida eleua
ta, ex aliquo membro, & ſignum eius eſt, quod infirmus ſentit illam eleua
ri ex manu, aut crure, pede, coxa, & peruenit uſq; ad caput, & facit epile-
pſiam, & cauſa eius eſt ab humore malo ualdè iam facto uenenum retẽto
in membro aliquo, ex quo eleuatur uentoſitas ad cerebrum. Et cura eius
eſt, ut ligetur ſuper illud membrum in hora, qua incipit uentoſitas eleuari
ab eo, & poſt illud liniatur locus cum melle Anacardino, & oleo, & ſina-
pi, aut pipere, donec ueſicetur locus, & ulceretur, & currat quod in eo eſt,
& ponantur ſuper ipſum uentoſæ cum inciſione. Et fit quandoq; ex multi
tudine ſanguinis, & ſigna eius ſunt, quod implentur alguidegi & facies ru
bet, deinde fit epilepſia, & quandoq; procedit ſanguis ex naribus eius. Et
cura eius eſt, phlebotomia Saphenæ, et uẽtoſatio cruris, et minoratio cibi.

De Incubo. *Cap.* VIII.

QVum huic non ſuccurritur quando aſſiduus fit, & multiplicat̃, producit ad epilepſiam, & fit ab aſſiduatione multitudinis ſan-
guinis in corpore, & ſigna eius ſunt, rubedo oculorum, & dimi-
nutio ſomni. Et cura eius eſt, uentoſatio cruris aſſidua poſt phle
botomiam Saphenæ, & minoratio cibi, & dimiſſio uini. Et
fit ex dominio phegmatis, & ſigna eius ſunt, tarditas ſenſuum, & multitu
do ſputi, & mucillagines, pigritia corporis, & mollificatio eius. Et cura
eius eſt, cura epilepſiæ phlegmaticæ.

De Melancholia. *Cap.* IX.

MElancholia trium modorum eſt, quorum primus fit ex aduſtio
ne ſanguinis, qui eſt in capite, & ſigna eius ſunt, profundatio
oculorum, & tenebroſitas cutis, uidelicet, quod multã moram
fecerit in ſole, & acceptio medicinarum calidarum multarum,
& uini puri. Et cura eius eſt, effuſiõis multitudo aquæ tepidæ ſuper caput,
& potare uinum plurimæ aquæ, & facere caput purgatorium cum oleis fri
gidis, & longitudo ſomni, & dilatatio in cibis bonis humidis, & ponere
ſuper caput uiolas humidas, & cortices citrulli, & raſuras cucurbitæ, &
medullas eius, & cauere à ſole. Et fit modus ſecundus, ex aduſtione ſan
guinis & ſuperfluitate eius, ita ut redeat & fiat materia melãcholiæ, & do
minetur materia melãcholiæ ſuper corpus totum. Et ſigna eius ſunt, quod
corpus totum eſt nigrum, & extenuatum, cum iam acciderit exercitium &
labor plurimus, & aſſiduatio ciborum generantium melancholiam, ſicut
lentium, caulium, & ſimilium. Et cura eius eſt, phlebotomia Mediæ, & ſo
lutio cum decocto epithymi, una uice poſt aliã uicem dilatari ſuper eam,
poſt in cibo bono ſicut carnibus pullorum, & arietũ, & ſeſamis factis cum
ſaccharo, oleo amygdalino, & potare uinũ album ſubtile, clarũ cum aqua
plurima.

Digitized by Google

plurima. Et fit modus tertius proueniens ex ſplene et meſaraica,& ſigna eius ſunt, multitudo appetitus cibi,& paucitas digeſtionis, & inflatio uentris & lenitas eius, cum multitudine uentoſitatis in uentre, & hypochondrijs. Et cura eius eſt, ut ſumat in potu drach. 3, epithymi contriti cum uncia una ſyropi acetoſi in hebdomada ſemel, deinde dentur medicinę, quę exiccant ſplenem ex his quas dicemus, & electuaria temperata, ſicut electuarium de xyloaloës, & confectio nominata lætificans, & electuarium de malis,& electuarium de ſcoria ferri, cum uino & alſematus.

De Cutubut. Cap. X.

Eſt ſpecies una quę fit ex aduſtione ſanguinis,& ſigna eius ſunt, uehementia ſubmiſſionis faciei, & triſtitia aſſidua,& taciturnitas, & alleuiatio in nocte. Et cura eius eſt, cura melācholiæ quæ eſt ex dominio melancholiæ in toto corpore, & multitudo adminiſtrationis olei,& balneum, & medicinæ ſomnum facientes ex eis quæ effunduntur ſuper caput, ſicut decoctio ſeminis lactucæ, & corticum papaueris,& uiolarum ſiccarum,& emulgere lac ſuper caput, & cibi facti ex lactuca & cucurbita cum oleo amygdalino.

De Amore. Cap. XI.

Cura eius eſt aſſiduatio coitus,& ieiunium,& deambulatio,& ebrietas plurima aſſiduè.

De Apoplexia. Cap. XII.

Fit ex ſanguine,& ſigna ſunt rubedo maxillarum,& faciei, ita ut ſit, quaſi ſuffocatus & exuberatio alguidegi & uenarum. Et cura eius eſt, phlebotomia ambarum Cephalicarum ſimul in hora una,& aſſiduatio uentoſarum poſitarum ſuper crus,& minoratio cibi,& dimiſſio uini,& lactis,& aſſiduatio balnei. Et fit ex humoribus crudis phlegmaticis, & ſigna ſunt mollificatio corporis, albedo coloris, multitudo mucillaginis & ſputi, quemadmodum diximus. Et cura eius eſt, Hiera ex colocynthide, & cochiæ, & Hiera Ruphi,& enemata calida & acuta, & olfactus plantarum calidarum & odoriferarum, & moſchi,& galliæ, odorare rutam, et caſtoreum,& gargariſmus cum ſinapi,& ſyropus acetoſus, & Hiera Picra,& ſternutatio cum pipere, caſtoreo, condyſi, & ſimilibus.

De Paralyſi. Cap. XIII.

Eſt duarum ſpecierum, quarum una fit ex dominio phlegmatis ſuper caput, & ſigna eius ſunt, ſigna apoplexiæ phlegmaticæ. Et cura eius eſt, ſicut cura illius. Et ſpecies eius ſecunda fit ſucceſſione percuſſiōis, aut caſus, et ſigna eius ſunt, quod mollificatur totum corpus, aut aliqua membra eius poſt illud, cum ergo remanet mollificatio ſecundū ſuam diſpoſitionē et neq; minuit̄, tunc non eſt ei cura omnino, et quādo minuit̄, et non remanet ſecundū diſpoſitonē ſuam, tūc curatio eius eſt, ut emplaſtret̄ ſup locū ubi fuit pcuſſio cū emplaſtris calidis, et inungat̄ cōprimēdo cum oleis calid. ſicut oleū de oliuis, in cuius ℥. 1, ſint diſſolutæ,

Digitized by Google

caſtorei drach.2, et euphorbij drach.1, et ſicut hoc emplaſtrum: Recipe ceræ drach.5, et olei de lilio et de narciſſo añ. drach.30, et myrrhæ, et opopanacis añ. drach.5, caſtorei drach.3. euphorbij pond. drach.2, aggregentur omnia et fiat emplaſtrum ex eis in latere altero.

De Tortura oris. Cap. XIIII.

FIt ex duabus rebus, ex ſpaſmo quidem in una duarum partium trahente latus alterũ ad ſe, et ſigna ſunt, ſtrictura cutis frõtis in uno latere, et tenſio eius in latere altero, et paucitas ſaliuæ, et ſputi, et q̃d æger ſenſuum perturbationem non habet. Et cura eius eſt, ut uaporetur cum aceto in quo bullitum eſt calamenthum, & ungatur comprimendo cum oleo narciſſino, aut de lilio tepidis, & tendatur cutis frontis ad inferiora, & ligetur cum inſtita. Et fit ex mollificatione, & ſigna ſunt, mollificatio partis, & debilitas motus eius, & paucitas tẽſionis cutis, & attractio palpebræ ad inferiora. Et cura eius eſt, ſicut cura paralyſis cum gargariſmo & maſticatione thuris, & adminiſtratione nucis moſchatæ, & retentio eius in ore ſuo in hac ægritudine, eſt magis conueniens.

De ſtupore. Cap. XV.

FIt quidem ex repletione ſanguinis, et ſigna ſunt, uehemens rubedo coloris quæ trahit ad nigredinem. Et cura eius eſt, phlebotomia, & minoratio cibi. Et fit ex humore crudo et frigido. Et ſigna ſunt, mollities corporis totius, albedo coloris, & grauitas ſenſuum. Et eius cura eſt, ſicut cura paralyſis quæ eſt ex frigore.

De tremore. Cap. XVI.

FIt quidem propter caſum uirtutis poſt ægritudinẽ. Et cura eius eſt, additio in cibo & ſomno, & in rebus odoriferis. Et fit ex aſſiduatione uini. Et cura eius eſt, abolere uinum, et aſſiduatio ſudoris in balneo. Et fit ex dominio phlegmatis & debilitate neruorum. Et cura eius eſt, cura paralyſis, quæ eſt ex frigore.

De Spaſmo. Cap. XVII.

FIt ex ſiccitate, & ſigna eius, quod accidit poſt uomitum et ſolutionem, & laborem ſuperfluum, & febrem uehementis caloris. Et cura eius eſt difficilis, ueruntamen ſecundum diſpoſitionem curatur cum introitu in aquam tepidam aſſiduè, & inunctione compreſſiua ſpondylium et iuncturarum cum oleo tepido, et quandoque fit, ut ſedeat infirmus in oleo tepido, et bibat lac dulce, et detur in potu uinum cum aqua multa. Et fit ex humiditate craſſa. Et ſigna eius ſunt, quod accidit paulatim, et cum repletione corporis, et apparitione ſignorum repletionis ex phlegmate. Et cura eius eſt, cura paralyſis ex phlegmate, et confert iſtis propriè fricatio eorum corporũ aſſiduè, et ut ſepeliantur in arena calida uſq; ad gulas eorum, aut in cinere calido, aut in furno in quo eſt aliquantulum caliditatis, aut in domo in qua eſt aliqua caleſactio.

De Coryza

De Coryza. Cap. XVIII.

FIt ex frigiditate adueniente capiti: Et cura eius eſt, ut uaporetur cum milio calefacto, aut panno calefacto, & introitus balnei in quo non madefiat caput ſuum cũm aqua, et proijciat ſuper corpus ſuum et pedes, aquam calidã plurimum, et ungat pedes ſuos cum ſambucino, et dimiſſio uini, et abſciſio curſus ex naſo per ſuffumigationem cum chartis de panno, aut cum panno, aut cum thure, aut cum xylo aloës. Et fit ex calefactiõe aduenĩete capiti ex ſole, aut aëre Auſtrino, & ſigna eius ſunt, pruritus, & mordicatio, & rubedo in oculis. Et cura eius eſt, balneatio in aqua tepida munda dulci, & ſuctio olei uiolacei cum naribus, & olfactus cãphoræ, & aquæ roſarũ, et abſciſio curſus quę fit ex naſo cum ſulphure infuſo in aceto, ex quo fiat ſuffumigatio, & ſuffumigetũ cum cãphora ſuper uitreatum, & præcipiatũ infirmo, ut attrahat humoroſitatẽ uenientẽ ad nares, ut non deſcendat ad pectus, aut ad pulmonẽ, aut ad guttur cum emunctione, quia in hoc eſt expulſio nocumenti catarrhi ab iſtis membris, ut uaporet caput cum aqua calida, & attrahat per nares uaporẽ eius, et multiplicet emunctionẽ, et non dormiat ſuper ceruicẽ & dimittat uti lõgo ſomno.

De Catarrho.

FIt aut cum febre, aut abſq; febre. Et cura eius eſt, qui cum febre, phlebotomia, deinde ſumere in potu aquam hordei cum uiolis conditis, et oleo amygdalino. Et cura eius qui eſt ſine febre, & cum decoctione hyſſopi minoris, & alienatione ab eis quæ ſunt ſalita & pontica, ſalſa.

De Ophthalmia. Cap. XIX.

FIt ex multitudine ſanguinis. Et ſigna eius ſunt, uehementia rubedinis oculorum, & magnitudo inflationis, & multitudo tenſionis. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicæ ex manu oppoſita oculo infirmi, & collyrium album, & diſtillatio in eo cum lacte, & ſi fuerit multitudo lippitudinis, tũc puluis albus. Et fit ex bile. Et ſigna eius ſunt, quod ſunt apoſtema, inflatio, tenſio, & lippitudo, & curſus lachrymarum minoratio, & aduſtio in oculis, & punctura ſicut punctio acus & ſpinæ. Et cura eius eſt, ſolutio uẽtris cum aqua fructuum, & cum decoctione myrobalanorum & aſſiduatione emulſionis lactis in eo, & effuſionis eius in eum, & deſtilletur in eo mucillago pſyllij, & mucillaginis ſeminum citronorum, & collyrium camphoratum & opiatum, & ſi dolor ſit fortis, & comprimantur pedes eius & fricentur, & ligentur manus eius, & pedes cum ligatura forti. Et fit ex phlegmate. Et ſigna eius ſunt, magnitudo inflationis, cum paucitate rubedinis, & multitudine lippitudinis, & lachrymarũ. Et cura eius eſt, ſumere in potu Hierã diacolocynthidis, & ut ſtilletur in oculum mucillago fœnogræci abluti, & pulurizetur puluere citrino post duas dies, aut tres, & liniatur ſuper palpebra aloës, & myrrhæ, & acaciæ, & croci partes æquales. Et fit ex melancholia. Et ſigna eius ſunt, nigredo coloris corporis, & eius extenuatio, & inflatio parua in oculo, & paucitas rubedinis & lippitudinis. Et cura eius eſt, potare medicinam ſoluentem melancholiam, & introitus balnei, & inclinatio capitis ſuper uaporem aquæ calidæ, Et fit à ſole & fumo, & puluere. Et

cura

Digitized by Google

cura eius eſt, tranquillitas & quies, & ut non uideat lumen. Et omnibus quod ſpeciebus ophthalmię cōfert, balneum in finibus ipſarum, & ut non intueatur lumen.

De ulceribus in oculo. Cap. XX.

ACcidunt ex ophthalmia multotiens. Et ſigna eius ſunt, quod dolor & pulſatio ſunt uehementes ualde, & uidetur in albedine oculi punctum rubeum, & augmentum ſuper ruborem oculi, aut in nigredine eius punctum album. Et cura eius eſt, phlebotomia, & ſolutio uentris cum aqua fructuum, & ſacchari, & collyriū album, quod diſtilletur in eo cum lacte mulſo uſq; ad tres dies. Si autem dolor non ſedet̃ uſq; ad treis dies, diſtilletur in eo mucillago fœnugreci, et mucillago ſeminum lini, quod ſi dolor ſedetur, & fuerit ſuper pupillā ſanies, diſtilletur in eo collyriū alubari. Quū ergo replent̃, curentur cum medicamine penetratiuo alefir. Et poſt exiccationē ulcerum & conſolidationē eorum, fiat curatio cum eis quę eradicāt albuginē. Et ex ulceribus oculi eſt q̃d nominat̃ Grādo, & accidit in palpebris. Et cura eius eſt, ut decoquant̃ folia fici, aut ficus ipſę, & terat̃, & fiat cum eis emplaſtrū, ſoluet̃ enim ſi Deus uoluerit.

Grando.

De Albumine in oculo. Cap. XXI.

ALia eſt ſubtilis incipiens, & in corporibus tenerę carnis eius, & cura eſt alaſu, & eſt ut puluerizetur ſarcococolla in oculū, & ſaccharum taberzeth & ſpuma maris. Et alia eſt craſſa in corporibus duris. Et cura eius eſt, ut ingrediat̃ balneum, & inclinet caput ſuper uaporem aquæ calidæ, deinde puluerizentur ſpumæ maris, & baurach tritorum & ſarcocollę, & ſacchari taberzeth, & ſtercoris muris, partes ęquales, & cum aſſiduatione alaſu, & balnei.

De ſcabie oculorum. Cap. XXII.

QVædam eſt incipiens ſubtilis, & ſigna eius ſunt, quod eſt intrinſeca pars palpebræ in ipſa rubea, & aſperitatis paruæ, & accidit poſt ophthalmiam & ulcera. Et cura eius eſt, collyrium rubeum lene, & uiride lene, & phlebotomia, & uentoſatio, & ſolutio naturæ, & aſſiduatio balnei. Et eſt ſcabies chronica craſſa. Et ſigna eius ſunt, quod interior pars palpebræ cum inuerſatur, eſt ſimilis ficui quæ ſciſſa eſt, & palpebra eſt craſſa ualde. Et cura eius eſt, poſt phlebotomiam fricatio cum ſaccharo taberzeth, et cum inſtrumento quod nominatur Roſa, et eſt phlebotomus habens caput, quod eſt ſicut denarius cum quo fricetur donec remoueatur illa aſperitas, et currat ex ea ſanguis plurimus, deinde abluatur cum aqua, quæ mixta ſit cum aceto pauco, et diſtilletur cyminum in eo, et maſticatū in pāno, et in mane puluerizetur puluere citri, deinde curetur collyrio rubeo leni et uiridi, ſi remanſerint ex ea reliquiæ. Et utatur fricatione, aut curetur cum collyrio uiridi et rubeo acutis, et fricetur ſcabies cum ſaccharo, et ſi multiplicetur cum ſale ammoniaco, et emplaſtretur, in hyeme cum cymino et amygdalis amaris, et in æſtate cum uitello oui et oleo uiolarum.

Roſa inſtrumentum.

De Sebel

Digitized by Google

De Sebel. Cap. XXIII.

EST quædam ex ea, quæ eſt ſubtilis non chronica, & ſigna eius ſunt, quod non prohibet uiſum plurimum, & uides eam cum aperitur oculus comprehendentē pupillā quaſi tela aranea cum uenis rubeis paruis. Et cura eius eſt, collyrium rubeum, & uiride, & baſilicum, & roſeum, & omne alcoho lacutum, & phlebotomia, & ſolutio uentris, et aſſiduatio balnei cum uacuitas adeſt, & dimiſſio uini. Et eſt ex ea quædam chronica & craſſa, & ſigna eius ſunt, quod uides illas uenas maioris quantitatis et prohibet uiſum prohibitiōe quātitatis. Et cura eius eſt, collectio, ſcilicet, ſi ſuſpendatur cum filis & cum uncino, & incidatur cum inciſorio, deinde curetur cum aqua cymini, & cum puluere citrino, ſecundum quod diximus, & ſi non colligatur, curetur collyrio rubeo & uiridi acutis.

De Silac, id eſt, rubedine in palpebris. Cap. XXIIII.

QVædam eſt incipiens lenis, & ſignum eius eſt, pruritus in palpebris, & in lachrymalibus. Et cura eius eſt, ut ponantur in nocte deſuper albugo oui, & oleum roſarum cum aceto, aut amygdalę amaræ contritæ cum lacte, & ingrediatur in mane balneum, aut inclinet caput ſuum ſuper aquam calidam, & fiat caputpurgium cum oleo amygdalino, aut emplaſtretur cum portulaca, & endiuia, cum oleo roſato. Et eſt quædam chronica craſſa: Et ſigna eius ſunt, rubedo palpebrarum, & inflatio earum cum pruritu. Et cura eius eſt, phlebotomia, uentoſatio in crure, & leniſicatio naturæ cum decoctione myrobalanorum, & ponere ſuper lentes excorticatas, & adipe granati contritum cum rob & aſſiduatio balnei.

De Vngula Cap. XXV.

QVædam eſt lenis ſubtilis non plurimum prohibens uiſum. Et cura eius eſt, ut curetur cum collyrio uiridi & baſilicon. Et quædam quæ eſt craſſa & prohibens uiſum. Et cura eius eſt, cum denudatione, ſcilicet, ſuſpendendo cum uncinis et incidendo.

De ſudatione. Cap. XXVI.

EST multitudo curſus lachrymarum, & fit aut propter inciſionē ungulæ. Et cura eius eſt, puluis citrinus, aut fit abſq; inciſione ex curſu materiei quæ effunditur ad oculos, aut ex cerebro, aut ex uenis quę apparent in tēporibus. Cura eius eſt, cum medicinis exiccantibus, quæ confortant cerebrum, quibus emplaſtrum fiat exterius poſt euacuationem. Et ſimiliter emplaſtrentur uenæ apparentes in temporibus, aut ex curſu materiei effuſæ ad oculos ex uenis & arterijs, & neruis, aut ex uno eorum extra craneum capitis. Et cura eius eſt, eleuatio uenæ, aut arteriæ, & inciſio eius, & ſectio ſeparans eam. Et ſi fuerit effuſio eius intra craneum capitis non eſt curatio ei, & parum ſanatur, ueruntamen curatur ſecundum diſpoſitionem deforis. Et cura eius eſt, ut ſumatur tuthiæ drach. 10, aloës drach. 2, & fricationis myrobalanorum citrinorum drach. 3, piperis longi drach. 2, fiat cum eis alcohol.

De caſu

De caſu palpebrarum. Cap. XXVII.

FIt aut cum rubedine & corroſione. Et cura eius eſt, cura Silac. Aut fit ſine rubedine & ſine pruritu. Et cura eius eſt, ut recipiatur nuclei dactylorum aduſti pars una, fumi thuris quarta pars unius, ſpicæ Romanæ, lapidis lazuli añ. tertia partis unius, & fiat ex eis alcohol, & tranſeat ſuper palpebras.

De Tarfati. Cap. XXVIII.

FIt ex percuſſione aduenìente in oculis, & remanente in albedine illorũ ueſtigio rubedinis. Et cura eius eſt in principio phlebotomia in Cephalica, & lenificatio naturę cum pilulis de Hiera, aut cum clyſteri bono ad ſolutionem, & eſt melior quàm medicina, aut cum medicina non calid. ſicut eſt decoctio fructuum, & ſcãmonea, & iulep, & non eſt conueniens Hiera in hac hora, nec pilulæ in quibus ſunt gummæ & ſpecies calidæ, deinde diſtilletur in eo ſemper lac mulſum, aut ſanguis pulli columbini cum decollatur, & ſi ægro iſtud ſufficit, bene, ſi non, diſtilletur in eo arſenicum citrinum fricatum cum aqua coriandri, & oportet ut ſit arſenicum ſublimatum, ablutum.

De debilitate uiſus. Cap. XXIX.

FIt quidẽ ex humiditate, & ſigna eius ſunt, quod additur poſt comeſtionem, & ſomnum, & ſatietatem nauſeatiuam propriè. Et cura eius eſt, cum pilulis de Hiera Picra, & diſtilletur in oculis aqua fœniculi, & aqua albedarogi, aut fel caprinum, aut collyrium de fellibus, & arſenicum acutum, & baſilicum, aut fiat ei collyriũ de ſerapino, aut cum acoro, aut cũ chelidonia de fenu. Et fit ex ſiccitate, et ſigna eius ſunt, quod ſit fortis cum fames adeſt, & in meridie alleuiatur ſomni hora & comeſtionis. Et cura eius eſt, cum unctione capitis, & caputpurgio & ſuctione olei alicuius naribus facta, & potet uinum cum aqua plurima, & aſſiduatio balnei ſine ſudore, & effundatur in oculo ex oleo amygdalino dulci, & mulgeatur in ipſa lac ex mammilla manè, & ingrediatur in aqua clara, & aperiat oculos ſuos in ea magna hora. Et fit ex læſione ſtomachi abſq; ægritudine in oculo, & ſigna eius ſunt, quod non eſt ſemper, imò fit fortis cùm eſt ſacietas nauſeatiua, & deſtruitur omnino in tempore famis. Et cura eius eſt, ſtudium adhibitum ſtomacho tribuendo in potu Hieram, deinde tripheram minorem, & ſaccharum roſarum cum maſtiche.

De pilis inuerſis. Cap. XXX.

FIt iſtud quo curatio fit, ſi eſt pilus unus, aut pili duo, ut incidantur et cauterizetur locus eorum cum cauterio ſubtili, aut acu ignita, aut cum inuiſcetur alijs pilis, cum ſputo, aut maſtiche, & ſi fuerint plures, curentur cum inciſione palpebræ, aut ſuctione eius, et cauterizetur locus cum acu ignita, ita, ut ingrediat᷑ acus in aqua ſalis ammoniaci.

De aqua deſcendente in oculo. Cap. XXXI.

QVædam eſt incipiens et ſignũ incœptionis eius, eſt quod patiens uidet ſimilia cimicibus paruis, et pulueri paruo, et muſcis coram oculo cum aſpicit, et fit ſimile illi à ſtomacho, uerum ſi eſt in oculo uno et alleuiatur ſemper, non eſt à ſtomacho, ſi autem

eſt in

eſt in utriſq; oculis ſimul, & alleuiatur tempore aliquo & aggrauatur alio ſecundum diſpoſitionē ſtomachi, in alleuiatione ſua et grauedine, eſt à ſtomacho, et ſi pupilla eſt cōturbata, quaſi ſit in ea fumus, aut nubes, tūc non eſt ex ſtomacho. Et cura incœptionis aquę eſt, potare cochias, et dimittere omnes cibos craſſos, et uinum, & uentoſa, & piſces propriè, & facere alcohol cum collyrio de fellibus, aut cum felle capræ, aut aqua rutæ, cum ſerapino. Et fit ex ægritudine in oculo, quod ſimile eſt aquæ deſcendēti in oculo, & dicitur alleuimari, & eſt pus natum in tunicis oculi craſſum. Et cura eius eſt, ut infirmus ſedeat ſuper ſedem ſeſſione recta, & commoueat caput ſuum commotione forti, donec manifeſtè uideatur pus ad inferiora deſcendere. Et differentia quidem inter hanc ægritudinem & aquam deſcendentem in oculum, eſt quod cum aqua deſcendit, cum inſtrumento eleuatur uſquequo deſcēdit ad inferiora multotiens, & pus non eleuatur omnino propter craſſitudinem ſuam. Et quædam eſt, quæ eſt cōfirmata. Et ſigna eius ſunt, quod prohibet uiſum, & uidetur pupilla cum aſpicitur oppilata, & habet ſpecies plures, & illa quę ex ea curatur cum inſtrumento, eſt quę cum aſpicitur uidetur clara, et cum premis eam pollice tuo dilatatᷓ, deinde redit & aggregatᷓ, nigra aūt & illa quę non mouetᷓ ei quę inciditur cum premitᷓ, et non eſt facilis aggregatio eius, non curatᷓ cum inſtrumēto.

De Pano. *Cap.* XXXII.

FIt ex humiditate craſſa conturbante oculum, & purgatio cum Hiera Picra, eſt eius cura, & gargariſmus, & ſternutatio, deinde fiat alcohol cum collyrio de fellibus, & cum aliquo eorum, quæ diximus in Capitulo deſcenſionis aquę. Et confert ei propriè, ut: Recipe piperis longi, melanopiperis, añ. fiat cum eis alcohol, aut fiat alcohol cum eo quod currit ex hepate hircino aſſato.

De alintiſar. *Cap.* XXXIII.

INtentio alintiſar eſt diſperſio luminis propter dilatationē pupillæ, & fit aut ex humiditate, aut ex ſiccitate, & illa quæ eſt ex ſiccitate, fit paulatim. Et quę eſt ex humiditate, fit in uelociori tēpore quā illa. Et fit ex percuſſione ſuperueniente in oculo, & tu non timeas eam, quoniam redit, & ſignum eius eſt, dilatatio pupillæ. Et cura eius eſt, ut ſumantur fabæ cum aqua foliorū ſalicis, & terantur, et fiat ex eis emplaſtrū. Et fit propter dolorem capitis uehementem, & ſignum eius eſt, quod pupilla uidetur dilatata ultra quantitatem quam habebat, & in curatione eius oportet q̄d ſuccurratur cum eleuatione arterię lachrymalis, & ſi non completur alciſar, & cum completur non eſt ei cura.

De Garab in oculo, id eſt, fiſtula accidente in lachrymali. *Cap.* XXXIIII.

FIt ex humiditate currēte ex lachrymali. Et cura eius eſt, ut exprimatur, & diſtillentur in ea de collyrio algurat dicto in libro ad Almanſorem, & in Antidotario, & dixi ipſum in libro quem medicus non comprehendit, tres guttæ in lachrymali ponātur, & inter unam diſtillationē & aliā, tempus bonū, & dormiat ſimiliter tribus horis, deinde abluatur lachrymale in mane, & iteretur ſuper ipſum cura per hebdomadā unam uſquequo fiat, ita ut exprimatᷓ & non egrediatᷓ ex ea aliqd, rema-

Digitized by Google

net enim ſicca, per menſes aliquos, & ſi ſufficit illud, benè eſt, ſi non, cure-tur cum cauterio.

De pediculis in oculo. Cap. XXXV.

CVra eorum eſt ſolutio cum cochijs & gargariſmis cũ ſyropo aceto ſo, & ſinapi, & mũdificatio palpebrarũ poſt illud ex eis, & ablutio poſt illud cum aqua ſalſa, aut cũ aqua aluminis. Confectio epithematis ad pediculos: Recipe ſtaphiſagriæ, terantur & conficiantur cum melle, & liniatur ex eo, et eſt ſanum.

De hordeolo. Cap. XXXVI.

EST apoſtema longum egrediens in palpebris. Et curatio eius eſt, ut liniatur in principio ſui cum aloë et lycio, deinde uaporetur ſuperponendo poſt illud cum cera calida et alba.

De dolore in aure. Cap. XXXVII.

FIt ex repletione et multitudine ſanguinis, et ſigna eius ſunt, rubedo faciei, et grauitas capitis et frõtis cum proijcit ſe ſuper faciem ſuam, et uehementia pulſationis. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicæ, et ſumatur poſt illud ℥.1, olei roſarũ, et aceti ℥.s. et bulliat donec minuatur acetũ et diſtilletur ex eo tepidum in aurẽ aliquotiens, et minuat ex cibo, et dimittat uinum, et leniatur aluus cum aqua fructuum. Et fiat ab effuſione materiei mordicãtis ab interiore parte auris, aut exterius, aut ex aqua intrante in eam, ex aqua balneorum quorũ uirtus eſt, uirtus medicinarum. Et cura eius eſt, diſtillatio olei tamdiu donec impleat eam, et albuginis oui, et lactis mulieris: Omnia iſta ſunt iuuatiua cum ſumũtur tepida. Et fit ex bothor, aut apoſtemate egrediente ſimili furunculo in concauitate, et eſt uehementior dolor auris, et maioris timoris eſt, ſi cum eo febris. Et ſigna eius ſunt, uehementia pulſatiõis, et inflãmatio faciei. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicę, et multitudo extractionis ſanguinis, et ut effundatur in ea, illud, q̃d diximus, uſq; ad tres dies. Quod ſi dolor fortior ſiat, et perueniat æger ad alienationẽ, oportet ut diſſoluat̃ kerat opij, in lacte mulſo, et diſtillet̃ in ea cum aliquo oleo tepido, et quandoq; confert ei et reliquis doloribus auris, ut mulgeat̃ in ea lac et effundatur in ea uicibus pluribus, et poſt tertiũ diem, diſtillet̃ in ea mucillago fœnugręci, et mucillago ſem. lini, et mucillago ſeminũ almaru. quę iam ſint infuſę in lacte donec ſedetur dolor, et currat ſanies. Et fit ex frigore et uento frigido adueniente auri. Et eius cura eſt, balneum et uaporatio cum milijs, aut cum panno calefacto, et ut diſtilletur in ea oleum in q̃uo bullita ſunt ruta, aut cepa, aut aliq̃d oleorum calidorũ, ſicut oleum amygdalarũ amararũ, et oleũ nardinum, anethinũ, chamæmelinũ, aut ariſtolochia, aut elleborus nig. et embrochę calidæ. Et fit ex uentoſitate craſſa. Et ſigna eius ſunt, uehementia tenſionis, et multitudo ſonitus cum leuitate capitis. Et cura eius eſt, ut diſtilletur in ea oleum in quo decocta fuit ruta, aut ſumatur ℥.1. olei, et diſtrĩpantur in ea caſtorij ʒ.2, euphorbij ʒ.1, et diſtilletur in ea oleũ tepidũ aliq̃tiens, et minoret̃ cibus, et ſatietas nauſeatiua, et caro. Et fit ex paruis animalibus ingredientibus in eam. Et ſignũ eius eſt, quod ſentit infirmus deambulationẽ quę quãdoq; cõmouetur, quandoq; ſedatur. Et cura eius eſt,

ut diſtil-

Digitized by Google

ut diſtilletur in ea aqua in qua diſſoluta ſint, aloë & ſuccus foliorũ cappa ris, aut ſuccus abſinthij, aut acetũ forte, & ſit totum calefactũ. Cum ergo ſedatur dolor & remanet grauitas, fac eum ſternutare cum cõdyſi, & retine ambas nares, et iam infuſum ſit ante illud oleum tepidũ. Et ſimiliter eſt cura uermis in aure, et ſignum uermis eſt, quod ſentitur ambulatio lenis ſimilis cõmotioni. Et ſit ex caſu graui, aut lapidis in aure. Et cura eius eſt, ut ſumatũ tenta, et inuoluatur ſuper eam lana, aut cotum, et inuoluatũ gumma botin, id eſt, terebinthinę, aut uiſco, et immittatũ in aurem et extrahatur res quæ cecidit, cumq; non egreditur fiat ſternutatio cum condyſi, et teneãtur ambæ nares et os. Et ſit ex aqua calida intrante in ea, et ſignum eius eſt, q̃d cõmouetur poſt introitum balnei. Et cura eius eſt, ut infundatur in ea lac. Et ſit ex aqua intrante in ea, et ſignum eius eſt, quod cõmouetur poſt natationem, aut introitum balnei duobus uel tribus diebus. Et cura eius eſt, ut effundatur in ea aqua donec impleatur, deinde conuertatur uelociter ad latus aliud, fiat illũd multotiens, deinde diſtilletur in ea olei roſarũ calidi, duæ guttæ aut tres, et ſi ſedetur dolor, benè, ſi non, ſumatur cãnula de anetho, et inuoluatur ſuper ipſam cotum, et accendatur in ea ignis, et ponatur inferior pars cannulæ in aure, et impleatur circuitus eius coto uehemẽter, et fiat illud in ea totiens, donec ſentiat infirmus quod non remãſit in ea aliquid q̃d egrediatur, deinde diſtilletur in ea aliq̃d oleum tepidũ, et confert in pluribus doloribus auris, in pluribus diſpoſitiõibus ut ſumatũ flos uiolarũ ſiccus cõtritus, et chamæmelũ, et farina hordei, & althæa. Et cõficiantũ cũ aqua et oleo ſeſamino, et emplaſtretũ cum eo pars doloris totã faciei, & capitis, et ſit calidũ, et permutetur q̃d infrigidatur. Et cõfert ei omnino, ut diſtilletur in ea adeps gallinæ aliquotiens tepefactus, et minoretur cibus, et dimittatur uinum. Et ſit à percuſſione aut caſu qui ſit cum obuiatione, et egreditũ ex aure ſanguis. Et cura eius eſt, ut ſumantur renes tauri, et aliquid ex adipe eorum, et ſaliantur, et aſſentur aliquãtulum, et diſtilletur id q̃d egreditur ex aqua, dum eſt tepidũ in aure, aut teratur opium, et ferueat cum oleo rõſarũ, et diſtilletũ in ea, q̃d ſi dolor exterius fuerit à percuſſione, diſſoluatũ minutũ thus, cum lacte poſt contritionẽ ſuam et diſtilletur in aurem. Et ſit ex ulceribus in aure, & cõfert ei cum non eſt chronicũ, ut ſubtilietur aliquid ex unguẽto albo cum oleo roſato, et mittatur in ea ſuper tentam. Quũ autẽ eſt chronicum, ſumãtur aloës & myrrhæ, & ſarcocollæ, & ſanguinis draconis, & olibani partes æquales, & immittatũ liciniũ in melle, & inuoluatur in hoc medicamine & mittatũ in aurem, q̃d ſi fuerit longinquum profundũ, diſſoluatũ hoc medicamen cum aqua mellis & fundatũ in ea. Si autẽ antiquum fuerit ualdè, ſcoria ferri infundatũ in aceto, uno menſe aut plus, & eſt melius & diſtilletur in aurẽ ex ea de qua currit humor antiquus multũ. Et quandoq; ſit ex humectatione in aure abſq; pure. Et cura eius eſt, ut diſtilletur in ea acetũ in quo bullita ſunt folia myrti, aut decoctio abſinthij tepida. Et quando egreditũ ſanguis ex aure abſq; percuſſiõe & ulcere, propter q̃d natura expellit ipſum, & quandoq; congelatũ & oppilat locum auditus. Et cura eius eſt, ut diſtilletũ in ea ſuccus porri permixtus cum aceto, aut ſuccus granati elixati cum aceto. Et ſi fuerit longin-

Notæ uermis in aure.

quus profundus, diſſoluatur huius medicamen, in aqua mellis in qua ſunt mel & ſarcocolla, & fundatur in ea, & ſi fuerit antiquum ualdè, ſume ſcoriam ferri, et infunde eam in aceto menſe uno, aut plus, quoniam erit melius, & ſit acetum apud te, et effundatur ex eo in aurem ex qua egreditur humiditas, et quandoq; feruet ſcoria ferri in aceto et adminiſtratur.

De ſonitu & tinnitu. Cap. XXXVIII.

FIt ex repletione capitis, & ſigna eius ſunt, quod accidit poſt ſatietatem nauſeatiuam, et multitudinē uini, & ſomnū poſt cibum. Et cura eius eſt, potus Hierę diacolocynthidos, & balneum in ieiunio, et ut diſtillentur in aurem quædam, quæ diximus in dolore auris frigido, & ſumantur calamenthum, & ſampſuchus, & chamæmelū, & ſicla, ſingulariter aut cōiunctim, & bulliant in curcuma, & ponatur auris ſuper eam, ita ut ingrediatur uapor eius in ea. Et fit ex debilitate auditus. Et cura eius eſt, ut diſtilletur in aurem acetum, in quo bullitum eſt abſinthium. Et fit ex leuitate capitis & ſubtilitate ſenſus auditus, & ſignum eſt, quod ſit fortis ſecundum uacuitatem & famem. Et cura eius eſt, ut diſtilletur in ea oleum roſarum, decoctum forti uino, & ſi ſufficit, benè eſt, ſi non, diſtilletur in ea
Tuſuch. tuſuch opij, & ſunt duo grana & ſemis opij, aut tertia pars drachmæ aquæ hyoſcyami, aliàs olei.

De Ataras, id eſt, ſurditate. Cap. XXXIX.

QVando cū homine naſcit̄, non eſt ei cura, & fit poſt birſen, et illa quæ ex ea alleuiatur paulatim curatur. Et cura eius eſt, ut ſoluatur æger cum cochijs et Hiera Picra, et diſtilletur in aurem oleum amygdalarum amararum, & oleum coſtinum, aut oleum in quo diſruptum eſt caſtoreum, et fiat uaporatio eius cum uapore calamenthi, et reliquorum rerum quas diximus. Illa autem quæ non alleuiatur ex quo accidit, curationem non habet. Et fit ex carne addita nata in aure. Et cura eius eſt, ut ſumatur fex uini et calce confecta cum aqua cineris, ita ut fiat ſicut mel, et liniatur ex ea lana et intromittatur ſuper eam cum lana. Et fit aut ex apoſtemate frigido, aut ſorde, aut uētoſitate craſſa, frigida, aut ſuperfluitate frigida, craſſa, et oportet ut aſpiciatur in ſole, deinde extrahātur ſordes, aut cum inſtrumento, aut tenta, aut effundatur oleum tepidum in nocte, et ingrediatur in mane balneum, et ponat aurem ſuam in mane ſuper ſartaginem calidam, donec currant ſordes cum oleo. Et confert ei ut effundatur in ea acetum uini, et baurach, et dimittatur in mane hora una, deinde effundatur, et iteretur multotiens. Deinde effundatur in eam oleum calefactum et dormiat ſuper ipſum hora una, aut horis duabus, deinde ponatur aqua calida in aqua amyli, et ponatur auris ſuper fiſtulam aquæ almaru, ita ut ad ipſam ingrediat̄ uapor et currāt ſordes. Et fit ataras ex frigore adueniente auri. Et cura eius eſt, olea calefacta cum his quæ diximus. Et fit ex ſiccitate in aure, quare oportet ut diſtilletur in ea oleum tepidum aliquotiens, deinde ingrediatur balneum et ſternutet cum condyſi, et teneat naſum, egredietur enim, ſi Deus uoluerit.

De fluxu

De fluxu ſanguinis narium. Cap. XL.

FIt propter criſim, et eius ſignũ, quod fit poſt aliquã febrium acutarum, & non oportet ut reſtringatur niſi ſuperfluat. Et cura eius eſt, quum ſuperfluit, poſitio uentoſarum ſuper uentrẽ cum ſuctione uehementi ſine inciſione ſuper latus dextrum, ſi fluxus eſt a parte dextro, aut ſuper ſiniſtrum, ſi fluxus ſanguinis eſt ex ſiniſtro, & effuſio aquæ frigidæ ualdè ſuper caput, & conſtrictio utrorumq; adiutoriorum, & amborum teſticulorum, & ſumere in potu aquam ualdè infrigidatam. Et fit ſine febre propter acuitatẽ ſanguinis qui egredit̃ ex eis, et ſigna eius ſunt, quod aduenit paulatim, & eſt uehemẽtis ſubtilitatis. Et cura eius eſt, phlebotomia ex latere, ex quo egreditur ſanguis ex naribus, & ſi non prohibeat aliud aliquid, apponantur uentoſæ ſine inciſione ſub hypochondrijs lateris, ex quo egreditur ſanguis ex naribus, & ſi ſufficit, benè eſt, & ſi nõ, ſtringantur extrema & utantur potu aquæ frigidæ cum niue, & lactis acetoſi infrigidati, & diſtilletur in naſo aliquid cãphoræ diſſolutæ in aqua albedarogi, aut inſufflentur in eo gallæ & puluis molẽdini, & olibanum, & aloës, & ſanguis draconis, & alumen coniunctim aut ſingulatim, & infundatur licinium in albumine oui, et inuoluatur in hoc medicamine, et intromittatur in naſum, et ſumat in potu aquam hordei, et mucillaginem pſyllij, et aquam coriandri humidi, parum tamen ex ea, ſcilicet quãtitatem unciæ, et omnia quæ congelant ſanguinem, ſi ſuperfluit et infrigidant eum, et confert ei introitus in aquam frigidam, et multotiens fit huiuſmodi fluxus ſanguinis poſt uariolas. Et fit propter multitudinem ſanguinis in corpore, quare rumpuntur uenæ et arteriæ quæ ſub cerebro ſunt, et eſt difficilis forſitan in quo non ualet cura. Et ſigna eius ſunt, quod fit poſt dolorem capitis uehementem, et rubedo in facie et oculis dominãs, et præcipuè qui multum utitur uino, et minorat extractionem ſanguinis, et uenit cum impetu uehementi, et quandoq; confert in eo ut diſtilletur in naſum aqua niuis, et quandoq; fit caputpurgiũ cum aceto in quo diſſolutus eſt flos æris, et abſcinditur poſtquam de eo egreditur plurimum, et ſuperuenit ſyncopis infirmo, ante illud uerò non, et exiſtimo quod ille in quo hæc cura ualet, eſt ex ruptura uenarum non arteriarum.

De ulceribus in naſo. Cap. XLI

PLurimum quod in naſo accidit ex ulceribus ſunt cortices, & cõfert eis inungere bothor, & aſſiduatio cerę cum oleo roſarum, aut olei roſarum tantum, aut olei amygdalarum cum cera & adipe gallinarum, & ut odoret uaporem aquæ, quod ſi illud non ualeat, adhibeatur unguentum de ceruſſa.

De fiſtula & polypo in naſo. Cap. XLII.

QVandoq; naſcitur in naſo caro mala oppilans locũ anhelitus & implens cannã naſi, ita ut uideat̃ in ipſo craſſities exterius. Et cura eius eſt, ut intromittatur liciniũ inuolutũ in unguẽto uiridi facto cum flore æris tamdiu, donec cõſumat eam, aut euellatur cum filo, ſi fuerit res eius craſſa. Et eſt ut ſumatur filum de pilis, & fiant ſuper ipſum nodi duo, aut tres, & intromittatur in naſo cum radio

de plumbo præparato ad id, et extrahatur ex palato, deinde moueatur motu ſerræ tamdiu, donec euacuetur illa caro tota, deinde cum unguento uiridi curetur tamdiu donec dilatetur anhelitus, & conſumatur illa caro, deinde curetur cum unguento de ceruſſa. Et ex eis quæ cõferunt fiſtulis eſt, ut: Recipe myrrhæ rubeæ, et aluminis añ. drach. i, corticum colocynthidis tertiam drachmę, baurach rubeæ ſexta drach. & infundatur cotũ in aceto forti, & inuoluatur in medicamine & intromittat̃ in naſum, aut ſumatur myrrhæ, & uſnen fullonum añ. & pręparentur ſecundum artem primam.

De Alcaſem. *Cap.* XLIII.

FIt propter oppilationem in meatibus naſi, & eius ſignum eſt, prohibitio anhelitus, & illud fiat aut propter carnem natam, aut propter uentoſitatem craſſam, & nos, quod iam diximus, curam carnis natæ. Signa uerò uentoſitatis craſſæ, eſt quãdo nares aperiuntur & egreditur uentoſitas ex eis impetuosè, & uehementer ex latere uno. Et cura eius eſt, ſolutio uentris cum cochijs & Hiera diacolocynthidos, & inclinatio capitis ſuper uaporem chamæmeli, & ſampſuchi, & ſceha, & ſternutatio cum caſtoreo, & pipere, & condyſi, & aſſiduatio odorandi ſampſuchum, et ſiſymbrium, & calamenthum. Et fit ex oppilatione colatorij, & ſignum eius eſt, quod meatus ſunt oppilati, & nõ egrediuntur ex naribus ſuperfluitates. Et cura eius eſt, ut teratur nigella donec fiat ſicut puluis, & diſſoluatur in oleo antiquo, & ſternutet cum eo infirmus cũ diſtillationibus ex eo factis ore eius pleno aqua, et pręcipiat̃ ut attrahat̃ anhelitus ualdè, cum reclinatur caput ſuũ ad poſteriora quãto plus poterit faciat, id tribus diebus, & ſi ſenſerit aduſtionẽ, ſugat naribus poſt illud oleum roſarũ, & cõfert poſt illud ut naribus ſugat pulpã colocynth. aut elleborũ, aut fiat ei caputpurgiũ cum urina cameli ſingulariter & coniunctim. Et fit propter alterationem cõplexionis frigidæ, et malę in meatibus cerebri qui ueniunt ad naſum, & eſt alcaſen uera, & alcaſen chronica, & orta cum ea curationem non habet, & ſigna antiquitatis ſunt, quod oculus cum ea eſt cõturbatus, & quandoq; olfacit de odoribus quoſdam abſq; alijs, ſunt etiam quidam eorum qui ſentiunt fœtorem, & non ſentiunt bonum odorem, & ſunt quidã qui econtrario. Illius aũt quę non eſt orta cum eo, neq; antiqua cura eſt ſolutio, cum fortitudine, & aſſiduatio odorandi rutam, & ſimilia, & fiat caputpurgium ei quando ſentit fœtorem cum ipſa ruta, & cum caſtoreo ei qui non ſentit odorem bonum, & cum ſerapino, & ſimilibus.

De fœtore in naſo. *Cap.* XLIIII.

FIt ex puſtulis aut ulceribus, & iam dixmus curam eius. Et fit quandoq; ex uapore putrido in ſupremo palato. Et cura eius eſt, ut naribus ſugat uinum odoriferum, & ſuffletur in naſo calamus aromaticus, & roſa neſrim, & cyperi, & ſpicanardi, ſingulariter aut coniunctim, & ex eis quæ conferunt ad illud mirabiliter eſt, ut ſumatur ex trochiſcis andarachiton qui ponuntur in theriaca, & diſſoluatur ex eis aliquid cum uino boni odoris, et diſtilletur in naſo multotiens, quoniam ſanat, & oportet ut præcedat exiccatio capitis, & confortatio eius, poſtquàm euacuatur corpus totum & caput.

De dolore

Digitized by Google

De dolore in dentibus. Cap. XLV.

FIt aut cum apoſtemate gingiuæ, aut ſine apoſtemate gingiuæ, & ille qui fit cum apoſtemate gingiuæ, fit propter acuitates ſanguinis & dolorẽ eius, cui cõmunicant dentes, & ſigna eius ſunt, rubedo et inflatio, & requies ab aqua frigida. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicę, & uentoſatio, & inciſio aliehexit, & retentio aquæ frigidę in ore, & aceti uno die, & aquę roſarũ una die, & quando illud pertranſit duobus diebus, aut tribus, oportet quod teneat in ore oleum roſarũ, in omni uncia cuius iam diſſoluta eſt ʒ.1, maſtiches. Et ſi eſt ſine apoſtemate, tunc ipſe fit ex frigiditate, aut ex humoribus frigidis craſſis. Et cura eius eſt, ut teneat̃ in radice theriaca de quatuor ſpeciebus, aut piper cõfectum in alkitran, & teneat in ore ſuo acetũ in quo decocta eſt pulpa colocynth. aut decoquatur foliorũ myrti manip. 1, & corticũ ligni pini manip. 1, ſang. draconis, & ſumach, & tria grana allij, & bulliant in aceto, & teneant̃ in ore dum eſt calidũ, aut bulliant̃ in aceto cortex radicũ capparis, aut ſpoliũ ſerpentis, q̃d ſi dolor fortior fiat, ſuffumiget̃ dens traiectorio cum ſemine hyoſcyami nigri & ſtyrace, de quibus factę ſunt ſimilitudines auellanarũ ſimiles ciceri, & teneat in ore oleum calefactũ, in quo decoctę ſint radices altheæ, & chamæmelũ, aut conficiat̃ condyſi cõtritũ, cum uino, & ponat̃ ſuper dentem, quoniã eſt ultimũ in remouendo dolorẽ, quum eſt à frigore, & uaporet̃ deforis cum aqua calefacta, in qua decoctũ eſt chamæmelũ, & ſtringat dentẽ rem calidã multotiens donec calefiat & rubeat caro, & emplaſtrent̃ mãdibule, & diſtillet̃ in aurẽ illius lateris oleũ amygdal. tepidũ, aut ſambucinũ, aut keiri, aut oleũ de oliuis, aut oleum in quo decocta eſt cepa, aut oleũ in quo diruptũ eſt caſtoreũ, aut euphorbiũ, aut opium cum uehemẽtia eſt doloris, & eſt timoroſum. Si ergo ſedat̃, benè eſt, ſi non, diſtillet̃ in aurẽ quæ eſt in illo latere quãtitas lentis opij, et duarũ lentiũ caſtoreũ. Si autẽ non ſedat̃, igniat̃ ferrũ ſubtile, & intromittat̃ in dentẽ in cõcauitate fiſtulæ enec, q̃d ſi dens fuerit corroſus, impleat̃ in eo cõdyſi, aut piper confectũ cum alchitran, aut hoc medicamen, quoniã eſt ultimũ: Recip. caſtoreũ, aſam fœtidã, ſtyracẽ, opium, piper, ſaccharũ, ſem. hyoſcyami, & myrrhã, terantur & conficiant̃ cum melle, aut alchitrã cedri, & adminiſtret̃, ita ut fricetur, cum eo radix dentis, & impleat̃ corroſus, & melior cura corroſi, eradicatio eſt, Aut ſumant̃ piperis partes 3, euphorbij pars 1, et impleat̃ cũ eis, aut impleatur cum aſa fœtida, & pipere partib. æqualib. & dentes nigri curant̃ cum eis, cũ q̃bus curat̃ corroſus. Medicamẽ eradicãs dẽtes, et cõſtringens: ſumatur farina frumenti conficiat̃ cũ lacte lacticinij & inuiſcent̃ ei, et ponant̃ in circuitu eius fol. uolubilis, cõfringit eñ ipſũ. Medicamẽ eradicãs dẽtes: Recip. cortic. mori, pyreth. corticũ rad. cappar. cortic. alebrã, arſen. citrin. Terant̃ in aceto ultimę fortitudinis trib. dieb. omni die hora 1, per reſiduũ diei dimittat̃ infuſa in ipſo, deinde incidat̃ in circuitu dentis, & liniat̃ cũ eo in die aliq̃tiens donec inueniat̃ mollificatus, deinde eradicet̃. Et ex eis quę ſtare faciunt corroſionẽ dentiũ eſt, ut impleat̃ galla & maſtiche. Medicinæ ſtringentes commotos: Recip. balauſtię, roſarum, galliæ, cyperi, ſumach, ana partem unam, aluminis pars s. & liniatur ſuper gingiuã, ut adhæreat.

Hh 4 Medicamen

206 [handwritten margin note]

Digitized by Google

Medicamen aſtringens dentes: Recipe ſal gemmã, ſpumã maris, teſtã ca
Calidi. tinorũ uiridium, calidi & eſt alumen, & alaſur omnia cõtrita aggregent̃ et fricent̃ cum eis dentes, & caueat̃ à carne & nauſeatiua ſatietate. De congelatione maſticetur portulaca, & amygdalę corticatæ, aut cera, & confert denti qui dolet cum aduenit ei res frigida, ut ſtringat ſuper panem calidũ, aut ſuper uitellum oui elixati calidi multotiens, donec lachrymetur oculus ex uehementia caliditatis eius, aut teneat in ore oleum calefactum.

De concaduatione & corroſione gingiuæ. Cap. XLVI.

FIt ex ſuperfluitate putrefacta deſcendente ex capite & corrumpente gingiuas. Confectio medicaminis ualentis ad illud: Recipe arſenici rubei & citrini, gallarũ, calcis, aluminis iameni, ana, terantur cum aceto uini per aliquot dies & informẽtur trochiſci, & cum neceſſe fuerit teratur unus, & ſumatur de eo ſexta ʒ. i, & fricetur cum eo gingiua, & dimittatur una hora, et teneat poſt illud in ore oleum roſarum, fiat iſtud tamdiu donec remoueatur putredo, et pulueriʒet̃ deſuper poſt illud id q̃d facit naſci carnẽ & indurat eam, & illud eſt, ut: Recipe olibani, aloẽs, ſarcocollæ, & ſanguinis dracõis, ante terant̃ & pulueriʒent̃ in eis.

De fœtore oris. Cap. XLVII.

PLurimum fit ex caliditate ſtomachi, & ſignũ eius eſt, quod alleuiatur cum ſumitur cibus. Et cura eius eſt, ut bibat infuſionem criſolymorum ſiccorũ in matutinis, aut comedat ex uuis, aut ex perſicis, & bibat ſauic cum ſaccharo, aut comedat citrullos, aut cucumeres in ieiunio, & feſtinet ſuccurrere cum comeſtione. Et fit ex phlegmate corruptio in ſtomacho, & ſignũ eius eſt, quod eſt ſemper & non ſedatur cum comeſtione, niſi parum. Et cura eius eſt, potare Hierã multotiens, & uomitus, inde acceptio ʒingiberis, cõdyſi, & aſſiduatio triphera minoris. Et fit à dẽte in ore, & fit ex putrefactione in cute oris, & meri, & partibus eius, & cõferunt ei pilulæ iſtę: Recipe corticũ citri, ſpicę nardi, garyophyllorũ, galliæ, xiloaloẽs crudi, añ. ʒ. i, kerate i, informentur pilulæ cũ aqua malorum & uino aromatico, & teneant̃ in ore. Et iſtud electuariũ ualde ualet fœtori oris, qui eſt ex phlegmate & humoribus putridis: Recipe extremitatum myrti humidę partes tres, emblicorum, & cyperi, ſpicæ, corticum citri, ſchœnoſanthi, maſtiches, gallię, moſchatę, garyophyl. añ. partẽ i, cõficiant̃ cũ paſſis enucleatis, et fiat ex eis pilulę ſimiles auellanę, aut nucib.

De alcola, id eſt, bothor & paruis puſtulis in ore. Cap. XLVIII.

FIt cum caliditate & rubedine in ore, & confert ei phlebotomia & uentoſatio ſub mento, & curatur hoc medicamine: Recipe ſpodium, roſas, coriandrum ſiccum, ſumach, lentes excorticatas, ſemen portulacæ, ſenæ de mecha, alcannã conteratur & teneatur cum pauca camphora in ore, & colluatur poſt id cum aqua roſarum & aceto. Et ex phlegmate putrefacto fit, & eius ſignum eſt, albedo in ore, & confert ei ut fricetur cum melle, & atramento, aut fricetur cum ſaccharo taberzeth, & colluatur cum iulep, & teneatur in ore memithe, & myrobalani citrini, & pyrethrum. Et fit ex putredine & corruptione, & confert ei hoc medicamen: Recipe arſenici, calcis, aluminis, gallarũ, floris æris añ. te-

rantur

Digitized by Google

rantur ergo cum aceto forti hebdomada una, & fiant ex eis trochiſci, & cum neceſſitas fuerit, fricetur locus putridus cum ſexta drach. 1, et dimitta tur hora una magna, deinde inungatur cum oleo roſaceo.

De caſu uuulæ *Cap.* XLIX.

FIt quandoq; cum uehementia rubedinis & caliditatis, & confert ei phlebotomia, & gargariſmus cum aceto & aqua roſarum, & ut palato apponantur roſæ, et ſantali, & balauſtia, et camphoræ parum, & approximet̃ uuulæ cum cocleari, & cõprimatur ſuper eam compreſſione ſubtili & inclinetur ad ſuperiora oris. Et quãdo non eſt cum ea rubor, & eſt decliuis ad albedinem, confert ei gargariſmus cum muri, & ſyropus acetoſus, & ſinapi, & cõfert ei ſal ammoniacũ, & fricetur cum galla & ſale ammoniaco, & ſale, & alumine, et quãdo ſubtiliatur radix eius, et non eſt uehementia rubedinis incidat̃, & gargarizet poſt inciſionem eius cum aceto & aqua roſarum, aut cum aqua in qua decocta ſunt folia roſæ.

De ægritudinibus linguæ. *Cap.* L.

ET ægritudines linguæ ſunt, aut apoſtema accidens, aut ſpaſmus, aut fiſſura, aut ulcera, aut grauitas, aut ranula, aut abbreuiatio ligamenti, aut magnitudo linguæ, aut rubedo, & inflatio. Apoſtemati quidem calido, confert phlebotomia Cephalicę, deinde uẽtoſatio ſub mento, & gargarizatio cum aqua & aceto, deinde omnia quæ conferunt alcola, & ſynanchæ quæ eſt cum caliditate ſecundum quod dicemus. Sed illi quę eſt ſine caliditate cum multitudine curſus ſaliuæ, cõferunt quę diximus in alcola cum qua nõ eſt rubor, & caliditas, & quæ dicemus in ſynanchia phlegmatica: Ad fiſſuras autẽ confert pſylliũ cum ſaccharo, et potare aquã hordei, & cibari pedibus coctis, & fricare ipſam cum ſpuma quæ egreditur ex maluis, cum inciduntur & fricantur adinuicem, & tenere tragacantham in ore. Et ulcerum cura, ſimilis eſt curationis alcola.

Spaſmi autem qui eſt in radice, eius ſignum eſt, quod abbreuiatur lingua & incraſſatur. Cura eſt gargarizatio cum oleo de anetho, & oleo chamæmelino, & linire ceruicem cum aqua calida, & ungere caput cum oleo aliquo. Et grauitas quidem linguæ eſt ex eis, quæ accidunt poſt birſen, & ſi fuerit antiqua non ſanatur, & non antiquæ, confert ut fricetur ſubtus cum ſal gemma, & ſale ammoniaco, & omnia quæ faciunt currere ſaliuam ex ea, & ſi fuerit incipiens fieri chronica, & fuerint ſenſus conturbati, & motus graues cum ea, confert ei cura paralyſis frigidæ. Et fit propter abbreuiationem ligamenti, & oportet ut incidatur illud ligamentum, & ponatur ſuper ipſum atramentum tritum, & ſignum eius eſt, quod eſt adhærens cum extremitate linguæ æqualiter. Et fit propter ranulam ſub ea, quare oportet ut ſcindat̃ & extrahatur, ſi fuerit magna: Et ſi fuerit parua, fricetur cum medicamine acuto, quod eſt ad gingiuã ſanguinolentam. Magnitudo autẽ linguæ ut non capiatur lingua in ore, fit ex multitudine humiditatum quæ imbibũt eam, & ſigna eius ſunt, proiectio eius extra, & retentio ſputi in ea. Oportet ut fricet̃ cum cepæ, aut cũ acetoſitate citri, aut ſimilib. amborũ adeò, donec currat ſaliua ex ea, q̃niã ipſa flectet̃. Si ergo

Spaſmus linguæ.

Amplitudo linguæ.

Digitized by Google

Si ergo ſufficit, benè eſt, & ſi non, fricetur cum ſale ammoniaco, & Galenus quidem dixit, quod magnitudo linguæ fit ex uentoſitate uaporoſa implente ipſam, & inflãte. Et cura eius eſt, euacuatio cum medicina ſolutiua, ſicut ſunt pilulæ cochiæ & potio rerum refrigerantiũ, ſuper ipſam linguã, & gargarizãdo cum aquis infrigidãtibus etiam, & differentia inter apoſtema molle phlegmaticũ & inter inflationẽ à uẽtoſitate uaporoſa eſt, quod inflatio non flectitꝰ, cũ premitꝰ ſup ipſam digitis, et phlegmaticũ flectitur.

De Angina. Cap. LI.

FIt ex multitudine ſanguinis, ſine malitia in ipſo, & ſigna eius ſunt, rubor faciei, & oculorum, et tenſio corporis totius, & anteceſſio ciborum generãtium ſanguinem, & multa repletio eorum, ſicut ſunt lac, dactyli, uinum, caro. Et cura eius eſt, phlebotomia Cephalicæ, deinde gargarizatio cum aceto et aqua, & ſyropo acetoſo, de ſaccharo et rob pomorũ acetoſorum, Rob de moris, et aqua granatorũ acetoſorum, et infuſione ſumach, & ſolutio naturæ cum aqua fructuum, & prunorum, & thamarindi, & caſſiæ fiſtulæ, tereniabin, & gargariſmus cum rob de nucibus & aqua coriandri humidi uſq; ad tres dies, et poſt tres dies gargarizet cum lacte dulci in quo diſſoluta ſunt medulla caſſiæ fiſtulæ, & ſi iuuatur per hoc, benè, & ſi non, ponatur in omni libra aquæ ficuum decoctarum unc. 1, baurach & myrrhæ drach. 2, diſſolutę cum decoctiõe fœnugræci, & dactylorũ, & emplaſtretur guttur exterius, ſicut eſt eius circuitus cum rebus trahentibus ut attrahatur materia, ad exteriora & aſſiduetur id, quoniam dilatat guttur, & ſi fortior ſit res & cõſtringatur guttur ualdè, tunc inſuffletur in guttur ex hoc medicamine: Recipe ſeminis alharmel, ſemin. raphani, aſſę fœtidę, baurach, armeni, myrrhæ, ſalis ammoniaci, ana ſingulariter ſi uis, aut cõiunctim, & tere ſicut alcohol, & ſuffla in guttur, & ſi locus degluriendi ſtringitur, pone ſuper ceruicem uentoſam maximam, quoniam deglutiet & aperietur, dum permanebit uentoſa ſuper ipſum, & da ei ad potãdum aquam hordei, deinde reitera uentoſam, & ſi duæ uenæ quæ ſunt ſub lingua fuerint plenæ, phlebotomabis eas poſt phlebotomiam Cephalicæ, ſi uerò appareat apoſtema in gutture interius, ſcalpella ipſum poſt phlebotomiam. Et fit ex bile nigra, & ſignum eius eſt, quod non eſt cum eadem uehementia præfocationis, & incendio, & calore qui eſt cum ſanguinea, et ſunt ſitis, & inflatio, & dolor fortior. Cura eius eſt poſt phlebotomiam, gargarizatio cum eis quæ diximus, & ſumes in potu aquam hordei cum mucillagine pſyllij, & aquã melonis Indi, & aſſiduatio gargarizandi. Et ex phlegmate fit, & ſigna eius ſunt, multitudo curſus ſaliuæ, & paucitas doloris cum conſtrictione loci deglutiendi, & paucitas rubedinis faciei. Et cura eius eſt, ſi infirmus fuerit ſtrictus, ut cito ſuccurras ſoluendo ipſum cum cochijs, & clyſterizando ipſum clyſteribus calidis dictis in apoplexia, & fac eum gargarizare cum incipit ægritudo cum ſyropo acetoſo, melino, aut cum muri Nabati, aut cum aqua mellis, in cuius libris poſita eſt uncia una ſinapis, aut cum ſyropo acetoſo, & aqua raphani expreſſi, & cum decoctiõe ficuum, & baurach, & ſuffletur in

guttur

guttur baurach, & aſſa fœtida, & ſal ammoniacus. Et quandoq; accidit poſt percuſſionem in collo. Et cura eius eſt phlebotomia, & reliqua quæ diximus in ſynanchia ſanguinea. Quod ſi comprimantur ſpondyles colli & cōſtringatur guttur uehementer, tunc cura eius eſt, ut fiat ei inſtrumentum ſimile linguæ freni intromittatur guttur, & ſubleuetur cum eo locus coartatus. Et quandoq; accidit hæc coartatio in initio, propterea quia apoſtema attrahit ſpondyles, & non confert tunc hæc cura, & confert ad cōſtrictionem gutturis, & ſynanchiam cum proprietate, ſtercus hyrundinis cum teritur cum ſale ammoniaco, & ſimiliter ſtercus canis album, qui comedit oſſa, cum exiccatur & teritur, & conficitur cum melle, & lenietur cum eo guttur.

De tuſſi. *Cap.* LII.

FIt propter aliquid quod eſt in pulmone, & eſt neceſſe ut egrediatur, quod eſt, aut ſanies, aut ſanguis, aut humor craſſus, aut propter rē ſubtilem acutam deſcendentem ex capite ſemper commouentem cannam ipſius pulmonis, aut propter humiditatē ſui ipſius, aut propter eius ſiccitatem, aut propter caliditatem eius ſimiliter, aut proter ulcus, aut propter apoſtema in ipſo, aut apoſtema ſanguineum, aut apoſtema cholericum calidum, aut phlegmaticum frigidum, aut durum, aut propter aërem frigidum aduenientem cannę pulmōis. Et illa quæ fit propter rem in pulmone q̄ neceſſe eſt exire, & eſt aut ſanies, cuius ſignum eſt, q̄d fit poſt pleureſim, & dicam curam eius in Cap. ſuo, aut eſt humor craſſus, cuius ſignum eſt, quod fit poſt coryzā. Cura eius eſt cum decoctione hyſſopi ex eis quæ diximus, & oportet ut ſumas decoctionem hyſſopi, ſi uenter eſt ſiccus, ita q̄d miſceas cū ea caſſia fiſtula, & ſi fuerit lenis, non miſceas cum ea omnino. Et eius quæ fit ex re deſcendente ex capite & commouente pulmonem. Signum eſt tuſſis ſicca ſine ſputo, & fit fortis propriè in nocte, & poſt ſomnum. Cura eius eſt, ut detur in potu ſyropus papaueris, & gargarizet ante ſomnum aquam, in qua decocta ſint folia roſarum ſiccarū, et balauſtiæ, xylocaractæ de Scemi aut Nabatiæ, et teneat in ore ſuo has pilulas: Recipe amyli, tragacanth. amygdal. dulcium excorticatarum, & fabarum excorticatarum, ſemin. papaueris, & corticem eius gummi Arabici, & boli Armen. ana, conficiantur cum mucillagine pſyllij, & mucillagine granorum cotoneorum, & fiat ex eis quæ ſint ſicut lupini, & teneantur in ore. Si ergo ſufficit, benè, & ſi non: Recipe thuris, maſtiches pars 1, myrrhæ, opij, croci, ana tertia partis unius, ſucci liquiritiæ pars una, fiant pilulæ pondere ſextæ drach. 1, & ſumat ex eis in nocte à tribus pilulis uſque ad quatuor, ei fricetur caput in balneo, poſtquàm abraditur cum panno uehementer aſpero tamdiu donec rubeat, & prouocetur ſternutatio omni die. Si ergo ſufficit, benè, ſi non, radatur caput & liniatur cū ſinapi, cōfecta cum decoctione ficuum, et dimittat̄ tamdiu donec ueſicetur locus & aperiant̄ ueſicæ, & cōſolidentur ſpacio longo, & cauterizet̄ locus cōmiſſurarum, & propriè ſuper illā quæ eſt in medio capitis & non cōſolidetur tēpore longo & non negligatur hęc tuſſis, quoniā ipſa multotiens perducit ad phthiſim. Et hęc quidem cura cōfert omni ex cuius capite deſcendit

Pilulæ contra tuſſim.

Digitized by Google

deſcendit ad pectus eius catarrhus ſemper, aut ad ſtomachũ, & fit cauſa ad ſolutionem, aut ad oculos eius, & fit cauſa doloris, aut ulcerum in eis. Et fit ex humiditate pulmonis ipſius in phlegmaticis et ſenibus, & ſigna eius ſunt, multitudo ſputi ab abundantia eius propriè, & poſt ſomnum, & uiſcoſitas phlegmatis in gutture, & commotio hominis cum eo in pluribus diſpoſitionibus eius. Et cura eius eſt, ut in potu ſumat de decoctione hyſſopi, & ſi ſufficit, benè, & ſi non, uomatur & ſoluatur cum Hiera Ruphi, & quæ diximus, ex illis quæ ſcripta ſunt cum ea, & detur poſt id in potu de hoc medicamine: Recipe ſeminum fœniculi, ſemin. apij, radic. lilij, hyſſopi ſiccę, capilli ueneris, ſemin. raphani, añ. drach. 1, ficuum ſiccarum 10, numero, et dactylorum tantundem, decoquãtur cum duabus libris aquę quouſq; remaneat una libra, & detur in potu ex ea omni die libra media, tunc ſi ſufficit, benè, & ſi non, ſumat in potu de hac confectione: Recipe ſucci glycyrrhizæ drach. 10, hyſſopi ſiccæ, capilli ueneris, ſeminũ urticæ, ireos, cordumeni, piperis, ariſtolochiæ rotundæ, amygdalarũ amararum, naſturtij, añ. drach. 5, conficiantur cum melle deſpumato, & detur de ea quantitas nucis. Et hæc quidẽ medicina educit ſaniem ex pectore, & ex ſtomacho, & omnes humores craſſos, & teneat ex eis pilulas in ore: Recipe ſucci liquiritiæ drach. 5, piperis, myrrhæ, cordumeni, amygdalarum amararum añ. drach. 2, aſſæ fœtidæ drach. 1, conficiantur cum melle, & fiant inde pilulæ, & teneantur in ore. Quod ſi tuſſis in nocte prohibeat ſomnum, & faciat uomere, curetur cum eis quę educunt humiditatẽ ex pulmone, & ſumat poſt id de iſtis pilulis, & teneat eas in ore ſuo in nocte. Recipe myrrhæ, ſtyracis liquidę, thuris maſculi añ. opij quartam partis unius, & fiant pilulæ in unaquaq;, quarum ſit pondus ſextæ drach. 1, et ſumatur ſicut diximus. Et fit ex ſiccitate pulmonis. Et ſigna eius ſunt, quod eſt ſine ſputo & alleuiatur cum ſorbitione amyli, & apud introitum balnei, & apud ſomnum, & comeſtionem, & potum uini plurimę commixtionis, & fit fortis, cum eſt fames & ſitis, & propriè cum labor adeſt, & cum ea ſemper aliquid cõſtrictionis anhelitus, aut parum, aut plurimum, & id ſecundũ quantitatem ſiccitatis pulmonis, et extenuationem corporis, & frequentiam in pulſu, & cum paruitate, & uelocitate. Et cura eius eſt, ut in potu detur aqua hordei: Si res iam peruenit in eo ad hoc ut febriat, bis in die, in mane libra media, & poſt tres horas, & intromittatur in tina ſecundum ſex horas diei: Deinde cibetur poſt illud ex kiſcij & cucurbita, & ſimiliter ex oleribus cum oleo amygdalino, & detur ei in potu in tempore ſomni mucillalo pſyllij, & aqua citrulli in tempore ſuo, & aqua cucurbitæ, & alteretur ei aqua cũ iulep, & teneat in ore ex his pilulis: Recipe ſucci glycyrrhizæ drach. 10, ſem. cucurbitę dulcis, ſem. citrulli, ſem. portulacę añ. drach. 5, cõficiantur cum mucillagine pſyllij et albumine oui. Et ſi non eſt febris, cura eſt, ſumere in potu lac, & comedere panem cum eo et potare ipſum cum eſt ſitis, & ſit lac caprarum paſcentium humidum, hordeum, & ſimilia ex herbis. Et fit ex calore pulmonis, cuius ſigna ſunt, uehementia ſitis, & magnitudo anhelitus, et pulſus, et rubedo faciei cũ anhelitu aſcendentium una uice poſt aliam. Et cura eius eſt, aqua hordei, & mucillago pſyllij, & facere

Tuſsis ex humiditate.

Si ex pulmõis calore tuſsis.

Digitized by Google

facere emplaſtrũ pectori cũ cera et oleo uiolato imbibito in mucillagine pſyl
lij,aut aqua portulacę,aut aq̃ lactucę,aut aqua citrulli, & ſimilia, & tenere in
ore pilulas,quas diximus,& cibari pedibus & pullis cũ cucurbita & alkeſek,
& oleũ amygdalarũ, & bibat ſauic de tritico cũ ſaccharo & aquã uerè frigidã
& aſſiduet emplaſtrare pectus cũ his quę infrigidãt. Et fit ex apoſtemate
in pulmone, & ſi eſt calidũ,eius ſigna ſunt febris & conſtrictio anhelitus ſu-
perflua,& frequentia pulſus magna, & uehementia rubedinis maxillarum.

Et cura eius eſt phlebotomia,deinde reliqua cura quam diximus in tuſ-
ſi ex caliditate & ſiccitate pulmonis. Aut eſt apoſtema phlegmaticũ,fri- *Si apoſtema.*
gidum,molle. Et ſigna eius ſunt uehementia conſtrictionis anhelitus,abſq;
plurima caliditate, & neque eſt rubedo in facie, & multitudo ſaliuę & ſputi.

Et cura eius in principio eſt cura apoſtematis calidi, dum cũ eo febris per
manet, cumq; protenduntur dies & ſedatur febris & caliditas, tunc cura
eius eſt, uomitus,& ſolutio uẽtris, & productio ſputi cum eis,quę diximus
in Capitulo tuſſis antiquę ex humiditate pulmonis. Et fit propter apo-
ſtema durum in pulmone, & ſigna eius ſunt conſtrictio anhelitus ſecũdum
dies,& tuſſis ſicca ſine ſputo,& neque eſt caliditas in pectore ſi tangatur,&
eſt difficultas attrahendi uentum,& quod infirmus ſentit conſtrictionẽ an-
helitus, deinde debilitat paulatim ſecundum dierum tranſitum,& non eſt ei
ſanitas. Et quandoq; alleuiatur parum,& protenduntur dies cum habente
eam,ſi ſumat in potu aquam mellis ſubtilem,& teneat in ore ſuo ſemper ole-
um amygdalinũ,& traijciat ipſum paulatim,& bibat lac recenter mulctũ &
fiat ex ipſo ſorbitio cum farina ciceris,& inungatur ſemper pectus cum cera
& oleo imbibito mucillagine fœnugręci,& mucillagine ſeminis lini,& con
fert ei adeps gallinę,& adeps anatis, cum comedit eum. Et fit ex pulmo *Si ex ulcere pulmonis.*
nis ulcere,cuius ſignum eſt, egreſſio ſanguinis,aut ſaniei,aut cortices egre-
dientes cum tuſſi, aut fit poſt ſputum ſanguinis,aut poſt pleureſim,aut poſt
catharrum calidum à capite,& extenuatur in ea corpus & cõcomitatur eam
febris hectica. Et cura eius eſt,ſi nõ eſt antiqua & ulcus eſt recẽs adhuc,&
ſanguis egreditur cum tuſſi,ut ſumat in potu aquam ordei, cum cancris flu-
uialibus & ſyropo de papauere cum lacte,dum non conſtringitur anhelitus
eius, & dentur iſti trochiſci de papauere: Recip. ſeminum papaueris albi, *Trochiſci de papauere.*
medullę ſeminũ cucurbitę,ſeminis citrulli ana. ʒ.10,amyli,tragacãthę,gum
mi Arabici,ſucci liquiritię ana ʒ.5.thuris,maſtiches,boli Armeni,ſanguinis
draconis,carabę.ana.ʒ.2,myrrhę,cinnamomi,opij ana ʒ.1,fiant trochiſci &
ſumant̃ in potu cũ ſyropo de papauere,aut cũ rob myrti. Et ſi fuerit anti
qua & currit ſanies cum ſonitu,& cõſtringitur anhelitus quando retinetur,
tunc detur in potu decoctio hyſſopi & quę diximus ex illis,quę educũt hãc
ſaniem, donec dilatetur ex huiuſmodi rebus,& quando conſtringitur anhe
litus cum iſtis rebus,dentur in potu ea quę educunt ſaniem. Cũ ergo dilata-
tur, redeatur ad iſta & adminiſtretur dum conſtringit̃ anhelitus, & admini-
ſtretur aliquod regimen eius q̃d eſt propter ſiccitatem pulmonis, ex tina &
cibatione,& ſi fuerit putrefactio,& fuerit id quod uenit ex eo fœtidum cum
expuitur,& fuerit plurimũ abundans, & in pectore & in gutture oregmon,
oportębit ut cum eo quod educit ſaniem,lambat æger omni hebdomada ſe-

Digitized by Google

mel ℥.1, myrrhę rubeæ cũ tribus ℥. mellis, & ſuffumiget̃ guttur ſuum in traie ctorio, cum iſtis pilulis: Recip. ariſtolochię, myrrhę, ſtyracis, thuris, ana, arſenici rubei quantũ omnia, aggregentur cum butyro uaccino, et fiant in de pilulę ut auellanę, et ſuffumigetur cũ eis pondere aurei unius, et hæc qui dem ſuffumigatio cõfert tuſſi plurimę humiditatis ſine ulcere. Et it u cus ſiccum, et ſignum eius eſt quod fit poſt ſputum ſanguinis et ſaniei, dein de abſcindit̃ ſputũ, et remanet tuſſis ſicca ſine ſputo, et corpus liqueſit cũ ea.

Et cura eius eſt ſumere in potu lac, et omnia quę diximus in cura ſiccita tis pulmonis. Et fit tuſſis ſicca ex frigiditate aëris, & ſignũ eius eſt quod, excitatur cum uiolentia frigoris eius, & fortitudo in hyeme, & eſt dura et ſic ca. Et cura eius eſt ſorbitio calida, & prohibitio ab attractione aëris fri gidi, & introitus balnei.

De ſputo & uomitu ſanguinis. Cap. LIII.

Vnde ſanguis ex ore manare poſsit.

SAnguinis exitus ab ore, aut fit cum uomitu, & eſt exitus eius à ſtoma cho et partibus eius cum ſonitu raſcationi ſimili, aut cum tuſſi, et eius exitus eſt à pulmone, aut à pectore & finibus eius, aut cum raſcatio ne & deſcendit ex capite, et ex uuula, & palato & finibus eorũ. Et in curatione quidem eius qui egreditur cum raſcatione & ſonitu ſibi ſimili facili, & paruo, ſi eſt paruę quãtitatis, ſufficit gargariſmus ex rebus ſtypticis, ſicut qui fit ex aqua roſarum, in qua infuſum eſt ſumach, aut rob agreſtę, aut aqua cotoneorũ et ſimilibus. Si eſt plurimę quantitatis, tunc oportet ut phlebotomet̃ Cephalica, deinde gargarizetur cũ iſtis rebus. Si autem in loco oris fuerit ulcus recens, inuiſcẽtur ſuper ipſum thus, et ſanguis draconis & teneat in ore aquã roſarum, in qua bullierint cupulę glandium, aut camer

Camerſich.

ſich, quod eſt ſemen tamariſci. Et ſi fuerit ulcus malum putridum, cure tur curatione cholerę putridę, et conſideretur ſanguis qui egreditur in uo mitu, & ſi fuerit plurimus, aut aſſiduet pluribus diebus, phlebotomet̃ Baſili ca, deinde comedat res ſtypticas et glutinationes faciẽtes paulatim una uice poſt aliam, & propriè ſi æger inuenerit dolorem inter utraſque ſcapulas, tũc oportet, ut traijciat aquã cotoneorum acetoſorũ, in qua diſſolutũ ſit aliquid thuris uicibus pluribus, & comedat ex glandibus, et xilocaractis, et paſſis cũ ſuis interioribus, & agreſta et ſumach, et bibat de hoc medicamine: Re cip. boli armeni, gũmi arabici, balauſtię, ſanguin. draconis, thuris ana, det̃ in potu cum aqua cotoneorum, aut cum aqua malorum, & ponatur cibus agre ſta, et ſimilia ex eis quę ſtypticitatem faciunt, et deuitet omne calidum et acu tum. Et fit quidem egreſſio ſanguinis ex pectore & pulmone cum tuſſi, et il le qui eſt ex pulmone, eſt multotiens cum tuſſi parua. Et ille qui eſt ex pecto re, eſt parum cum tuſſi plurima. Sit ergo plurimum ſtudij tui in hac tuſſi, eſt enim timoroſa, perducens in pluribus diſpoſitionibus ad pthiſim. In cipe ergo à phlebotomia Baſilicę, deinde da in potu hoc medicamẽ: Re cip. thuris, ſanguinis draconis ana, partem 1. endiuię, carabę ana, partem s, hę matitis, terrę ſigillatę ana, partẽ 1, & s. aluminis, balauſtię duas tertias partis unius, dentur ex eo in potu ℨ.3, cum pondere cherat unius opij, et cherate ſe minum hyoſcyami, et cinnamomi tertia ℨ.1, aut ſpicę, aut coſti, aut myrrhę, & gargarizet cum aceto, et aqua roſarum, in matutinis et ueſperis, et melius eſt

Digitized by Google

eſt ut des ex eis in potu hoc medicamen cum aqua albedarogi, aut cũ aqua portulacę, ſi fuerit cum eo caliditas, & ſi inueneris in pectore dolorem cum ſputo ſanguinis, tunc linę locũ doloris hoc medicamine, cuius narratio præceſſit, & da ei ex ipſo in potu poſtq̃ confeceris ipſum cum uino.

De Pleuritide. Cap. LIIII.

Fit ex ſanguine. Cuius ſigna ſunt, rubedo coloris, repletio pulſus, & uehementia conſtrictionis anhelitus, poſt multam repletionẽ uini, et ſi ſputũ iam incœperit, erit rubedo in eo plus. Et cura eius eſt, phlebotomia Baſilicę ex latere oppoſito, deinde iteratio phlebotomię ex latere doloris in die tertia, & da in potu aquam hordei, & uiolas conditas, & ſi natura fuerit ſtricta, humectetur cum aqua fructuũ, ſicut aqua prunorũ, uiolarum ſiccarum, & caſſiæ fiſtulę, & tereniabin. Et ſi fuerit dolor & punctura uehemẽs, fiat emplaſtrũ cum uiolis ſiccis, & chamæmelo, & farina hordei & altheę, & de unoquoq; quorũ ſumatur pugillus unus, conficiatur cum aqua, & oleo ſeſamino, & emplaſtretur cũ eo locus dum eſt tepidum.

Et ſi tuſſis fuerit ſicca, & difficultas ſpuendi uehementer ualdè, tũc da ei in potu omni die ante aquam hordei hora una hanc decoctionẽ: Recip. ficus albę 20. numero, paſſularũ enucleatarũ ʒ.10, radicis glycyrrhizæ puluerizatę ʒ 5, iuiubę 20. numero, ſebeſten totidem, bulliant in tribus lib. aquę quouſq; redeat ad lib. 1. & .s, coletur & detur de ea in potu libra media cum ʒ.5, uiolarũ conditarũ, ʒ.3, olei amygdalarũ dulciũ. Si autem mundificatur infirmus, & ſanat̃, bene, & ſi remãſerint ex ea reliquię, iã diximus curã eius.

Et fit pleureſis ex bile, & ſigna eius ſunt, punctura & dolor in latere, & caliditas fortior q̃ eius quę fit ex ſanguine, & pulſus minor, & durior & febris acutior. Et cura eius eſt, phlebotomia, ſed ex latere doloris de Baſilica, & emplaſtretur locus uel pectus cum eis quę diximus, & leniatur natura cum eis quę diximus niſi fuerit ſolutio uentris, & ſimiliter fiat ut reliqua cura, præter quod in hac ſpecie neceſſariũ eſt, ut extinguatur inflãmatio cholerę ſuperflua extinctione cum frigidis, quę ſunt ſicut mucillago pſyllij & aqua citrulli, & aqua cucurbitę, & aqua melonis Indi, quęcũq; eſt preſens, & per additionem cum aqua hordei, et ſit cibus ex kiſck, & cucurbita, & ſpinachia, & quod fit ex maluis cũ oleo amygdalarum. Et fit ex ſanguine aduſto nigro. & ſigna eius ſunt uehementia puncturę cum ſiccitate oris, et fortitudine febris, & aſperitas linguę, et poſtpoſitio ſputi & tarditas eius, et difficultas ipſius, & nigredo coloris ipſius, et plurimũ eſt mortale. Et cura eius eſt, phlebotomia & omnia quę diximus, ueruntamẽ oportet ut potetur æger in hac egritudine ex extinguẽtibus rem plurimam, et traijciat ſemper in iulep, & potet aquam hordei tribus uicibus, et ingrediatur ter in die tinam, & prolonget ſeſſionẽ in ea, & locus doloris embrochetur cum aqua calida, & aſſiduetur deſuper emplaſtrũ. Et fit pleureſis ex ſanguine in quo dominatur phlegma, & eſt magis quieta & leuior, & febris non habet magnũ dominium, & non eſt punctura in latere, & eſt ſputum in hac ægritudine albius, & in ipſo eſt rubedo parua. Et cura eius eſt, phlebotomia etiã, deinde decoctio hyſſopi, & uiolę conditę, et reliqua quę diximus, ueruntamẽ extinctio & humectatio oportet, ut ſint minores,

Digitized by Google

De phthiſi. Cap. LV.

PHthiſis fit aut poſt pleureſim, aut poſt ſputum ſanguinis, aut poſt corizam, et catarrhum plurimum ex capite, aut poſt tuſſim longam, et nos quidem iam diximus ſigna et curam in cura tuſſis.

De peripleumonia. Cap. LVI.

PEripleumonia eſt phlegmatica ſecundũ plurimũ, et quãdoq; eſt ſanguinea, et etiã cholerica, ſed raro, et accidit ab apoſtemate quod eſt in pulmone, et iam diximus curam et ſigna in cura tuſſis.

De dyſpnœa. Cap. LVII.

DYſpnœa plurimum fit ex phlegmate craſſo implente cannã pulmonis, et ſunt cum ea oregmon magnus in pectore, et conſtrictio anhelitus, et id quod faciunt canes in anhelitu, quando currũt et propriè apud motum. Et cura eius eſt, quod educit illos humores craſſos ex pectore, et iam diximus id in tuſſi humida. Et fit quandoq; ex ſiccitate pulmonis, et ſigna eius ſunt ſitis, et ſubtilitas nocet. Et cura eius eſt, ſumere lac in potu.

De ægritudinibus cordis. Cap. LVIII.

AEgritudines cordis quas curari poſſibile eſt, ſunt alteratio complexionis antequàm cõfirmetur, et tremor cordis, et ſyncopis, et dolor qui non confirmatꝰ, et debilitas. Apoſtematis uerò diſruptio aut corruptio complexionis confirmatę, non ſunt faciles ad curandum, & ſigna dolorum mortem inferentium ſunt caſus pulſus, poſt uehementiam diuerſitatis & magnitudinis; & citrinitas coloris ſubito, poſt uehementiã rubedinis eius, & ſyncopis difficilis tardę euaſionis & ſudor frigidus. Quod autẽ ex eis curatur eſt caliditas cordis, non confirmata, cuius ſigna ſunt uehementia caliditatis pectoris, & magnitudo pulſus & uelocitas ipſius, & frequentia ipſius, & febris inſeparabilis. Et cura eius eſt, ſumere in potu lac aceroſum extracto butyro, & rob, acetoſitas citri, & rob malorum & rob acetoſę, & aquã citrulli, & trochiſcos de camphora, et emplaſtretur pectus cum ſantalis & aqua roſata, et camphora infrigidatis ſuper niuẽ, & alteretur emplaſtrũ cum ſit tepidum, & detur in potu aqua frigida, & habitet in locis frigidis. Et eſt cum frigore complexionis cum nõ eſt confirmata, & ſigna eius ſunt, raritas pulſus & anhelitus, & pigritia, & deſtructio lætitię faciei.

Et cura eius eſt, dare in potu uinum forte, odoriferũ, purũ, paucę quantitatis, & odorare odorifera calida, & inungere pectus cũ oleo nardino, & emplaſtrare ipſum cum ſpica & coſto, & ſauina, & cyperis, & cinnamomo, & gariophilis, & folijs myrti, fiat emplaſtrum cum uino & aqua cotoneorum, & aqua malorum, & emplaſtretur cum eo cor, & comedat pullos columbarum, & uitella ouorum de paruis auibus, & frixis habẽtibus plures ſpecies, quibus condiuntur cibaria. Et eſt ex complexione ſicca ſi nondum confirmata eſt, & ſigna eius ſunt, quod corpus iam extenuatum eſt, ſed non totum, & pulſus durus, paruus, frequens. Et cura eius eſt, aqua hordei, ſi eſt febris quantitatem habens, & ſi nõ, potus lactis, & introitus tinę, et balneatio cum

cum aqua dulci, ſicut diximus in tuſſi ſicca, & poſitio ceræ et olei ſuper pectus, et inter ſcapulas, et potare oleum amygdalinum ſuper uinum paucum hoc modo, media ℥. olei amygdalarũ fundatur ſuper ℥.5. uini, & bibatur in matutinis, deinde bibat ſorbitionem factã ex aqua hordei & oleo amygdalino, & ſaccharo, deinde egrediatur tinam, poſt egrediatur & emplaſtret pectus cum eis quę diximus, & uitet laborem. Ex humiditate uerò non fiunt fortaſſe in corde ægritudines, nam ſi dominatur in diſpoſitionem corporis, adeò donec neceſſe ſit, ut cordi dominetur, interficit uelociter, non expectat curationem, & ſi fuerit apoplexia, & paralyſis propter actionẽ dominij humiditatis ſuper cor. Debilitatis autem cordis ſigna ſunt, tremor cordis ſine caliditate, & nõ eſt uelocitas in pulſu, & conſtrictio anhelitus, & diſpoſitio ſimilis ſyncopi, adeò donec ſuperueniat ei foraſſe ſyncopis, iſta accidũt infirmo etiam cum commouetur, et cura eius eſt, diamuſcum quod reponitur, & mithridatum, et confert ei hoc medicamen: Recip. maſtiches, cinnamomi, piperis longi, ſiſymbrij, felengemiſk, bedarogi, meliſſę, folij Indi, coriandri ſicci, ſpicę nardi ana. ʒ.1, coralli, carabę, margaritarum paruarum, ſpodij. ʒ.5, moſchi ſexta ʒ.1, conficiatur cum melle extracto à mirobalanis kebulis conditis. Aut ſumatur emblicorum, mirobalanorũ nigrorum, & kebulorum ana, pugillus unus, et bulliant in aqua benè, et effundantur de illa aqua partes quatuor ſuper duas partes mellis diſpumati, & coquatur donec medietur aqua, deinde cõficiatur cum eo. Et inungatur pectus cum eis, quę diximus de odoriferis caliditatis, & cum gallia: Vtatur ſuffumigationibus & uino odorifero, & cibi eius ſint pulli, & hœdi, & uitella ouorũ ſorbilium, & utatur ludis, & augmento in ſomno, & indumentis muſcatis ſemper, & dormiat in eis, & deuitet coitum & laborem. Et tremor cordis ſecundum plurimum fit cum calore. Et cura eius eſt, phlebotomia cephalicę, ex latere ſiniſtro, & dare in potu lac acetoſum, & trochiſcos de camphora ſecundum quod diximus. Et fit tremor cordis, raro tamen ex multitudine melãcholię in ſanguine, & hæc ſpecies tremoris cordis eſt nocibilior ſpecierum tremoris cordis, & ſigna eius ſunt, corruptio cogitationis & timor, & ſilueſtreita, & diſpoſitio proxima melancholię quę eſt ex dominio cholerę nigrę in ſanguine. Et cura eius eſt, quod diximus in melancholia, quę eſt ex dominio cholerę nigrę in ſanguinem. Et fit ſyncopis, propter diſpoſitionem quę accidit cordi, cum cõmunitate cerebri. Et cura eius eſt, in hora paroxyſmi roratio aquę frigidę & infuſio ipſius, & inſufflatio moſchi in naſum, & fricatio extremitatũ & pedũ compreſſio, & odorare uinũ, & odorifera & odorare odores cibarij odoriferi, & ſumere diamoſchi cum aqua malorũ, & tortellas tritas cum uino odorifero. In diſpoſitione autem quę eſt præter paroxyſmum conſideretur, an, eſt ex debilitate cordis, aut ex frigiditate, aut ex caliditate, & curetur cum ſua cura.

De tremore cordis.

De ægritudinibus ſtomachi. Cap. LIX.

AEgritudines ſtomachi ſunt debilitas digeſtionis, & malitia iſtimbrę, paruitas appetitus & ſuperfluitas eius, & dolor qui commouetur in eo ſine comeſtione, & dolor qui commouetur poſt comeſtionem

 nem

Digitized by Google

nem, & uomitus eius quod comeditur & apoſtema & ulcera. Et debilitas quidem digeſtionis fit ex frigore ſtomachi, & ſigna eius ſunt, eructuatio acetoſa & lenitas uentris, & eius inflatio, & multitudo uentoſitatis, & longitudo morę cibi in ſtomacho. Et cura eius eſt, zingiber conditũ, & diatrion pipereon, & alcandidicon, & diacalamentum & cõferunt ei ſemina calida ſicut ſunt ammeos, cyminũ, carui, grana nigra, origanum, alaniuden, & ſimilia, ſingulariter aut coniunctim. Et fit ex humiditate ſtomachi, & ſigna eius ſunt multitudo ſputi, & aſſiduatio nauſeę & paucitas ſitis, & uelocitas deſcenſionis cibi abſque plurima alteratione in eo. Et cura eius eſt, uomitus, deinde triphera minor & ſcoria ferri, deinde medicinę quę exiccant, ſicut thus & cyminum, & emblici conditi, & balauſtię, cyperi & ſimilia. Et fit ex humiditate ſtomachi, & frigiditate eius, et eſt illud quod eſt plurimum, & ſigna eius ſunt eructuatio acetoſa, inflammatio uentris, & paucitas ſitis, & uelocitas deſcenſionis cibi. Et cura eius ſunt electuaria cõpoſita ex medicinis calidis & ſtypticis, ſicut illud, diaolibanum, & illud de agnocaſto, & homoruſię, & triphera minor componitur in ea piper, & zingiber, & diacitoniten non ſolutiuum, & adminiſtretur quodcunque fuerit pręſens poſt uomitum, & ſit cibus frixa plurima habentia ſemina, & ſpecies quibus cibaria condiuntur, et uinum ſit forte antiquum. Et fit propter caliditatem ſtomachi cum humiditate, et ſigna eius ſunt paucitas appetitus, multitudo ſaliuæ, nauſea. Et cura eius eſt uomitus, et ſumere in potu hieram picram, deinde electuaria deſiccatiua ſine multa calefactione, ſicut mirobalanorum nigrorum, et kebuli, et emblici, quando cõficiuntur cum paſſulis tritis, cum ſuis interioribus, et eleizeſeibin de ſaccharo, quãdoque conficiuntur cum eo roſæ contritæ et ſpodium. Et fit debilitas digeſtionis ex ſiccitate ſtomachi, et ſigna eius ſunt extenuatio corporis et diſpoſitio ſimilis hecticę et uehementia ſitis. Et cura eius eſt, balneatio cum aqua tepida dulci abſque mora in tina, et ſumere in potu lac et aquam hordei, ſicut diximus in Capite ſiccitatis pulmonis. Et debilitas digeſtionis fit ex debilitate corporis ſtomachi, et ſigna eius ſunt, quod fit poſt uomitum plurimum, et digerit paucum cibum, et grauat illum qui eſt ſuper ipſum. Et cura eius eſt, triphera magna et ſcoria, et inunctio cum oleo nardino, aut emplaſtretur cũ ſpica, et cyperis, et ſchœnoſanto, maſtichę et thure, et aqua cotoneorum, et uino ſtyptico, et detur electuarium de xiloaloës, et diacitoniten non ſolutiuum, & multiplicet maſticationem maſtiches, & acceptionẽ eius cum roſis, & cyperis & thure, & ſumat puluerẽ eorum, quorum uniuſcuiuſque æqualiter ſint ʒ.2, & bibat uinum ſtypticum, & comedat ex cibis, et fructibus ſtypticis. Et fit ex malitia digeſtionis, aut ex caliditate complexionis ſtomachi, aut ex bile in ipſo, aut ex melancholia, & ſigna eius quę ex caliditate ſine materia ſunt ſitis, et eructuatio fœtida cum ſiccitate oris. Et cura eius ſunt, cibi acetoſi craſſi, ſicut illi qui infrigidati ſunt, et acetoſi cum uaccina carne, et illi qui fiunt cum agreſta, et cum ſumach, et potu aquæ ueri frigoris, et emplaſtratio eius cum herbis frigidis. Et fit cum materia quæ eſt ex cholera rubea in concauitate eius, et ſigna eius ſunt, nauſea et uomitus chole-

Digitized by Google

tus cholerę & eructuatio fœtida poſt comeſtionem, & corruptio ciborum leuium in ipſo, ſicut carnium auium, & bonitas digeſtionis ciborum craſſorum, ut carnium uaccinarum. Et cura eius eſt uomitus, cum ſyropo acetoſo, & ſolutio cum hierapicra, deinde cibi quos diximus ante hac. Et fit ex melancholia, & ſigna eius ſunt, incendium ante comeſtionem quod ſedat comeſtio, aut de quo comeſtio diminuit, magnitudo ſplenis, & uomitus acetoſus faciens congelationem in dentibus, & dolor ſtomachi propriè ante comeſtionem. Et cura eius eſt, ſollicitudo cum decoctione epithymi multotiens, & phlebotomia Baſilicæ, & cibi frigidi cum ſaccharo & oleo amygdalarum, & uinum dulce. Et fit iterum debilitas appetitus propter caliditatem ſtomachi, & multiudinem cholerę in eo, & iam diximus ſigna eius & curã eius. Aut propterea quod corpus nõ ſollicitatur pro cibo, & ſigna eius ſunt, repletio & longitudo quietis. Et cura eius eſt, minoratio cibi, & motus, & exercitium. Et fit etiam debilitas appetitus, quoniam non reſoluitur ex corpore aliquid, & ſigna eius ſunt, durities cutis, corporis longitudo, tolerãtia famis. Et cura eius eſt balneũ, & fricatio, & exercitiũ, et fricare in balneo cũ baurach & farina ciceris, & ſudare plurimũ, & aſſiduatio balnei. Et fit quoniã hepar nõ attrahit à ſtomacho rem plurimã, & ſignũ eius eſt, quod egeſtio eſt alba & uiridis. Et cura eius ſunt omnia quę faciũt penetrare cibum & nutrimentũ, ſicut uinũ uetus, amarum, forte, de quo modicum detur in potu in ieiunio, & balneum ante cibum, & exercitium, & omnia quę calefaciunt hepar, & aperiunt oppilationem eius, ſicut diacalamentum, & diatrion pipereon, & electuaria calida ſubtilia. Et fit propter retentionẽ eius quod diſtillat de melancholia in os ſtomachi, & ſigna eius ſunt, ut non patiatur famem, quod ſi comedat in quibuſdam oris comeſtionem unam, & digeritur benè, tunc eſt fames priuata, & digeſtio temperata. Et cura eius eſt, aſſiduatio ciborum acetoſorum aggregantium acetoſitatem & ſtypticitatem, ſicut acetoſa & agreſta, & ſumach, et ribes, et cibi infrigidati, et alkeel, et infrigidata cum eis facta, & adminiſtratio alkaul, kulgamic, et oleorum et condimentorum in quibus eſt caliditas, ſicut cepæ allia, porri, piper, altit, & ſinapiũ, et ſimilia de illis que excitant appetitum cum mordicatione pauca conuenientia in hoc eſt. Et fit propter ægritudinem in neruo uenientẽ ad os ſtomachi, et ſigna eius ſunt, ut nõ ueniat per iſtas medicinas, et cibos acutos ſenſum aut plurimũ ſenſum et neq; accidat ei nauſea. Et cura eius eſt difficilis, attamẽ curatur ſecundũ diſpoſitionẽ cũ confortatione cerebri, et cum emplaſtris calefactiuis de illis, quę ponuntur ſuper os ſtomachi. Et fit dolor in ſtomacho ante comeſtionẽ, aut poſt comeſtionẽ, et dolor qui fit in ſtomacho ante comeſtionẽ, aut fit propter apoſtema, aut propter ulcera, aut propter uentoſitatẽ craſſam extendentem ipſum, et ille qui fit poſt comeſtionẽ alius eſt cũ uomitu, et alius ſine uomitu. Et ſigna doloris qui fit ex apoſtemate calido in ſtomacho, ſunt febris, et apparitio apoſtematis in ſtomacho, et caſus appetitus omnino, uomitus et ſitis. Et cura eius eſt, phlebotomia, deinde uomitus, et trochiſci de ſpodio cũ rob agreſtę, & rob de citonijs, et ſimilia, et debet eſſe cõtentus ꝓ cibo, aq̃

hordei cum granatis, faciat illud uſquequo alleuietur febris & caliditas, & poſt illud ſumat in potu aquam endiuiæ, in qua diſſoluta ſunt medulla caſsiæ fiſtulę, & trochiſci roſati, & quando antiquatur, ſumat in potu trochiſcos de bdellio, & emplaſtretur in principio rei cum ſantalis & roſa, & camphora, & ſi ſedatur caliditas & fortior fit res, emplaſtretur cum cera & oleo nardino in quo iam proiecti ſunt pro omni ℥. eius, duo aurei aloës, & duo aurei maſtiches, & duo aurei ſchænoſanti, & duo aurei cyperi, & aurei tres bdellij diſſoluti cum uino, & hoc apoſtema quod accidit in ſtomacho, plurimum accidit in ore eius, & permutatur ad apoſtema durum, aut collectionem ſaniei & fit dubellati, & ego dicam ſigna & curam eius, in ulceribus ſtomachi. Et fit propter apoſtema phlegmaticum, & ô quam parum accidit in eo, & ſigna eius ſunt febris leuis, & multitudo ſputi cum caſu appetitus, & inflatio ſtomachi abſque duritie in tactu. Et cura eius eſt, ut detur in potu infuſio de aloë, & alleuietur cibus, & abhorreat uomitum, & emplaſtretur cũ cinere arboris uitis, & cyperis, ſchænoſanto, & ſpica confectis cum aceto. Et fit apoſtema durum in ſtomacho, & parum accidit incipiens, & non accidit niſi poſt apoſtema calidum, & nos diximus curam eius. Si autem induretur in diſpoſitione ſua, ualde emplaſtretur cum fortiter diſſoluentibus, ſicut hoc emplaſtrum: Recip. ſemen caulis, amygdalarum amararum excorticatarum, ſtyracis liquidę, bdellij, myrrhæ, ſpicę, maſtiches, cyperi, ſchænoſanti, reſoluantur gummi cũ uino, & aggregentur cum eis reliqua, & fiat emplaſtrum. Et fit dolor propter ulcera in ſtomacho, & ſigna eius ſunt, quod fortior ſit dolor, cum comedit res acetoſas, & acutas, & apparet in uomitu, aut in egeſtione ſanguinis, aut ſanies cũ dolore, aut inter utraſque ſcapulas, aut ſub collo, aut ſuper umbilico. Et cura eius eſt, ut detur in potu aqua hordei ſi fuerit caliditas, deinde poſt duas horas detur in potu hoc medicamen: Recip. thuris, ſanguinis draconis, ana. ʒ.5, roſarum, balauſtiæ, karabę ana. ʒ.2, boli armeni ʒ.3, dentur in potu cum aliquibus robub ſtypticis. Et fit propter dubellati in ſtomacho, & ſignum dubellati in ſtomacho eſt quando ſedatur febris, & dolor propter apoſtema calidum magnum ſenſu perceptum uelociter.

Si ergo remanſerit inflatio, ſcias quod apoſtema iam collectionem fecit ſaniei, & indiget eo quod diſrumpat ipſum, detur ergo in potu lac dulce, & aqua calida una uice poſt aliam, prematur deſuper & moueatur. Si ergo commouetur tremor, & egeſtio ſanguinis & ſaniei, & detumeſcit apoſtema, ſcias quod iam diſruptum eſt, & ſi aliud non ualet, tũc ciba infirmum ſinapi, & da ei in potu aquam mellinam, donec diſrumpatur, quod ſi diſrumpatur, tunc da ei in potu aquam mellis, uice una, & hoc medicamen uice una, donec mundificet ipſum aqua mellis, & conſolidet ipſum hoc medicamen. Et fit dolor ex uentoſitate tendente ipſum, & ſigna ſunt quod commouetur poſt digeſtionem cibi in latere ſiniſtro ſuper ſplenem, & rugit cum premitur deſuper. Et cura eius eſt, ſtare rectus, & deambulatio, & aduocare eructationẽ cum maſticatione thuris & cymini, & deuitare herbas & cibos inflatiuos. Et fit dolor qui cõmouetur

poſt

Digitized by Google

poſt comeſtionem plurimã et corrumpitur cum eo digeſtio, et non commouetur poſt comeſtionem paruam, et non corrumpitur digeſtio. Et eius cura eſt, ut comedat in die multotiens, et parum. Et fit dolor qui nõ commouetur poſt comeſtionẽ, nec ſedatur niſi uomitu, et eſt uehementior dolor ſtomachi. Et cura eius eſt, potare infuſionem aloës, deinde trochiſcos ſtellę, et trochiſcos ireos, et diſpartire cibum in pluribus uicibus, et præmittere ante cibum lambitionem mellis, et confert ei ut ſumat uitella trium ouorum aſſatorum et ℥. i, coriãdri ſicci triti, conficiatur cum melle deſpumato, et comedat ante cibum omni die, et confert ei ut cauterizetur caput ſuper commiſſuram mediam cauterio longo. Et fit augmentum appetitus, aut propter uehementiam laboris aduenientis homini in ambulatione ſua, aut propter multitudinẽ eius quod effunditur de cholera nigra ad os ſtomachi, aut frigus ſtomachi, aut propter uehementiam raritatis corporis. Si autem eſt propter multitudinẽ effuſionis cholerę nigræ, ſigna ſunt, quod eſt cum multitudine comeſtionis multitudo egeſtionis, et in infirmo ſi non comedatur excitatur mordicatio uehemens in ſtomacho, et nõ tolerat quin comedat. Et cura eius eſt, cibus pinguis et uinum dulce, et phlebotomia Baſilicæ, et decoctio epithymi, et cauteriũ, et uentoſę ſuper ſplenem. Et fit ex frigore ſtomachi, et ſignum eius eſt multitudo comeſtionis, cum multitudine ſingultus ſine mordicatione. Et cura eius eſt, illud quod diximus in frigido ſtomacho, aut uerò oportet ut confortetur et aſſiduet curationem. Et fit ex raritate corporis, et ſignum eſt ut non ſit cum eo egeſtio ſecundum quantitatem comeſtionis. Et cura eius èſt, ſeſſio in aqua frigida, et in locis frigidis, et inungere corpus, cum oleo mirtino, et cera, et cibi craſſi, humidi, tardę penetrationis, ſicut ſumach, et agreſta, et carnes uaccinę, et arietinę, et cibi uiſcoſi, et oppilatiui, ſicut pheludegi, et caſeus recens, et panis azimus. Et fit aliud quod accidit ex uehementia laboris, deambulationis, et ſignũ eius eſt, quod mouetur poſt famem uehementem ſyncopis. Et cura eius eſt, ut in potu ſumat uinũ et aquam carnis, cum ſpeciebus condientibus, et prohibeatur à ſomno, deinde ingrediatur balneum. Et fit ex deſiderijs malis, et accidit aut mulieri pręgnanti, aut ei qui in ſtomacho ſuo habet humores malos.

Et cura eius eſt, ut detur prægnanti electuarium de xiloaloës, et diacitoniten nõ laxatiuum et comedat de carnibus gallinę, et cerebellis hœduli, & arietis aſſatis, et euomat in quibuſdã horis uomitu leni, et comedat rem modicam de cepa, et allio, et ſinapi. Illi autem qui deſiderant res malas, ut carbones et lutum, euomant, deinde ſumant in potu infuſionem aloës, et detur eis poſt illud triphera facta de ſcoria ferri, et ſedetur appetitus eius cum excitatur cum corroſione oſſium pullorum columborum aſſatorum, et carne ſalita, et alhehil, et cardamomo, hæc enim ſedant ea quę diximus.

De cholerica paſſione. Cap. LX.

CHolerica paſſio fit ex cõuerſione cibi in ſtomacho et inteſtinis, et ſigna eius ſunt, anteceſſio ſatietatis nauſeatiuę, et multiudo uẽtoſitatis in uentre ante eã, p dies aliquot, et ꝗd incipit cũ dolore umbilici, et pũctura eius, deinde uenit ſolutio plurima ſine uomitu, aut cũ uomitu pauco. Cura eius eſt, ut bibat

Digitized by Google

ut bibat hora qua ſentit puncturã, & corroſionem, aquam calidã in qua bullitum fuerit cyminum multotiens, & requirat ſomnũ, & prohibeatur ab aſſellatione, quantũ poſſibile eſt, & infundat tortellas in uino ueteri & comedat eas. Si autem ſentit grauitatẽ in capite ſuo, dormiat, & cum euigilatur ingrediatur balneum, & prolonget famem, deinde redeat ad conſuetudinẽ ſuam paulatim. Et fit ex effuſione cholerę rubeę ad ſtomachũ & inteſtina cum ſuperfluitate, & eſt deterior earũ & peior, & magis deterrẽs, & cum ea eſt nauſea uehemens ualdè & ſitis aſſidua, & bibat aquã frigidã, & ſedatur nauſea eius, donec calefiat in ſtomacho, deinde euomat eam. Et quandoq; eſt cum ea uentris ſolutio, & quandoq; ſuperfluit, adeò donec facit ſuperuenire infirmo ſyncopim, & cadit pulſus. Et cura eius eſt, ut ſumat in principio aquæ calidæ plurimum, ut euomat cum facilitate & egrediatur ab eo plurimum illius cholerę. Quũ ergo peruenit uomitus ad hoc, quod cadat uirtus & ſuperfluit, tũc ligentur utraq; adiutoria, & infrigidetur ſtomachus eius cũ niue ponendo eam ſuper ipſum, & effundatur ſuper extrema eius aqua frigida, & da ei in potu rob granatorum purum una uice poſt aliam, & quando euomit ipſum, reitera ipſum, & da ei in potu ſpodium & lutum aleſiburni, & roſas ſiccas, & diſſolue ea in aqua malorum, & da ei in potu de aqua frigida, & quando euomit eam, reitera donec uideat uomitũ alleuiari parũ, & tunc fac eum ſorbere aquam carnis aſſumptã ex pullis contritis, & funde ſuper eam parum aquę cotoneorum & parum uini, & pulueriza deſuper tortellas tritas, & ſi euomit eas, reitera illud ſuper ipſum donec recipiat illud, & da ei in potu aquã agreſtę, in qua infuſi ſunt & pulli & cubugi, & pulli columbini, aſſati contriti, & cum recipit cibũ, tunc da in potu uinum, & cooperi eum ut dormiat, nam uomitus ſedatur cum ſomno omnino.

De eructatione Cap. LXI.

ERuctatio ſi multiplicetur, digeſtionẽ corrumpit, & quando minoratur, inflat ſtomachum, & quando minoratur, confert ei maſticatio thuris, & cymini, & quãdo multiplicatur utatur uomitu ante cibum, & electuarium diatrionpipereon, et zingibere condito, & balneo.

De ſingultu. Cap. LXII.

FIt aut propter craſſam uentoſitatem, aut propter rem mordicãtem os ſtomachi, extendentẽ ipſum, aut propter apoſtema in hepate, aut propter ſolutionem & euacuationem ſuperfluam. Et ſigna eius quod accidit à mordicatione oris ſtomachi ſunt, quod fit poſt comeſtionem rei calidę, aut uomitus cholerę rubeę, aut uiridis, aut nigræ. Et cura eius eſt, traijcere aquam calidam aliquotiens, deinde ſumat oleũ amygdalarum, aut ſumat de butyro recenti paulatim, & ſi ſedatur, benè, et ſi nõ, adminiſtra uomitum dando in potu ſyropum aceto ſum, & aquam calidam, & euomat eũ multotiẽs, deinde da ei oleũ et ſorbitiones leues factas ex amylo, & oleo amygdalarũ et ſaccharo. Et quãdo eſt ex uẽtoſitate craſſa, ſignũ eſt, q̃d fit poſt ſatietatem nauſeatiuam, & accidit infantibus plurimum poſt multitudinem ſuctionis mammillę, et cõferunt ei ammeos, zingiber, calamentũ, &

maſtiche

Digitized by Google

maſtiche ſingulariter, et compoſitè, & cõfert ei ſumere in puluere foliũ ſiſymbrij ſicci triti, aut folia rutę, aut folia calamenti, aut ſemen eorum, de unoquoque, quorũ ſumatur puluis pondere ʒ.2, cum uino puro, aut decoctione cymini et calamenti & diſſoluatur in aqua parum thuris, et detur in potu & uaporetur locus, et ingrediatur balneum calidum, et traijciat aquam calidam non ſuperfluè. Et eius qui fit ex apoſtemate hepatis calido, ſigna ſunt febris acuta & nauſea. Et eius cura eſt phlebotomia Baſilicę, et ſumere in potu aquam hordei, & aquam granatorum, et emplaſtretur hepar ſantalis, & aqua roſarum, et aceto, et camphora, & ſumere in potu aquã ſolani & endiuię bullitam et colatam cum ſyropo acetoſo. Et fit ſingultus accidens poſt diariam et debilitatem et ſolutionem uentris, et reliquas euacuationes, & plurimum eius curationem non habet, et eſt ſignum malum, et curatur ſecundum diſpoſitionem, ſumendo in potu lac ſemper, et ſorbitiones leues, et uinum plurimę commixtionis, et aquam carnis.

De ægritudinibus hepatis. Cap. LXIII.

AEgritudines hepatis aut apoſtema calidũ, aut durũ, et nõ forſitan fit phlegmaticũ, aut oppilatio, aut malitia complexionis frigidę, aut calidę, aut debilitas eius tantum, aut uentoſitas craſſa ſub eo, et icteritia, et hydropiſis. Et ſigna apoſtematis calidi ſunt, febris inſeparabilis, et uehemẽtia ſitis, et uomitus cholerę, et quandoq; fit cum eo ſingultus, et icteritia, et tuſſis ſicca in qua non eſt ſputum omnino, et caſus appetitus. Et cura eius eſt, ut cum eſt incipiens et uſq; ad hebdomadam unam, phlebotomia Cephalicę in latere dextro, et emplaſtretur hepar ſantalis, & camphora, et aqua roſarum, et infrigidetur hepar ſemper, et ſit cõtentus pro cibo aqua hordei, et det̃ in potu aqua granatorũ acetoſorũ, et aqua endiuię, & aqua ſolani, cum ſyropo acetoſo de ſacharo puro. Cum ergo alleuiatur febris, ſint cibi ex berberis, et agreſta cum pullis, et dimittat uinum omnino uſq; quo uerificetur ei ſanitas. Apoſtema calidum conuertitur tripliciter, aut enim reſoluitur, aut collectionem facit ſaniei, aut induratur, & ſequitur reſolutionem eius ſanitas, et collectionem ipſius ſequitur uomitus ſaniei et ſanguinis, et egeſtio utriuſq;, et comitatur duritiẽ eius hydropiſis.

cephalicam ſecat in ſe[illegible] inflammatione

Et ſignũ reſolutionis eius eſt, quod alleuiatur infirmus, poſt ſedationẽ febris, et quieſcunt omnia accidentia, et ſedantur, et redit corpus ad diſpoſitionem ſuam, in colore et appetitu, et iſtud fit propter materiam cum eſt fortis, ſufficit enim poſt phlebotomiam et curationem, quam diximus confortatio eius tantum. Curatio uerò eius eſt, ut poſt quietem uehementię febris detur in potu aqua endiuię cum medulla caſſiæ, fiſtulæ et emplaſtret̃ hepar cũ cera et oleo alkeiri, et chamæmeli et bdellio, et ſem. caulis, et ſpica, et myrrha, et cyperis, et roſis, et cum uino aquaq; cotoneorum, et myrti ſecundum quantitatẽ et diminutionẽ caliditatis. Collectionis autẽ ſaniei ſignũ eſt, in apoſtemate quod ſedatur febris, et accidit tremor, et uomitus ſaniei, et ſanguinis, et egeſtio utriuſq;, et quies à grauitate, quam inueniebat æger, quaſi rei appenſę in latere dextro et furcula ipſius. Et cura eius eſt, ut in potu ſumat aquã hordei, aut aquã ſacchari, aut ſyropũ acetoſũ ſecundũ quãtitatem reſidui coloris, deinde poſt duas horas, det̃ ei in potu de hac medicina:

Recip.

Digitized by Google

Recip. maſtiches aureum 1. thuris, ſanguinis draconis, roſarum tritarũ, ſpodij ana. aureos 2. ſeminis endiuię, ſeminis apij, terrę ſigillatę ana. aureũ. 1. ſumãtur in potu de ea ℨ. 3. cũ ſyropo acetoſo, aut aqua mellis, aut iulep, ſecundum quod diximus, & emplaſtretur hepar exterius cum gallia, & ramic, & cyperis, & thure, & ſpica & maſtiche, & calamo aromatico cum aqua malorũ & aqua myrti, & aqua cotoneorũ, & cibetur infirmus in hac hora, cum eis quę addunt in fortitudine eius, ſicut pullis, & hœdis & uitellis ouorum, & parum uini albi & ſubtilis. Apoſtematis autẽ duri ſignũ eſt, quod apparet tactui res dura ſub coſtis, & corrumpitur color & minoratꝰ appetitus.

Si abſceſſus iecinoris.

Et cura eius eſt, ut in potu ſumat diacurcumam, & athanaſiam, & trochiſcos de bdellio, quorum confectio eſt hæc: Recip. roſarum tritarum ℨ. 10. ſpicę nardi ℨ. 2. centauriũ ℨ. 1, laccę ℨ. 1, & ſem. myrrhę ℨ. 1, coſti ℨ. 1, & ſemis, maſtiches ℨ. 2, amygdalarum amararum ℨ. 2, bdellij ℨ. 3, reſoluatur bdellium cum uino & conficiãtur cũ eo medicinę & fiant inde trochiſci, & ſumantur de eis in potu ℨ. 3, cum aqua endiuię ſi fuerit caliditas, & ſi non, cũ aqua mellis, aut cum aqua & uino, aut cũ aqua ſeminũ apij, & ſeminis fœniculi, & emplaſtretur, & cum emplaſtris quę diximus.

Trochiſci de bdellio.

Oppilationis autem ſignũ eſt grauitas, quam inuenit infirmus in dextro latere ſine dolore, & nõ eſt febris, & paruitas digeſtionis, & leuitas uentris. Et cura eius eſt, ſi cũ ea fuerit caliditas, ſyropus acetoſus cum aqua endiuię, & ſi fuerit cum ea frigiditas, diacurcuma maior, cũ aqua radicum, & dimittat cibos craſſos & uiſcoſos, ſicut pultes, & pheludegi, & panis azimus, & pedes, & caſeus, & omnia dulcia, quę habẽt craſſiciẽ, & comedat res cũ quibus fit abſterſio, ſicut kiſch hordei & fabas, & deuitet orizam & propriẽ cũ lacte, & multiplicetꝰ ſal & fermentũ in pane ſuo.

Si oppilatio.

Malitiam autem complexionis in hepate quę calida eſt, ſequuntur febres, & ſitis, & ſiccitas uentris multa, & paruitas appetitus, & aſperitas linguę abſq; grauitate, et nõ eſt dolor ſub coſtis dextris, & rubet aqua ualde. Et cura eius eſt aqua hordei & aqua citrulli, & aqua cucurbitę, & ſyropus acetoſus purus, & aqua endiuię, & aqua ſolani ꝓpriẽ, & aſſiduatio emplaſtrationis hepatis cum ſantalis, & roſis & camphora, & nõ ſit cibariũ niſi acetoſum, hezibe cũ ſucubegi, piſces & infrigidata ex hœdis et lactentibus uitulis, et berberis, agreſta & aqua ueri frigoris et dimiſſio uini omnino.

Si iecur calidius.

Malitia autẽ cõplexionis frigidę, eſt cũ ſolutione uẽtris & mollitie corporis, & corruptione coloris, & tumore faciei & paruitate appetitus, & digeſtionis grauitate & dolor ſub latere dextro. Et cura eius eſt, omne q̃d calefaciat hepar ex medicinis & cibis, ſicut piper & calamentũ, zingiber conditum, & uinum uetus purum, & frixa habentia ſemina, & emplaſtratio extrinſecus cũ cyperis, & ſpica, et ſquinanto, et myrrha, & coſto, et uino odorifero ſtyptico ueteri.

Si iecur frigidius.

Debilitatis uerò eius ſignũ eſt tantũ, egeſtio ſimilis aquę recẽtis carnis cum abluitur, cum paucitate appetitus & extenuatione corporis. Et curatio eius eſt, emplaſtratio cũ rebus calidis ſtypticis ex eis, quę iam diximus, ſicut ſunt cyperi et maſtiche, ſpicę, thuris, nucis cupreſſi, gallia moſchata, uinũ uetus purũ & almuſus, et de medicinis ſumat illam, quę aggregat ſtypticitatem et aliquantulũ caloris, ſicut hoc medicamẽ:

Si iecur debile.

Recip. maſtiches aureũ 1, ſpicę, aureũ s. ſeminis apij, ammeos añ. aureũ 1, thuris

thuris aur. 2, cyperi ſuperioris, ſchœnoſanthi ana aureum 1, bibantur de eo drach. 3, cum uino ueteri, aut cum aqua radicum. Et fiant cibi ei ex granis granatorum, & paſſulis, cum ſuis interioribus quæ benè maſticentur, ipſę enim confortant hepar, & impinguant ipſum, & aqua in qua decocta ſunt cyminum, et condimenta, & piper, & ſimilia. Et ex eis quæ conferunt omni ægritudini, quæ accidit in hepate malitia complexionis, aut alijs cum proprietate in eis mirabile eſt, ut ſumat̃ hepar adib exiccatus, & teratur optimè, & bibat̃ ex eo cochlear 1, & eſt aur. 2, cum uino dulci, & ſi infirmus habeat febrem cum aqua frigida ſolum, confert enim iuuamentum maximè ei, qui in hepate ſuo habet ægritudinem, & nos iam experti fuimus ſufficienter, & comedat paſſulas cum ſuis interioribus, poſtq̃ benè maſticauerit eas, ſi uult ut impinguetur & confortetur hepar. Ventoſitatis autẽ quæ eſt ſub ipſo, ſigna ſunt, tenſio quæ eſt ſub latere dextro, quæ commouetur cum digeritur cibus, & ſedatio per compreſſionem uehementem ſuper ipſum, & extimant ſtulti medici quod eſt oppilatio uel apoſtema, & confert ei purum uinum forte, cum bibetur ex eo res modica et minoratur aqua, & miſcetur cum ea uinum, & cibi paucæ inflationis, & dimiſſio inflatiuorum ſicut olerum, & compreſſio ſuper ipſum, et adhærentia panni calefacti, et uaporatio eius cum milio, et balneum ante cibum. *Cochlear.*

De Icteritia. *Cap.* LXIIII.

ICteritia quidem fit, aut propter caliditatem hepatis multã per ſeipſum natam, aut quoniam hepar calefactum eſt ex cibis, aut medicinis calidis, aut apoſtemate, aut oppilatione, aut propter multitudinem bilis rubeæ, aut propterea, q̃a natura expellit eam ad exteriora corporis, aut ex morſione uermium, aut animalium uenenoſorum calidorum, aut propter debilitatem fellis ab attractione cholere rubeæ, aut propter oppilationem meatus, quo attrahitur cholera ab hepate, aut propter oppilationẽ meatus, quo expellitur cholera ad inteſtina, et illorum quidem, quorũ hepata ſecundum naturam ſunt calida, colores ſunt citrini ſemper, et in albugine oculorum eorum ſemper eſt citrinitas, et non accidit eis inde maximum nocumentum, niſi cum illud ſuperfluit in eis. Et cura eorum eſt, omne quod infrigidat hepar, ſicut granata acetoſa, et multiplicatio potus aquæ hordei in mane, et potus à ſauic et ſaccharo, ꝓpriè diebus æſtatis, et alleuiatio ciborum calidorum, et ſimiliter medicinarum et potuum calidorum, et ſi potantur plurimum commiſceantur cum aqua, et ſint cibi eorum acetoſi ex eis quæ diximus. Calefactionis autem hepatis, quæ eſt ex apoſtemate calido, ſignum eſt, quod apoſtematur ex cibis calidis, aut medicinis calidis, aut potu uini puri fortis, et ſimilibus illis. Et cura eius eſt, id q̃d infrigidat hepar ex medicinis, cibis et emplaſtris, quæ diximus. Generationis autem multitudinis choleræ, ſignum eſt, quod egreditur cum uomitu et ſolutione, et icteritia ſecundum ſuam diſpoſitionẽ. Et cura eius eſt, cum decoctione myrobalanorum, aut cum aqua caſei, et cum lacte acetoſo, in quo diſſoluta fuerit ſcammonea, deinde reditio ad cibos extinguentes. Icteritia autem facta ex oppilatione, aut eſt ex oppilatione in hepate ipſo, cuius ſignum eſt, quod cum icteritia eſt grauitas in latere dextro. Et cura

Cauſa. *Notæ.* *Curatio.* *Notæ bilis copioſæ et cura.* *Oppilationis notæ et cura.*

Digitized by Google

eius eſt, cura oppilationis quæ fit in meatu, quo attrahitur cholera ad fel. Aut eſt ex oppilatione meatus, ex quo expellitur ad inteſtina cholera. Cuius ſignum eſt, quod accidit icteritia fortis uelociter cum grauitate parua in hepate, & albedine egeſtionis, & amaritudine in ore, & gutture, & uomitu choleræ. Et cura eius eſt, ſi fuerit cum caliditate aqua endiuiæ, in qua diſſoluta eſt medulla caſſiæ fiſtulæ, & oleum amygdalarum dulcium, & ſi non fuerit caliditas, tunc aqua apij, aut fœniculi, aut aqua porri eſt conuenientior, in hoc loco quoniam oppilatio in his duobus meatibus, ſcilicet, quo attrahitur cholera, & quo expellitur, non forſitan accidit niſi ex apoſtemate, quare indiget eo quod reſoluat ipſum, diſſoluatur ergo medulla caſſiæ fiſtulæ in ſucco caulis, & decoctione eius, & diſtilletur deſuper oleum amygdalarum amararum, & detur in potu. Et fel quidem tria habet orificia, orificium, adhærens hepati, & orificium ad inteſtina, & orificium ad ſtomachum, & oppilatio accidit in tribus dictis meatibus. In illa quæ accidit orificio adhærente hepati, urina & egeſtio ſunt citrinæ ad albedinem decliues, propter paucitatem effuſionis choleræ ad inteſtina, & non eſt cum ea uomitus choleræ, neque amaritudo propter paucitatem effuſionis choleræ ad ſtomachum, & in illa quæ eſt in orificio adhærente inteſtinis, urina & egeſtio ſunt albæ, propter paucitatem effuſionis choleræ ad inteſtina. Et in illa quæ eſt in orificio adhærente ſtomacho, urina & egeſtio ſunt craſſæ rubeæ, ſicut bolum propter multitudinem effuſionis choleræ ad inteſtina. In illa autem quæ fit ab oppilatione meatus quo expellit ciſtis fellis choleram ad inteſtina, proprium ſignum eſt, albedo egeſtionis, & paruitas tincturæ eius, & difficultas exitus fecis eius ex uētre cum fortitudine icteritiæ, & non eſt in iſta de uomitu choleræ, id quod eſt in ea quæ eſt ex oppilatione meatus, quo attrahitur cholera. Et cura eius eſt, cura illa eadem, & cōferunt ei propriè clyſteria, in quibus eſt acuitas poſtquām in potu ſumpta ſunt ea quæ diximus. Icteritia autem quæ fit propterea quod expellit eam natura ad exteriora corporis cum fortitudine, fit poſt febrem, & in die cretico, & oportet ut iuuetur natura ad expellendum ipſum per introitum in aquam calidam, & ſyropum acetoſum. Illius autem quæ eſt ex morſu uenenoſorum animalium calidorum, cura eſt, ſumere in potu ſemper lac, aut oleum amygdalarum, deinde aquam granatorum, & mucillaginem pſyllij, & aquam ataraſacon, & poma acetoſa. Debilitatis autem fellis ab attractione ſignum eſt, quod eſt cum icteritia nauſea & uomitus choleræ ſine grauitate in hepate. Et cura eius eſt, cura confortans hepar: Fel autem confortatur per communitatem, quam habet cum hepate. Et cum omnes modi icteritiæ curentur intrinſecus cum eis quibus indiget, tunc curetur quod remanet in exterioribus corporis ex eis, cum balneo & ſuctione per nares aceti fortis, & faciendo alcohol cum aqua roſata.

Tria fellis ora.

Digitized by Google

De Hydropiſi. Cap. LXV.

HYdropiſis uerò tres habet modos, aut enim aggregatur aqua in uentre tantum, & eſt aſcites, aut mollificatur totum corpus, & eſt hypoſarca, aut aggregatur in uentre aquæ parum, & uentoſitatis plurimum, & eſt tympanites. Et hypoſarca quidem eſt in qua mollificatur totum corpus, & fit ex frigore hepatis, & eſt leuior earum & propinquioris curationis & ſanationis, cuius ſigna ſunt, albedo coloris urinæ, & ſolutio naturæ, & inflatio palpebrarũ. Et cura eius eſt illud, quod calefacit hepar, ex his quæ diximus in Capitulo de frigore hepatis, & q̃d prouocat urinam cum fortitudine, & confert ei ſepeliri in arena calida, & linire totum corpus ex luto, & ſtare, & ſudare in ſole poſt calefactionem hepatis. Et quandoq; eſt hæc hydropiſis ſucceſſione potus aquæ frigidæ plurimum poſt coitum, aut exitum de balneo, & poſt motum plurimum. Cum ergo accidit in hac ægritudine dolor ſub coſtis ex potu aquæ frigidæ, oportet ut tunc in potu detur uinum purum, & uaporetur hepar cum eis, quæ ipſum calefaciunt. Cum autem hydropiſis perſeuerat & prolõgatur, tunc curetur cum eis quæ diximus, & eſt facilior ſanatio. Et quandoque accidit hæc hydropiſis, poſt ſolutionem uentris longam, aut curſum ſanguinis ex hæmorrhoidibus, et mẽſtruis, & quando eſt ita, tunc cura eius eſt illud, quod diximus de confortatione hepatis, & calefactione eius, & gradatione ad addendum in cibo odoriferis, & ſomno. Et utẽdum uino ut redeat ſanguis, & confortetur corpus, & redeat ad diſpoſitionem ſuam. Et quandoq; accidit poſt magnitudinem ſplenis, ſecundum quod dicemus. Et cura eius eſt, ſtudium in ſplene, ſecundum quod diximus. Et quandoq; accidit etiam propter frigus hepatis, ex membris uicinis ei cum infrigidantur, ſicut ſtomachus, & inteſtinum ieiunum, & pulmo, & diaphragma, & renes. Et accidit etiam à multitudine exitus ſanguinis ex menſtruis, & ex retentione eius. Et cura eius eſt illud, quod diximus de calefactione hepatis, & confortatione eius exterius & interius, & quod prouocat urinam ſecundum quod diximus. Aſcites etiam accidit cum apoſtemate calido in hepate, & febre cũ rubedine aquæ, & eſt deterior earũ. Et cura eius eſt compoſita, ex cura apoſtematis calidi in hepate cum cura hydropiſis. Curentur ergo iſti aqua endiuiæ & ſyropo acetoſo, quandoq;, & cum eo quod euacuat aquam præter quod calefiat plurimum, ſicut cum aqua cardamomi, & infuſione myrobalanorum, & trochiſcis de berberis. Et quandoq; fit ex apoſtemate duro, & non eſt cum febre, neq; cũ rubedine aquæ. Et cura eius eſt illud, q̃d ex medicinis diximus aperientibus oppilationem, et reſoluẽtibus apoſtemata eius, ſicut diacurcuma, & dialacca, & confectio de coſto. Dentur iſta poſtquàm ſolutio facta fuerit cum folijs mezereon, & ære aduſto, & euphorbio, & ſucco cucumeris aſinini, & myrobalanis citrinis, & iride, & ſerapino, adminiſtrentur iſta ſecundum quantitatem ſecationis caliditatis & commotionis eius. Deinde itera prouocantia urinam quandoque, & iſta quandoque. Et ſi uis da ei in potu kekelengi in omni hebdomada doſim unam, & in eo quod eſt inter illud ex diacurcuma magna cum decoctione ſeminũ apij, & ſeminum

Digitized by Google

fœniculi. Si autem incraſſetur res, incide ſub umbilico. Tympanites fit ex collectione aquæ paucæ quę deſcendit in uentre, & uentoſitatis plurimę, fit poſt caliditatem in hepate, & eſt aqua rubea cum ea, ſecundum plurimum & antecedit eam inflatio aſſidua in uentre. Et eſt difficilis reſolutionis, & difficilis curę. Curatur ſecũdum diſpoſitionem, ſolutione uentris leni, cum facilitate ex eis quę non plurimum calefaciunt, uice una, cum aqua granatorum & infrigidatione hepatis uice alia, & cum eis quę eructare faciunt, ſicut eſt maſticatio thuris & cymini, & inunctio cum aceto ſcyllitico, & quę extrahunt uentoſitatem inferius, ſicut hoc medicamen:

Recipe cyminum, baurach, folia rutę, conficiantur cum melle, & ſupponatur cum coto in die multotiens, & fricetur uẽter, & emplaſtretur, & non comedat inflantia omnino.

De ægritudinibus ſplenis. Cap. LXVI.

AEgritudines ſplenis, aut ſunt debilitas eius ab attractione melancholiæ, aut magnitudo ipſius, & magnitudo eius, aut fit poſt febres, aut cum febre, aut ſine febre, eſt autem ex apoſtemate duro uehementi, aut ſine illo, aut eſt inflatio eius ſola. Debilitatis autẽ eius ab attractione melancholię, ſigna ſunt, corruptio coloris, & conuerſio eius ad nigredinem, & conturbatio albuginis oculorum cum caſu appetitus. Et cura eius eſt, poſitio uentoſarum ſuper ſplenem ſine inciſione uice una, & emplaſtretur cum medicamine confortante ſplenem, uice altera, & fricatio eius, & commotio eius, & motio ipſius cum manu, & equitatio, & exercitium. Magnitudo autem eius facta cum febribus, apparet tactui in latere ſiniſtro. Et cura eius eſt, trochiſci de roſis, & ſyropus acetoſus, & ut uaporet̃ cum aceto forti ſecundũ quod narrabo. Magnitudinis autem, quæ fit ſucceſſione febris. Cura eius eſt, trochiſci de agno caſto, & ſyropus acetoſus, plurium radicũ & ſeminum, & uaporatio cum aceto in quo bullita ſunt ruta, & calamenthum. Et fit magnitudo eius ſine febre, & eſt aut antiqua, dura, uehemens, aut infra hoc. Illi autem quæ non eſt dura, necꝫ antiqua ſufficiunt trochiſci de agno caſto, ſecundũ q̃d narrauimus, & ſimiliter uaporatio, quã diximus. Antiquę uerò magnę, durę, apparitio ſenſui manifeſta eſt. Et cura eius eſt, trochiſci de capparis, & aqua radicum, & ſyropus acetoſus acetoſitati pertinens, plurium ſeminũ, & uinum amarũ forte, & purum, & dimiſſio aquę omnino, aut bibere ex ea minus q̃ꝫ poſſibile eſt, & emplaſtrare ipſum cum emplaſtro de ammoniaco, aut emplaſtro de calce, aut emplaſtro de ſulphure, & dimittere dulcia, & cibos qui faciunt bibere aquam, & comeſtio capparis cum aceto, ſed eius camakac non, & confert omnibus doloribus eius, niſi illis qui ſunt ex inflatione phlebotomia Baſilicę in ſiniſtro latere, & Saluatellæ. Inflationis autem ſignum eſt, tenſio ſub latere ſiniſtro, cum apoſtemate non duro, quod fit planum, quando ſuper ipſum fit uehemens compreſſio, pręter quod doleat, & quandocꝫ prouenit ex eo cum uehementer premitur deſuper eructuatio, aut rugitus. Et cura eius eſt, ſumere puluerem naſturtij, & uinum uetus, & dimittere omnia quæ inflant, & ponere ſuper ipſum uentoſas cum igne.

Digitized by Google

De fluxu uentris. Cap. LXVII.

FLuxus uentris fit, aut cum ſanguine & ſanie, aut ſine eis, & ille, qui eſt ſine ſanguine, fit, aut propter debilitatem hepatis ab attractione propter debilitatem ſuam à digeſtiõe, aut quia currit ex eo cholera acuta ad inteſtina, aut propter uelocitatem deſcenſionis cibi à ſtomacho, & inteſtinis, & illud fit aut propter multitudinem phlegmatis in eis, aut propter repletionem eorum, & mollificationẽ ipſorum, aut propter lubricitatem accidentem in eis, aut propter bothor in ſuperficie eorum. Et quandoq; fit fluxus uentris, etiam à multitudine effuſiõis choleræ nigræ ad os ſtomachi, & à re effuſa ex capite ad ſtomachum, aut propter multitudinem cibi, aut quia ſolutiuus eſt in natura ſui, aut propter errorẽ ordinis eius, aut propter motum ipſum, aut propter multitudinem potus aquæ ſuper ipſum, aut propter paruitatem reſolutionis à corpore. Ille autem qui fit cum ſanguine & ſanie, fit, aut propter dubellatim qui rumpitur propter uenam ſciſſam, aut propter debilitatem hepatis, aut propter excoriationem accidentẽ. Excoriatio cum fit in inteſtinis ſuperioribus, aut inferioribus, aut in ano. Accidens autem ex debilitate hepatis ab attractione fit, abſq; ſanguine. Et ſignum eius eſt, fluxus albus & uiridis, & q̃d molleſcit corpus cum eo, & minoratur ſanguis in uenis eius, & citrinatur color et albificatur. Et cura eius ſunt, electuarium aperitiuum, ſicut diatrion pipereon, diacalamenthum, & uinum purum forte paruæ quantitatis, & emplaſtra confortantia hepar, & poſitio uentoſarum ſuper ipſum, uice una, & iſta emplaſtra alia, & cibi qui ſunt uelocis penetrationis. Fluxus autem facti à multitudine choleræ acutæ, qui currit ab hepate ſigna ſunt, quod fit poſt febres adurentes, aut poſt acceptionem medicinarum acutarum, aut uini puri, & omnium quæ calefaciunt hepar, & mordicant ipſum, & faciunt ſequi cum prolongatur excoriationem. Et cura eius eſt, ſumere in potu aquam ſauic hordei, aut ſauic de granis granatorũ, aut trochiſcos de acetoſa, & lac acetoſum decoctum cum lapidibus & ferro ignito, & quando prolongatur hæc ægritudo & cadit uirtus, & uidetur quod in ea non ualeat hoc medicamen, tunc cura eſt cibare ægrum ex medicinis leuibus, pinguibus, in die multotiens dando omni uice cochleariũ unum.

Fluxus ex imbecillitate iecinoris.

Fluxus ex bile acri.

Velocitas deſcenſiõis cibi à ſtomacho, & in inteſtinis fit, aut propter motum laborioſum poſt cibum. Cura eius eſt, ſomnus & quies poſt cibũ. Aut quia cibus in ſeipſo facit illud neceſſarium, quoniam eſt lubricoſus uiſcoſus, ſubtilis, aut pinguis, aut plurimæ quantitatis, aut in ipſo eſt uirtus ſolutiua. Et cura omnis ſpeciei huius eſt, ut opponatur ei cum contrario. Aut uelocitas deſcenſionis cibi propter ſtomachum fit, & inteſtina, & hoc fit propter multitudinem phlegmatis in eis, cuius ſignum eſt, fluxus albus, & multitudo ſputi, & paucitas nauſeæ, & ſitis, & uomitus phlegmatis, & eius exitus cum cibo, & egeſtione commixti cum eis, & egeſtio in qua non eſt plurima alteratio. Et cura eius eſt, uomitus, & potus Hieræ, deinde electuaria aggregantia ſtypticitatem & caliditatem ex eis, quæ diximus in cura ſtomachi, & ſimiliter cibi. Aut propter molliciem in ſtomacho, & repletionem eius, cuius ſigna ſunt hæc, præter quod cum

Fluxus ex ueloci deſcẽſu cibi.

Digitized by Google

eo non eſt uomitus phlegmatis, neque egeſtio. Et cura eius eſt, exiccatio, & electuaria quæ diximus, præter uomitum & ſolutionem. Aut propter bothor in eis. Cuius ſigna ſunt, quod exiccatur poſt cibum dolor in ſtomacho, et inteſtinis, et in loco in quo non inueniebatur ante cibum, cumq; cibus deſcendit ab illo loco ſedatur ille dolor & cõmouetur in loco alio inferiore ab illo loco, deinde, ſedatur, & non ceſſat permutari ſecundum hoc, & quod eſt in egeſtione uirus ſubtile, & cibi etiam cum ſua diſpoſitione, & non alterati omnino, aut non alterati plurima alteratione. Et cura eius eſt, cibi acetoſi ſtypticitas, ſicut ribes & granata acetoſa, & cotonea propriè, & ſumach, trochiſci de acetoſa, & puluis manu ſumptus de granis granatorũ, & puluis lubricitati inteſtinorũ dedicatus, de ſeminib. ſimiliter ſumptus. Aut propter lubricitatem accidentem in ſuperficie ſtomachi, & inteſtinorum, cuius ſignum eſt, exitus ciborum, non alteratorum, aut paruæ alterationis, & illud quoniam ſunt uelocis exitus, & deſcenſionis, & propriè ſi mouetur infirmus. Si autem infirmus non mouetur, ſunt tardioris exitus, & ſentitur grauitas cibi deſcendentis ſubitò præcipitati ad inferiora, ſicut lapis cadens. Cura eius eſt, exiccatio cum electuario de ſiliquis, & electuario de thure, & electuario de gallis, & dimiſſio aquæ calidæ, & adminiſtratio aquæ ueri frigoris, & ſumere puluerem manibus à ſauich bonæ frixionis, & propriè à ſauic de granis granatorum, & alcubebe, & ſimilia.

Fluxus ex copia bilis.

Facti à multitudine effuſionis choleræ nigræ ad os ſtomachi ſignum eſt, quod commouetur in eo appetitus, & inuenitur cum hoc mordicatio in ore ſtomachi, & acetoſitas in ore, & ſedatio eius apud comeſtionem, aut apud potum paruum olei, & non ſedatur cum cibis non unctuoſis ea ſedatione, quam habet cum unctuoſis. Et cura eius eſt phlebotomia Baſilicæ, & ſolutio uentris cum decoctione epithymi, & poſitio uentoſarum cum igne ſuper ſplenem, & ſimiliter ſequi ipſum cum medicinis confortantibus ipſum, & aſſiduatio pulueris de epithymo, & in mane ſumere aliquid ſorbitionis unctuoſæ.

Fluxus ex catarrho.

Facti uerò ex catarrho capitis, ſignum eſt, quod fit poſt ſomnum, & diuerſitatem egeſtionis, deinde retinetur uenter dum perſeuerat homo uigilans. Et cura eius eſt, abraſio capitis, fricatio eius cum panno laneo aſpero, & linire ipſum cum eis quæ ueſicant ipſum, ſicut diximus in cura tuſſis, & quæ dicemus in Antidotario huius libri, & ſternutatio, & gargariſmus, & dimittere ſomnum ſuper ceruicẽ poſt repletionẽ cibi, & uomitus poſt expergefactionẽ cũ aqua calida.

Fluxus ex repletione.

Ille aũt qui fit propter multitudinẽ cibi, non fit niſi q̃a uirtus appetitiua fortior eſt retentiua, cuius ſignũ eſt, uehementia appetitus abſque mordicatione in ore ſtomachi, cumq; comedit ſecundum appetitum grauat eum, quare ſoluitur natura. Et cura eius eſt, ut commenſuretur comeſtio cum quantitate, qua non ſoluatur natura, & ſi læditur propter uehementiam appetitus, accipiat cum comedit ex luto anſiburio rem modicam, aut ex cibo dulci unctuoſo buccellam ex carne pingui propriè.

Fluxus ex perverſo ordine ciborum.

Ille autem qui fit propter errorem in ordine quia præcedunt cibum, res uelocis exitus, quare propter illud feſtinat exitus cibi. Cura eſt altera-

tio

tio illius ordinis, illius qui fit propter multitudinem potus aquæ ſuper cibum. Cura eſt minorare aquam & cito currere ad ſomnum, & bibere uinum permixtum, ut ceſſet ſitis. Illius qui fit propter paucitatem reſolutionis corporis, ſignum eſt, multitudo carnis, & paruitas appetitus, longitudo quietis, & dimiſſio motus. Et cura eius eſt, exercitium, & fricatio, & ſudatio in balneo.

De excoriatione, teneſmo, & ſimilibus. Cap. LXVIII.

TEneſmus inter uentris fluxus nominatur, quum ſit continens & ineuitabilis egerēdi cupiditas, qua tamen nihil ferè pręter modica ſanioſa, ſanguinolenta uel mucoſa, excernitur, aut fit ex dubellati quę erumpitur, & illud fit ex percuſſione, & prouenit aut ſubito plurimum eius, aut paulatim, aut propter uenam ruptam, aut propter debilitatem hepatis à digeſtione, aut propter excoriationem, & excoriatio fit in inteſtinis ſuperioribus, aut inferioribus, aut in ano. Illius autem qui fit propter dubellati quæ rupta eſt, ſignum eſt, quod anteceſſere febres, dolor & grauitas, & apoſtema in quibuſdam membris uacuitatis uentris, deinde ſedatus fuit dolor, & pulſatio, & remanſit grauitas, deinde accidit ei tremor ſubito, & alleuiata eſt illa grauitas etiam. Et cura eius eſt, ſi fuerit res plurima quæ currit, debilitans infirmum, ut detur in omni hora de aqua carnium, & parum uini, & tortellæ contritæ, & adhibeatur ei bonus odor, ut nō cadat uirtus, ita ut cum minoratā eius egeſtio, detur in potu aqua mellis, uice una, medicamen incarnatiuum ulcerum inteſtinorum, uice alia, donec conſolidetur. Ille uerò qui uenit paulatim, fit etiam poſt exituras in membris, quæ non habent amplos meatus æquales, ſicut pectus, & ſimilia illi, de his quæ non perueniunt ad ſtomachum, & inteſtina in meatu amplo, & ſigna eius ſunt iſta eadem prædicta, & oportet ut conſideretur ad quod latus expellat natura illam ſaniem, & adiuuetur, ſi fuerit ad partem inteſtinorum cum ſolutiuis lenibus, ſicut aqua mellis, & aqua ſacchari, ſi fuerit cum eo caliditas, & ſi fuerit ad partem urinæ cum ſemine apij, & fœniculi, & dauco, & ſimilia, de illis quæ prouocant urinam cum lenitate, ita ut cum minoratur quantitas eius, dentur in potu incarnatoria, uice una, & aqua mellis uice alia, ſecundum quod diximus.

Fluxus autem ex debilitate hepatis ad digeſtionem ſignum eſt, quod egeſtio eſt ſimilis aquæ carnis recentis cum abluitur, & iam diximus curam, & ſigna in debilitate hepatis. Excoriatio alia eſt mala, putrida, antiqua, & alia cum qua non eſt putrefactio, & alia quæ fit à bile, & alia quæ fit à phlegmate ſalſo, & alia quæ fit à cholera nigra, & de iſtis alia eſt in inteſtinis ſuperioribus, & alia in inferioribus. Et ſigna eius quæ facta à cholera ſine putrefactione in inteſtinis ſuperioribus ſunt, pūctura in uentre, & egeſtio in qua ſunt, uiſcoſitas & mucillago, & dolor ſuper umbilicum, & quod deſcendit fex pſt dolorē, & puncturā per unam horā, & cum illa in qua eſt de mucillagine & ſanie, et ſanguine q̄d eſt uehemētis cōmixtiōis

 cum fecē

cum fece deſcendit cholera, & ſunt cum ea triſtitia & ſitis. Et cura eius eſt, ſemina lenientia, & puluis qui manu ſumitur de bolo, & aqua ſauic hordei, cum gummi Arabico, & lac acetoſum coctum cum ferro, & cibi facientes glutinationem & ſtyptici, ſicut uitella ouorum, & oryza impinguatum cum adipe renum hœdorum, & ſumach, agreſta, & ſauic algobedar, anabac, & omnia quæ diximus in cura cholericæ egeſtionis. Illius autem quæ fit in inteſtinis inferioribus, ſigna ſunt, quod dolor eſt in inferioribus umbilici, & ſequitur exitum fecis punctura, & eſt non uehementis commixtionis cum mucillagine & ſanguine. Cura eius eſt, quod diximus de clyſteribus ſedantibus, facientibus glutinationem. Excoriationis autem factæ ex phlegmate ſalſo ſigna ſunt, quod fit poſt coryzam & catarrhum, & non eſt cum ea in egeſtione ſanies plurima, neque cholera, neque rubedo, neque uiriditas, imò phlegma & uiſcoſitates, neque acuitas ineſt quæ pungat ea, & uentoſitas cum ea eſt plurima. Et cura eius eſt, ſemina acuta, & naſturtium decoctum cum aqua & oleo, & curetur caput cum eis quæ diximus in cura prohibitionis catarrhi, & ſi fuerit in inteſtinis inferioribus, ponantur in clyſteri res calefactionis paucæ, de illis quas dicemus, & nominatur clyſtere ſedatiuum, quod non infrigidat. Facta autem à melancholia eſt mala chronica, & ſigna eius ſunt, punctura aſſidua, & egeſtio nigra, ex qua terra ebullit, & odoratur ex ea odor aceti, & hæc excoriatio, ſi antiquatur non ſanatur. Si uerò non fuerit antiqua, tunc cura eius eſt, ſumere in potu ſemina lenia, & calida, & deuitentur in hac ægritudine res acetoſæ, & dentur res facientes glutinationem, ſicut uitella ouorum, & oryza cum adipe caprarum, & cum amygdalis frixis, & cum papauere. Et omnes excoriationes quæ ſunt in inteſtinis inferioribus, non indigent medicinis ſumptis deſuper, ſed clyſteribus, illis autem quæ ſunt in ſuperioribus, parum conferunt clyſteria. Illa autem excoriatio quæ eſt chronica putrida, ſiue phlegmatica, ſiue cholerica, ſiue melancholia, indiget clyſteribus acutis, ex eis quæ dicemus, & medicinis quæ abſtergant uice una, & ex eis qui conſtypant uice alia. Excoriationis autem quæ fit in ano, & eſt teneſmos, ſigna ſunt, frequentia aſſellationis paucæ, ſicut ſputum, uerbi gratia, cum dolore lædente prope anum, & illud cum quo egreditur egeſtio, non eſt permixtum cum fece, & iuuantur habentes eam, ſuppoſitione collyrij pluſquàm reliquis curationibus, & ego dico collyria teneſmon.

De Colica. Cap. LXIX.

Colica paſſio fit aut ex retentione fecis, aut ex retentione uentoſitatis, & retentio quidem fecis fit ex ſiccitate, & ſiccitas fit aut propter ſiccitatem ciborum ipſorum, aut paruitatem quantitatis eorum, aut multitudinem exitus urinę, aut uehemẽtiam raritatis corporis, aut multitudinẽ laboris, aut uehementiam caloris aëris, aut propter uehementiam caliditatis uentris, & quandoq; retentio fecis, eſt propter paruitatem effuſionis cholerę ad inteſtina, aut quoniam ſuper ea eſt phlegma uiſcoſum, plurimum inueſtitũ ſuper ea, & hoc eſt illud quod plurimum

tinum ſit, aut propter ſiccitatem ipſorum inteſtinorum, aut propter apoſtema eorum, aut propter deſtructionē ſenſus eorum. Ventoſitatis autem retentio fit, aut propter multitudinē quantitatis eius, & fit multitudo uentoſitatis, aut cibos inflatiuos quorum quantitas eſt multa, aut propter ſuperfluitatē cibi nimiam, aut debilitatē caliditatis uentris, aut propter coartationem uentoſitatis inter duas tunicas inteſtinorum, aut propter adhærentiā phlegmatis plurimi & lapidationē eius, ſcilicet, alicuius partis poſt aliam, aut propter cholerā nigram effuſam ad uētrem, quare inflat ipſum.

Et retentio fecis propter ſiccitatē ciborum, accidit poſt comeſtionem glandium & oryzę, & alcaſab, & ſimilia. Et cura eius eſt, ut ſumat in potu ſyropum uiolaceum, aut iulep, aut decoctionem ficuum, aut rob dulce, aut oleum ſeſaminum, in quo diſſolutum eſt de ſaccharo rubeo quantū ipſum eſt ſuper ignem, aut penidiarum, & ſuperponatur collyrium ex ſal gēma, & cibi ſunt unctuoſi dulces & mollificatiui. Illius autem qui fit ex multitudine exuberantię urinę, ſigna ſunt, quod fit poſt multitudinem urinę. Et cura eius eſt, comedere carnes, paſſularum & arietis, & dactylos, & ſeſaminos factos cum amylo, & butyrum coctum, & butyrum crudum, & penidias, & aſſiduare acceptione in medullę caſſię fiſtulę, & ſyropus uiolaceus, & pruna infuſa in iulep, & ſimilia de illis quę mouent uētrem cum oppilatione meatuum. Illius uerò quæ eſt propter uehementiam caliditatis uentris, ſigna ſunt, uehementia ſitis, & ſiccitas fecis uentris ſemper. Et cura eius eſt, acceptio fructuum lubricantium infrigidantium ante cibum, ſicut ſunt pruna, ficus humidæ, & uuæ, & criſomela, & ſimilia, de illis quę infrigidant & humectant uentrem. Illius qui fit propter uehementiam caliditatis aëris, aut propter uehementiam laboris, aut propter multitudinem ſudoris in balneo. aut alia, ſigna ſunt quod retinetur fex, & exiccatur poſt cibos ſicut poſt iſtos. Et cura eius eſt, ſumere cibos lubricatiuos, unctuoſos, multæ quantitatis, & fructus humidos, & alterare aërem, & dimittere laborem, & inungere corpus cum cera & oleo, & intrare aquam frigidam. Illius uerò qui fit propter raritatē corporis, ſigna ſunt, paruitas fecis, in omnibus diebus ſanitatis, & ſiccitas eius ſemper plurima, & multitudo famis, & uehementia appetitus. Et cura eius eſt, aſſumptio ciborum craſſorum, & unctuoſorum, & inungere manifeſtum corporis cum cera & oleo roſarum, & introitus in aquam frigidam. Illius uerò qui fit propter ſiccitatem inteſtini, ſigna ſunt, extenuatio mirach uentris, & ſubtilitas eius, et ut non inueniatur ſiccitatis fecis cauſa, & difficultas exitus fecis, & eſt cum eis ſitis. Et cura eius eſt, potus olei ante cibum, & introitus in aquam calidā, & adminiſtratio uini dulcis, & unctuoſorū.

Colon ex retentione.

Si pręurinæ copia.

Si ob calorem uentris, ſeu aëris.

Si colō ex raritate corporis.

Si ob ſiccitatē inteſtini.

Illius qui eſt ex phlegmate craſſo aggregato in inteſtinis, & ſtomacho, & eſt illa quæ plurimum fit, ſigna ſunt, quod fit poſt ſatietatem nauſeatiuam plurimum, & retinetur fex & uentoſitas omnino, & multiplicatur, & fœtet eructuatio deſuper, & multiplicatur nauſea, & fortis fit dolor, & ſudat ſudore frigido. Et cura eius eſt, ut in hora quidem paroxyſmi ſuccurratur cum clyſteri ſolutiuo leni. Si ergo ſufficit, benè eſt, & ſi non, cum ſolutiuo medio, & ſi ſufficit, benè eſt, & ſi non, cum acuto ſolutiuo.

Si ex pituita collecta in inteſtinis.

Digitized by Google

ſolutiuo, et detur electuarium de dactylis, electuarium diacitoniten ſolutiuum, & pilulæ de margaritis, & pilulæ albæ, iſtæ enim pilulæ ueloces ſunt in ſoluendo uentrem. In die autem qua non ſunt paroxyſmi, caueat ſibi à ſatietate nauſeatiua, & aſſiduet comeſtionem electuarij diacymini, & utatur in cibo ſuo alburi anabati, & dimittat fructus humidos, & euomat cum aqua & melle cum repletur cibo, & ſit eius ſecunda menſa ex ficubus ſiccis, nucibus, & piſtacijs, & penidijs, & nuce Inda, & uinum eius ſit uetus, purum, amarum, & decoctio eius ſit ex caulibus, & aqua ſalſa & ſicla, & omnibus quæ ſoluunt uentrẽ, & dimittat ſumach, & lentes, & granata cum granis ſuis, & agreſta, & ſimilia illis, & deuitet multitudinem potus aquæ frigidæ propriè, & uinum acetoſum & nouum, & aſſiduet infuſionem aloës cum oleo de cherua, & aqua radicum ſecundum quod narrabo, ut ſecurus fiat à reditione, ſi Deus uoluerit. Illius qui fit propter paucitatem effuſionis choleræ ad inteſtina, & accidit ex ea difficultas exitus fecis, ſigna ſunt, albedo egeſtionis cum difficultate exitus eius, & inflatio uentris. Et cura eius eſt, quam diximus in icteritia ex oppilatione meatus inferioris, et ut ponatur in cibo almuri, et ſinapis, et ficus immaturæ, aut diſtillentur in eo de lacte fici ſtillæ aliquæ, et ſumat ante cibum oliuas aquæ, et ſiclas cum ſinapi, et conterat medullam cartami cum ficubus.

Si bilis nõ meat in inteſtina.

Illa quæ eſt ex apoſtemate in inteſtinis, fit ex apoſtemate calido tantum, et ſigna eius ſunt, ſitis, et febris, et uomitus choleræ, et flatio maxima in ſuperioribus uentris, et pulſatio in uentre, et ſi ſit fortior euomit infirmus fecem, et fit anhelitus eius fœtidus, et quandoq; eſt eructuatio eius fœtida, et totum corpus ſimiliter. Et eſt colica quæ nominatur ileos, cuius quàm parua eſt cura, ſi confirmetur, in initio autem rei oportet ut phlebotometur Baſilica, deinde Saphena, deinde detur aqua endiuiæ, et aqua foliorum anethi, et aqua foliorum altheæ, cuſcutæ humidæ, et aqua foliorum maluæ, in qua diſſoluta eſt medulla caſſiæ fiſtulæ, et fundatur deſuper oleum amygdalarũ dulcium, et liniatur locus cum oleo anethino, et chamæmelino, et ſorbeat ex iuribus herbarum lenium, et ex decoctione ciceris, et anethi, et confortetur cum odoriferis, et aqua pullorum, et clyſterizetur cum aqua hordei, et altheæ, et rob, et ſi fortior ſit inflammatio, clyſterizetur cum aqua hordei, et albumine oui, et mucillagine pſyllij, et clyſteri infrigidante, quem narrabo, et ſumat in potu mucillaginem pſyllij, et aquam citrulli, et ſimilia de his quæ extinguunt donec ſedetur inflammatio. Deinde redeat ad leniendum apoſtema cum lenitiuis, ſicut ſunt mucillago fœnugræci, et ſeminis lini, et rob, et althęa, et oleum ſeſaminum, et oleum amygdalinum.

Si ex apoſtemate inteſtinorum.

Iliaca affectio.

Et fit etiam ab humoribus malis adhærentibus, et fit cum ea uomitus frequens, et non quieſcit quod eſt in concauitate uentris, et inueniuntur punctura, et dolor, et aqua in ſuperioribus uentris eius, et commouetur poſt comeſtionem, et non ſedatur niſi cum uomitu, et ſunt cum ea triſtitia, et frigus extremitatum quandoque. Et cura eius eſt, cura ileos, et trochiſci ſtellæ, ſecundũ quod diximus in cura ſtomachi. Et fit etiã ex tortione inteſtinorũ ſuperiorũ, et exiccatiõe ſtercoris in eis. Et cura eius eſt, ſyrop. uiolatus cum ſcãmonea, et oleũ amygdalarũ.

Si ex humoribus uitioſis oritur, & excoriatione.

Colica

Colica autem uentoſa eſt, ſicut illa quæ accidit ex cibis inflatiõis, cuius ſigna ſunt, quod eſt rugitus in uentre, aut augmentum quod non ſanatur, niſi cum deſuper uehemẽter comprimitur, & dolor difficilis lædens in umbilico, & eructuatio difficilis plurimę quantitatis, & retentio uentoſitatis, & ſi egerunt ex ea aliquid quod non egreditur cum quantitate, quæ ſedet dolorem uehementem, & quandoq; eſt cum hoc lenitas. Quum ergo inuęneris uentrem lenem, aut æqualem, & dolorem uehementem, tunc colica erit uentoſa fortis. Si ergo fuerit poſt multum uſum fructuũ & herbarum, tunc cura eius erit, ut in potu detur de electuario diacyminum cum aqua, in qua bullita ſunt cyminum & carui. Si ergo ſufficit, benè eſt, ſi non, tunc detur ei confectio de granis lauri, & ſi fortior ſit dolor in diſpoſitione, tunc detur ei philonium, & detur ei in potu uinum purum, uetus, dum eſt ieiunus, & ſit calefactum, & calefiat mirach eius, & ligetur ſuper ipſum pannus, & prolonget ſomnum, & non comedat aliquid tribus diebus, ſi poteſt illud tolerare, & ſi non poteſt tolerare, comedat buccellam panis infuſi in uino ueteri. Et non bibat aquam frigidam, dolor nanq; commouetur poſt potum eius, & ſi iam ſedata fuerit, tunc ingrediatur tinã quando commouetur dolor, & exeat quando debilitatur, & inungatur uenter cum oleo quod exugit uentoſitatem ex eis, quæ diximus, & ſuſpendatur ſuper eum ollula parua cum igne, et clyſterizetur cum clyſteri, quod exugit uentoſitatem, & ſuperponatur ſuppoſitorium quod exugit uentoſitatem ex eis quę dicemus, ita ut cum ſedatur dolor totus, redeat ad cibum paulatim, & comedat ex iure aliſfidebegi, et deuitet aquam frigidam diebus multis, & ponat in uino ſuo galliam, & ſit purum uinum ſuum, & caueat ab herbis & fructibus humidis, & granis inflatiuis, & præcipuè à piris, & moris rubi, & cucurbitis, & citrullis, & criſomelis, & ſimilibus. Et caueat plurimam comeſtionẽ uini colati & aduſti. Et ſimiliter eſt cura eius, quæ ex multitudine cibi eſt. Illa uerò quæ fit ex coartatione uentoſitatis inter duas tunicas inteſtinorũ. Signa ſunt, uehementia doloris, & quod non egreditur uentoſitas ex ea omnino, et q̃d non rugit per cõpreſſionem factã deſuper, & confert huic cura tota, & præcipuè abſtinentia à cibo, & appenſio uentoſarum, & uaporatio ſuper locum doloris, & uinum purum. Illius qui fit ex phlegmate quod paulatim reſoluitur, & inflat, ſigna ſunt, quod ſedatur dolor quandoq;, & commouetur poſt duas horas aut tres, & quandoque commouet eam uaporatio. Quum ergo uides dolorem uehementem poſt uaporationem, tunc dimitte uaporationem, & præcipe infirmo ut prolonget ſomnum, & calefaciat mirach, dimittat cibum die una, deinde uaporetur & ſuſpendatur ollula cum igne. Si ergo ſedatur dolor, tunc illud eſt conueniens, & ſi commouetur adminiſtretur ſomnus, & minoretur cibus, ut & digeratur id phlegma totum, & exiccetur, & reſoluatur paulatim, & non redeat. Illius uerò qui fit ex melancholia quæ effunditur ad uentrem & inflat ipſum, ſigna ſunt, acetoſitas eructuationis, & inflatio uentris ſubito cum dolore uehementi. Et cura eius eſt, in hora paroxyſmi, quod decoquantur cum forti aceto calamenthum, & cyperi, ruta, origanum, grana nigra, & fiat uaporatio cum eis, & traijciat

Si colica flatu lenta.

Digitized by Google

aquam calidã in qua decocta ſunt cyminum & carui. Et clyſterizetur cum clyſteribus exiccatiuis uetoſitatis, in hora autem in qua non eſt paroxyſmus fac eum aſſiduare potum decoctionis epithymi, & omnium quæ educunt melancholiam. Et quandoq; fit, à multitudine ſerpentium & uermium in uentre, & tranſuerſentur in eo, & inuoluuntur in ſtercore, & generantur à continuatione ſatietatis nauſeatiuę, & comeſtione ciborum putrefactorum, & ſunt trium ſpecierum, longi, qui ſunt in inteſtinis ſuperioribus gracilibus, & lati qui ſunt in inteſtinis craſſis inferioribus, & nominantur ſemina cucurbitæ, & uermes parui, qui ſunt plurimi in inteſtino recto, q̃d ſequitur anus, & ſignificatio eorum eſt multiplicatio cibi, & quando non comedit, mordicant, & accidunt à multitudine eorum in uentre accidentia mala timoroſa. Et cura illorum eſt, eductio ipſorum cum eis, quæ interficiunt ipſos ex medicinis amaris. Longos uerò interficit abſinthiũ. Latos uerò interficiunt ſceha, & lupini amari, & narciſſus, & alebrengi, et decoctio eius cum bibitur. Illa uerò qui ſunt in ano, curantur cum inuoluitur lana in ſelle taurino & ſupponitur.

Si colon ex lũbricis accidit.

Tres lũbricorum ſpecies.

De ægritudinibus renum. Cap. LXX.

Notæ calculi.

AEgritudines renum ſunt apoſtemata, lapis, caliditas, macies, debilitas, eruptio ſanguinis, & difficultas urinæ facta ex eis. Lapidis uerò in renibus ſignum eſt, quod dolor eius eſt ſimilis dolori colicæ, & illud quoniam natura cum eo conſtringitur, & cõmouetur nauſea, & inuenit dolorem in ilijs. Et oportet ut diſtinguatur inter ipſum et colicam per urinam, cum enim eſt in ea ſicut arena, aut de conſuetudine eſt ægri, ut mingat poſt huiuſmodi dolorem lapidem, aut iam minxerit ante illud per aliquot menſes urinam nigram cum qua fuit dolor in catin, tũc eſt lapis, & ſi non fuerit aliquot horum ſignorum, tunc dolor poſt ſatietatem nauſeatiuam eſt ſignum colicæ, & nauſea cum colica plus eſt, & locus doloris in uentre in colica eſt amplior, & ad anteriora decliuior. In lapide autem qui eſt in renibus, locus eius minor ad poſteriora decliuior. Item dolor colicæ permutatur, dolor uerò renum non permutatur. Et iterum ſignificatio lapidis renum, eſt dolor in catin, & ilijs, et emunctorijs cum grauitate, et oppilatione, ita ut quaſi ſit ſuſpenſum in eis aliquid. Et cura lapidis in renibus in hora comeſtionis doloris eſt, ut ingrediatur æger tinam, et inungat dorſum, et ilia cum oleo alcheiri temperata inunctione, et cõmoueat alchatim, et equitet animal non ſuauiter incedẽs, aut ſaliat ſuper pedem unum, et deſcendat de gradu in gradum, donec deſcendat lapis in urinam, et ſi non ſufficit hoc, ſumat in potu medicinas frangentes lapidem in renibus, et redeat ad regimẽ in re ſua quod eſt aliud ab iſto, et emplaſtretur catin, et ilia cum artetica, et cartamo, et ſemine cauliũ, corticibus radicis capparis decoctis, et dabis eis poſt ea in potu medicinas frangentes lapides in renibus, et ante eas etiam oleum amygdalinum, et aquã maluarum, et pręcipias ei ut ſaliat poſt illud, aut deſcẽdat de gradu in gradum, et da ei in potu medullam caſſię fiſtulæ cum oleo amygdalarũ, illud enim lubricum facit lapidem. Quum ergo egreditur lapis in urina, et non ſequitur ipſum mictus ſanguinis, tũc eſt incolume, et plurimum illius fit, cum lapis eſt lenis,

Curatio calculi.

paruus,

paruus. Et quandoq; ſequitur ipſum mictus ſanguinis. Cuius cura eſt, ut detur infirmo de medicamine cõferente excoriationibus renum, & emunctoriorum, & phlebotometur Baſilica uſquequo ſanetur, & quandoque peruenit lapis in meatu uirgæ, & illud fit quando eſt ei magnitudo, & accidit ut egrediatur in latitudine, quare tunc ponatur uirga in aqua calida, aut embrochet cum aqua & oleo calidis, & infundatur in meatu oleũ uiolarum cum mucillagine althææ, & fricetur locus in quo continetur lapis, & expellatur ad interiora uice una, poſt aliam, donec egrediatur, quod ſi dolor fortior fiat, & locus apoſtemetur, & non egrediatur hac curatiõe, tunc inferius ſcindatur uirga & extrahatur. Cuſtodia uerò à lapide ante generationem in renibus, eſt propter dimiſſionem ciborum uiſcoſorum, ſicut caſei propriè, & panis azymi, & dulcium craſſorum, & aſſiduationẽ ſeminum mundificantium renes, & ſyropi acetoſi, plurium ſeminum & medicinarum quæ frangunt lapidem, & lenificatione ex eis quæ dicemus, & abſtinentia à longo ſomno ſuper collum, & longitudine ſtricturæ cinguli, & multitudine equitatiõis, & labore dorſi, & utatur uomitu cum eſt repletio. Apoſtema autem in renibus ſequuntur in principio ſui febres permixtæ, non habentes paroxyſmum cum horripilatione, & ſentit infirmus cum iacet quaſi grauitatem ſuſpenſam in catin ſuo. Et cura eius eſt, ſi caliditas febris quæ eſt cum eo fuerit uehementis fortitudinis, quod fortaſſe non fit niſi raro, phlebotomia Baſilicæ, & dare in potu aquam hordei, & medicamen de ſeminibus frigidis, & ſumere in potu aquam citrullorum, & aquam melonum Indorum. Cum ergo feceris illud, hebdomada una, & lenitur febris, & non ſanatur infirmus, tunc incipe aliam curã. Et illa eſt quæ fit, quãdo cum eo non eſt febris caliditas plurima, & da ei in potu ſemina maturatiua, ex eis quæ dicemus, ſicut ſeminis althææ, ſeminis lini, & ſimilia, & fac emplaſtrum alchatim cum fœnugręco, & althęa, & emplaſtris maturatiuis, ex eis, quæ dicemus. Cumq; ſedatur dolor totus & remanet grauitas, tunc præcipe infirmo ut ſaliat, & ut deſcendat à gradibus cum uelocitate, & commoueat catin ſuum, et percute ipſum, ſi non incipit mingere ſaniem. Si uerò mingit, excuſaberis ab hoc. Quum ergo mingit ſaniem, tunc incumbe ſuper ipſum, cum ſeminibus mundificantibus uice una, & conſolidatiuis ulcerum renum, uice altera, donec ſanetur. Apoſtema uerò in renibus conuertitur ad unum trium modorum, aut enim exiccatur & ſanatur æger, aut collectionem facit ſaniei, & mingit eam, aut fit apoſtema durum, quod eſt deterius, & ſigna eius ſunt, quod remanet grauitas, cum aliquanto dolore in catin, & minoratur quantitas urinæ, & incipit uenter inflari, & fit hydropicus ſecunda die. Et cura eius difficilis eſt, curatur tamen ſecundum diſpoſitionem cum aſſiduatione emplaſtrorum reſolutiuorum ſuperpoſitorum alchatim, & dorſo, & ſumat in potu ſemina lenientia ex eis, quæ dicemus. Illius autem quæ fit ex caliditate renum, & eſt diaria urinæ, ſigna ſunt, ſitis fortis aſſidua, & non humectatur os cum ea hora aliqua, & mingit ſemper poſt potum aquę, & urina eſt alba, ſubtilis quaſi ſit aqua, & extenuatur corpus, & minoratur caro eius, & ſi non ſuccurratur, conuertitur cito ad ethicam. Cura eſt in principio ſuę in-

Præſeruatio à calculo.

Notæ apoſtematis renum.

Notæ caloris renum.

Digitized by Google

cœptionis, ut ſit in loco frigido humidi aëris, & dormiat ſupinus ſuper terram, & ſuper lectos frigidos, & ingrediatur ter in die in aquam frigidam, & emplaſtrētur inferiora dorſi cum pſyllio cōquaſſato cum aceto, & ſantalis, & aqua roſarum, & ſumat in potu de trochiſcis diabetis, & aqua granatorum acetoſorum, & ſint cibi eius ex ſumach, agreſta, & ſimilibus, & ſumat in potu aquā hordei cum oleo amygdalino, & dimittat omne quod urinam prouocat, & ſorbeat ſorbitionem factam ex amylo & oleo amygdalino, & ſaccharo, & teneat in ore pilulas ſitim ſedātes, aut fruſtū maſal, aut aliquid acetoſum, ut ſedetur ſitis eius. Maciei autē renum ſigna ſunt, dolor in dorſo, non fortis cum extenuatione corporis, & paruitas deſiderij coitus, & multitudo urinæ, & albedo. Et cura eius eſt, regimē impinguans corpus, & dilatatio in cibo, & enemata unctuoſa, & comeſtio medullarū, cum ſaccharo, & omnes cibi, & medicinæ, quæ addunt in ſpermate, ex eis quæ dicemus. Debilitatis autem renum ſigna ſunt, quod mingit, ſicut loturam carnis, cum dolore in dorſo, paucitas appetitus coitus. Cura eius eſt, phlebotomia Baſilicę in latere, in quo ſentitur dolor. Si uerò dolor magnus ſentitur, tunc fiat in latere dextro, & dentur in potu medicinæ cōferentes mictui ſanguinis, & emplaſtretur alchatim cum medicinis infrigidantibus, & confortantibus renes, ſicut roſis, & ſantalis, & acacia, & ramich, & myrto, & eorum inunctio ſit cum oleo roſarum, & ſeſamino. Sanguinis autem eruptionis ex renibus ſignum eſt, quod mingit ſubito infirmus ſanguinem plurimum exuberantem, aut poſt percuſſionem ſuper locum renum, aut propinquum ei, aut poſt comeſtionem cibi acuti. Et cura eius eſt, phlebotomia ex Baſilica, deinde medicina conferēs mictui ſanguinis.

Notæ maciei renum.

Notæ imbecillitatis renum.

De retentione urinæ. Cap. LXXI.

HOc fit propter ægritudinem in emunctorijs, aut propter ægritudinē uirgę, & ægritudo, aut eſt lapis in meatu uirgę, aut caro nata, aut oppilatio ſanguinis, aut ſaniei. Signa itaq; eius, quod fit ex emunctorijs ſunt, grauitas in dorſo, & repletio ueſicę ex urina. Cuius cura eſt, ſumere in potu medicinas, quæ frāgunt lapidem. Et ſigna eius quæ fit ex oppilatione meatus uirgæ ſunt, repletio ueſicæ, & inflatio eius, tenſio ut chorda, & grauitas quædam in pectine, & ancha cum dolore uehementi, & tenſione ſuperflua. Et fit aut propter lapidem obſeſſum, aut propter apoſtema, aut propter carnem natam, aut propter oppilationem ſanguinis & ſaniei. Iam diximus ſigna lapidis, & curam eius. Carnis autē ortæ ſignum eſt, quod fit ſecundū plurimum poſt ulcera accidentia in hoc meatu, & non prohibet totam urinam, ſed modicum eius, & quandoq; eſt incœptio exiturę ſimilis uerrucæ in hoc meatu, quod ergo ex ea eſt in emunctorijs curationem non habet, & non medicatur niſi cum tina, & ex pilulis lenificātibus ex eis, quæ diximus in apoſtemate duro, & ut liniatur meatus & dilatetur, quare egreditur urina cum facilitate & difficilis ſit exitus urinæ in hac diſpoſitione quando ſpiſſatur & induratur, ſed quod eſt in meatu uirgæ, quandoq; egreditur cum eis quæ mingere faciunt. Oppilatio autem ſanguinis & ſaniei, ſi poſt mictum ſanguinis & ſaniei. Et cu

ra eius

Digitized by Google

ra eius eſt, ſi fuerit in duobus emunctorijs, ut ſumat in potu medicinas quę frangunt lapidem, & ſi fuerit in meatu uirgæ, euacuetur, & moueatur cum facientibus mingere. Apoſtematis autem in ueſica ſigna ſunt febris, ual de fortis caliditatis aduſtiua, & uehemētia doloris, & punctura in ueſica. Cuius cura eſt, phlebotomia Baſilicæ, & potus aquæ hordei, & embrochā tio ueſicæ cum aqua tepida, & inunctio cum oleo uiolarū tepido. Et quan doq; fit difficulas urinæ ex lapide cadente in ore meatus, non in meatu, & ſignum eius eſt, q̄d cum proieceris infirmū ſuper dorſum ſuum, & leuaue ris pedes eius ad ſuperiora, & uehementer eum commoueris egreditur u/rina, & iſtud ſine ceſſatione fiat, ita donec egreditur lapis, aut frange eum cum medicinis quæ frangunt lapidem in ueſica. Et quandoque fit difficul tas urinæ, ex mollificatione lacerti ueſicæ. Cuius ſignum eſt, quod habens eam mingit cum facilitate, quando ſuper ueſicam fit compreſſio. Et eius cura eſt, inunctio eius cum oleo nardino, & coſtino, & caſtoreo. Et quan/doque fit difficultas urinæ poſt uehemētem retentionem urinæ, & ſignum eſt, quod ſi fiat compreſſio ſuper ueſicam, egreditur urina tunc. Et cōfert quidem pluribus modis difficultatis urinæ, introitus in aquam calidam, in qua decocta ſunt folia caulium humida, & cartamum, fœnugræcum, & ru bea tinctorum, & emplaſtra pecten & alchatim cum eis, & conferunt qui/dem medicinæ prouocantes, cum ueſica eſt uacua, & nocent uehementer cum eſt plena.

De fluxu urinæ inuoluntario. Cap. LXXII.

FIt autem ex multitudine humiditatis cum caliditate, aut frigiditate, & curſus urinæ cum caliditate, cura eſt hoc medicamen: Recipe ſeminum coriandri aſſati infuſi in aceto uini die & nocte partem u/nam, emblici, ſtœchados, boli Armeni, glandium ſiccarum, chara/bæ, lentium excorticatarum partes æquales cum coriandro, ſumat pulue/rem ex ea mane, & ſero pondere drach. 3. Et curetur curſus urinæ cum frigore, hoc medicamine: Recipe glandium ſiccarum drach. 50, thuris drach. 30, myrrhæ drach. 6, granorum machaleb, acori, cyperi ana drach. 10, ſumatur puluis ex eo mane & ſero drach. 3, cum rob, & inungatur pe/cten cum oleo de been, aut cum oleo in quo decocta eſt ruta, in quo dilu/ptum eſt caſtoreum, & euphorbium. In diaria uerò urinæ quæ eſt diabe/tes, iam diximus curam in Antidotario, & ad Manſorem libro.

De diſtillatione urinæ. Cap. LXXIII.

ACcidit exitus urinæ inuoluntarius paulatim, & eſt duarum ſpecie/rum, aut cum aduſtione, aut ſine aduſtione, & eſt aut ex humidita te complexionis, aut ex debilitate ueſicæ, & confert illi quæ eſt ſi/ne aduſtione retentor urinæ calidus, & comedere ficus, & uuas paſſas, & ſazneam confectam in triphera, quæ ſit in doſi, pondus trium drachmarum, tripheræ & mediæ drach. ſagzeneæ, & adminiſtretur illud, uſquequo ſanetur, & dimittat cibos frigidos, & humidos poſt euacuatio/nem corporis à phlegmate. Illius autem quæ eſt cum aduſtione, confert retētor urinæ frigidus compoſitus cum eo, q̄d glutinationē facit poſt eua/

 cuatio/

cuationem corporis ex bile rubea, & dimittat cibos calidos & ſiccos. Illius autem quæ fit ex debilitate ueſicæ cura eſt, comedere electuaria Aromatica calefacta, & inungere pecten cum oleo nardino, & oleo de coſto, & emplaſtrare fœmur cum emplaſtro facto ex ſpica, & cinnamomo, & gallia cum cera diſſoluta cum aliquo oleo.

De aduſtione urinæ. Cap. LXXIIII.

QVandoque exit urina ſine diſtillatione, & non egreditur ſine uoluntate, ſed uoluntarie cum aduſtione uehementi, & eſt duarum ſpecierum, aut cum ſanie, aut ſine ſanie. Illius quæ eſt cum ſanie, & eſt à renibus & partibus eorum, iam diximus curam. Illius autem quæ eſt à ueſica, dicemus in Capitulo ulcerum ueſicæ.

Aduſtioni autem urinæ factę ſine ſanie, conferunt illa quæ ſunt ſimilia auellanis, facta ex ſeminibus & iulep, & ſyropo uiolarum, & mucillago pſyllij, & rob, & aqua alkiſe, & cauere à ſalſo, acetoſo & acuto, & coitu, & labore, & aſſiduet introitum in aquam tepidam, & ſorbeat oua ſorbilia leuia, et oleum amygdalarũ, & comedat ius gallinę pinguis cum kiſch, & cucurbita.

De lapide in ueſica. Cap. LXXV.

Notæ.

LApis in ueſica fit infantibus plurimum & conſiſtentibus in renibus. Et ſigna lapidis in ueſica ſunt, albedo urinæ & ſubtilitas eius, & fex arenoſa, poſt conturbationẽ eius, et erectio uirgæ, & quod puer plurimum ſcalpit ipſam, & laborat cum ea, & retentio urinę, & difficultas exitus eius, cum dolore uehemẽti, & exitus ani, & huiuſmodi ſunt ſpecies diuerſę ſubſtantię, & alius eſt qui frangitur cum medicinis, & alius eſt qui non frãgitur, quapropter oportet ut experiaris ipſum cum medicinis longo tempore ante ſciſſionem, & ex eis quæ frangunt eum, eſt omnis cibus inciſiuus, ſicut oliuæ immaturæ, & capparis humida, & ficus, & cicer nigrum, & alcorſif, & ex medicinis ſunt coſtus, caſſia lignea, ſpica, piper, cyperi, cortices radicũ capparis, amygdal. amarę, cinis ſcorpionũ aduſtorum, oleum de ſcorpionibus, ſanguis hircinus, uitrum aduſtum, cancri aduſti, & medicinæ frangentes lapidem ex eis quæ dicemus. Et hoc medicamen frangens lapidem ſua proprietate mirabili: Recipe cineris ſcorpionum aduſtorum, lapidis Iudaici, lapidis ſpongiæ, ana partem unam, aggregentur cribellata, ſitq; doſis drach. I, keel cum uino albo ſubtili, aut cum aqua mellis, & tunc hæc cura eſt fortior cum datur hæc medicina, & ſit cibus eius ex eis, quæ diximus, & diſtilletur in foramen uirgæ oleum de ſcorpionibus, & inungatur. Si ergo medicatus fuerit hac cura per menſem, & non uideris urinam prouocari, & infirmus non inuenit alleuiationem, aut non progreditur arena in urina, tunc ſcias quod lapis eſt durus planus non obediens ad frangendum, & dolor huius cum mingit eſt minor, tunc ergo curetur cum ferro, & non oportet ut dimittatur cum eo poſt menſem, quoniam producit ægrum ad Hecticam cum aſſiduatione doloris, & quandoque uulnerat ueſicam cum hoc, tunc ergo incipe ad extrahendum ipſum, & oportet quando commouetur dolor, ut admi-

Confringentia calculum.

Digitized by Google

niſtretur introitus cum aqua calida, et emplaſtra ueſicam, & inunge ipſam cum eis, quæ diximus in lapide renum, ut alleuietur dolor, & non prouocet ægrum ad Hecticam.

De ſcabie ueſicæ. Cap. LXXVI.

EIus ſignum eſt aduſtio urinæ cum rebus ſimilibus furfuri in ea, cum extenuatiõe corporis. Cura eius eſt, aqua hordei, balneũ leue poſt aquam hordei, & poſt cibum leuem, & iura pinguia, & potus olei amygdalini, & fac enema ueſicæ cum mucillagine granorum cotoneorum, aut cum lacte mulieris, & oleo roſarum, & omnia quæ diximus in cura aduſtionis urinę, quę eſt ſine ſanie & ſanguine.

De apoſtemate ueſicæ. Cap. LXXVII.

APoſtema q̃d in ea plurimum accidit, eſt calidum. Cuius ſigna ſunt, dolor uehemens cum punctura in ueſica, & retentio urinæ cum febre calida adurẽte, alienatio & nigredo linguæ. Cura eius eſt, phlebotomia, & omnis cura birſen, & liniatur ueſica ſemper cum oleo uiolato uſq; ad tres dies, deinde cum oleo chamęmelino, & non emplaſtretur cum rebus frigidis, neq; cum rebus ſtypticis, imò emplaſtretur cum ſeſamo corticato, & lacte dulci, & pane ſimylagineo cum lacte. Cum ergo ſedatur dolor & præterit una hebdomada, emplaſtretur cum leuibus reſoluentibus ex eis, quæ dicemus, ſicut chamæmelũ, ſemine lini, farina fabarũ confecta cum rob, & res in ipſo poſt illud conuertitur, aut ad ſanitatem, aut ad ſaniem, aut ad apoſtema durum. Si ad ſaniem, cura eius eſt, quam diximus in cura renum, & quam dicemus in ulceribus ueſicæ. Si conuertitur ad apoſtema durũ, tunc cura eius eſt illud, quod diximus, & dicemus nunc in apoſtematibus duris in ueſica. Et ſigna eius ſunt, quod fit poſt apoſtema calidum, & poſt percuſſionem & caſum, & apparet tactui apud commiſſuram, quæ eſt inter teſticulos & anum cum eſt magnũ, & difficilis eſt exitus ſtercoris & urinæ. Et cura eius eſt, ſumere in potu medullam caſſiæ fiſtulæ, & oleum amygdalarum ſuper aquam ſeminum prouocantium urinam, ſicut melonum ſemen, ſemẽ apij, & capilli ueneris, & ſorbere aquam caulium, & aquam ciceris cum oleo amygdalarum, & emplaſtretur locus apoſtematis ſi apparet, & ſi non, emplaſtretur commiſſura, & ueſica, & pecten cum emplaſtris, quæ diximus in cura renum, & cum emplaſtro q̃d reſoluit apoſtema durum in ueſica, & line ipſum cum oleo calido, & inunge ipſum ſemper, & fac ipſum aſſiduare tinam, in qua decocta ſunt radices capparis, & chamęmeli, & radices uiolarum, & althęę.

De ulceribus in ueſica, & intra uirgam & renes. Cap. LXXVIII.

CVm ulcera ſunt in ueſica, egreditur ante urinam ſanies, & inuenit æger dolorẽ cum mingit in loco ulceris, cum autem ſunt apud ueſicam, egreditur ſanies permixta urinæ, & ineſt ei fœtor. Cura amborum ſimul eſt, ſumere trochiſcos alkekengi, & aquam mellis uice aliqua, & medicamen conſolidatiuum ulcerum in ueſica uice alia, & ut inijciatur in ueſica collyrium album cum lacte, cum dolor eſt uehemens, aut cum aqua mellis, & ficuum, cum eſt ſordities plurima, & confert ei q̃d eſt in meatu proprie, id quod iniicitur in ipſum pluſquàm id quod bibitur.

Et confert quidem unguentum cõſolidatiuum ei, cuius ulcus peruenit ad interiora, hoc nanq; unguentum confert, cum deforis cum eo linitur ulceribus concauitatis uentris. Vlcerum autem renum ſignum eſt, dolor in dorſo, ueſicæ uerò, in pectine, & difficultas urinæ, & quod egreditur ex ulceribus in renibus, eſt fruſtum carnis paruum, & ex ulceribus ueſicæ cortices, & dolor in ea eſt uehementior dolore in renibus, & ſentitur in ambobus lateribus ſimile grauitati, & hæc eſt differẽtia inter ulcus renum & ueſicæ, & quandoq; eſt ulcus in meatu, qui eſt inter renes & ueſicam. Et cura horum ulcerum eſt cura una.

Signa et diſcrimina.

De diminutione coitus. Cap. LXXIX.

Fit propter deſiderij debilitatem, aut propter mollificationem inſtrumenti. Et deſiderij quidem debilitas fit, aut propter debilitatem in corpore, & paucitatem nutrimẽti eius, aut abſq; debilitate, & cum eſt ſine debilitate corporis, & cum ſufficientia cibi eſt, aut propter paruitatem ſpermatis, & profunditatem eius, aut propter quietem eius, & ipſius coagulationem, aut propter ſiccitatem inſtrumenti, aut propter frigus, aut propter longitudinem abſtinentiæ à coitu, aut propter accidens animale, ſicut eſt pauida ſollicitudo, timor, triſtitia, anguſtia, caſtitas. Et iſta mollificatio fit, aut propter cauſam animalem, ſicut extimatione & timore, & prohibet illum erigi, aut propter longitudinem abſtinentiæ à coitu, membrum enim contrahitur, tunc & detumeſcit, aut propter paruitatem ſanguinis, aut propter paruitatem uentoſitatis, aut propter aliquid, quod eſt de genere paralyſis in neruis qui ueniunt ad uirgam, & cum debilitas deſiderij coitus cum attritione corporis, & extenuatione, & debilitate eius, & citrinitate coloris, & paucitate cibi. Tunc cura eius eſt, confortare corpus cum regimine conualeſcentium, & additione cibi, & potus, & rebus odoriferis, & ſomno, & dimiſſione coitus, & ſi laborat quolibet labore, dimittat, quouſque corpus redeat ad ſuam diſpoſitionem cum gaudio, & exercitio æquali, tardo, & ſimilia. Si autem corpus cum hoc fuerit forte, & abundantis carnis, & non diminutæ, tunc illud erit, aut propter paucitatem ſpermatis, aut propter quietem ſpermatis, & paruitatem mordicationis eius. Et paruitas ſpermatis eſt, aut propter ſiccitatem in inſtrumento ſpermatis & extenuatione in ipſo, aut propter frigus. Signa eius quæ eſt ex ſiccitate, eſt paucitas exitus ſpermatis apud coitum, & paruitas eius. Et cura eius eſt, iuuamentum quod fit cum balneo, & introitus in aquam calidam, & ſatiari cibis humidis, ſicut herbis, lacte, & uino plurimæ commixtionis, deinde delectari in cibo, præcipuè humectante, ſicut piſces recentes, cum comeduntur aſſati, & comeditur cum eis cepe crudum, & pulli, & gallina, & pulli columbini pingues, uinum plurimæ commixtionis, & comedere dactylos infuſos in lacte, & bibat uinum dulce, & ſorbeat uitella ouorum ſorbilium, & medicamen de tereniabin, quod addit in ſpermate etiam. Et quando eſt propter frigus, tunc ſignum eſt, quod ſperma eſt plurimum apud coitum, & ſubtile difficilis exitus. Et cura eius eſt, cum omni eo quod calefacit, & aſſiduatio zingiberis cõditi, & macro-

Accidentia animalia.

Nota ſiccitatis.

& macropiperis conditi, & confectio calida quæ addit in coitu & ſperma te. Et quandoque fit propter aggregationē ambarum intentionū, ſcilicet, frigiditatis et ſiccitatis, & ſigna eius ſunt, paucitas ſpermatis, & difficultas exitus eius, & paucitas carnis & ſanguinis. Et cura eius ſunt, omnes cibi cum quibus ſunt craſſitudo, & calefactio, & inflatio, ſicut cicer, & caro pinguis, cum cepis, & triticum coctum quouſque ſit, quaſi puls, & cerebella cum ſunt cum zingibere, & pipere condita, & propriè cerebella paruarum auium, & diaſpermaton quando aſſiduatur, & ſecacul, & bauciæ, & cicer infuſum in aqua, & fabæ cum comeduntur cum carne ſalita, & altit, id eſt, aſſa dulcis. Altit. Quietis uerò ſpermatis, & congelationis eius, & paucitas mordicationis ipſius, & ſigna eius ſunt, quod eſt cum caſu deſiderij, & egreditur cum ſit coitus ſperma plurimum, congelatum, craſſum. Et cura eius eſt, omne quod diximus ex eis quæ calefaciunt ſperma, ſicut medicamen calidum addens in ſpermate, & clyſtere impinguatiuum & calefactiuum, & inunctiones calidæ, & ſuppoſitoria calida. Eius autem qui fit ex æſtimatione, ſollicitudine, & anguſtia, & timore, & conſilio animali, ſicut caſtitas, aut elongationes aſſiduationis, & dimiſſionis coitus. Cura eſt cum expulſione illius cōſilij ab anima. Mollificationis autem inſtrumenti, quæ eſt cum extenuatione corporis totius, & debilitate eius, cura, eſt cura uiuificās, quam diximus cum illo inſtrumento, & unctio eius cum rebus calidis, quas diximus. Et illius, quæ eſt propter paruitatem inflationis & in inferioribus uentris. Signū eſt, paruitas erectionis, cum priuatione inflationis, & uirtute corporis. Cura eius eſt omne quod inflat, ſicut, uua, & fabæ cum comeduntur cum ſale, & altit, & lac recens quando bibitur cum cinnamomo, & repleri ex cibo, & medicinæ coitus non calidæ, ex illis quæ dicemus. Illius uerò quæ eſt propter frigus in neruis uirgæ. Signum eſt, quod ſperma abundans eſt ſubtile, & facilè egrediens, & deſiderio conſtans. Sed erectio, in ſeipſa eſt debilis. Et cura ſunt clyſteria calefacientia uirgam, et ſuppoſitoria calefacientia ipſam, ex eis quæ dicemus.

De nocumento quod fit ex multitudine deſiderij coitus & ſpermatis. Cap. LXXX.

Fit illud propter multitudinem ſanguinis, cuius ſigna ſunt, uirtus corporis, & rubedo coloris, & paucitas debilitatis ſuper multitudinem coitus, & pollutionis. Et cura eius eſt, phlebotomia, & ſolutio uētris, & minoratio cibi, & facere ipſum declinare ad acetoſitatē, et bibere aquam iuiubarum, & uiridentibus, & agreſta, & granatis acetoſis, & comedere cibum cōgelatum, & lactucas, & intinctio in aceto, & potus ſyropi acetoſi, & adminiſtratio medicaminis frigidi minorantis ſperma, & emplaſtratio dorſi, cum eis, quibus infrigidetur & dormiat ſuper ea. Et fit ex acuitate ſpermatis, & ſignum eius eſt, quod ipſum debilitat hominem cum ipſum egreditur, & egreditur cum uelocitate & mordicatione, & nocumento, & aduenit cum eo aduſtio in urina. Et cura eius, res humectantes, & infrigidantes, ſicut, cucurbita, portulaca, lactuca, blitum, lac acetoſum, & adminiſtratio huius medicamenti frigidi, quod diximus, & introitus in aquam frigidam, & potare lac acetoſum, & lac

Digitized by Google

de quo extractum eſt butyrum etiam. Et fit ex multitudine humiditatũ preparatarũ, ut fiat ſperma. Et ſigna ſunt, exuberantia ſpermatis, & ſubtilitas eius, & albedo coloris, & multitudo inflationis. Et cura eius eſt, medicamẽ calidum, diminuens ſperma, & cibi effugantes uentoſitatem, ſicut origanum, ruta, calamenthum, electuarium diacyminum, & ſimilia.

De erectione aſſidua. Cap. LXXXI.

QVandoq; accidit erectio aſſidua nocẽs & perducens ad ſpaſmũ, & ægritudines aſſiduas. Cura eius eſt, ſi eſt caliditas phlebotomia, & quæ diximus ex illis quæ minorant ſperma, quod eſt cum caliditate, & ſi adeſt albedo coloris, & paucitas ſanguinis, adhibeatur medicamen calidum, minorans ſperma.

De ægritudinibus matricis. Cap. LXXXII.

DE eis ſunt retentio menſtruorũ, curſus eorum, apoſtema, ulcera, difficultas partus, difficultas impregnationis, mola, præfocatio, uentoſitas craſſa in ea, fiſſura, diruptio, cancer. Et menſtrua quidem retinentur, aut propter paucitatẽ ſanguinis in corpore, aut craſſitiem eius, aut ex multitudine prouocationis lactis, aut propter ægritudinem in matrice, ſicut apoſtema. Si ex paucitate ſanguinis, ſigna ſunt, extenuatio & citrinitas coloris, & qui ſit poſt ægritudinem & triſtitiam, & ieiunium, & uigilias, & laborem, & habitationem in locis calidis. Cura eſt, dilatatio in cibo & potibus frigidis, & addentibus in menſtruis, & ſomnus, & balneum. Verum factę ex craſſitie ſanguinis & frigore eius. Signa ſunt, mollities corporis, & multitudo pinguedinis. Et cura eius eſt, medicamen ſubtilians, & cibari aqua ciceris nigri & albi cum anetho, cymino, oleo, & dimittere medicinas ſtypticas, & cibos acetoſos, & incraſſatiuos, & uti medicinis prouocantibus menſtrua, ſcilicet, leuiore prius, deinde media, deinde fortiore, & uentoſis cruris ante horam ægritudinis duobus diebus, & phlebotomia Saphenæ eſt ex eis quæ prouocant menſtrua, ſed phlebotomia manus abſcindit ea, & quandoque prouocat menſtrua, poſitio uentoſarum ſuper ſumen, & ſuppoſitoria prouocantia menſtrua, ex eis quę dicemus, & ſuffumigationes.

De fluxu menſtruorum. Cap. LXXXIII.

FIt ex multitudine ſanguinis in corpore & acuitate eius, & ſubtilitate, & fit etiam poſt difficultatem partus, & propter hæmorrhoidas exiſtentes in matrice, & ex rhagadiis, ex ulceribus malis antiqs, & ꝓpter percuſſionẽ, & ex dominio huius humoris in corpore, & apparet id in exitu eius, ex colore & ſubſtantia eius, & qualitate ipſius. Et cura eius prima eſt, cum eo quod extrahit chimum dominantem, deinde potum medicinarum reſtringentium fluxum, & conuenientium complexioni, & ætati, & ſiccantium corpus abſq; caliditate manifeſta. Illius qui fit ex multitudine ſanguinis. Signa ſunt, quod corpus cum eo eſt forte, neque debilitatur, & color eſt cum ſua diſpoſitione, neq; alteratur, & non oportet ut reſtringatur dum non alteratur color, & non nocet, quod ſi nocet, phlebotometur Baſilica, & ſtringantur radices mãmillarum cum inſtita, & ponantur ſuper pectus uentoſę cum igne, & ſupponãtur collyria retinentia

nentia menſtrua, & medicinæ quas dicemus, ex illis quæ retinent mēſtrua, & ſedeat in aqua frigida, & ſit cibus ex ſtypticis & acetoſis, & potus ſit aqua ueri frigoris, & abſtineat à uino. Illius autem qui fit propter ſubtilitates & acuitatem ſanguinis, ſunt ſigna, debilitas corporis, & alteratio coloris, & tenuitas eius, quod dixit de ſanguine. Cura regimen quod eſt ante hoc præter quod non fiat phlebotomia, & confert adminiſtratio ciborum, & potuum acetoſorum ſtypticorum, & infrigidantium, & incraſſantium ſanguinem, ſicut granata acetoſa, lentes, berberis, & ſimilia illis, & ribes, flos ſalicis de torrente, & agreſta, cotonea, & ſumach, & oppilatiua facientia glutinationem, ſicut alſelubegi facti cum amylo & ſaccharo, & atriplices, & aſchanabegi, & ſumere in potu reſtringētia menſtrua cum infrigidatione forti, & dare in potu quędam rob, quæ diximus. Illius qui fit poſt difficultatem partus, conferunt omnia quæ incraſſant ſanguinem, ex his quæ diximus, & ſumere in potu trochiſcos de charabę, & trochiſcos ualentes ad ulcera, & rhagadias in matrice, & reliquum regimen quod diximus. Illius qui fit propter hæmorrhoidas in matrice ſigna ſunt, quod uenit cum periodis alijs à periodis menſtruorum, & cum repletum eſt corpus. Et cura eius eſt, phlebotomia Baſilicæ, & ſumere in potu trochiſcos de charabę, & clyſterizare matricē cum conferentibus hęmorrhoidibus in ea. Ex ulceribus malis ſigna ſunt forte eius quod currit magnus, & quod eſt uirus ſubtile non confirmatum. Cura eſt, phlebotomia Baſilicæ, deinde clyſterizare matricem cum aqua mellis, uice una, & cum cōferentibus ulceribus matricis, uice alia. Si ergo ulcus eſt recens, & q̈d currit ex eo eſt ſanguis cum dolore pectinis, tunc medicetur medicamine incarnatiuo, & ſi quod currit eſt fœtidum uirus, & ulcus antiquum, tunc clyſterizetur medicamine calido. Si propter percuſſionē, cura eſt, phlebotomia Baſilicę, & ſumere in potu trochiſcos de charabę, & clyſterizare cum medicamine incarnatiuo ulcerum humidorum.

De ulceribus matricis, uirgæ, ueſicæ, & teſticuli.

Cap. LXXXIIII.

QVum ſunt propinqui temporis & non eſt in eis humiditas, tunc aloē trita cū puluerizatur in eis ſanat ea, & tuthia exiccat ea uehementer. Cum autem eſt in eis humiditas, confert cortex pini maſculę & emathites, quod ſi in eis eſt profunditas, tunc miſceatur eis thus minutum, & ſi fuerit humida uehemētis humiditatis, tunc confert eis medicamen ſiccum factum de cancris combuſtis, & cucurbita aduſta, & alumine aduſto, & quando ſunt in matrice, & ueſica, confert eis thus, aloēs, & medicamen de chartis combuſtis, quando terun tur ſimul & ſingulariter, & miſceatur cum ſucco arnogloſſæ, & quæ ſunt ſimilia illi, & clyſterizetur cum illis. Rhagadijs autem matricis, conferunt quæ & rhagadijs ani, & ſimiliter hæmorrhoidibus accidētibus in matrice, conferunt quæ hæmorrhoidibus ani, ex epithematibus, & uentoſitati craſſę in matrice, quę & uentoſitati craſſę in colica ex ſuppoſitorijs, & alijs diſruptioni in matrice, quę & diſruptioni in inteſtinis, & mirach, & teſticulis. Illius quod eſt ex apoſtemate, curam dicemus poſt.

Digitized by Google

De apoſtemate in matrice. Cap. LXXXV.

ACcidit ex retentione menſtruorum, aut difficultate partus, aut percuſſione ſuper matricem, aut tenſione in ea. Signa apoſtematis calidi omnino ſigna ſunt, febris acutæ, ſicut febris birſen, nigredo in lingua, dolor capitis, & thimia, et catin, & iliorum, difficultas urinæ & egeſtionis, frequentia pulſus, & anhelitus. Et cura eorum ſimul eſt, phlebotomia Baſilicæ. Ex difficultate partus, & percuſſione, principium medicationis eorum eſt unum. Et ſignum apoſtematis acuti totius eſt febris acuta, dum non uidet mulier plurimum ſanguinem. Et cura eius eſt, phlebotomia, & clyſterizetur matrix cum mucillagine pſyllij, aut oleo roſarum cum aqua arnogloſſæ, & regatur ægra regimine patientis birſen, dando in potu aquam hordei, & ſimilia, & ſi dolor ualdè fortior ſit, & retinetur egeſtio & urina, ſedeat ægra in decoctione chamæmeli, ſeminum lini, & fœnugræci, & non tranſeat aqua umbilicum, neq; ægra dimittatur potare aquam, & inungatur locus cum oleo chamæmelino, & oleo alkeri citrino, & ſi non fuerit id, tunc nõ faciat id uſq; ad hebdomadam unam. Et conuertitur apoſtema acutum in matrice, aut ad ſanitatem cum reſolutione, aut ad aggregandam ſaniem, aut ad apoſtema durum. Signa collectionis ſunt, quies pulſationis, ſedatio febris, & dimiſſio horripilationis in diſpoſitionibus quibuſdam. Et ſigna apoſtematis duri ſunt, ſedatio caliditatis febris cum reſiduo grauitatis & magnitudinis in pectine, & thimia, ita quod quandoque apparet tactui, ſi fuerit magna difficultas & egeſtionis & urinæ. Et cura collectionis eſt, ut emplaſtretur locus matricis,
D poſt diem ſeptimum à principio apoſtematis acuti, cum rebus lenificantibus & ſedantibus dolorem, ſicut chamæmelum, althæa, ſeminum lini, fœnugræci, & fundatur in matrice ex mucillaginibus eorum, aſſiduet ſeſſionem in aqua calida, & unctionem cum oleo tepido. Si moratur fœtus, tũc da ei in potu trochiſcos de gummis, quæ ſunt in Antidotario, ipſi enim eijciunt partum ſtatim, & ſuffumigetur mulier etiam cum eis, & ſedeat mulier in aqua in qua decoctum eſt calamenthum campeſtre. Ex eis quæ facilem efficiunt partum cum proprietate quæ eſt in ipſis eſt radix bothormatien ſicca, quando ligatur ſuper coxam mulieris.

De exitu matricis ani & umbilici. Cap. XCIII.

COnfert eis læſio in aquis ſtypticis, ſicut aqua cucumeris, quam dicturi ſumus, & inungatur cum oleo roſarum, & puluerizetur de ſuper medicamen ſtypticum & infrigidentur, & poſt illud ſedeant in aqua de curcuma, & abluantur cum ea. Quum autem matrix iam egreſſa eſt, tunc neceſſarium eſt cum hoc ut ponantur uẽtoſæ, aut ollula ſuper pectinem coram duobus inguinibus, & ut frequentetur cura.

Confectio medicaminis ſtringentis umbilicum cum egreditur poſt partum, ſumatur tenta, & inuoluatur ſuper ipſam pannus, & accipiatur minutum thus, & conficiatur cum albugine oui, & liniatur cum eo ſuper umbilicum, & impleatur ipſo. Medicaminis autem ſtyptici confectio: Recipe kara-

cipe karabi, thus, balauſtias, gallas, antimonium, acaciam, & alumen cri-
bellata, & inungantur, & pulueriżentur ſuper anum & umbilicū, & quan
doq; additur in ipſo ceruſſa ſecundum menſuram unius illorum.

De ſignis prægnationis. Cap. XCIIII.

DE ſignis prægnationis eſt, quod uulua poſt coitū eſt ſicca, in qua humiditas non eſt, & quod mulieri accidit pigritia, & tarditas, & declinatio ad ſomnum, & coarctatur os matricis, poſt illud adeò, ut in ipſam non ingrediatur ſtilus. Iſta ergo ſunt ſigna, quæ non faciunt errare, quum ergo præterierint dies, retinentur menſtrua, & pupilla mammillæ denigratur, & commouētur mala deſideria, & nauſea, & apparet malitia coloris & panus.

Signa maſculi fœtus & fœminæ. Cap. XCV.

BOnitas coloris mulieris, & paruitas appetitus coitus, & panorum paucitas ſunt ſignificationes, quod eſt maſculus. Multitudo pani, & malitia coloris, & multitudo malorum deſideriorum cum ſuperfluitate, ſignificant prægnationem fœminæ. Inflatio pupillę mammillę dextræ, & nigredo eius ſignificant maſculum, & ſiniſtrę, fœminam. Et euentus ſanguinis ad foramen naris dextrę prius, ſignificat maſculum, & è cōuerſo fœminā. Et leuitas motuum ſignificat maſculū. Et ſimiliter, grauitas motuū, ſignificat fœminā. Et ſimiliter, grauitas in latere dextro, & rubedo maxillarū, ſignificāt maſc. & earū nigredo, ſignificat fœminā.

De ægritudinibus ani. Cap. XCVI.

DE ægritudinibus ani, ſunt hæmorrhides, & fiſtulę, & inflatio uenarum, & mollificatio ani, & rhagadiæ, & uermes parui, & exitus ani cum fit egeſtio. Hæmorrhoidum aliæ ſunt eminētes, aliæ profundæ, de eminentibus quędam ſunt, uerrucę durę, & quędā ſunt molles, crudum emittentes humorem, & nominātur morales, & quædam ſunt humidę ſanguineę. Et cura quidem earum quę de moralibus humidę ſunt, eſt ut capiantur, cum inſtrumento hæmorrhoidarū, & incidanť radicitus, & ſi fuerint plures numero, nō incidanť omnes, una uice, & proijciat ſuper eas poſt inciſionē alumen, acacia, et balauſtię, & puluis molendini, poſtq; cucurrerit res ex ſanguine magna, niſi retineať ſanguis ex ſeipſo obediens. Si aūt accidant apoſtemata inde, & dolor difficilis, quę quidem plurimū fit, cum de eis inciditur plurimū, & finitur, & elaborať ſubtiliter in finiendo, et non deſcendit ſanguis qui currit poſt inciſionē, quoniā accidit in illa diſpoſitione, ut apoſtemať anus, adeò, ut retineanť urina & ſtercus, & dolor fiat, tunc oportet, ut fiat ſeſſio ꝓpter hāc ægritudinē, in aqua calida in qua decocta ſunt folia althęę, & in qua proiecta ſunt ſemen lini, & folia caulīū. Si uerò ſanguis, q ex eis currit non fuerit plurimus, tūc phlebotomeť Baſilica etiā, & emplaſtreť emplaſtro de cepæ, et emplaſtro uitelli oui, ꝙd dicemus, fiat minoratio cibi & potus, ne multiplicet urina, & egeſtio tribus diebus, donec ſedeť apoſtema. Et quādoq; curať ille, qui inciſionē cum ferro abhorret, ita, ut ligenť cū pilis, aut filo forti ſubtili. Et oportet ſi ex ligatione dolor cōmoueať, aut apoſtema, ut adminiſtrenť ea quę diximus. Et curanť cum medicamine acuto, ita pulueriżeť deſup una

uice poſt

Digitized by Google

uice poſt aliam uicem donec denigrentur, deinde emplaſtretur cum caulibus elixatis butyro, donec cedant, & ferrum quidem conuenientius eſt ei magis incolume, medicamen enim acutum, fortaſſe non ſaluatur ex dolore uehementi, aut apoſtemate. Et melius quidem cum uis incidere hæmorrhoidas, aut ligare, & medicare eas, cum medicamine acuto, ut præmittas ante illud phlebotomiam Baſilicæ, & quidam ſuffumigant hæmorrhoidas cum Anacardis, et aſſiduatur illud uſquequo denigretur, & extenuentur, & cadant. Confectio medicaminis eradicantis hæmorrhoidas mirabiliter: Recipe hyoſcyami ſicci nigri aureos 2, ſucci hyoſcyami albi aureos 4, aluminis Iameni, calcadis añ. aur. 2, aſſius aureum 1, ceruſſæ tantundem, terantur & miſceantur cum cera diſſoluta, cum oleo roſarum, & liniatur ſuper pãnum & ponatur deſuper. Quod ſi fuerint hæmorrhides interius, tunc adminiſtretur hoc collyrium, quoniam eradicat eas cum fortitudine, cuius cõfectio: Recipe arſenici rubei, & citrini, aluminis Iameni, & alkali partes æquales, terantur & conficiantur cum aqua granatorum, & liniantur cum ea loca eminentia, & liniatur in circuitu earum cum cera præparata, cum oleo roſarum, & ſedeat æger eleuatis coxis ſuis, & expectet hora media, nam hæmorrhois detumeſcit, & cadit, & eradicatur radicitus. Et oportet ut curatio fiat hoc medicamine in ſole, aut iuxta ignem.

Cõfectio medicaminis quod ponitur ſuper anum, poſt inciſionem hæmorrhoidarum: Recipe acaciæ rubeæ puræ, ſcoriæ plumbi amborum añ. aureos 4, coriandri ſicci aureos 2, terantur & miſceantur cribellata, & conficiantur cum aqua, & liniantur ſuper pannum, & ponatur ſuper anũ, & ex eis quibus curantur morum & hæmorrhois, & abſcindunt ea & faciunt ipſa cadere cum facilitate in tempore lõgo, eſt, ut ſuffumigetur cum folijs myrti ſemper, et ſedeat æger in decoctiõe earum, extenuantur enim et denigrantur. Et ſimiliter ſuffumigatio cum corticibus capparis, et radicibus eius, pulpa colocynthidis, et myrrha, et nuce cypreſſi, et iſta ualet hęmorrhoidibus paruis. Ad hęmorrhoidas uerò magnas, fortes, plenas, confirmatas non ualet, niſi inciſio, aut medicamen acutum, at uerò eis quę profundæ ſunt, et ſunt ſanguineæ, non eſt curatio niſi medicamen acutum de quo ſuper eas puluerizatur donec denigrentur, deinde emplaſtrentur cum caulibus et butyro, et iteretur illud donec finiatur caro mala tota, deinde curetur cum puluere generatiuo carnis, donec euertentur et conſolidentur. Sanguineæ autem ſi non ſunt plenæ in quibuſdam harum diſpoſitionum, et inflantur, et dolorem faciant uehementem, dimiſſio accedẽdi ad eas eſt rectior. Si autem inflatę ſunt, et replentur, et dolorem faciunt, oportet ut liniantur cum ſucco cepæ, aut felle tauri, aut unguento uiridi acuto, et toleretur id donec currat ex eis ſanguis, quia ſic ſedatur dolor, et præmittatur ante id phlebotomia Baſilicę, ipſa enim confert omnibus ſpeciebus hæmorrhoidarum, et cum hæmorrhois eſt profunda ſanguinea, et caput eius intra anum, oportet ut ponas uentoſam circa anum et extrahatur, deinde curetur. Et confert hęmorrhoidibus abſtinentia ciborũ, qui generant ſanguinem craſſum, ſicut lentes, caro uaccina, aluimacſud, caro ſalita, fabę, caſeus, et medicinæ, et cibi acuti calidi, qui adurũt ſanguinem,

et denigrant

Digitized by Google

& denigrant eum, nam hæmorrhoides non generantur niſi ex aduſtione & acuitate in ſanguine. Sicut piper, allia, cepæ, & cōdimenta calida. Nam in illo, in cuius ſanguine natura eſt acuitas, hæmorrhoides neceſſario generantur. In habentibus uero ſanguinem dulcem, & carnes teneras humidas non fortaſſe generantur hæmorrhoida, quare oportet ut ille in qua incipit hæmorrhois profunda & ſanguinea phlebotometur ex Baſilica, & ſolutione educat melancholiam multotiens, & dimittat cibos craſſos & acutos, & uinum nigrum craſſum, & omnia quæ inſpiſſant ſanguinem.

De fiſtulis in ano & omnibus locis quæ effundunt ſanguinem. Cap. XCVII.

DE fiſtulis quędam ſunt penetrātes, quorum ſignum eſt, quod ex eis egreditur uentoſitas, & ſtercus, & de eis ſunt non penetrantes ex quibus non egreditur uentoſitas, neq; aliud & penetrantes quidem non ſanantur niſi cum ligatione, & extractione cum falce, deinde curantur cum medicamine incarnatiuo, & ipſum quandoque conficitur in unguēto Baſilicon, & quandoq; generatur ex ligatura ſuper omentum, quod egreditur fex abſq; uoluntate quoad uixerit poſt illud. Quare oportet caueatur ligatura, quod eſt ſecūdum hunc modum, & hoc quidem fit in eo, in quo caput fiſtulæ longinquum eſt ab ano ualde, in illa autem quæ ano propinquat non eſt timor. Non penetrantes autem, oportet ut curentur cum medicamine acuto, quod diximus, præcipue in Capitulo fiſtulę quę eſt in lachrymali, & medicamine, quod intromittitur in ea: Deinde infundantur in ea butyrum recens, deinde infundatur in ea medicamen incarnatiuum, quod ſubtiliatum ſit, ſicut aqua mellis. Ad Rhagadias autem, ſi eſt febris, & eſt apoſtema antiquum, in quibuſdam diſpoſitionibus confert phlebotomia, & unguentum de ceruſſa. Si uero non eſt apoſtema, neq; acuitas, cōfert emplaſtrum de uitellis ouorum, & inunctio cum oleo de nucleis criſomelorum, in quo quidē ponit̄ bdellium. Et ſimiliter conferunt radijs pectinis, & matricis, & uirgę, ea, quæ cōferunt rhagadijs ani, & ſuffumigatio cum bdellio, cui ſuperiacet adeps, & cōfert eis quando ſunt ueteres ut fricentur, donec currat ex eis ſanguis plurimus, deinde curetur cum Baſilico. Et conferunt Rhagadijs, & ſpeciebus hæmorrhoidarum pilulę de bdellio, & ſuffumigatio ſpolij ſerpentis, & cortices radicum capparis, & bdellium, & ſerapinum. Et confert etiam Rhagadijs adeps gallinę, & adeps anatis, quando teritur cum drachma, & ſedeat æger in aqua calida, deinde emplaſtretur cum eis. Et confert eis unguentū factum de lithargyro & oleo, & gummi granorum alkedra, cum ex eo inunguntur. Illi uero qui lęditur eo quod currit ex rhagadijs, cōfert ſeſſio in aqua curcumę, & adherere ano cotum uetus antiquū imbibitū in aqua anati ſiccatū, poſt illud & puluis molendini, & puluis urcelorū abraſorū.

De diſruptione uenarum in ano. Cap. XCVIII.

DIſruptio quidem uenarum eſt, quando currit ſanguis ex ano cum diſtillatione, aut impulſione continua, & non oportet ut abſcindatur iſte ſanguis dum non debilitat, & dum permanet nigri coloris. Si autē egreditur cum impulſu etiam & diſpoſitiōe aliqua, & facit incurrere tremorē cordis, & debilitatem amborū geniculorum, &

Mm non retine-

non retinet, oportet ut in potu dentur in illa hora trochiſci de karabe cum aqua ſumach, & philonium, q̃d ego dicam cum aqua ſumach, & comedat cibum cõditum cum aqua ſumach, aut cum agreſta, & aſſiduet ante paroxyſmũ phlebotomiã Baſilicę, & dimiſſionẽ ciborũ, qui acuũt ſanguinẽ, & multiplicãt ipſum, & ſimilia, ſecundũ q̃d diximus, q̃a multiplicãt curſum ſanguinis. Et ſi currit cum periodis in horis, & non debilitatur corpus per ipſum, non oportet ut abſcindatur, curſu nanq; eius à pluribus fit euaſio ægritudinibus. Quum autẽ in ſummo abundat, tunc oportet ut non ſit negligentia in ipſo, facit enim incurrere hydropiſim.

De mollificatione ani. Cap. XCIX.

EX ea quidem fit exitus fecis ſine uoluntate. Si aũt fuerit illud poſt ligationẽ fiſtularũ, aut cum caſu ſuper dorſum, & mollificant̃ cum ea pedes, & accidit ei ſubitò illud, tunc non eſt ei curatio. Cum aũt accidit illud ex percuſſione, aut caſu paulatim, tunc cõfert ei ut emplaſtretur, & inungantur ſpondyles inferiores, quę ſunt ex ſpondylibus dorſi, cum eis quę diximus in cura paralyſis, & ſedeat æger in aqua curcumę, in qua decocta ſunt cum commixtis nux cypreſſi, coſtus, ſpica nardi, myrrha, roſa, myrtus, & capita granatorum, & ſimilia. Egreſſione uerò ani, iam diximus in exitu matricis.

De uermibus ani. Cap. C.

QVidã ſunt magni, & quidã parui. Signa eorum ſunt pruritus, & cõmotio in ano, & quandoq; ſunt ſimiles uermibus caſei, quorũ cura eſt ſuperponere oleũ de oliuis albis, et oleũ ablutũ quouſq; fiat album, q̃d ponitur in alijs oleis, aut oleũ de nucleis criſomelorũ, aut oleum de kerua, aut aquã rutę, aut aliquid de aloẽ, aut fel uaccinũ, aut aquã calamenthi, aut aquã lupinorum, aut pulpã colocynthidis, & ſalem. Et ſunt quidã eorum longi & lati. Et curãtur potu medicinę educentis eos, ſecundũ quod narrabo, & oportet in primis ut non cibetur in matutinis, & toleret id, donec laboret labore cõuenienti ſuper famem. Deinde ſorbeat aliquid lactis, ita ut cum fecerit illud diebus aliquibus, diſſoluat medicamẽ in lacte, & addat in illa die in labore & fame: Deinde bibat ipſum poſt id, & cũ expulſi fuerint uermes, tũc abhorreat poſt id cibum unctuoſum, & cretã, & fermentũ uiſcoſum, panẽ azimum, & caſeum humidũ, & cibetur tẽpore famis buccella panis, cum muria, & ſinapi, aut ſumat aliquid ex oliuis amaris, & immaturis, aut chamich capparis, prohibet enĩ redire eos. Et ſigna uermis in uentre ſunt, citrinitas coloris, & uelocitas cõmotionis famis, paruitas tolerantię eius, & uehemẽtia mordicationis, ſyncopis, dolor in uentre tẽpore famis, ſenſibilitas eleuationis ipſorum, & inuolutionis eorum in illa hora, & aqua currens ex ore, & egreſſio eius, aut ex inferiori regione, aut ex ſuperiori, cum labor adeſt, aut febris acuta. Cũ ergo accidit dolor in uentre uehemẽs, facit incurrere rem ſimilẽ epilepſię, & ſyncopi, & ſpaſmo propter uehementiã ſuam. Si ergo uideris id in homine ex quo uermes egrediunt̃, tunc ſcias q̃d eſt ex uermibus. Incipe ergo & line uentrẽ cum pulpa colocynthidis, & aqua rutę, & felle uaccino. Quod ſi dolor fuerit uehemens ualdè, & æger iam incurrit epilepſiam

Nota uermiũ uentris.

Digitized by Google

epilepſiam propter uehementiā eius, tunc incipe & da ei in potu lac, ita ut cum ſedat̃ dolor paulatim line uentrē eius ex eis, quę diximus, ſi ergo ceciderint, tunc iam ſufficit tibi, & ſi non cadūt, da ei in potu medicamen extrahens eos, & non negligas tunc, quoniā accidunt eis accidētia mala ualde.

De hernia & ruptura, & apoſtematibus quæ fiunt in teſticulis. Cap. CI.

Fit propter ęgritudinē in mirach, et eſt ruptura neribatum ſecundum uirtutē. Cuius ſigna ſunt, quod quando reſupinat̃ æger ſuper dorſum ſuum, & ponit manū ſuam ſuper eam redit ad locū ſuum. Et curam quidē eius medici prętermiſerunt, non ſunt ea uſi, quoniā eſt in ea timor, & addit̃, & non curatur, & medicat̃, ut non addatur hac curatione, oportet enim ne ille qui rupturā habet moueatur poſt cibū omnino, & propriè poſt potū uini, aut aquæ, & deuitet cibum omnē inflatiuum, & ad ſummū repleri ex cibo & potu, & medullas, & olera, & fructus humidos, & perficiat totum q̃d ſibi neceſſariū eſt, ante comeſtionē, deinde poſt comeſtionem adhæreat reſupinationi, ſi fuerit ſedens, fit mirach eius ſtrictū, & non feſtinet ad ſurgendum cito, imò poſtq̃ ſtrinxerit ipſam, & poſuerit manum ſuam deſuper, & cōpreſſerit ipſam ad interiora, & non oportet ut ponat ſuper eam cum cōſtrinxerit pilā, quoniā ipſa dilatat eam, imò inuolutionē quadratā refrenantē eam, & emplaſtretur etiam cum emplaſtro rupturæ, ex eis quæ dicemus, & aſſiduet ſtricturā, nam quandoq; ſanat̃ omnino cum iſtis emplaſtris & ſtrictura, quādo ruptura eſt parua, aut eſt in corpore humido, aſſiduet ergo medicinas quæ reſoluūt inflationē ex eis, quæ diximus in colica, & non coëat niſi cum ſtrictus eſt ultima cōſtrictione, & uenter lenis ultimè, et caueat ſeſſionem in aqua calida, & longitudinē effuſionis aquæ calidæ ſuper eam, & luctamen, & ſaltus, & deambulationē laborioſam ſuper eam, & deſcenſum ex gradibus cū uelocitate, & onus graue, & uociferationē uehementē. Iſta eñ dilatant rupturā, imò faciūt ipſam etiam accidere quandoq;. Et fit in teſticulo, & quandoq; fit abſq; ruptura, ſcilicet, ex dilatatione meatus qui eſt in neribatum, & magnificat ciſtis teſticulorū, & illud ad ultimum, aut eſt ruptura, aut eſt dilatatio huius meatus, quare ad ipſum deſcendit, et cadit in ipſum, aut zirbū, aut inteſtina, aut uentoſitas, aut aqua, aut apoſtemata, quæ eueniunt incipientia in teſticulis & ciſti eorum. Signum itaq; rupturæ eſt, q̃d quando tu proieceris ægrū ſuper collū ſuum, & eleuaueris pedes eius, & cōpreſſeris dorſum eius, & poſueris manū tuam ſuper locū, & preſſeris ipſum redibit deorſum, aut totum, aut pars eius, & cum rugitu, & ſine rugitu, aut cum facilitate, aut cum difficultate. Illud ergo q̃d redit cum rugitu plurimo eſt uētoſitas, & id q̃d redit cum rugitu minore illo, eſt ex inteſtinis. Et illud q̃d redit ſine rugitu plurimo, & cum difficultate eſt zirbū, & zirbum quidē, & inteſtina redeūt cum difficultate. Et uentoſitas ſine difficultate. Et cura eorum ſimul eſt, ut reducātur cum facilitate. Si aūt non redeat cum cōpreſſione, tunc ſedeat æger in aquam calidā per horam unam poſt uacuationē uentris, & prematur deſuper, poſt illud, tunc ſi redierit, benè erit, & ſi non redierit, addatur in aqua calida donec redeat. Quum ergo redierit, emplaſtrabis cum emplaſtro rupturę adhęrēte, & uentoſitatē effugāte, & aſſiduet ſtricturā,

& non diſſoluatur in minore ſpacio decẽ dierum, & adminiſtra de cibo & regimine ea quæ diximus. Cum autẽ magnitudo ciſtis teſticulorũ eſt ex eo quod funditur in ipſa, tunc ſigna eius ſunt, grauitas, & q̃d eſt apoſtema ſplẽdidum cum paucitate urinæ, & magnificat̃ ualdè. Et cura eius integra cum qua nunq̃ redit, eſt, ut cauterizet̃ & perforetur, & poſt perforationẽ euacuetur q̃d in ea eſt, & perforetur à duabus partibus cõmiſſurę duorum ouorum cum capite phlebotomi, & curret ex ea aqua, ſicut currit ſanguis ex phlebotomia. Quod ſi fuerit plurima & magna ualdè, tũc non oportet ut euacuet̃ in die una, ſed in duobus diebus poſtq̃ ægro datum fuerit aliq̃d quo cõfortetur, fortaſſe enim faciet accidere ſyncopim, dum autẽ non cauterizatur redit poſt dies & menſes, & indiget perforatione poſt menſes. Quæ autẽ huius generis minor eſt, curat̃ ſine perforatione, ſed cum medicinis quæ exiccant aquam, ex eis quas diximus in hydropiſi.

Si apoſtema in teſticulis.

Et fit apoſtema calidum in teſticulis ex caliditate, cuius ſigna ſunt, rubedo coloris, & caliditas tactus, uehementia pulſationis. Cura eius eſt, phlebotomia Baſilicæ ex latere apoſtematis, & ſi ambo ſint apoſtemoſi, tunc ex latere dextro, & ponãtur herbæ deſuper infrigidantes, & ſedeat in aqua frigida, & inuoluat̃ ſuper ipſum pãnus imbibitus aceto & aqua roſarũ, & liniant̃ cũ quibuſdã epithematibus quæ cõueniunt apoſtemati acuto, ita ut quando ſedatur pulſatio, incipias in reſolutiõe apoſtematis cum lenientibus reſoluentibus in primis, ſicut cũ farina fabarũ, & ciceris albi, & chamęmelo cõfectis cum mucillagine pſyllij, & mucillag. lini, et cum careno, deinde cum eis quæ ſunt fortis reſolutionis & lenificationis ſi indiget illis, ſicut bdellium, ammoniacũ, & myrrha, et adeps ſubtilis, & reliqua quę dicemus in cura apoſtematis duri, & emplaſtra quæ reſoluũt apoſtemata craſſa teſticulorũ. Et ſunt ex eis ſigida craſſa, & iam diximus curã eorum in cura apoſtematis frigidi. Apoſtema autẽ uirgæ, fit etiam ex uẽtoſitate uaporoſa, in qua eſt caliditas parua, replente ipſam & inflante, & tendente ipſam, ut chorda, & addente in lõgitudine & latitudine ipſius. Et etiam ex apoſtemate molli, uerũ differentia iſtius ad p̃dictum eſt, q̃d inflatio ex uentoſitate non cadit tactui cum tãgitur. Sed apoſtema molle cedit cum tangitur.

Apoſtema uirgæ.

Et cura apoſtematis mollis fit hoc medicamine: Recipe folia uitis recentia 30, numero, thuris aur. 2, cerę aur. 5, terant̃ & emplaſtret̃ cum eis uirga. Cura inflationis ex uentoſitate uaporoſa quæ plurimũ accidit adoleſcentibus, eſt phlebotomia, & ut liniat̃ uirga, & teſticuli cum cerato huiuſmodi: Recipe cerę partẽ 1, olei roſarũ partes 3, diſſoluat̃ cera cum oleo & ponatur in mortario, & proijciat̃ deſuper ex aqua frigida, & moueat̃ ſemper donec non recipiat aquã, & det̃ in potu ex aqua nenufaris, aut ſemine eius. Si autẽ non fuerit caliditas manifeſta, tunc da ei in potu ſemen agnicaſti, aut rutã, quoniã eſt ſanitas eius.

Ramex infantium.

Ramici aũt infantium, cuius color eſt albus, confert ut diſtilletur in foramen uirgæ ſambucinum oleum, & emplaſtretur cum bdellio diſſoluto cum uino, & ingenietur, ut paruus ſit fletus pueri, & ſtringatur ramex, & minoretur ex lacte, & ſi fuerit ruptura, emplaſtretur cum emplaſtro faciente adhærere, quoniam multotiens operatur in eã.

Digitized by Google

De podagra & doloribus iuncturarum. Cap. CII.

PLurimum fiunt ex humore crudo, cui permixtum eſt aliquid bilis, & ſecundũ minus ex ſanguine indigeſto, & quandoq; eſt cum eis caliditas uehemens, & non nominatur podagra, niſi qui eſt in iuncturis pedum, quibus proprium eſt q̃d apoſtema eorum non ſit ſanioſum, & non facit collectionẽ ſaniei, ſicut reliqua apoſtemata. Sed aut reſoluitur, aut incraſſatur, & fit lapis et rũpuntur ex eo digiti, & egrediuntur ex eis res diuerſæ ex ſicco & humido. Et ſigna doloris iuncturarum, ex caliditate ſunt, rubedo coloris loci, & caliditas tactus. Cura eius eſt, phlebotomia ex ſiniſtra manu, ſi eſt in dextro, & econuerſo. Et ſi eſt in pede ſiniſtro, ex manu dextra, & ſi in dextro, ex manu ſiniſtra, & non oportet ut dimittatur phlebotomia in hac ægritudine propter propinquitatem temporis phlebotomię. Sed oportet ut fiat phlebotomia cum incipit apoſtema, & dolor, & pulſatio cum caliditate in iuncturis, ſecundũ quod diximus, & p̃cipuè, ſi eſt apoſtema quantitatis magnæ & rubei coloris. Si non eſt magnæ quantitatis, neq; uehementis caliditatis, ſed eſt cum hoc caliditas, neceſſaria eſt phlebotomia, uerum extrahatur ſanguis minus, & ſit cõtentus poſt illud eo quod educit choleram ex eis, quæ propriè ſunt doloribus iuncturarum calidis, ex decoctionibus, & pilulis, quas dicemus, conuenientes dolori iuncturarum, & calido, & poſt id liniatur cum epithematibus, quæ dicemus, & declinetur in apoſtemate magnæ quantitatis, rubei coloris, ad omne epithema in quo ſunt frigiditas & ſtypticitas, quæ dicemus, conuenientia apoſtematibus ſanguineis, & iuncturis, & in apoſtematibus, quorum caliditas eſt magis augmentata, quã ipſorum rubedo, & magnitudo, neceſſarium eſt declinare ad illa quæ infrigidant, præter quod ſtypticitatem faciunt, aut ſi faciunt ſtypticitatem plurimam, ex eis quę medici nominant epithema apoſtematum rubeorum, & apoſtematum cholericorũ, & ſimiliter fiat in cibo, & aſſimilẽtur, cum ſunt apoſtemata ſanguinea, quorum ſigna ſunt, ea, quæ diximus, ſcilicet, magnitudo quãtitatis apoſtematis, & uehementia rubedinis coloris, cum caliditate tactus. Cholericorum etiam caliditas eſt magna augmẽtata, ſed quãtitas diminuta, & eorum tenſio minor, & non eſt eis multitudo rubedinis, & ſecundũ plurimũ ſunt iſta apoſtemata calida, cõmixta ex cholera & ſanguine, & ſunt ſigna cõmixta, quare oportet ut ſit cura cõmixta. Sit cibus itaq; in apoſtematibus ſanguineis omne acetoſum, ſtypticũ, ſicut granata, agreſta, & ribes, & ſumach, & curatio ſecundũ illud, & in cholerico, omne q̃d incraſſat ſanguinẽ, ſicut id q̃d congelatur, & almos, & atrail, & achiel, & ad ſummũ declinatio ad id q̃d humectat cum frigidatione, ſicut cucurbita, citrulli, cucumeres, olera frigida, & melones Indi, ſauic cum ſaccharo, & aqua hordei, & cum phlebotomaueris & ſolutionẽ feceris in apoſtemate calido, & emplaſtraueris cum eis, quæ diximus, & declinauerit dolor & apoſtema, tũc apoſtemata ſanguinea magnæ quãtitatis indigebunt reſolutione. Incipies ergo cum medicinis leuis reſolutionis, ſicut eſt mucillago pſyllij, mucillago ſem. lini, chamæmelũ, althæa, adeps gallinæ, anatis, deinde cum eis, quæ ſunt conuenientiora & fortiora, ſicut ea in quibus ſunt bdelliũ, ammonia-

Notæ podagræ calidæ.

cum, ſtyrax, myrrha, & adipes ſubtiles ex eis, quæ dicemus, & adminiſtrabis poſt illud, ſi indigueris illa quæ ſcindant ueſicas uelociter, & extrahãt illud quod eſt in eis ex illis quæ dicemus. Apoſtema uerò paucæ tenſionis cholericum non indiget poſt declinationẽ reſolutiuis, & ſi indiget eis, indiget quæ ſunt paucæ reſolutionis. Sanguineum autẽ indiget illis, ſecundum quantitatẽ magnitudinis ſuæ capacitatis, & paruitatẽ ſuæ caliditatis, & incœptionẽ ad tenebroſitatẽ, & ad duritiẽ. Sit ergo tua operatio ſecundum illud, ne remaneat durities in eo, ex qua diſrumpãtur iuncturæ, & accidit etiam diſruptio multotiens ex ſupremo ſtudio infrigidando apoſtemata calida, & non oportet quidẽ ut maximum ſtudium adhibeat ad hoc, & propriè in eo quod ex eis eſt magni ſpacij, & paucę caliditatis. Sed dimitte infractionẽ eius, quum uides ipſum iam erigi & ſtare, & non additur. Cholericum uerò infrigida quãtum potes, non enim ex eo times diſruptionẽ. Et quandoq; accidit diſruptio etiam ex eo quod infirmus ultimè ſtudet in acceptione medicinarũ, quæ ſedant dolores iuncturarum, ſicut hermodactyli, & lentes, & oſſa cõbuſta, & ea, quæ dicemus ex iſtis. Sit ergo adminiſtratio tua iſtorũ in apoſtematibus magnæ quantitatis, quæ non ſunt uehementis caliditatis, & ſecundum quantitatẽ qua ſedantur quidã dolores, et poſt euacuationẽ. In apoſtematibus uerò cholericis, utere eis poſt euacuationem choleræ ſecundum quantitatẽ multitudinis materiei, & paucitatem eius, & uehementiã doloris ſecundũ quantitatẽ magnitudinis eius, & tenſionis eius abſq; timore ſecundum quantitatẽ, qua ſedatur dolor integrè.

Notæ podagræ frigidæ. Doloris aũt iuncturarũ facti ex humore crudo, frigido, ſigna ſunt, dolor & apoſtema, abſq; rubedine in colore, & ſine caliditate in tactu, & eſt magnitudo quãtitatis eius, & tenſionis ipſius, & ſecundum quantitatem multitudinis materiei, & paucitas ipſius, & uehementia doloris eius, ſecundum quantitatẽ magnitudinis eius, & tenſionis ipſius.

Cura. Cura eius eſt, ut intentio tua ſit in principio uomitus cum eis, quæ educunt phlegma craſſum, & ſolutio quę fit cum pilulis de hermodactylis, & pilulis de tapſia, & ſtomatichõ, & ad ſummum cum eis in quibus cadunt pulpa colocynthidis, & centauriũ, & ſuccus cucumeris aſinini, & ſeminum urticæ, & ſimilia ex eis, quæ dicemus. Quũ ergo euacuaueris, emplaſtrabis ipſum cum eis, quæ ſunt lenis calefactionis, ſicut uitella ouorũ, & rob de medulla panis de ſimyla, & ſimilia cum croco, & lacte dulci, & ſimilia ex eis, quę dicemus. Si aũt fuerit uehementis frigoris in tactu, tunc cura ipſum cum ſtyrace, & ſambuco, & euphorbio, et caſtoreo, & cum peruenit ad ſtatũ, & incipit declinare, tũc incipe in reſolutiõe & ſtude in ea ualdè, ut non fiat lapis, & nõ omnimode una uice ſtudeas reſoluere ſubito. Sed reſolue ipſum ũd non inueneris ipſum addere duritiẽ. Cum aũt uideris ipſum iam indurari, tũc ceſſa à reſolutione, & adminiſtra lenientia, donec uideas ipſum tam lenificum, deinde redi ad reſoluendũ, iſto nanq; modo poſſibile eſt, ut non remanet ex eo aliquid quod fiat lapis, & caue ne adminiſtres in hoc modo medicinas quę nominantur ſedantes dolorem, niſi forte poſt euacuationẽ fortem cum ſolutione & uomitu, & ſubtilia ei cibum totum, & caue in eo potum aquę frigidæ. In apoſtematibus autem calidis non. Ex eis quę nocent ho-

cent ho-

Digitized by Google

cent hominibus habentibus dolorem iuncturarũ ſunt, labor propinquus paroxyſmo, calciamenta ſtricta, ebrietas, repletio pertranſiens quantitatem cibi, & uinum ante cibum eſt nociuum neruis, & eſt magis adiuuãs ad hoc ut fiat podagra, & digeſtio quando non completur, ſecundum quod oportet, & coitus, et balneum, & caueat à balneo iuxta horam paroxyſmi & confert eis omnibus exercitium temperatum poſt ægritudinẽ, & phlebotomiam, & ſolutionem, & euacuationem, & uomitum. Cautela autem à doloribus iuncturarum fit abſtinendo à repletione nauſeatiua, & dilatatione in comeſtione, & potu, & aſſiduando phlebotomiã, & ſolutionem ante horam paroxyſmi, & minorando cibum, & dimittendo uinum in iſtis horis, & alleuiando laborem illarum iuncturarum, & dimittẽdo coitũ, & fricando iuncturas cum medicinis plurimę ſubtiliationis ex eis quas dicemus poſt. Et quandoq; eradicant dolores iuncturarum, & podagrę, eradicatione aliqua medicinę fortes, in prouocatione urinę uehemẽtis ſubtiliationis ex eis, quæ dicemus, ueruntamen oportet ut adminiſtretur ex his, quibus accidit hoc ex humore crudo, aut ex humore cuius plurimum eſt crudum, & dimittantur in illis quibus accidunt cum eo apoſtemata calida inflãmata, & ille cui accidunt dolores iuncturarum. Deinde recedunt ab eo, aut pertranſeunt terminum paroxyſmi, præter quod ei eueniat malitia diſpoſitiõis in paruitate cibi, aut ſuperfluitate laboris, aut ſimilibus ex eis quibus alleuiatur corpus, euacueẽ in hora paroxyſmi, ex humore qui cõſuetus eſt. Si fuerit apoſtema calidum cum phlebotomia, aut cum eo q̃d educit choleram. Et ſi fuerit frigidum, cum eo quod educit humorem frigidum, ex eis quæ diximus. Et non obliuiſcaris, quoniã quandoq; perducit ad mortem ſubitã, aut aſthma, & ſignum illius eſt, quod incipit tremor cordis, aut ſtrictura anhelitus. Et quandoq; facit incurrere paralyſim, aut apoplexiam, & ſignum illius eſt, quod incipit tremor cordis, & aliquid ex perturbatione ſenſuum, & quandoque aduenit id ſubitò, quapropter non dimittatur, quin euacuetur cum ſentitur paroxyſmus.

De iſchiatica & dolore iuncturæ anchæ. Cap. CIII.

HAec eſt ſpecies una doloris iuncturarum. Sed quia eſt in iunctura profunda ſuper quam eſt plurima caro, ſuper quã non apparet ſignum apoſtematis manifeſtę, diuerſificaẽ cura eius, in quibuſdã horis à reliquorũ dolorum iuncturarũ cura. Cum ergo eſt dolor in ancha, & non mouetur donec extendaẽ ad coxã, tũc eſt dolor anchę purus. Et quãdo extẽdiẽ uſq; ad coxã & lacertũ cruris, & pedẽ, tũc eſt iſchiatica, & quandoq; eſt in utroq; latere. Si ergo accidit in ſiniſtra, eſt uehemẽtior q̃; in dextra. In dolore autẽ anchę, oportet, ut conſidereẽ illud q̃d præceſſit de regimine ęgri, et cuius humoris neceſſaria ſit aggregatio ex cibo, & potu, & motu eius, & ſignificaẽ ex eis humor, & ſi demõſtratur cũ hoc in ancha, & ſentitur aliquantus calor, aut frigus, tunc uerificatur ſignatio ſuper qualitatem ſuperfluitatis. Si eſt frigus, curetur cum uomitu forti ultimo multotiens, deinde clyſteribus quæ educunt uiſcoſitatem, & faciunt excoriationẽ ex eis, quæ dicemus, & cum ſuppoſitorijs illis ſimilibus, vide lib. 9. c.

Digitized by Google

& cum ſuppoſitorijs, quæ calefaciunt cum ſupponuntur, & emplaſtretur ancha cum ſedãtibus dolores, ſicut emplaſtrũ de chamęmelo, & althea, & ſemine lini, & ex eis quæ narrabo, ut ſedetur dolor anchæ in principio rei ſuæ, deinde emplaſtra rubificãtia facientia ueſicas, ſi illa neceſſaria ſint, & quandoq; ſedãtur dolores anchæ frigidi, cum uomitu & clyſteribus edu-centibus uiſcoſitates, & inunctione cum oleo de euphorbio, & caſtoreo, q̃d dicemus ſecundum multitudinẽ illorũ, & ex pilulis calidis, q̃d ſi diffici lis fiat in diſpoſitiõe ſanitatis eius, neceſſaria eſt iteratio curæ, & facere ho minẽ pati famem, ut minorẽtur humores eius, et emplaſtra rubificãtia quę ſunt ſicut hoc: Recipe ſinapis q̃d teratur & admiſceat̃ ei, quãtum ipſum eſt de fimo columbino, & cõficiantur cum decoctione ficuum, & dimitta-tur, ut ueſiscetur, & curat id q̃d eſt in ueſicis ex aqua, deinde uapora ipſum cum aqua calida, & ſi non ſedatur, reitera illud. Si uerò uetus fiat, & timea tur q̃d diſlocetur caput iuncturæ anchæ. Cuius ſignum eſt, quod aſſiduus eſt color, & rorat̃ ulcus quandoq; et exiccatur, quandoq; cauterizetur, & oportet ut cauterizatio eius fiat cũ cauterio minuto, ſuper q̃d ſit circulus anuli, quantitatis doloris, & cum quantitate quæ capiat caput grauati an-chæ, ut fiat in una uice circulus magnus, in cuius medio ſint duo circuli, hoc enim eſt q̃d eſt uerius, & non dimittatur cõſolidari uſq; in tẽpore lon go cum eo, quod deſuper ponitur de cepe cõfecto cum butyro, ut curat to tum quod eſt in iunctura, & redeat iunctura ad diſpoſitionẽ ſuam. In il-lo autẽ qui eſt ex caliditate, phlebotomet̃ Baſilica ex latere illius, & ſi fue rit in utroq; latere, phlebotomentur utræq; Baſilicæ, & ſi ſedet̃, benè, & ſi non, phlebotomet̃ ſchiatica curuaturæ geniculi ex ipſo latere, & nõ dimit-tas iuncturã in illa diſpoſitiõe anchę cum emplaſtris frigidis, ſed pone de-ſuper in hac diſpoſitione etiam ea quæ ſunt leuis calefactionis, & ſunt ſe-dantia dolores, de his quæ diximus, ſicut chamæmelũ & ſemẽ lini. Et ſi ha bẽti illud ſunt, hæmorrhoides fluentes ſanguinẽ, ſuppone eis ex collyrijs quæ excoriationẽ faciunt ſine calefactione, & phlebotomia poſt id de ue na quæ eſt in curuatura poplitis, & uẽtoſa crura, & coxas, & anchã ipſam uentoſatione cum inciſione profunda, ut currat ex ea ſanguis plurimus, et cum æger utitur in dolore anchæ medicinis calidis ante euacuationẽ putre ſcit ſuperfluitas, & fit ægritudo difficilis ſanationis ualdè, quoniã materia inſpiſſat̃, & fit ſicut res ſuper ignẽ cocta, & incraſſat̃, & induratur. Cuius cura eſt, ut ponat̃ ſuper ancha uentoſa, quã maxima: Deinde adminiſtren tur clyſteria acuta. Iſchiatica uerò fit, aut cum caliditate, aut frigiditate, cõ-ſideret̃ ergo regimen & diſpoſitio pedũ, & curet̃ frigida cum eis, quæ dixi mus de curatione anchæ, ex uomitu, cibo, ſolutione, clyſteribus, calefactio ne, exiccatione corporis, & ex unctione pedis totius cum oleo in quo ſint cõtrita caſtoreum, euphorbiũ, & oleo de coſto, & oleo cucumeris aſinini, oleo laurino cum quo cunq; poſſibile eſt, & impleat̃ hoc emplaſtro, cuius cõfectio: Recip. farinã lupinorũ amar. quę decoquat̃ cũ aceto & melle, & adminiſtret̃. In calido uerò phlebotomet̃ Baſilica in primis, deinde ſucce-dat ei phlebotomia ſchiaticæ. Si ergo ſedat̃, benè, & ſi nõ, iteret̃ phleboto mia Baſilicę, & adminiſtrentur cibi minorãtes ſang. & ſubtiliantes ipſum.

De dolore

Digitized by Google

De dolore dorſi. Cap. CIIII.

FIt ſecundum plurimũ ex frigore, & humore crudo, cuius ſigna ſunt aſſiduatio eius, & q̃d fit paulatim, & ſedatio ipſius cum homo ambulat, & mouetur parumper. Et confert ei uomitus, & ſolutio cum pilulis fœtidis, & pilularum de hermodactylis, & pilulis de tapſia, & inunctio cum oleo q̃d diximus, in quo diſrupta ſunt, caſtoreũ, euphorbium, & ſimilia. Et fit quandoq; ex labore. Cuius cura eſt, tranquillitas, & balneum, & inunctio dorſi cum oleo de keiri, & uiolarũ permixtis, & potus uini cõmixtionis bonæ, & ſimiliter etiam cum eſt ex multitudine coitus. Et quãdoq; ex debilitate renũ eſt, aut ex ægritudinibus in eis, aut apoſtematibus, & alijs, & ſigna eius ſunt, quod eſt in catin, & quod debilitat̃ cum eo coitus. Cuius cura eſt id, quod diximus in cura renum. Et fit, ſed raro, ex repletione uenæ magnæ poſitæ ſuper dorſum cum extenditur, cuius ſignum eſt, dolor in toto dorſo cum pulſatiõe & caliditate in ipſo cum reliquis ſignis multitudinis ſanguinis in corpore. Et cura eius eſt, phlebotomia Baſilicæ, & potus aquæ granatorum, & introitus in aquam frigidam, & dormire ſuper locum madidum.

De gibboſitate & uentoſitatibus. Cap. CV.

CVm cõpletur & confirmat̃ nõ curat̃. Sed cum incipit curat̃, & fiant aut propter exiturã extẽdentẽ interius, cum qua egrediuntur ſpõdyles dorſi, aut propter uentoſitatem craſſam. Et ſigna factę ex exitura ſunt, dolores pręcedẽtes in dorſo cũ febribus acutis, ſicut febres, apoſtemata, & magnitudo pulſus, & uehementia caliditatis, & cõtinuitatis, & adhærentiæ, deinde poſt ſedationem febris per ſpacium aliq̃d, remanet dolor, & grauitas in dorſo, & incipit gibboſitas. Et cura illius eſt, poſitio rerum fortis lenificationis ex eis, quæ ſimiles ſunt illis quibus durũ curatur ipſa, & linire cum oleo calido, & clyſterizetur æger cum oleo in quo decoctæ ſunt radices althææ, & ſeminis lini, & ſumat in potu medullas caſſiæ fiſtulæ cum oleo amygdalarum, phlebotometur Baſilica ante curationem. Factæ ex uentoſitate ſigna ſunt, quod accidit poſt dolorem dorſi ſine febre. Et cura eſt, potare pilulas de hermodactylis, et oleum de kerua, cum aqua ſeminum fugantium uentoſitatem, & emplaſtretur locus cum eis quæ ſunt fortis caliditatis, ſicut caſtoreum, & emplaſtrum, q̃d diximus ad uentoſitatem equinam, poſtq̃; embrochatur cum aqua, in qua decocta ſunt ſiſymbrium, ſamſucus, ſchea, abrotanum, alcuel, & affigantur uentoſæ ſuper locum, qui uult egredi extra, cum igne, & liniatur cum medicinis rubificantibus.

De uaricibus. Cap. CVI.

IStę ſunt uenę craſſę inuolutę uirides apparentes ſuper crus, & accidũt plurimũ portãtibus in dorſo onera, & uiatoribus, & curſoribus, quarum cura eſt, phlebotomia Baſilicę, & inciſio ipſarum, aut inunctio earum, q̃d ſi detumeſcãt omnes per phlebotomiã loci unius, & inunctionem ſuper eas omnino, eſt bene, & ſi non phlebotomet̃ ex duobus, aut tribus, aut pluribus illis, & quandoq; eleuant̃ ſubtiliter, & eſt illud magis rectum, poſtq̃; ligatur quod eſt ſuper eas, & fuerit uena magna ualde, & alli

duetur

Digitized by Google

ducetur poſt illud phlebotomia Baſilicæ, & eductio melancholiæ cum ſolutione, et dimiſſio multitudinis cibi, et ciborum craſſorum, & uini, & precipuè nigri, craſſi, & dactylorum propriè, & laboris pedum & ambulatiõis.

De elephantia. *Cap.* CVII.

ISTud accidit in pede & crure, ita, q̃d quando confirmatur ualdè, & magnificat̃, & fiunt ibi eminentiæ non habet curationẽ, in principio uerò ſui cum incipiat crus & pes magnificari, & incurrit apoſtema, quod eſt difficilis reſolutiõis, & chronicũ, tunc aut fit ex ſanguine craſſo, nigro ſecundũ plurimũ, aut ex phlegmate craſſo uehementis craſſitiei. Signa q̃d eſt ex ſanguine craſſo ſunt, q̃d eſt cum eo caliditas in tactu, & tenebroſitas in colore, & aliq̃d ex eminentijs. Incipe ergo cum phlebotomia Baſilicę lateris oppoſiti, deinde cum uentoſatione cruris, & phlebotomia curuaturę poplitis, & ſolutione cum eis quæ educunt humorẽ nigrũ una uice poſt aliam, & deuitet cibos multi nutrimenti, et generationis melãcholię, ſicut ſunt carnes uaccinæ, & quæ uenãdo capiunt̃, confectiones de melle, lentes, caules, melongenæ, almeſcud, triticum coctũ cum aqua, ſicut puls, panis azimus, uinũ craſſum, dulce, & ſit cõtentus cibis ſubtilibus pauci nutrimenti, qui generãt ſanguinẽ ſubtilẽ, ſicut carnes pullorũ hœdorũ, pullorum columborũ, olera ſubtilia, & uitella ouorum ſorbilium, uinum ſubtile albũ, panis fermentatus benè cõfectus, et liniant̃ pedes, & crus, ex eis quæ diximus, in podagra ex rebus nutrientibus & infrigidãtibus, & caueat de ambulationẽ. Eius uerò quæ eſt ex phlegmate uehementis craſſitiei. Signa ſunt, craſſitudo pedis, & cruris ſine rubedine coloris, & ſine calore tactus, imò quandoq; eſt frigidus, & non habet eminentias. Et cura eius eſt, uomitus, & paucitas cibi, poſt id, ut minoret̃ phlegma, & aſſiduet uomitũ poſt id omni hebdomada ſemel, & propriè ſuper repletione utatur triphera minore, ſumendo ex ea pondus ʒ. ij, & thuris ʒ. s. & zingiberis tantundem, & miſceatur totum, & bibatur, & liniat pedem cum aloë, myrrha, & acacia, & uino puro ſtyptico, & aqua foliorum cypreſſi, aut nucis eius, & ligentur cum panno, & ſtringatur, & minoretur labor eius.

De decoratione et ægritudinibus quæ ſunt in manifeſto corporis. *Cap.* CVIII.

PRimum eorum eſt de decoratione capillorũ, & ipſorum ornamentum, & ſunt aut denigratio ipſorum, aut eorum albificatio, aut rubificatio eorum, & facere eos ſubalbidos, aut ipſorũ criſpatio, aut eorum applanatio, aut abraſio eorũ, aut eorum euulſio, uel extractiõe renaſcãtur, aut facere eos fortes, aut prohibitio caſus eorũ, aut ſciſſionis extremitatũ eorum, aut canitiei. Et illum qui uult ne ei uelociter adueniat canities, oportet dimittere cibos humectantes, & ſit cõtentus frixis, & eis quę in patellis præparantur, & aſſuris, & aqua ciceris, & aſſiduet uomitum cum repletur, & aſſiduet acceptionem tripheræ minoris, quæ eſt cum myrobalanis nigris, & emblicis, & belliricis, & medicinæ tardantes canitiem, & minoret uinum, quoniam ex eis quæ faciunt canitiem feſtinare, & alteret aquam cum melle. Et ad ſummum ex eis quæ tardant canitiem omnia, quæ faciunt declinare ſanguinem ad cholerã, & inſpiſſant ipſam, & uincunt phlegma ex medicinis, & cibis, caueat effuſionem aquæ

rosarum

roſarum plurimam ſuper capillos, & ſimiliter camphoræ, multitudinem ſuffumigationis, & inungatur cum oleis expellentibus canitiem. Denigratio uerò eorum fit cum linimentis & oleis denigrantibus, ex eis quæ dicemus in Antidotario, & oportet etiam ut utatur, uel iuuetur regimine q̃d diximus, et caueat aquam roſarum plurimam, & ablutionem plurimã cum aqua dulci, & camphora, & præcipuè cum aqua roſarum, uel oleo ſambucino, & odoramentum aneſrin, & adhæræ, & odorem ſulphuris, & fumi eius, & arſenici, & argenti uiui, & habitationem in regionibus frigidis ualdè, & humidis, iſta enim omnia feſtinare faciunt canitiem, & adiuuant ad albedinem capillorum. Albificationem uerò iam diximus eorum totam, & medicinæ, quas narrauimus ad albificandos capillos in Antidotario. Rubificationis autem eorum medicinas narrabo, & ſimiliter quæ eos criſpant, & quæ eos abradunt, & quæ auferunt non permittentes eos renaſci, & reliqua quę diximus. Eorum uerò applanatio & prohibitio ſciſſionis eorum, fit cum inunctione aſſidua, et multitudine effuſiõis aquę, & aſſidua inunctione cum oleo & aqua conquaſſatis, & multitudine ablutionis in balneo, & tonſione eorum, & raſione eorum, & ligatione ſecundum æqualitatem aſſiduè. Eorum autem caſus qui fit ex ægritudine, ſicut alopecia, & tyria, quarum curatio eſt una, & oportet ut euacuet̃ corpus, & caput in primis, deinde curetur exterius cum eis quę conueniunt.

De furfure in capite. Cap. CIX.

AVt eſt dominans plurimus antiquus, aut eſt infra illam, & ſufficit quidem in curando illum qui non eſt ſuperfluus abraſio capitis ſecundum aſſiduationem, & ut inungatur omni nocte cum oleo tepido, & abluatur in mane cum aqua calida, & fricetur in balneo cũ tragacãthis, aut cum mucillagine pſyllij, & mucillagine ſeminis cotoneorum, & althææ albæ. Ille autem qui dominans eſt antiquus plurimus, indiget ſolutionè cum aliquibus pilulis, quas diximus, de illis in quibus ponuntur aloës, & pulpa colocynthidis, deinde poſt id, aſſiduet radere caput, & inungere, & balneum, et abluere ipſum cum medicinis quę habent fortẽ abſterſionẽ ſemel, & cũ eis quę habent uiſcoſitatẽ iterũ, ſicut medicamen forte in remouẽdo furfures, ex eis quę dicemus, & medicinę lenes narratę ad furfures ex eis quę dicemus, & caueat ab omnibus quibus ineſt uapor, & aſcenſio quo uaporem faciunt, & eleuationem ad caput, & propriè cepis, allijs, porris, & ſimilibus, & ex illis quę iam diximus in ægritudinibus capitis, & multiplicet commixtionem uini, & uaporationem olei alicuius ſuper expreſſionem uuę.

De paruis puſtulis in capite. Cap. CX.

EST ex genere apoſtematum, in quibus eſt paruum foramẽ, & ualdè ſubtile, plenum humiditate ſubtili, & uiſcoſa, pauca. Et eius apparitio ſimilis eſt apparitioni ægritudinis, quæ dicitur fauus, & accidit in cute capitis, & eius quidem foramen eſt latius & maius foramine ſahafati, & in foramine eius eſt humiditas ſimilis melli faui. Et iſtę aut ſunt recentes, aut antiquæ, & unaquæꝗ eorum aut eſt humida, aut ſicca. Quũ ſunt ſiccæ, cura eorũ eſt ſimilis curæ furfuris. Verũtamen oportet ut con-

ut cõfortetur & addatur inunctione cum cera, et oleo, & mucillaginibus, adipibus, fricatione cum ſinapi, & raſione ante inunctionem. Et cum non eſt antiqua, ſufficit fricatio. Quum uerò eſt antiqua, tunc eget ut fricetur & abradatur donec recedat ab ea aſperitas, & currat ex ea ſanguis: Deinde fricetur cum oleis & adipibus, & mucillaginibus, & embrochetur cum aqua calida, & uaporetur donec rubeat locus eius: Deinde liniatur cum oleis & adipibus, & mucillaginibus, & cera, & adipe gallinæ, & anatis, & tragacanthæ. Humidæ uerò quæ non eſt antiqua, ſufficit unguentum rubeum ſine fricatione, & oleum roſarum cum corticibus granatorum, & merdaſengi, cum áceto. Antiqua uerò indiget, ut fiat phlebotomia Cephalicæ, aut ex uenis quæ apparent in capite, & ut fricetur & radatur ſecundum quantitatem ſuæ neceſſitatis donec reſoluatur caro mala cocta, & currat ex ea ſanguis plurimus, & ponant̃ ſuper ipſam ſanguiſugæ poſt fricationem, deinde liniatur cum epithemate ſahafati fortis exiccationis. Et cõfert etiam ei aſſiduè linire cum pſylothro abradente pilos uſquequo exiccentur decenter, deinde liniatur cum eis quę diximus in ſahafati ſicca.

De rectificatione coloris. Cap. CXI.

CORruptio coloris, aut fit ægritudine, aut ſucceſſione ægritudinis, ut in ictericia citrina, & nigra, & in conualeſcentia: Aut fit propter corruptionem cõplexionis. Et cura eius eſt, curatio illarum ægritudinum. Illius autem quæ fit in conualeſcentia, cura eſt, confortatio & cibatio. In ſanis fit pallor ex ſole, uẽto, frigore, & quandoq; rubet facies ualdè, & incipit habere eminentias, & quandoq; eſt citrinitas abſq; ægritudine. Cura palloris eſt, aſſiduatio introitus balnei, & inclinatio ſuper uaporem aquæ dulcis calidæ, & ſi tunc ſufficit illud, benè eſt, ſi non, adminiſtra gumerã, quam dicemus. Rubedinis autem quæ ſuper faciem dominatur, & eminentiarum, oportet ne cura tardetur, quoniam eſt mala, & confert ei uentoſatio cruris, & phlebotomia utriuſq; Cephalicæ, & dilatatio eorum quibus ſtrictura fit, in capillis uel in cute, et dimiſſio uociferationis, & dimiſſio omnium quæ prouocant ſanguinem in facie, ex lectione alicuius rei, & retentione anhelitus, & lõgitudine iacendi ſuper faciem. Cura quidem eius eſt, phlebotomia frontis poſt phlebotomiã Cephalicæ, & extremitatis naſi, & ut liniatur cum ſapone, & dimittatur donec ipſum ſugat, deinde abluat̃ cum aqua calida multotiens, & apponantur ſanguiſugæ poſt id ſuper locum eminentiam habentem, & deuitet omnia quæ multiplicant ſanguinem, ut uinum, carnes, & confectiones de melle propriè, & utatur balneo aſſiduè, & inclinatione ſuper uaporem aquæ calidæ, cum non eſt præſens balneum aliquotiens, & liniatur cum epithemate aſahafati forti cum humectatur ex ea aliquid, & abluat faciem ſuam poſt balneum, & inclinationem ſuper aquam calidam hora una cum aqua frigida, & caueat ne obuiet frigori & uento uehemẽti cum facie ſua, & cum illud acciderit ei, ſuccurrat ei eundo ad balneũ. Citrinitati autem ſine ægritudine, confert, ut comedat omni die gallinam aſſatam pinguem, & bibat uinum dulce, et comedat ficus, & granata dulcia, & ſorbeat uitella ouorum ſorbilium, & comedat cicer album, & ſumat altith, in quibuſdam horis,

Digitized by Google

horis,& ex cibario in quo ſunt allia,& cōferunt ei ſcoria ferri,& cōfecta,& aſſiduatio balnei,& fricatio faciei,& gumera cū rubificātib. quę dicā.

Panus faciei. Cap. CXII.

EST autem antiquus,& non antiquus,niger,& minus niger,cui quidem confert phlebotomia Cephalicę,& decoctio epithymi,& dimiſſio omnium quę in facie ſanguinē præſtant,ex eis quę iam diximus: Deinde epithemare cum ſemine raphani,& amygdalis excorticatis,& farina fabarū,& ſemine melonis, & embrochet̃ cum aqua croci hortulani,& cum aqua mellis. Antiquus uerò, niger, indiget medicinis fortibus,cum hoc, ſicut ſemine erucę, terra argenti uiui, pipere, baurach. & quandoq; non ualet in eo niſi epithema cum arſenico citrino, & quandoq; neceſſarium eſt in ipſo ſemē almezereon,& ponere ſanguiſugas ſuper ipſum,& ſtaphiſagria delet panum & ueſtigia quę aſſimilentur.

De lentiginibus & baras. Cap. CXIII.

QVædam ſunt nigrę,& quædam rubeæ,et omnes ſunt difficilis curationis,& propriè nigræ. Et cura eorum eſt,ſicut curatio pani. Veruntamen oportet ut fortior fiat,et multiplicetur ſolutio uentris cum eis quæ educunt melancholiam,& ſupponatur gumera locis pūctorū,tantū cū medicinis fortib. ex medicinis pani.

De ueſtigijs uariolarum. Cap. CXIIII.

VEſtigia uariolarū indigent eis quæ impinguāt corpus, & balnea aſſiduet,donec deleat̃ earum profundatio. Quū autē æquātur,liniant̃ cum lithargyro albificato, cum oleo roſarū,et radicib. cannæ ſiccis,& ſemine melonis, & farina oryzæ, & oſſibus antiquis cum aqua hordei. Et ſi ueſtigia decliuia fuerint ad nigredinē,adminiſtrabis epithema poſt balneū,aut poſt uaporationē cum aqua calida,et addes in eis medicinas fortes, ſicut ſemen erucæ,ſemen raphani,& grana de been,& coſtū. Si uerò ſunt ſimiles granis lupinorū,tunc fac eis adhærere lenientia,ſicut medicamen de dactylis, q̄d eſt hoc, conterantur dactyli carnes cum medulla panis ſimylaginei, & fiat,ut adhæreant deſuper,& conterantur ficus plurimi mellis cum ſemine lini, & mucillagine eius,cum quo cōficiatur farina ſimylę,& emplaſtret̃ cum eis,& embrochent̃ cum aqua calida plurimū,& inungāt̃ cū cera,et oleo de keiri,& adipe gallinę & anatis.

De ueſtigijs percuſſionis. Cap. CXV.

QVum ſunt rubea,cōferunt eis omnia epithemata lenia remouentia panum,& cum ſunt nigra,aut uiolacea, confert epithema de arſenico citrino cum aqua coriandri humidi ponēdo epithema, ſuper epithema multotiens, & leniantur cum lapide piperis, & ſemine erucæ poſt inclinationem ſuper aquam calidam.

De Algoſim. Cap. CXVI.

ERadicāt algoſim omnia quę ulcerāt cutem uelociter,ſicut unguentum de Anacardis,ſapo,allia,& ſimilia: Liniat̃ deſuper donec ulceretur: Deinde curent̃ ulcera,& eradicent̃ cum lenitate tēpore longo,aut abluatur cum aqua & ſale: Deinde diſſoluat̃ gluten albo in cum pice humida: Deinde liniatur deſuper,& dimittatur tribus diebus.

Digitized by Google

Deinde fricetur & ſcalpelletur cum ſapone, et liniatur donec uideatur, q̃d iam deletum eſt, deinde curetur cum unguento conſolidatiuo.

De impetigine. Cap. CXVII.

EST res ſimilis ſahafati ſiccę, cui confert aſſiduatio inunctionis, & ut fricetur uehementer, deinde liniatur cum oleo & omnibus lenificã tibus, & cõfert etiam ut fricet̃ cum acetoſitate citri, & liniatur cum acacia, & aceto, & ammoniaco, aut cũ mugath, & aceto. Et cõfert ei oleum de tritico, & oleum de corticibus nucum uiridium. Quum autem antiquatur & fit ſahafati indiget ſanguiſugis, & fricatione, & omni cura ſahafati antiquæ.

De morphea. Cap. CXVIII.

ALia eſt alba, alia nigra. Alba quum eſt antiqua, deterior eſt nigra. Et cura morpheæ dum non eſt antiqua, eſt, uomitus, & abſtinere à cibis humectantibus, ſudare in balneo, & aſſiduatio tripheræ minoris, & ſacchari roſacei, confecti cum maſtiche & thure, & ſolutio cum medicinis quibuſdã, in quibus eſt turbith, & colocynthidis pulpa, & frigore, donec rubeat. Si ergo ſufficit, benè, & ſi non, liniatur cum cepe, aut thapſia, aut cum rubea tincturę cum aceto forti. In antiqua autẽ, oportet ut incipiatur cum phlebotomia, & aſſiduetur inunctio cum medicinis, quas narrabo ad hanc ægritudinẽ, & ad albaras. Et ſimiliter epithema. Nigrę, cõfert phlebotomia & ſolutio uentris cum eis quę educunt melancholiam, deinde liniatur cum omnibus epithematibus fortibus pani. Et prohibet ipſam ualdè, aut deſtruitur per id, ſi impinguatio corporis fiat, & aſſiduatio balnei, & uinum album ſubtile.

De baras. Cap. CXIX.

ALia eſt aſpera, et eſt facilioris ſanationis: Lenis aũt, & antiqua profunda in carne ualdè, & eſt illa quæ nõ rubet propter fricationem, & de qua non egreditur ſanguis cum acus figitur in ea, imò egreditur ex ea humiditas aquoſa, niſi ultimatio fiat, infigendo ſuper ſuperficiem corporis eſt difficilis ſanationis, cuius cura eſt, cura morpheæ albæ. Verũtamen cũ fortiorib. epithematib. et medicinis bibitis, quas dicã, & tingit̃, & alterat̃ cũ colore tincturę, & fit ſimilis colori cutis, & dicã eã.

De lepra. Cap. CXX.

HAec ægritudo aut eſt incipiens, aut iam inuaſit ex corpore aliq̃d, aut iam peruenit ad ultimũ finium eorum. Signa incipientis ſunt, raucedo uocis, & strictura anhelitus, & conturbatio albedinis oculorum, & rubedo faciei, & tuberoſitas eius, & paucitas pilorũ, & ſubtilitas eorum, & caſus eorum. Et in huius hora oportet ut curetur phlebotomia omni menſe, præter q̃d ultimatio fiat in extractione ſanguinis, & ſolutione uentris in omni hebdomada, cum eis quę educũt cholerã nigrã, præter q̃d illud fortiter fiat, et perueniat̃ in alijs diebus ad balneũ, & caputpurgiũ cum oleo uiolarũ, & de cucurbita, & de nenufare, & inunctione eum eo, & ad cibos leues, & humidos, & dulces, uelocis penetratiõis, qui tenerũ faciunt corpus, & impinguãt ipſum, & ad potandũ lac, q̃d eſt, ex animalibus iuuenibus ſanis, & ſorbeat ſorbitiones factas ex eo, & ſaccharo al-

Digitized by Google

charo albo, & oleo amygdalarũ, & ad uinũ ſubtile album, cum cõmixtione aquę, quæ eſt ad multitudinẽ, quæ eſt maior, & ad trãquillitatem, & ſomnum uſquequo præſens ſit hora phlebotomiæ, & medicamine ſecundo. Sanatur enim hac cura. Caueat omnes cibos incraſſantes ſanguinẽ, & calefacientes ipſum, de his quæ diximus in cura melãcholiæ, & ſumat omnia quæ multiplicant prouocationẽ urinæ. Quum ergo hæc ægritudo inuadit corpus, & fortior fit raucedo, & facies tuberoſa, & curuãtur digiti, & deturpatur forma, & ſpaſmantur iuncturæ, & tuberoſę fiunt iuncturæ, tunc hæc cura quã diximus conuenit ei, & non additur. Et antiqui quidem iam conuenerunt, q̃d carnes uiperę, & theriaca facta cum ea ſanat, nobis autẽ non eſt experientia in ea. Sed eſt auditum & creditum. Et dixerunt etiam, q̃d confectio nominata alburachil ſanat ex ea. Et ego quidẽ narrabo, qualiter p̃paretur uipera ad hanc ægritudinẽ, & quæ præparatio ſit eius in iure cum decoctiõe, & quę p̃paratio ſit eius in uino, & in medicina cõfecta p̃parata ad hanc ęgritudinẽ propriè, quando aũt ulceratur corpus, & currit uirus, & fœtet corpus, tunc cura eius eſt, ut iuncturæ cauterizent, ut indurentur loca earum, ut non cadãt membra tantum, & aſſiduetur phlebotomia Baſilicę, & duarum Guidegi, ut non pręfocetur, & cum tina, ut liniatur pectus eius, & inſpiſſetur anhelitus, & cum caputpurgio, & humectatione quã diximus, & prolongetur tẽpus eius, & minoretur corruptio ulcerum eius, & putrefactio, & corroſio eorum, & ut permutetur ad regionẽ aëris humidi ualdè, non ſuperflui frigoris, necꝫ caloris, & aſſiduè utatur potu lactis ouium, quoniam prolongat permanentiam eius.

De pruritu & ſcabie. Cap. CXXI.

ALia eſt humida, alia eſt ſicca, & ſicca quidẽ, fit ex multitudine uſus ſalis, & alcaugamic, & reliquorum quæ adurunt ſanguinem ex cibis & medicinis, ſicut allia, cepę, uinum purum, amarum, calidum, mel, & ſimilia, & ex paucitate balneorum, & mutationis pannorum, & ablutionis corporis aſſiduè. Quum ergo aqua eſt citrina, & alba, & reliqua ſigna ſunt in diſpoſitione ſanitatis corporis, ſufficiunt in cura eius, balneum & fricatio corporis cum furfure, & farina ciceris cum baurach, & quando eſt craſſior abluatur cum aqua dulci, & confricetur cum aceto & oleo roſarum, cum aqua apij expreſſi, aut aqua chamęmeli, deinde abluatur iterum cum aqua dulci calida, & oleo roſato, ungatur, fiat id diebus aliquot. Si autem eſt res craſſior iſta, indiget epithemate ſcabiei ſiccæ, quod ſi cum ea urina non eſt citrina, aut minus quàm citrina, ſed eſt in ea caliditas, & apparent in ea ſigna dominij choleræ rubeæ incenſæ, neceſſarium eſt quod fiat phlebotomia in primis, deinde purgetur cum decoctione myrobalanorum, & epithymi, ſenæ, & fumi terræ, ex eis quæ dicemus, deinde utatur balneo, & omnibus quæ diximus, & uitet omnes cibos ſalſos, & acutos, & dulces, & comedat inſipidos, & acetoſos. Humida uerò indiget phlebotomia & ſolutione uentris ſecundum craſſitudinem rei eius, & indiget fortitudine epithematum ſecundum humiditatem ſuam, & quanto eſt humidior, tanto fortiori medicina indiget in deſiccatione. Reliquum autem regimen eius in cibis & medicinis eſt uinum.

Digitized by Google

De ſaro. Cap. CXXII.

FIt ex calido uapore plurimo accidente in corpore ſubitò. Cuius cura eſt, phlebotomia, & lenificatio uentris cum aqua prunorũ, & ſumat in potu aquã agreſtæ, & aquã granatorum acetoſorũ, & ribes, & lac acetoſum, & cibetur cum talſil, et cibis cõgelatiuis, & ſtypticis, & frigidis, & aqua agreſtæ, & lacte acetoſo, & cõfert ei infuſio chriſomelorũ acetoſorũ, & eſt neceſſariũ ut in hora cõmotionis eius, & euentus anguſtię, et triſtitię, ut ingrediat̃ ęger in aquã calidã, quoniã alleuiat̃ ab ea & tumeſcit corpus eius. Nã aër frigidus cõmouet eam cum ei aſſociatur.

De aſaphati. Cap. CXXIII.

NOn cõmouetur niſi in iuncturis ex multitudine, ſudoris, & negligentia ablutionis eius. Cum ergo multiplicat̃ ſudor, oportet ut abluat ipſũ ille cui aſſidua ſit aſaphati in die ad minus ſemel cũ aqua frigida, & cum addit̃ eſt rectius, & abluti loca in q̃bus eſt aſſueta aſaphati, & poſt illud oportet ut liniat̃ ea cũ aqua roſ. & aliquantulũ cãphoræ & aceto, id nanq; prohibet ipſam generari, cũ ergo egredit̃ curetur cura aſaphati.

De uerrucis. Cap. CXXIIII.

QVum multiplicãtur in homine uerrucæ neceſſariũ eſt extrahere ſanguinẽ, & ſoluere uentrẽ cum eis quæ educunt melancholiam, & adhibere regimẽ, q̃d generat phlegma recẽs, & humectet corpus, & impinguet, ſicut eſt dilatari in cibis laudabilis humoris, & paucę craſſitiei, & aſſiduatio balnei calidi temperati, & multitudo ocioſitatis, & uinũ ſubtile plurimę cõmixtionis. Quũ aũt ſunt paucę, tũc non curant̃ ipſemet niſi cum eis quę ipſas incidũt, & ex eis quibus delẽtur eſt, ut fricet̃ cum folijs capparis humidæ, aut cum xilocaractis nabari humidis, eſt enim forte experimentũ, aut raſcent̃ & liniant̃ cum unguento Anacardino, aut cum ſapone, aut cum medicamine acuto, quoniã facit eas cadere, & delent̃ eo, aut ligentur radices earũ cum capillis donec cadant, aut comburantur radices earum cum uirgis myrti humidæ.

Rhagadiæ in facie, labijs, pedibus, & palmis. Cap. CXXV.

QVum non ſunt fortes, antiquæ, curãtur cum eis quæ liniuntur, & inungunt̃ ſuper eas, quãdo uero ſunt fortes, antiquæ, eſt neceſſariũ ut infirmo detur in potu oleum diebus aliq̃t, & impinguet̃ cibus eius, & multiplicet̃ cõmixtio in uino, & adminiſtretur aqua calida, & det̃ in potu de oleo ſup expreſſionẽ uuæ, & ſup decoctionẽ paſſularũ, de quo ſumat̃ omni die quãtitas ℥.2, cum ℥.s. olei ſeſami excorticati, & fricet̃ palma cum uua alba fricatiõe bona, & ſimiliter pedes, & cõfert ut ponatur mẽbrum in aqua calida donec intumeſcat, deinde fricet̃ cum tragacãtha contrita, & ſi ſuppuratio fiat in carne donec currat ex ea ſanguis, tunc curet̃ cum unguento, q̃d nominatur, Anacardinũ, aut unguento ſcyllitico, & confert ad rhagadias proprie in labio, ut inungatur labium, & fiat ut adhæreat ei pellis oui, & cannę ſuper labium. Et quandoq; curantur cum adipe gallinæ, cum gallis contritis, ſicut alcohol, & tragacantha, quibus inungatur inunctione bona, & inuoluatur ſuper eas pellis oui, aut inungatur cum cera auris.

De apoſte-

Digitized by Google

De apoſtematis calidis. Cap. CXXVI.

APoſtematũ alia ſunt ſanguinea, alia cholerica, & cõmunicat eis ſimul caliditas loci. Veruntamẽ rubedo & extenſio ſunt in ſanguineo plus. Et curationi eorum ineſt terminus. Neceſſariũ enim eſt in incœptione q̃d prohibeat eorum generationẽ, aut faciat ea minora quàm ſint. Et illud quidem fit in ſanguineo cum phlebotomia ex latere cõtrario. Sed in cholerico cum ſolutione choleræ, ex eis quę non plurimam faciunt calefactionem, ſicut ſyropus de prunis, & ſyropus roſarum prædictus, & ſyropus uiolarum, & lac acetoſum, & aqua caſei, cum ſcammonea, deinde cum epithematibus ſuper locum, ſed in ſanguineo cum illis quæ infrigidant & ſtypticitatem faciunt, ſicut ſunt ſantali, roſæ, ſief memithæ, & camphora, aqua roſarum, & acetum. In cholerico cum eis in quibus eſt infrigidatio & humectatio, ſicut pſyllium cõquaſſatum cum aqua citrullorum, & ſicut raſura cucurbitæ, & citrulli, & portulaca contrita, & ſimilia ex herbis frigidis, ita ut cum ſtat apoſtema, & non additur, ſint neceſſaria illa quæ reſoluunt cum facilitate, de quibus aliquid miſceatur, cum medicinis primis, ita ut cum quieuerit pulſatio tota, & dolor, ſingulariter apponantur reſolutiua. Sed cholerica parum indigent reſolutiuis, quoniam reſoluuntur per ſeipſa poſt ſtatum ipſorum. Sanguinea indigent, ut adiuuentur cum eis quæ reſoluunt ſecundum debilitatem temporum ipſorum, & perueniunt ſanguinea ad unam trium rerum, aut ſanantur cum reſolutione, cuius ſignum eſt, quod minoratur apoſtema cum diminutione pulſationis & doloris. Aut collectionem faciunt ſaniei, cuius ſignum eſt, quod aſſiduatio eſt pulſationis, & nullam excuſationem facit infrigidatio, deinde ſedatur pulſatio, & lenitur apoſtema. Aut fit apoſtema durũ, cuius ſignum eſt, quod ſedatur dolor, & minoratur apoſtema, & additur eius durities. Indigent itaq; primum eis quæ adiuuant materiam ad reſolutionem, ſecundum quantitatem caliditatis ſuæ, & ſui temporis, & ſecundo indigent eis quæ iuuant materiam, ut maturetur uelociter, & ſanies cõgregetur, & aperiatur, tertium indiget ut ſtudioſè conſideretur, quoniã ipſum quandoq; fit apoſtema durum quod non ſanatur, cuius cura eſt, lenificatio quandoq;, & reſolutio ipſius quandoq;, & non fiat operatio in ipſo cũ medicinis quæ reſoluunt, & remanet ex eo aliquid quod in lapidem conuertatur. Sed cum uides indurari à reſolutione, dimitte reſolutiua, & cura ipſum lenitiuis, donec leniatur, deinde reitera reſolutiua donec reſoluat̃ à poſtremo ſuo. Hæc ergo eſt cura apoſtematis calidi. Apoſtema autem frigidũ, eſt apoſtema molle, phlegmaticum & durum, ſcrofulæ, & nodi, & ademenil, & cancer, & ignis alferiſiati, & formica, & ueſtigia ulcerum, & uulnerum, & percuſſionis, & caſus, & heryſipilas, & reſtauratio, & exituræ, & ſummæ eorum, & cauſæ difficultatis incarnationis ulcerum, & reliqua quæ neceſſaria ſunt in regimine uiatorũ, & cura uenenorum, & animaliũ uenenoſorum non diuidunt̃, addendo ſuper illud quod eſt in Almanſore, iungantur ergo cum hoc libro.

Digitized by Google

De apoſtematis frigidis. Cap. CXXVII.

HOc eſt quatuor generum ex phlegmate ſubtili, aut ex phlegmate craſſo, aut ex cholera nigra, aut ex uētoſitate, ſigna eius quod fit ex uentoſitate ſunt, quod eſt lene, molle, leue, ſicut uter inflatus, q̄d cum ponuntur ſuper ipſum digiti cōprimitur, & non remanēt ueſtigia. Et cura eius eſt, uaporatio cum farina hordei calefacta, aut cū farina milij, aut cum cinere, et melior eſt cinis quercus, deinde ungatur cum aliquibus oleis calidis, ſicut ſambacino, & de been, ſi ergo ſufficit, benè, & ſi non, ſufficit cum emplaſtris quę ſunt de cinere quercus, & cinere ligni uitis, confecto cum aqua iuniperi & cypreſſi, & tamariſci, & ligetur, & caueatur repletio ex uino, & cibo, & aqua, & olere, & granis, & fac eum pati famem & ſitim. Ex phlegmate ſubtili ſignum eſt, quod eſt molle. Sed eſt cum eo aliquantulum ſpiſſitudinis, & eſt ei grauitas, & cōmunicat iſtis tribus albedo coloris, & omnibus iſtis quatuor generibus horum apoſtematum communicat frigus in tactu. Et cura eius eſt ſimilis curæ apoſtematis uentoſi. Et cōfert ei quando fricatur oleo, & ſale, deinde imbibitur pannus aqua ciceris, quercus, uel uitis, & ponitur ſuper ipſum, & ligatur cum panno. Et confert ei liniri ex omnibus emplaſtris, quę adminiſtrantur apoſtematibus calidis in fine eorum, & confert ei epithema de faufel, quod dicemus. Ex phlegmate craſſo eſt, albi coloris frigidi tactus. Sed cum eo durities. Si ergo eſt magnū, neceſſarium eſt ut æger euomat, & ſoluatur, deinde curetur ſecundum q̄d diximus in podagra frigida. Ex cholera nigra eſt frigidi tactus. Sed eſt cum eo multa durities, & ſecūdum quantitatē duritiei ipſius eſt difficilis ſanationis, & eſt ex ipſo q̄d cum induratur non ſanatur, & in colore eius eſt tenebroſitas, & ſi cum hoc ſuper ipſum apparent uenæ rubeæ, & eſt in ipſo pulſatio, & aliquantulū caliditatis, tunc eſt cancer, & non ſanatur, & oportet ut ei ſuccurratur blandiendo, ne ulceretur, & quandoq; æſtimat ſtolidus q̄d ſit nodus & perforat ipſum, & fluit ſanguis. Et differentia inter nodum & cancrum eſt, quia cancer pulſat, nodus uerò non. Et eius cura, purgatio eſt corporis cū cathartico, & ſubtiliatio cibi cum eis, quæ diximus in fine apoſtematis calidi ex lenificatiōe quādoq; & reſolutione alia uice, cum lenientibus & reſolutiuis, quæ dicemus in Antidotario, & iam diximus de eis aliquid in cura podagræ.

De cancro. Cap. CXXVIII.

IStud eſt apoſtema, & quandoq; accidit incipiendo, & quandoq; poſt alia apoſtemata calida, quæ indurantur, quandoq; eſt incipiens cum cura ſuccurritur ei, quandoque ſtat & ſanatur. Et ſigna eius ſunt, quod incipit apoſtema ſimile auellanæ & minus, deinde augmētatur ſecundum dies cum duritie uehementi, & tenebroſitate in colore, & rotunditatē in figura, & aliquātulo caliditatis in tactu, & quādo incipit magnificari apparēt in eo uenæ uirides, & ſunt ei radix & penetratio in corpore. Et cura eius eſt, cura quā diximus, in Cap. melācholiæ, & cura lepræ, & phlebotomia, & aſſiduatione eorum quæ educunt melancholiā, & permutatione ſanguinis totius corporis cum ſanguine nouo, ſubtili, aquoſo, temperato, per cibos humectātes laudabilis humoris, & boni, deforis aūt non eſt ſpe-

cies

Digitized by Google

cies in reſolutione eius. Verum cum non eſt in eo caliditas, neque pulſatio, tunc non oportet niſi ut curetur corpus eius, ut non augeatur tantum. Si autem cum eo ſunt caliditas & pulſatio, tunc oportet ut blandiendo ſuccurratur, ne ulceretur ita ut infrigidetur, et non permittat̃ ægrum dormire ſuper ipſum, neq; calefaciat ipſum. Et confert ad id, ut liniatur, ex mucillagine pſyllij, & ceruſſa plurima, aut aceto & luto. Si autẽ ulceratur, tunc ulcus eſt turpe, malum ualde, habens labia rubea, et uiridia, & inuerſa ex quo currit ſanies mala, fœtida, & ſi fuerit in loco ꝑparatio eius abſciſioni omni modo, ſicut mãmillis & pedibus, & extremitatibus, oportebit ut incidatur, & in ultimo auferat̃, & cauterizetur poſt illud cauterio profundo, deinde cõſolidetur. Et ſi non eſt in loco præparato in quo radicitus auferat̃, tunc curetur cum unguento leniente, ſicut dicemus ad cancrum uulneratum.

De ſcrophulis. Cap. CXXIX.

SVnt in collo ſecundum plurimum, et quandoq; ſunt in inguinibus, & in omnibus locis in quibus ſunt glandes, & earum ſignum eſt apoſtema durum, rotundum, albi coloris, quod mouetur cum moues ipſum, & quandoq; ſunt tres aut quatuor ſimiles nuci in ciſti. Cum ergo comprehendis eas à principio, fac ægrum pati famem, & fac eum cauere à cœna, & ſatietate nauſeatiua, & fac ipſum uomere, & ſolue cum eis quæ educũt phlegma craſſum ex eis, quæ diximus, & emplaſtra locum cum reſolutiuis, ſicut diachylon & myrrha, quando ſoluitur cum uino, & conficitur in ipſo farina fabarum, & amygdalarum amararum, & bdellium cum aggregat̃ cum aceto uini antiqui, aut cum mucillagine fœnugræci, & ſtercus antiquum, quod fit ex ſtercore antiquo caprino, rubeo, cum aggregatur cum aqua caulis, aut cum ſerapino, aut cum oxymelle, omnia iſta reſoluunt ſcrophulas. Si autem iam incraſſantur, aut ulcerantur, eſt neceſſe ut extrahantur, & non remaneat ex eis aliquid, nam ſi remaneat aliquid, redit, & non eſt ei cura, deinde curetur locus donec ſanetur, & conſolidetur. Et fortaſſe magnificantur ſcrophulæ, donec fiant ſicut melon, aut maiores, & capiunt caput & collum.

De nodis. Cap. CXXX.

ISti ſunt plurimi modorũ, quibus omnibus cõmunicat ꝙd ſeparantur à carne corporis, & mouent̃, cum moues eos ſicut res in ciſti, & tolerat ut ſuper eos fiat conſtrictio, & curant̃ cum extractione, oportet ergo ut ſuper eos ſcindat̃ cum facilitate & ſubtilitate, nec in ſeipſis ſcindat̃, imo ſcindat̃ cutis ab eis, deinde excorient̃ ita ut egrediantur cum ciſti ſua, ſi autẽ aliquãdo findantur, cum diligentiſſimè perquirit̃ extractio eius, ꝙd in ipſis eſt redeunt, & ſi remanet ex eis aliqd redeunt. Et de iſtis nodis eſt, qui eſt ſicut glans apparens in manifeſto palmę, & pedis inter focilem & raſetam, & ſuper caput dura, cum premis eam compreſſione uehementi, fit plana, cuius cura eſt, ut prematur, aut conteratur cum ligno donec plana fiat, & ponatur ſuper ipſum fruſtum pergamenæ cum aloë, lycio, & myrrha, & acacia, & glutine piſcis, & ſtringatur ſuper ipſum ualde cum

Digitized by Google

fruſto ſuę magnitudinis de ligno, aut de plumbo.

De ademenil. Cap. CXXXI.

ADememil eſt genus apoſtematis calidi, q̃d multiplicatur in eo qui multum utitur cibis generantibus ſanguinē plurimum, minoret ergo cibum, propriè carnē, & confectiones de melle, & lac, & uinū, & declinet cibum ſuum ad acetoſitatē, fortaſſe enim faciunt ſaniei collectionem, & fit ex eis malitia maxima lædens, aut interficiens. Cui ergo accidunt poſt ademenil plurima, aut poſt exiturā tremor in corde, aut nauſea, aut ſudor frigidus, tunc illud ſignum eſt malum, & cura ademenil eſt, ut in initio ſuæ incœptionis regatur cum eis, quibus regitur apoſtema calidum. Si autem pertranſeant tres dies, & non extenuentur, ſed permaneat eorum pulſatio, & febris ipſorum, tunc neceſſariū eſt, ut ſaniei collectionē faciant, quare iuuetur ut uelox fiat eorum maturatio, & apertio ex eis, quæ diximus in illis quæ aggregāt ſaniem, de quibus ſunt ſemen almaru, aut lac, aut ficus carnoſæ contritæ cum melle, aut maſſa tritici cum aliquanto baurach, & aſſiduet regimen ipſius, deinde extrahatur quod in ipſis eſt, & conſolidetur locus.

De exitura. Cap. CXXXII.

CVm aggregatur materia ad locum unum, fit ex ea exitura magna ualdè, & multotiens accidit in axillis, & in inguinibus, & illa quę accidit in axillis eſt ſicca lædens. Et illa quæ eſt in inguinibus, eſt magna, quieta parumper, & quandoq; non facit collectionem ſaniei. Illa autē quæ eſt in axillis, fortaſſe non euacuat̃ à collectione. Et confert ei in principio rei phlebotomia. Illi uerò quæ eſt in inguinibus, cōfert phlebotomia in Baſilica ex manu oppoſita. Illi uerò quæ eſt ſub axillis in Saphena pedis oppoſiti, aut Baſilica manus alterius, aut ambarum, ſi fuerit res ſupflua, deinde perueniat̃ ad illā quæ eſt in inguinibus inungēdo cū oleo tepido, reſoluetur em̄ & delebit̃ ſecundū plurimū. Illa quæ eſt ſub axillis, ſi non ſedatur, eius rubor, & pulſatio ipſius poſt phlebotomiam, tunc ſcias quod collectionem faciet, ponatur ergo ſuper ipſam illud, quod ſaniei collectionē facit, deinde perforetur cum maturatur, & curetur, & non oportet ut approximet habens exituram ſub axillis uino omnino, quoniam timentur ſuper ipſum ex eo accidentia mala.

De albachiati, ueſicis, formica miliari, igni perſico. Cap. CXXXIII.

ALbachiati quidem eſt ulcus cum bothor & cruſtis, & curſu uirus, & eſt ſimilis ſahafati malę. Cuius cura eſt, ſahafati malę, ſecūdum quod diximus, ex phlebotomia, & fricatione, donec tota illa mala caro ulceretur, & appoſitione ſanguiſugarum: Deinde ex medicinis prædictis ad ſahafati. Et confert ei propriè lutum, & acetum cum liniuntur ſuper ipſam aſſiduè, & excorticetur quando exiccantur, & fricetur donec ſanguinem emittāt, deinde iteretur ſuper ipſam, ipſa enim non ceſſat exiccare unum corticē poſt alium, donec perueniat ad carnem ſanam, quare ſubtiliatur cortex, tunc, & ſequitur eum ſanitas. Exeunt in corpore ueſicę inter quas eſt, aqua ſubtilis ſimilis eis, quę accidunt ex aduſtione ignis, quarum cura eſt, phlebotomia ſi corpus eſt plenū, & detur ægro

aſſiduè

aſſiduè aqua prunorum & aqua granatorum acetoſorũ, & taxil, & omnia quæ extinguũt ſanguinem, & rumpantur ueſicæ, & currat ex eis totum q̃d eſt in eis, & liniatur cum ceruſſa plumbi, lithargyro, myrto cum aqua roſarum, & aqua myrti humidæ. Exeunt in corpore bothor paruæ, una aut plures numero, & apoſtematur locus apoſtemate paruo, & quandoq; ſcinditur, & incipit uulnerari, & uadit de loco ad locum. Cuius cura eſt, cum eis quæ educunt cholerã, & linire ipſam cum luto Armeno diſſoluto cum aceto, aut cum epithemate eryſipelę cum aceto. Egrediuntur bothor paruæ, ſimiles milio cum quibus eſt mordicatio uehemẽs, & apoſtema, & curſus uirus, & color bothor eſt albus, & quod eſt ſuper eas & in circuitu earum de carne eſt rubeum. Cui quidẽ confert phlebotomia & ſolutio uentris cum aqua fructuum, & eis quæ educunt choleram cum humiditatibus, ſicut ſunt myrobalani citrini, & ſcammonia, deinde liniatur locus cum gallis, & cortice granatorum, & carmeſich, & ſantalis, & luto Armeno ſoluto cum aceto, & aqua roſata, & aqua clara ſecundum menſuram qua non mordicet acetum, & conferunt ei trochiſci Andiaron & Meſion, & ſimilia ex illis quæ ſunt fortis ſtypticitatis. Quandoq; in corpore egrediuntur bothor, & incipiunt uelociter puenire ad hoc, ut fiant cruſtæ nigræ, aut uirides, aut fiat illud q̃d eſt in circuitu eorum rubeum, aut coloris pauonis, tunc id nominatur eriſypelas, & ignis perſicus cum quo eſt inflãmatio uehemens ualdè, & oportet quidem ut extrahatur ſanguis cum phlebotomia ex loco oppoſito eductione plurima, donec accidat ſyncopis, uerbi gratia, & perueniatur ad infirmũ cum eis quæ ſubtiliant ſanguinẽ abſq; acuitate, imò humectant ipſum, & addunt in aquoſitatẽ eius, ſicut aqua hordei, & aqua melonis Indi, et aqua cucurbitæ aſſatæ, & mucillago pſyllij, & non dentur in hac ægritudine ea quæ incraſſant ſanguinem penitus. Sanguis nanq; cum eo eſt craſſus in ſeipſo, & ponantur ſuper locum ulceris medicinæ fortis ſtypticitatis cum aliquãtulo acuitatis, ſicut ſunt trochiſci Andaton, cum poniť in eis calcadis, aut flos æris, aut hoc medicamen, quoniam eſt proprium ad hanc ægritudinem, cuius confectio: Recip. gallas immaturas quæ terantur cum aceto, aut liniatur ex albumine cum aceto, aut ſumatur alumen, & quantum eſt decima eius floris æris, & liniatur cum eo, cum ulcus eſt malum, & mouetur, & ambulat paulatim. Si autem incipit perambulare, tunc oportet ut proijciatur ſuper ipſum medicamen acutum, aut cauterizetur.

De herpete æſtiomeno. Cap. CXXXIIII.

HErpes æſtiomenus cum accidit ab ulcere malo, aut bothor nigra, aut uiridi, aut ea quæ habet colorẽ pauonis, incipiens ambulare, et dilatari uelociter, tũc oportet ut feſtineť ad cauterizandũ ipſũ, aut proijciať ſuper ipſum medicamẽ acutũ, & liniatur in circuitu eius cum luto & aceto. Quũ ergo denigrať & molleſcit nigredo, tunc ponať ſuper ipſum ſulphur contritũ confectũ cum butyro una uice poſt aliã, donec cadat nigredo, & itereť illud, donec cadat caro corroſa mala tota: Deinde abluať cũ aceto, & aqua, & cureť cũ medicam. generatiuo carnis.

& non

& non ſit negligẽtia in ipſo, quia occupabit ex corpore locum plurimum.

De anthrace. Cap. CXXXV.

ANthrax alius eſt rubeus, alius uiridis, & alius niger, & unũquodq; eſt malum, & ſigna eius ſunt, bothor, & apoſtema, cum quibus egreditur inflãmatio uehemẽs lędens ualde, pertranſiens mẽſuram in hoc, & fit quod eſt in circuitu eius uelociter nigrum, aut uiride, & accidit cum eo uomitus, & pulſus cordis, & ſyncopis, & ſi ſuperfluunt iſtæ intentiones cum eo, eſt mortiferum cito ſecundũ plurimum, & non oportet ut phlebotomia fiat cum hac ęgritudine. Sed feſtinetur & dentur infirmo omnia quæ cõfortant cor, cum infrigidatione ex eis, quæ diximus in Cap. calefactionis cordis, & conferunt ad illud granata acetoſa, & acetoſitas citri, & odoramentũ redolentium frigidorũ. Si autem in aëre fuerit peſtilentia, tunc erit malũ & conferunt ei illud q̃d ſumitur ex cibis cum lentibus excorticatis, et aceto, & cibis cõgelatis, & omne q̃d incraſſant ſanguinem, confortat cor, & extinguit ſuperfluitatẽ caliditatis, & cõferunt ei ut aggregetur in circuitu eius nix plurima, et hoc quidẽ plurimum accidit in autumno, & in fine æſtatis. Intende ergo in curatione eius, cum medicinis confortantibus cor cum infrigidatione. Locum autem ſcalpella & ablue ſanguinem eius cum aqua calida, ne congeletur, & non currat, & ſugatur ſuctione leni, ut egrediatur paulatim, & non liniatur epithemate frigido, imò cum uides quod iam accidit ab epithemate & aqua frigida pulſus cordis additus, tunc incipe & embrocha ipſum cum aqua calida, & calefac ipſum, & pone ſuper locum cum infirmus eſt ſedens in domo, & in circuitu eius, q̃d prohibeat frigus peruenire ad corpus, & ſubleua plurimũ intentionis tuæ ad cõſeruandum uirtutẽ, & infrigidandum cor. Loci uerò ipſius affecti curatio, non eſt poſſibilis, niſi poſt illud. Cum ergo alleuiatur pulſus cordis, & deletur, & uirtus eſt fortis, tunc cõſidera, & ſi eſt perambulans, cura ipſum cum eis quæ diximus, & ſi iam denigratum eſt, tunc cum eis, quæ diximus etiam, & ſi indiget ut cauterizetur cum incipit malũ, cauteriza ipſum, deinde conſolida.

De aduſtione ignis. Cap. CXXXVI.

COnfert aduſtioni ignis unguẽtum de calce, & unguentũ ceruſſæ, & optimum quod experti ſumus ad hoc, eſt unguentum album, & cum eſt res magna, & plurima indiget phlebotomia ex latere diuerſo, aut appoſito, deinde curetur cum unguento albo, uolo quod intelligatur per unguentum album, illud quod eſt factum de ceruſſa & oleo roſarum, & cera, & non de pluribus.

Vnguentum album.

De panaricijs. Cap. CXXXVII.

COnfert huic ut igniat̃ oleũ, taliter ne aduraẽ, & imprimat̃ in ipſo, ſi ergo ſedat̃ pulſatio, & ſanatur, tunc illud ſufficit, & ſi non, tunc ponat̃ ſuper ipſum q̃d ſaniei facit collectionẽ. Quum ergo colligitur ſanies, & maturat̃, perforetur foramine paruo, & exprimatur, deinde curetur illud, & non capiat radicẽ unguinis totius, & curetur cum medicamine generatiuo carnis, & quandoq; cõfert ei in principio, ut liniat̃ cum erugine ferri, & aceto, & ponat̃ in niue uſquequo obſtupeſcat.

Cura

Cura ulcerum, uulnerum recentium & putridorum, & antiquorum.
Cap. CXXXVIII.

IN curatione quidem uulneris recentis, cum non eſt magnæ quantitatis & profunditatis, ſufficit, ut coniungantur extremitates eius decenter & ligentur, & caueatur ne oleum contingat ipſum, aut cadat inter labia eius pilus, quoniam illud prohibet incarnationem. Si autē profundum fuerit, tunc neceſſarium erit tibi, ut ſuper ipſum ponas unguētum carnis generatiuū, & ſufferas, & liges: Et ſi declinat labiū uulneris unum, & elongatur ab altero ad aliquam partium, tunc ligétur ab illa parte, & declinetur ad partem oppoſitam, & ſi declinant labia eius, ad duas partes ſimul, & elongatur unum labium uulneris ab alio, tunc ligetur utrunq;, & ſi ex magnitudine uulneris conſequatur, ut non cōiungat ipſum ligatura, cum ipſum decenter cōſtringimus, tunc oportet ut ſuatur in uno loco, aut in duobus, aut in tribus, ſecundum quantitatem quæ non permittat labia uulneris diſiungi, & ſi fuerit in eo uirus, prohibens ipſum cōglutinari, erit neceſſarium medicamen exiccatiuum, & abſterſiuum uirus, & prohibens currere ad ipſum uirus aliud. Cum ergo perforatur bubo, uel uulnus, uel exitura, oportet perforet ipſum in inferiore loco eius, ut non retineatur in eo aliquid de ſanie, ſed effundatur totū quod eſt in his, & cōſtringe ipſum in ſuperiori parte eius fortius quā inferiori, ita ut effundatur ſanies cum facilitate, & minora cibum uulnerati in primis diebus, propriè ſi non egreditur ſanguis plurimus, & fac ipſum inclinare ad acetoſitatem. Et ſi rubet quod eſt in circuitu uulneris, & incipit apoſtemari, tunc phlebotomabis ipſum ex latere diuerſo, ita ut poſtq; tranſierint tres dies, aut ſeptimana una, & ei ſecuritas fuerit apoſtematis, fac dilatationem ſuper ipſum in cibo paulatim, in principio uerò non, & propriè, ſi non cucurrerit ex uulnere ſanguis plurimus, & quando uulnus eſt in latere iuncturæ, aut in loco neruoſo propinquo oſſi, aut corde, tunc incipe perforare ipſum, ne ſanies corrumpat membrum, aut os, aut chordam, & quando eſt in loco carnoſo, tunc dimitte ipſum donec confirmetur eius maturatio, & quādo ſuper uulnus ponitur unguentum, & calefacit ipſum, & rubeum facit, tunc incipe & permuta ipſum cum frigidiore eo. Et quando detumeſcere ipſum facit, & facit ipſum album, tunc cura ipſum cum unguento calidiore eo paulatim, & fiat inciſio ſemper ſecundum longitudinem corporis, non in latitudine in omnibus locis æqualiter quæ eminentiam non habent, locis autem quæ ſunt flexibilia, procedat cum flexibilitate accidente in illo loco. Et cum uideris ſuper ulcus pus, aut albedinem, tunc adde in acuitatē unguenti, & quādo uides quod currit ex eo uirus, et dolor eſt cum mordicatione, tunc ſeda ex acuitate eius aliquid, & prohibe ſubtilitatem eius Et in ulceribus quidem difficilis ſanationis & malis, indiget habēs ea phlebotomia, & ſolutione uentris, deinde curatione cum unguento, & in illis quæ ſunt putridæ carnis, eſt neceſſarium, ut curatio fiat cum unguēto uiridi, et quando ſunt uehementioris putrefactiōis cum medicamine acuto, deinde cum butyro, uſquequo cadat cortex, deinde curetur uſquequo ſanetur.

De fluxu

De fluxu ſanguinis ex uulnere. Cap. CXXXIX.

OPortet ut præparetur locus ad ſuperiora, & ſtringatur, & infrigidetur cum niue, & ſumatur ſanguis draconis, & aloës, & ſarcocolla, & thus trita ſicut puluis, & ſumantur pili leporis, aut gazel, aut tela araneę, & fiant inde tentæ quæ madefiant in albumine oui, & inuoluantur in medicamine, & impleatur inde uulnus, & pulueri zetur deſuper hoc medicamen, & ligamine conſtringatur. Et quandoque confert ei hoc medicamen, cuius eſt confectio: Recipe atramentum & ſanguinem draconis, & aloën, & calcem non extinctam, & albumen oui, quod adminiſtretur cum pilis leporis, aut gazel, aut tela araneæ. Et ſi ſanguis fluat ex uena inciſa, tunc ſigna eius ſunt, exuberantia ipſius, & multitudo eius, & tunc quidem eſt neceſſarium aperire uulnus paulatim cum ſubtilitate, ita ut cõſequatur orificium uenæ, & ſtringatur cum filo lini ſub tili firmo, deinde curetur ita ut ſtringatur quod eſt ſupra uulnus cum ligatura, donec abſcindatur ſanguis, deinde pulueri zetur ſuper uulnus ex medicamine, poſtquam conglutinantur labia eius & ſuuntur, & ponãtur deſuper etiam ex medicamine & albumine oui, & non ſoluatur diebus primis. Quod ſi fluxus ſanguinis eſt ex arteria, eſt magis difficile conſtringere ipſum, et ſignum eſt eius, quod ſanguis eius impetuoſe egreditur una uice, & abſcindatur alia, tunc ergo eſt neceſſarium ut ſtringatur & cauteri zetur, ſi ẽ magna, aut adhibeatur ferrum quo incidaĩ, & incidaĩ, deinde curet̃ locus. Fluxũ uerò ſanguinis qui eſt ex uenis labiorũ, abſcindit retentio niuis in ore. Sed fluxus ſanguinis qui eſt ex ſanguiſugis, abſcinditur, cum ſuper ipſum inuiſcat̃ fabæ medietas, & abſcindit ipſum etiam, ut pulerizetur deſuper puluis molendini, aut infrigidatur cum niue.

Notæ fluxus ſanguinis ex arteria.

Cura algebræ, & dislocationis, & fracturæ. Cap. CXL.

MAior error cum accidunt percuſſio, & caſus, & dislocatio, & fractura, & contorſio eſt ut addatur dolor loci per compreſſionem factam deſuper, aut per ligaturam ſtrictam. Cum ergo accidit caſus, aut percuſſio & non aduenit cum ea dislocatio, tũc non indiget compreſſione, neq; extenſione omnino. Sed ungatur ſubtiliter ſi non eſt fractura, & emplaſtretur emplaſtro algebræ ſedante dolorẽ, & ſtringatur leuiter ligãdo, & caueatur ne fatigetur membrum illud in laborando. Et ſi eſt fractura, tunc oportet ut ungatur & tendatur, & prematur ſecundum quantitatem qua eget, ut redeat os ad locum ſuum cum maiore facilitate quæ poſſibilis eſt ei, & ſignum quidẽ huius fracturę eſt, quod apparet eminentia oſſis, & expulſio eius, fiſſura uerò & contritio in longitudine & latitudine in oſſe, non indiget etiam unctione, neq; æquatione. Verum dislocationi neceſſarium eſt, ut extendatur donec ſit poſſibile ut redeat ad locum ſuum. Veruntamen oportet, ut fiat in ſummo cum facilitate & ſubtilitate, & cum minore quantitate doloris quæ nobis poſſibilis eſt, & minoretur cibus ægri in primis diebus uſq; ad ſeptimanã, donec ſecuritas ſit ab apoſtemate in loco. Cumq; ſecuritas ſit ab apoſtemate, tunc abſoluatur ei cibus paulatim. Si autem tardatur incarnatio fracturæ, & corpus eſt extenuatum, cibetur tunc frumento cocto, uſquequo ſit quaſi

quaſi puls, & pultibus & cibis craſſis, & capitibus, & quando commouetur ex ſtrictura ligamenti dolor, mollifica ipſum paulatim, & non dimittas, neque tolleres dolorẽ eius, quia facit incurrere apoſtema & putrefactionẽ & corruptionem membri, & quãdo commouetur ſub ligatura pruritus, ſolue, & embrocha cum aqua calida, & dimitte hora una donec exugetur, & reitera, et quando non ſuccurritur diſlocationi donec apoſtemetur tunc non extendatur, quoniam non fortaſſe ſaluabitur à ſpaſmo, & oportet ut chirurgici aſſiduè caueãt, ne cadat ſuper locũ niſi planũ, et fiat dolor fortis, et comprimatẽ ad latus niſi ad illud ad quod oportet ut cõprimatur, & ſi fuerit uulnus cum ea, dimitte orificium uulneris diſcoopertum, ut curat ex eo uirus, nam ſi illud non fit in ea, apoſtematur. Et ſi in fractura fuerit fruſtũ oſſis pungens, cuius ſignum eſt, quod uidebis ipſum cadere in carne, ſicut ſpinam altam eminentem, & quando pertranſierit manus tua deſuper, fortior fit dolor, & pulſatio, tunc oportebit ut aperiatur & extrahatur fruſtum ſi fuerit ſeparatũ, aut ſeparetur ſi fuerit adhærens, deinde curetur cum ligatura, & non ligetur ante illud, quoniam commouetur inde putrefactio membri totius, et leni durities quę remanent ex algebra cum cæra & adipibus, & medullis, & reliquis lenificatiuis ex eis quę dicemus. Et confert caſui & percuſſioni, & ſedat dolorem ſi reſoluatur mumia in oleo, & bibatur poſita ſuper uinum paucę quantitatis, aut ſuper aquam ciceris. Et confert ei cui accidit ſputum ſanguinis, ut ſumat in potu bolum armenũ, & trochiſcos de charabę, et phlebotometur ex latere diuerſo, & confert ei qui cadit ſuper uẽtrem, ut ſumat in potu charabę & boli armeni, & ſanguinis draconis, omnium ana. ʒ. 1, & opij cheratum 1, cum habet fluxum ſanguinis, aut uomitũ, retinet enim ipſum ſubito poſt phlebotomiam.

De animalibus pungentibus, & mordentibus, & de uenenis.

Cap. CXLI.

CONfert ei qui in potu ſumit uenenum uniuerſaliter, ut dẽtur ei in potũ aqua calida & oleum, & euomat una uice poſt aliam cum utriſque, deinde bibat lac & oleum amygdalarũ, & butyrum propriè, illud enim ſedat malitiam uel acuitatem ueneni, & conſideretur poſt illud quę accidentia eueniunt in corpore, quia ſi accidunt febris & rubedo faciei, & malus odor oris, & fœtor eius, & citrinitas coloris, & oculorũ, dentur in potu res infrigidantes, & extinguentes, & ſi apparent pigritia, et ſomnus, et cõgelatio, et ſtupor, dentur in potu res calidę, ſicut medicamen de aſſa, et ei ſimilia. Et confert ei qui timet quod in potu ſumat uenenum, aſſiduatio comedendi ficus, & nuces, aut ſumat omni mane de theriaca, de terra ſigillata, quoniam proprietas eius eſt facere illud. Proprietas nanq; huius medicinę eſt, ut cum contingit uenenum eſſe in cibo, educat ipſum uomitu, & quãdo accidũt ex potu ueneni ſyncopis cui ſubueniri poteſt, et debilitas, & diſſolutio uirtutis, tunc ipſum eſt ex eis uenenis malis contrarijs complexioni cordis à tota ſubſtantia, et ô quam paruum confert in eo cura, niſi ſumatur bezahar reſiſtens ei, et ego quidem iam uidi quod reſiſtit napello qui eſt ex uenenis quę ſunt deteriora, et quandoq; confert ei diamuſcum recens, & theriaca diacyminos, licet non uiderim eius in expulſione napelli magnum

Digitized by Google

iuuamentũ, in punctura uerò uiperę eſt mirabilis ualdè, cum autem morſus ſine punctura animalium ignoratur cuius ſit, tunc ſtringatur quod eſt ſupra puncturam, et ponanť deſuper uentoſę et ſugatur, & ſcindantur pulli calidi & ponantur deſuper, deinde ponantur deſuper uẽtoſę & ſugatur, & uaporetur cũ eis, & ponantur cancri cõtriti. Quod ſi locus incipit peruenire ad corruptionẽ, abſcindatur locus, ſi fuerit in loco præparato inciſioni, aut cauterizetur. Incipiẽs enim puenire ad corruptionẽ & putrefactionẽ, eſt ſignificatio q̃d eſt punctura animalis pernitioſi. Dum autẽ non incipit tẽdere ad corruptionẽ & putrefactionem, quãuis ſit uehementis doloris, cum non dum ſit ei uelox perambulatio in corpore, non eſt malũ ægro ex eo. Et tunc eſt deterius cũ cadit punctura iuxta, cor, aut ubi eſt arteria magna. Illud uerò quod confert puncturę uiperę eſt theriaca magna, & quandoq; cõfert ei mithridatũ magnũ, & medicamẽ de aſſa, & butyrũ uetus, & medicamen de eruo & comeſtio alliorũ, & potus uini puri. Mordicationi autẽ ſcorpionũ cõferunt uaporatio & aſſa, & allia, & medicamẽ de aſſa, & theriaca diateſſaron, epithema cum euphorbio, & oleum antiquum. Ad gerarat autem puncturã cõfert theriaca alcifarui, id eſt, exercitualis, & poma acetoſa & folia eorũ & taraſſacum, id eſt, trochſci, mel agreſte, & abſinthiũ nabutium, & ſcalpellatio in loco mordicationis & ſuctio. Rutelę autẽ mordicationi confert balneum calidum ualdè, & tina, & ſepeliri in arena & cinere calido, & accipe puluerem de nigella, & ſemen apij, & medicamen de aſſa. Veſpę autem & apis puncturę confert epithema de bolo armeno, & aceto etiam, & camphora, & ſupponere fruſtũ grandinis in ano, & emplaſtrare cum maluis & portulaca, aut ſolano. Mordentia autem ſi dentes ſuos dimittant in loco morſurę, oportet ut fricetur cum oleo aliquo, deinde cinere lini, deinde emplaſtretur cum eo donec egrediantur. Canis autem rabioſi morſus eſt maximum nocumentum, & eius ſigna ſunt rubedo oculorũ, & proiectio linguę extra, & intromiſſio caudę inter crura, & ſpuma currẽs ex ore, & raucedo uocis, & abhorrere ſocios, & notos, & inuadere omnem cui obuiat, & fugiunt canes ab eo, & dicitur quod ſi liniatur ex ſanguine currẽte ex morſu eius panis, non comedunt eum reliqui canes, & quod ſi emplaſtretur uulnus cum maſſa, & proijciatur gallinę, non comedit ipſam, & ſuperuenit ægro timor aquę ad minus à quadraginta diebus uſque ad quatuor menſes. Cum ergo ſentit infirmus quod canis qui eum momordit eſt rabioſus, tunc oportet ut ponãtur ſuper locum morſus uentoſę & ſugatur, & ponatur deſuper eruca elixata confecta cum butyro uaccino, & ſumat in potu medicamen de cancris & rege ipſum regimine melancholicorũ, ex humectatione corporis, & eductione melancholię, de medicinis quę interficiunt. Ille autem qui cantharides in potu ſumit, iuuatur potu lactis & olei amygdalarum, & ſignum eius eſt, quod mingit ſanguinem & dolet ueſica eius, deinde curetur cura ulceris ueſicę, & confert ad potum medicamen de aſſa, & theriaca diateſſaron. Et cõfert ei qui bibit hyoſcyamũ album lac, propriè poſt uomitum ſi ſuccurritur ei ueclociter. Et confert fungis et tuberibus pernitioſis, uomitus, & medicamen de aſſa, & medicamen diatrionpipereon, & ſumere in potu piper cum uino ueteri, & ut uomat cũ nitro ſalſo & baurach.

Morſus rutelæ. *Veſpæ & apes.* *Morſus canis rabidi.* *Potui cantharidum.* *Fungis.* *Potui lactis.*

& baurach. Illi autem qui bibit lac, & adueniunt ei poſt ipſum mollificatio, & nauſea, & ſudor frigidus, bibat acetũ forte, deinde ſumat ex aſſa, aut ex calamento, ſyropo acetoſo ℥.i, una uice poſt aliam uicem. Et ille cui pſyllium facit accidere ſimile huic, euomat, & ſumat in potu poſtea medicamen de aſſa, & theriacam diateſſaron. Et ſimiliter fiat ſi accidant homini huiuſmodi accidentia à comeſtione coriãdri plurimi, humidi, cuius ſignũ eſt, quod odoratur ſuper corpus eius ſudor coriandri, & conferũt ei illa quę diximus conferre ei qui bibit pſyllium. Et quando accidit ex comeſtione aſſaturę, quę inuoluitur cum extrahitur à furno in aliqua re, & non permittitur euaporare parũper, uertigo ſimilis epilepſię, euomat ergo, deinde ſumat in potu rob fructuum acetoſorum, deinde detur in potu rob fructuũ ſtypticorum, & miua, deinde ſaccharum roſarum cum xiloaloës Indo, & maſtiche, & quęrat ſomnum & ingrediatur balneum. Et piſces frigidi cum ſuperuenit eis unus dies aut duo, & ſunt aſſati, faciunt ſimile illi, & cum dimittuntur in loco humoroſo frigido & ſunt ſuffocati, accidit enim ex eis illud quod accidit ex comeſtione fungorum pernicioſorum ſuffocantium. Et cura eius eſt, ut euomat, & ſumat in potu uinum purum cum pipere, & curetur cura fungorum. Et ſimiliter nuces & auellanę cum fuerint raucidæ & comeduntur, quandoque enim accidunt ex eis accidentia mala, quibus confert rob cotoneorum, & rob pomorum. Et lac habens odorem lini putrefacti, eſt malũ etiam, quare oportet ut curetur cum uomitu, & detur poſt illud diacyminum, & diatrion pipereon, & detur in potu uinum purum, & fomentetur ſtomachus cum oleo nardino.

Eſui coriandri.

Nuces raucidæ.

Quæ accidentia mala quandoq; accidunt ex laxatiuis & uomitiuis, & quod habeant purgare, & quibus ſit utendum. Cap. CXLII.

QVandoq; accidunt ex potu medicinarum ſolutiuarũ, et uomere facientium malarum, ſicut mezereon & deridrę & ſabrem, & ſpecies lacticiniorum aliorũ, & medicinæ plures ignotæ, ſicut helleborus niger, & gilbernech, & cõdyſi, & ſimilia accidẽtia mala ualdè, quapropter oportet ut ſint contenti ex ſolutiuis eis quę ſunt faciliora, ſicut mirobalani, & uiolę, & pruna, et ſyropus roſatus dictus, & ſyropus uiolatus, & quę ſunt ſimilia illis. Et ſint contenti turbith, & aloë, & epithymo, & polypodio, & pulpa colocynthidis, & agarico, & ſenę, & fumo terræ, caſſia fiſtula, & tereniabin, & tamarindis & ſcamonia, antiochena bona, & deuitetur coraſcena quoniã eſt pernicioſa, & euomant omnia quę neceſſe eſt uomere, & ſint contenti ex uomitiuis, ſyropo acetoſo, & raphano, & ſemine anethi, & eruca, & alchotar, & medicamine habẽte ualdè parum cõdyſi, cum neceſſarius eſt uomitus fortis, & nuce uomica, et granis alracha, aliâs meuia, quę ſunt ut exiſtimo è nuce uomica, et ſimilibus ex illis quę experti fuerũt et tentauerũt, de quibus iam diximus in hoc libro. Et deuitent uomitum, et ſolutionem uentris cum medicina ignota, et quando accidit ſuperfluitas ſolutionis uentris, da in potu medicinas in quibus ponitur aliquid opij, et hyoſcyami, et fac ægrum ingredi balneum, et da ei ad potandũ ſauich de nabac, et ſauich de algebra, et puluerẽ de granis granatorum, et non des in potu medicinas, in quibus eſt hyoſcyamum et opiũ, niſi

Digitized by Google

cum iſte non operatur, & ubi uides ſolutionem infeſtare uehemẽter, & timetur quod cadat uirtus, cum ergo indiges eis incipe, & da eas in potu. Et cura eius in quo ſuperabundat uomitus, eſt cura cholericę paſſionis. Et nõ des in potu catharticum bis in die una, & nõ ſoluas in uehementia caloris, neq; in uehementia frigoris, quoniã non fit ſecuritas quin ſolutio fortiter ſuperfluat in parte frigoris & caloris, neq; ſoluas in febribus fortis caliditatis, & cum debilitas uirtutis adeſt. Et illis quibus ex conſuetudine ulcera in inteſtinis ſolẽt fieri, & quibus uelociter aduenit excoriatio, & illum cuius natura facilitatem ignoras, & difficultatẽ ſecundũ medicinam ſolutiuam non ſoluas. Quare ergo ab ipſo quantum ex medicinis ſolutiuis potare conſueuit, & quantũ ex ea ſoluere ſolitus eſt, & quot aſſellationes habere, ut inde ſignificetur menſura, quam neceſſe ſit te in potu ei tribuere. Et ſi tibi neceſſe eſt, ut alicui in potu medicinam ſolutiuam incipiẽdo tribuas, ſcilicet, qui nunq; antea medicinam ſumpſit, in primis da ei leuiorẽ medicinarum, et quę ex medicinis leuior ſit, aut ex forti, quantitatem minorem, deinde poſt illud adde in illa, donec cognoſcas menſuram ei æqualem. Et ſcias quod multi hominum, quorũ naturę ſolutiuę uelociter obediunt medicinę, ſunt macilenti, pingues uerò diuerſi ſunt ad hoc.

Tẽpeſtate præcalida perfrigidaq; nõ purgandum.

De aloë. *Cap.* CXLIII.

ALoës ſolutione educit choleram, & etiam humiditates, & eſt de ſublimibus medicinis ſolutiuis, cõgruum ſtomacho, ſeu aperit orificia hæmorrhoidarum, qui ergo hæmorrhoidas patitur, & eius eget acceptione, ipſum cum bdellio & tragacantha ſumat, ſi ipſum ſumere ei neceſſarium fuerit, & poſt ipſius acceptionem in aqua cucumę ſedeat, ſitq; doſis ex aloë ab aureo 1. uſq; ad 2. aureos. Eius autem ſolutio eſt tarda, quapropter oportet ut conſideretur, & non fiat poſt ipſum ad comedendum pręparatio.

De turpetho. *Cap.* CXLIIII.

TVrbit eſt medicina ſublimis paruę malitię, at uerò q̃d album eſt recens, gummoſum nõ plurima indiget rectificatione, & ipſum quidem ſolutione educit humiditates, & phlegma quod non eſt plurimę uiſcoſitatis, cuius doſis eſt à ʒ.3, uſq; ad. 4, cũ decoquitũ, & ſi ſumitur ſecundum modum ſuum, eſt à ʒ.1, uſq; ad aureum unum. Pulpa colocynthidis educit phlegma, & extrahit ipſum ex profundo corporis, & ille qui conſuetus eſt pati excoriationẽ, oportet ut miſceat eam cum tragacantha, aut bdellio. Cuius doſis eſt à quarta ʒ. unius uſque ad ʒ.s. Agaricus autẽ educit melancholiã & phlegma craſſum. Cuius doſis eſt ʒ.3, & tardę ſolutionis. Scãmonia ſoluit cholerã & humiditates forti uirtute, & cũ ex ea ponitur cum aloë, & mirobalanis rectificatur ex eis, & ſimiliter rectificat ipſam rob cotoneorũ & aqua ipſa cotoneorũ, & quando cotonea ipſa cum ea ponũtur in confectionibus, ſicut electuarium de cotoneis, & ſimilibus, eſt uelocioris operationis & minoris malitię. Cuius doſis ſit à. 7. granis. & s. uſque ad quartam ʒ.1. Polypodium uerò educit melancholiam & phlegma ſal-

Colocynthis.

Agaricus.

Scammonia.

Filicula.

Digitized by Google

gma ſalſum, & ſanat ſciſſuras fortiter quę fiunt in manibus, & ponitur in decoctionibus cum epithymo, cuius doſis ſit à duabus ʒ. uſque ad ʒ.3. Epithymi uerò doſis ſit à ʒ.4, uſque ad 7.ʒ, & non indiget rectificatione, & ſoluit melancholiam. Myrobalani citrini ſoluunt choleram, & nigri Indi, ſoluunt melancholiam, nigri uerò in quibus eſt ponticitas, non ſunt conuenientes ad ſolutionem faciendam, imò ad ſtomachi pręparationem, & non oportet ut de myrobalanis bibatur ad ſoluendum. Sed aqua eorum cum ſaccharo, & tereniabin, quorum doſis ſit à.ʒ.10, uſque ad 20. Senę autem & fumus terrę conferunt pruritui, & bothor, & educunt cholerã cum facilitate, ſitq; doſis à.ʒ.4, uſque ad 6.ʒ, in decoctione cum accidit, & ſimiliter uiolę. Aqua uerò caſei, cholerã cum facilitate educit, de qua neceſſe eſt calefactos, & qui medicinas non tolerant calidas, diebus multis in potu ſumere. Quæ quidem pruritui conferunt ſicco, & malis ulceribus ſiccis, ſicut ſahafati & impetigini, & melãcholię et leprę, & ęgritudinibus quę illis ſunt ſimiles, ipſa nanque choleram educit & aduſtam ſimul.

Epithymus.

Myrobalani lutei.

Senæ & fumus terræ.

Aqua caſei.

De febribus Ephimeris, & poſtea de Ephimera. *Cap.* CXLV.

SPecies febrium primę tres ſunt, alię enim ſunt quę fiunt in ſpiritibus, ſicut febris ephimera, & alię ſunt, quæ fiunt in membris radicalibus, ſicut febris hectica, & tertia fit in humoribus, ſicut febris putrida. Febris autẽ Ephimeræ ſigna ſunt, q̃d ipſa ſemper accidit ab alteratione eueniẽte, ſicut uigilijs & labore ſuperfluo, aut fame, aut ſiti uehemẽti, aut acceptione medicinæ, aut acceptione ciborum calidorum, aut ex ira ſuperflua, aut cogitatione uehementi, aut caliditate aëris, aut propter ſtationem in ſole, aut propter frigus aëris in itinere, aut natationem in aqua frigida, aut in aqua aluminoſa, aut caſu, aut percuſſione, aut propter potum uini puri, plurimi, fortis, aut propter ſatietatem nauſeatiuam, ex multitudine comeſtionis, aut propter famem uehementem, aut propter catarrhum, aut coryzam, aut fluxum uẽtris, aut longitudinem morę in aëre balnei, & non mutatur ex ea color urinę, neque tingitur ex ea plurimum, neque pulſus fit uelox, neque frequens uehementer, neque corporis tactus in ea eſt adurens, mordicans, neque anhelitus eſt uehementer conſecutiuus, neque lingua eſt uehementis aſperitatis & ſiccitatis, & non fit quidem in initio ipſius horripilatio, & poſt eius declinationem ſudor, aut humoroſitas proculdubio. In eo igitur qui hac febricitat febre, non eſt neceſſarium niſi ut conſideretur eius declinatio, deinde mittatur in balneum, & ſuper ipſum aqua tepida fundatur, & ipſius corpus temperatè fricetur, balneum uerò nõ ſit ſuperfluè calidum, niſi illis qui frigore febriunt ſuperfluo, quod eis aduenit in uia. In illo autem cui aduenit ex labore, & laſſitudine, & fatigatione plurima, multiplica iuncturarum inunctionem cum oleo aliquo, & ſuper ipſum aquam effunde tepidam, in loco balnei non calido, deinde educ eũ de balneo, & ciba ipſum cibo facili humido, & pota ipſum uino permixto mixtione ſubtili, & prolonget ſomnum. Ille uerò cui hæc febris ex contritione accidit, aut obuiatione, & apoſtematur locus apoſtemate calido, balneum non ingrediatur, ſed

De Ephimera ex labore.

Ephimera ex contritione.

Digitized by Google

phlebotoma ipſum, & locum apoſtematis infrigida, & ad locũ apoſtematis ſingulariter intende, & cura ipſum donec ſedetur. *Ephimera ex potu uini.* Illum uerò cui hęc febris ex potu uini puri plurimi accedit, balneũ ingredi nõ facias. Sed in potu aquam granatorum acetoſorum ei tribue, & aquam agreſtę & ſimilia illis ex rebus infrigidantibus, donec ſedetur in eo febris integrè, deinde fac eum ingredi balneum cum facilitate & lenitate. *Ex æſtu ſolis.* Ille uerò qui ex longitudine ſtationis in ſole febrit, in aqua dulci recenti balneetur, & ſuper caput ipſius acetum de uino, & aquam roſarũ pone, & in potu ſauich de hordeo ei tribue, cum ſaccharo & aqua niuis. *Ex thermis.* Illum autem qui ex aquis thermarũ febrit, in balneum ſemel mitte, & ipſum cum oleo benè inunge, & ſuper ipſum tepidam aquam infunde, donec corpus ipſius creſcat & infletur, & rubeat.

Ex gula. Illi uerò qui propter cibi ſuperfluitatem febrit, præcipe ut ſomnum prolonget, & phlebotoma ipſum, ſi coloris eius rubedo uehemens ſit, neque tribuas ei aliquid duobus diebus niſi ſauich. *Ex inedia.* In illo uerò qui ex fame febrit, nõ cõſideres febris declinationẽ, ſed da ei in potu ſauich de hordeo cum ſaccharo, & aquã niuis tribue, & ipſum cibis infrigidãtibus & humectantibus ciba. *Ex fluxu uentris.* Illum autem qui ex fluxu uentris febrit, qui ei ſuperuenit balneum ingredi fac, deinde ipſum ciba frigidis, uentrem retinentibus. *Ex catarrho.* Illum autem qui ex catarrho, uel coryza febrit, phleboroma, deinde uiolas conditas & aquam hordei ei in potu tribue. *Ex balneo.* Si propter longam moram in balneo febrit, in domo uenti dormire fac, aut in loco frigido, & da ei in potu aquam cum niue, & ſuper ipſius corpus ſantalos, & aquam roſarũ, & camphoram cum roſis contritis pone. Et plurimę quidem harum febrium finiuntur, die & nocte, & ſunt de his, qui uſque ad. 3. aut. 4. extenduntur dies, cum autem tres pertranſeunt dies, tunc iam egrediuntur à genere febris ephimerę.

Huius quoque febris plurimum non fit niſi ex repletione, & ex oppilatione pororum & rubent cum ea facies & oculi, & confert ei phlebotomia, & caliditas huius febris ephimerę quantitatẽ nõ pertranſit. Cum ergo febrem ephimeram in primo die uides, demum in ſecunda die eam inuenis acutam, & urina iam tingitur, & pulſus fit uelox & anhelitus, & rubent facies & oculi, tũc ęſtima quod eſt de genere huius febris. Incipe ergo ſuccurrere phlebotomando ęgrum, & ſoluendo cum aqua de fructibus, & ſi febris in die tertio addet caliditatem, & pulſus, & anhelitus uelocitatem, & frequentiã, tũc non dubites quin ſit hæc febris. Incipe ergo cum phlebotomia & ſolutione cum aqua de fructibus, & ſi eſt rubedo manifeſta, & pulſus plenus, & corpus carnoſum, & in tactu cũ caliditate humoroſitas, Incipe cum phlebotomia, & ſi in colore non eſt rubedo plurima, & corpus eſt extenuatum, lene ac lacertoſum, & pulſus frequens eſt, & uelox, & latus, & caliditas mordicatiua, & cutis obſcura, ſicca, cum tangitur corpus, tũc cum aqua de fructibus facienda eſt ſolutio, deinde ſyropũ acetoſum purũ ei in potu tribue, & ipſum in ea ex aqua hordei ciba, cum aqua duorum granatorum. Quum ergo alleuiatur, fac ipſum ingredi balneum, præter quod ſit calidum, & in ipſo cum furfure tritici frica ipſum, & eius fricationes multiplica, & ablutionem cum aqua tepida, deinde ipſum extrahe, & fac eum dormire in denudatorio ut ſudet, tunc enim cum hoc regimine eum à febre continua euadere facies.

Digitized by Google

De febre putrida. *Cap.* CXLVI.

SVnt ſeparabilis & continua, de quibus ſunt tertiana, quartana, phlegmatica, ſynocha, cauſos, cōpoſita, & febris apoſtematum. Putridarum autē febrium ſigna ſunt, quod incipiūt ſine alteratione corpori extrinſecus adueniente ex cauſis extrinſecis, quas dixmus in ephimera. Sed eueniūt, & eſt cum eis omnibus horripilatio aut tremor, niſi cum ſynocha quę eſt ex eis, & quibuſdam febribus apoſtematum, & caliditas earū omnium eſt fortior caliditate febris ephimeræ, & pulſus, & anhelitus, & urina ſunt uehementioris alterationis, unde unicuiq; ſunt earū ſigna propria.

De febre tertiana. *Cap.* CXLVII.

SIgna tertianæ propria ſunt, q̄d incipit cum horripilatione ſimili puncturę acus, & non prolongatur ſpacium horripilationis, neque concutiūtur in ea dentes, & non eſt in ea frigus ad calefactionem, uel ad caliditatem declinans, & feſtinat eius inflammatio, quare magnificatur pulſus, & anhelitus, & frequens fit ualdè, & uehemens fit inquietudo, caliditas, ſitis & anguſtia, & quandoque accidunt alienatio, & uomitus cholerę, & egeſtio eius, & fit in complexionibus, ætatibus, & corporibus calidis, & qui plurimum utuntur labore, & plurimum abundant humoribus, & cibis calidis generantibus choleram, & ſi fuerit cum iſtis ſignis, aut quibuſdam eorum, & iam febricitauerunt plures homines febres tertiana, tunc iudica quod eſt febris tertiana. Cuius quidem cura eſt ſolutio uentris, cum aqua fructuum, ſicut ſyropo de prunis, ſyropo roſarum puro, aut decoctione leui, & fac illud die non periodi, & da ei poſt illud aquam hordei, & aquā citrulli, & ciba ipſum ſauich & aceto, & oleo amygdalarum, & aqua eius ſit aqua herbarum frigidarum, & omnium quę extinguunt calorem, & infrigidant, & ſit ſtudium tuum ad extinguendum ſecundum quantitatem uehementiæ caliditatis & tepiditatis eius. Si autem exiccatur natura, tūc pręmitte aquam prunorum, antequam cibes per duas horas, & ſi ſoluitur, tunc aquā granatorum muzorum contritorum, cum granis ſuis & ſua pulpa da. Si ergo non erraueris hoc regimine, tunc reſoluetur febris uſque ad quartum periodū aut minus, & hæc quidē febris plurimum ſtat in periodo quarto, et quandoque ſeparatur in ipſo, et plurimū quo extenditur, eſt uſq; ad periodū ſeptimū. Quæ autē pertranſit ſeptē periodos, nō eſt tertiana pura ſimplex, ſed eſt compoſita in qua eſt cōmixtio phlegmatis et loquemur de ea.

De febre tertiana.

De ſignis inſeparabilis tertianæ. *Cap.* CXLVIII.

SIgna tertianæ inſeparabilis ſunt ſigna febris tertianæ, pręter horripilationē, et ſudorem, nō enim eſt cum ea niſi cum eſt criſis, et caliditas febris, et alienatio in ea ſunt uehementiores, et ſunt in ea aſperitas linguę, et citrinitas, aut nigredo ipſius, et cum lingua eſt nigra, eſt malignior, et quādo eſt alba, eſt melior et leuior, et quādo eſt citrina, eſt inter illas in malitia. Et differentia quidē eſt inter febrē tertianā & continuā, & continua quę fit ex ſanguine eſt, quoniam hæc fit fortior in tertio, & non ſunt in ea rubedo ſuperflua, & extenſio in corpore, & diſpoſitio ſimilis aſchmati, & conſtrictio anhelitus, quoniam cum febre ſanguinea ſunt iſta accidētia. Intēde ergo in curatione eius, ita ut des in potu infirmo ſyropum de prunis in mane, & aquam hordei cum eleuatione ſolis, & aquā citrulli, aut aquam

Digitized by Google

cucurbitę, aut aquã melonis Indi, in meridie, & mucillaginem pſyllij apud ſomnum. Quod ſi natura fuerit obediẽs & aluũ deijciẽs omni die plus duabus uicibus, reduc diuerſitatẽ, da ergo ei loco aquæ prunorum, aquã granatorum muzorum contritorum cum ſuis interioribus, & intende in extinguendo quantum potes, & nõ attendas, neque auſcultes illud quod dicitur à ſtultis medicinę, quod multitudo extinctionis tardat criſim. Ego enim iam expertus ſum ambas uias, & inueni hanc uiam incolumiorem, & ſecuriorem, & minoris timoris, & qui mortui ſunt ex habentibus hanc febrem, cum hoc regimine multo pauciores ſunt eis, qui mortui ſunt cum regimine primo omnino. Dimittere enim extinctionẽ & ſubtiliationem regiminis, ut appropinquet criſis, eſt dimittere ægrum ad mortem proculdubio, niſi ſeparetur ei ſuperfluitas humiditatis in corpore, aut inobediat medico, & bibat aquam frigidam plurimam, aut comedat cibum quem deſiderat plurimum, & ſi non plurimum eorum cerebrum aſſatur, & ſtomachus ita ut ſpaſmetur, quare diſſoluuntur oculus & mandibula, & accidit eis tortura ab aſſatione cerebri, & ſpaſmantur nerui, & non prohibetur in hac febre, quin in potu ſumat æger aquam frigidam, cum uult, & quod appetit de fructibus frigidis humidis.

De ſynocho. Cap. CXLIX.

INcipit hæc febris calida ſine tremore, & rubent cum ea facies & oculi ualdè, & conſtringitur anhelitus, & tactus eius ſicut tactus balneati, & fuit regimen cum eis, quę pręceſſerunt regimẽ multiplicatiuum ſanguinis, & eſt ante commotionẽ eius grauitas in corpore, & additio in ſomno, & pulſus eſt cum ea magnus & plenus, & urina eſt rubea & ſpiſſa.

Et cura eius eſt, ut ſuccurras ei in principio rei, & antequã uirtus cadat ualdè, cum phlebotomia, & dimitte ſanguinem currere donec ægro ſuperueniat ſyncopis, & ſi fuerit debilis, ciba ipſum medulla panis, cum aqua granati muzi, & aqua agreſtę, deinde dimitte eum, & ad ultimum nõ dimittas, quin procedat egreſſio ſanguinis uſque ad ſyncopam, & poſt illud da ei in potu aquam granati muzi, & ciba ipſum aqua hordei, & rege ipſum regimine habentium cauſon febrem. Sed ſit cum extinctione minori, & ſi tardatur phlebotomia in diſpoſitione ſua, ſtude, ad dandum illi in potu aquã frigidam plurimam, & da ei in potu ex illa uſquequo ſatietur, aut infrigidetur & tremat. Si ergo declinat iã ſufficit tibi, & ſi redit, & tu itera uſque quo declinet, & fiat febris leuis adhęrẽs, & tunc quidẽ rege ipſum regimine febris phlegmaticę, hoc enim regimen confert in hac febre, & ego iam expertus ſum, & ꝓbaui ipſum, & liberata eſt per ipſum gens plurima, quę erat iuxta mortẽ à timore magno. Non ſis ergo piger dando in potu aquã frigidã, cum uehemẽs eſt neceſſitas, neque dimittas eam niſi quãdo hæc febris ſynocha eſt ex apoſtemate in ſtomacho, aut in hepate, aut matrice, aut renibus, aut ueſica, aut diaphragmate, & pulmone, & ꝓpriè in diaphragmate, & pulmone et pectore.

Signa neceſſitatis dandi in potu aquam frigidam. Cap. CL.

IN ſtomacho uerò & hepate eſt timor in dimiſſione tribuendi in potu aquã frigidã, cũ ipſa uehemẽter eſt neceſſaria magis, quã ſit timor in eo quod generat ex malitia ſua, nõ ergo dimittas ipſam tribuere in potu, cũ uehemẽter eſt

ter eſt neceſſaria. Et ſigna uehemẽtis neceſſitatis eius ſunt, uehemẽtia inflãmationis febris, & q̃d pulſat cor, & tremit poſt aſſiduationẽ febris ſecundũ illã diſpoſitionẽ difficilẽ duobus diebus aut tribus, & nõ extinguũt eã extinguentia, & nõ ualent in ea. Quũ ergo pulſat cor cum hoc, tunc iam bullit ſanguis ebullitione, & non liberat ipſum tunc, niſi in potu ei detur aqua frigida, & detur ex ea in potu ſubitò tantum, quod ſatietur. Res enim frigidę fortes, tunc non perueniunt ad id quod eſt neceſſariũ. Nam ſi non potant iſti aquã frigidã, ſuperuenit eis ſyncopa poſt paululum, & finduntur uenę in uentribus eorum. Quare emittunt ſanguinem per nares, & largè expellitur ſanguis, & moriuntur, & illud quoniam arterię propriè franguntur, & quandoque bene ſunt poſitę & fortes, quare non accidit eis hoc accidens. Sed conſtringuntur eorum anhelitus & pręfocantur ſubitò, quare oportet ut fiat, quatenus uincat q̃d accidit ex malitia ſumẽdi in potu aquã frigidam, nec habẽt timorẽ magnũ, fortaſſe enim nõ accidit ex ea niſi debilitas febris, et prolõgatio ſpacij eius, & aduẽtus apoſtematis duri in uiſceribus, & illud eſt ex eis quibus expellitur mors cito, & quandoque eſt poſſibilis etiam ut ſuccurrat cura huius febris cum ea. Quum ergo adminiſtraueris phlebotomiam & dederis in potu aquam frigidam, tunc rege febrem poſt illud ſecundum quantitatem quam uideris de reſiduo caliditatis eius, cum aqua granatorum, aut cum aqua ſacchari roſati, aut aqua hordei, aut ſyropo acetoſo, aut trochiſcis de roſis & ſimilibus.

De phlegmatica febre periodica. *Cap.* CLI.

Signa ſunt quod ipſa incipit cum horripilatione ueri frigoris, & tardatur in calefaciendo & eit horripilatio longi ſpacij, & facit paroxyſmum omni die, & fortaſſe non calefit, & non eſt uehementis inflammationis, & eſt cum ea uomitus phlegmatis, & humiditas in ore, & debilitas appetitus, et paucitas ſitis, & plurimũ accidit mulieribus, & phlegmaticis, & pueris, & eunuchis, & in eis qui aſſiduant cibos, & regimina humectantia, & qui multũ utitur fructibus humidis, & molleſcit corpus, & inflantur palpebrę inferiores, & albeſcit facies & citrinatur. Cuius cura eſt, uomitus cũ ſyropo acetoſo, & aqua calida in horis horripilationis, & uaporatio cũ aqua calida, & cum uideris quod phlegma eſt craſſius, quod ſcies ex craſſitie eius quod egreditur cum uomitu, & difficultate eius, & ex pigritia febris, & longitudine ſui tẽporis & ſui paroxyſmi, & difficultate calefactionis ipſius, tunc ciba eum illis quę incidunt phlegma ante uomitũ, & da ei in matutinis ſaccharũ roſarũ, & ſyropum acetoſum, dum permanet in eo caliditas ſuperflua. Quũ autẽ non fuerit caliditas eius caliditas ſuperflua, tunc da ei trochiſcos de eupatorio, & medicinas fortes ex prouocantibus urinã, ſicut aniſi, ammeos, & ſemen apij, & adminiſtra balneum, & euacua corpus cum cathartico forti, & non dimittas in hoc toto, quin cõfortes ſtomachum propriè cũ maſtiche & olibano, & cyperis & ſimilibus, proijciendo ea cum illis quibus curatio fit. Cum hac enim febre debilitatur ſtomachus.

Phlegmaticæ

Phlegmaticæ continuæ ſigna. Cap. CLII.

CVm hac febre ſunt omnia ſigna, quæ ſunt cum phlegmatica, preter quod horripilatio nõ eſt cum ea, imò ſimilitudo horripilationis in corpore et caliditas eius eſt addita, et ſudor in ea etiam non fortaſſe eſt, niſi cum totaliter ſeparatur, imò plurimum eſt ſeparatio, ideſt receſſio huius febris, & phlegmaticę periodicę utriuſq; quartanæ, & omniũ febrium prolixarum, tardarum, abſq; criſi, imò cum reſolutione alicuius rei poſt aliam rem. Si autẽ eſt in diſpoſitione aliquando, tunc cum uomitu & ſolutione uẽtris, & cura eius eſt, ſicut cura phlegmaticę periodicę. Verũtamẽ oportet ut ſit intentio tua in hac ſecundũ ea quę calefaciũt, cũ cautela plus, & propriè cum caput eſt debile, & æger eſt ex illis in quibus conſuetę fiunt ægritudines, multotiens enim fit in eleuatione huius febris birſen frigidum, & perueni ad confortandum ſtomachum cum ſaccharo roſato, & trochiſcis de roſis & ſimilibus, & ſi caput fuerit debile, & febris fuerit tarda, tepida, tũc da ei in potu fortia in prouocando urinam, & euacuando phlegma cũ eis quę ſunt, ut trochiſci de eupatorio, & pilulę in quibus eſt pulpa colocynthidos, & aquã ſeminũ & radicum, & aquam mellis, & cymini, & diatrion pipereon, & non dimittas uomitũ cum eis quę incidunt, non enim prolongatur plurimum cum hoc regimine, & multotiens quidem peruenit hęc febris ad hydropiſim & propriè ad hypoſarcã, cum ergo uideris incœptionẽ corruptionis complexionis, tunc incipe ſuccurrere ei cum eis, quę diximus in Capitulo hydropiſis, & elige ex illis medicinis conuenientiores earum, ſecundum caliditatem febris et tarditatem eius.

De quartana periodica. Cap. CLIII.

HOrripilatio difficilis uehemens, conſequens profunditatem oſſiũ & debilitatur pulſus in principio eius ualdè, ita quod ſi tu aſſiduas illum qui hanc febrẽ habet, nõ indiges cum eo ſignificatione alia, licet enim pulſus minoretur in incœptione omnium aliarum febrium, non tamen minoratur ſicut in hac, & plurimum quidẽ accidit hæc poſt febres, cum permiſcẽtur eorum paroxyſmi. In incœptione uerò ô quam parum accidit, & plurimum quidem accidit in autũno et in hyeme, et in eo in quo dominatur cholera, & habentibus ſplenes craſſos, et qui multũ utitur cibis melancholicis, et caliditas eius cum calefit, eſt infra caliditatẽ tertianę et cauſonidis uerę, caliditatis ſiccę, ualdè mordicans palmam. Et caliditas ſanguineę continuę, eſt acuta. Sed eſt cum humoroſitate ſicut diſpoſitio uaporis cũ aqua calida. Et caliditas phlegmaticę diuerſa eſt, ſicut diſpoſitio caliditatis peruenientis ad manũ retro, poſt rem perforatã. Et q̃rtanę caliditas eſt infra caliditatẽ tertianę, Sed nõ eſt in ſiccitate et aſperitate infra illã. Et cura huius febris eſt ſemper, ſi aq̃ cũ ea eſt rubea et craſſa, et quãdo accidit poſt febres calidas, cũ phlebotomia Baſilicę ex latere ſiniſtro, deinde ſoluere uentrẽ ęgri multis uicibus cõtinuis. Et ſi nõ eſt caliditas febris uehemẽtis fortitudinis, cũ decoctione epithymi ſecundũ modũ ſuũ, & ſi eſt fortis caliditatis, tũc cũ ſyropo acetoſo, et epithymo, et aq̃ caſei, in qua infuſum eſt epithymũ, et cũ decoctione mirobal. nigrorũ, et infuſione eorũ, et ſi fuerit

caliditas

Digitized by Google

caliditas eius ſicut fortior caliditas, quę eſt febrium quartanarum, tunc aquã caſei ſolam, & ſi fuerit poſt febres phlegmaticas aut commixtas, tũc administra uomitum poſt inciſiua, ſubtiliatiua, cum quibus nõ eſt plurima calefactio, ſicut ſicla cũ parua quãtitate ſinapis, ſyropus acetoſus, & raphanus, & fac ipſum uomere, & da ei in potu quãdo antiquatur & alleuiatur horripilatio, illud quod ſudare facit, ſicut cardamomum & medicamen de aſſa, eſt melius eo & uelocius ipſo, & pone coram eo, & poſt ipſum duo uaſa in quibus ſit aqua bullita cũ chamæmelo & ſceha, & calamẽtum, & cooperi eum cũ pannis in hora paroxyſmi, & horripilationis, ut uelox ſit eius calefactio, & prouocetur ſudor, & mitte eum in huiuſmodi hora in balneum inter omnes duos dies, aut omni die, non in die paroxyſmi. Si autem febris fuerit tepida, nõ ſubtilies regimen eius, ſed da ei cibos leues, ſicut caro arietum, & aſſidua lenificationem eius naturę, ita, ut des ei ſemper aquam ſiclę, & aquã cauliũ, & ficus infuſas in aqua mellis, & ius galli uetuſti decocti cum aqua & ſale, in quo proiectum fuit aliquantulũ polypodij, de quo ſorbeat parum ante cibum ſuum, & itera ſolutionem & phlebotomiam, ſi nõ uideris ei plurimam diminutionem, ipſa enim nõ prolongabitur ſecundũ hoc regimen.

Signa quartanæ continuæ. *Cap.* CLIIII.

SIgna ſunt ſigna quartanę periodicę, ueruntamen non eſt horripilatio, & fit fortis in quarto, & tepeſcit in alijs diebus, & ô quam parum eſt eius euentus, & ei quidem confert phlebotomia Baſilicę propriè, deinde phlebotomia Saphenę, deinde prouocatio urinę ſi fuerit pigrę caliditatis, & fiunt cum ea in ore lenitas, & humiditas plurima, & ſolutio melancholię cum non fuerit iſtud, & accidit poſt febrem acutam.

Febres quæ faciunt paroxyſmum in quinque diebus, aut ſex & plus. *Cap.* CLV.

O Quam parum euenit paroxyſmus pertranſiens quartã, ueruntamen ego iam uidi paroxyſmos tranſeuntes multotiens, & ſunt febres omnino ex humoribus craſſis, & eſt cura earum ſicut cura quartana.

Febris compoſita. *Cap.* CLVI.

SPecies febrium compoſitarum ſunt plures ualdè, & in omni compoſitione earum faciunt accidere periodos ſimiles periodis febris ſimplicis, quamobrem non oportet ut confidas in cognoſcenda febre, ex periodis eius, imò ſecundum accidentia eius propria, quandoque enim euenit ex compoſitione duarum tertianarum paroxyſmus omni die, & iſte eſt periodus febris phlegmaticę. Sed cum uides paroxyſmũ omni die cum accidentibus tertianę, ſcias quod ſunt duę tertianę, unius, quarum paroxyſmus accidit cum recedit alia tertiana. Et plures febres compoſitę accidentes ſunt illę, quę fiunt ex cholera & phlegmate, & iſtę febres prolixę ſunt & malę, quarum ſigna ſunt permixta ex ſignis tertianę, & faciente paroxyſmum omni die, quare in una die erit calida propter uehementiam inflammationis, & in alia die pigra & ſepulta, debilis caliditatis, prolixę eleuationis, quę forſitan non calefacit niſi cum labore, & iteratur in eo horripilatio poſt calefactionem ſemel, aut bis, & inflatur cum hac febre facies, & corrumpuntur uiſcera, et debilitantur et infrigidantur ſtomachus et hepar.

Cura

Digitized by Google

Cura eius febris eſt, ut adminiſtretur in ea purgatio cum medicinis ſecũdum paucitatem caliditatis eius, & multitudinis ipſius, & intendas in ea ſicut cum ſyropo acetoſo puro, & illo qui eſt cum ſeminibus, & cum ſaccharo roſarũ. Cumq́ dies pertranſierit, tunc da eis trochiſcos de roſis, cum ſaccharo roſato & maſtiche, & aqua fœniculi, & trochiſci de eupatorio, & ſimilibus ex eis quę diximus.

De horripilatione ſine febre. Cap. CLVII.

QVando accidit hæc horripilatio poſtquã non caleſit corpus, tunc incipe mundificare ægrũ ex phlegmate, & da ei medicinas fortes ad prouocandum urinam, & minora cibum & potũ eius, & fac eum ſudare in balneo, & præcipe ut moueatur & laboret.

De febre ex peſtilentia. Cap. CLVIII.

EST quietæ caliditatis cum tangitur, ueruntamen anhelitus cum ea fœtidus & frequens, & adhęrent ei triſtitia, et ſitis, et uomitus. Quũ ergo uideris nauſeam frequentẽ cum febre tepida, tunc ſcias quod ipſa eſt febris peſtilentialis, et propriè quando communicat & multiplicatur, & ſunt peſtilentię manifeſtę in aëre circundante eos ex eis quę dicemus, ſtude ergo tota intentione in confortando cor iſtorum, & temperando aërem continentem eos, & adhibe eis benè redolentia, et intromitte eos in domos odoriferas mundas, & ſterne eas plantis benè redolentibus, & aſpectu uiridibus, & ſuffumiga eas cum ſantalis, & camphora, & aſperge eas aquã roſarum, & aceto, et aſperge ex eis ſuper fruſtũ luti antiqui, aut ſuper lateres domorum, ſi ſunt antiqui, ueteres, & pone ſuper tempora aquã roſarum, & camphoram, et ſantalũ, cum panno mundo in eis infuſo, et fac eos odorare res odoriferas ſemper, & da ei in potu aquam frigidam, ueri frigoris ualdè, et rob granati acetoſi, et rob agreſtę, et acetoſitatem citri, et lac acetoſum, et aquã mixtam cum aceto, quando non præſto eſt aliud, et ciba eos pullis aſſatis, et uitello ouorum, et da eis in potu uinum album boni odoris odoriferum, cui admixtum ſit quantum eſt quincuplũ eius aquę dulcis.

De uariolis & morbillis. Cap. CLIX.

SIgna generationis uariolarum, ſunt febres acutę caliditatis concluſæ, et uehementia doloris dorſi, et pruritus naſi, et timor in ſomno.

Si autem febris eſt uehementioris caliditatis, et anguſtia eſt maior, tunc portẽditur morbillus. Et cura uariolarũ cum incipiunt ſigna, eſt phlebotomia, ſed poſtea non, ſed attende, et ſi fuerit æger bonus in paruipendenda ægritudine, et non habuerit anguſtiam uehementem, et uariolę iam incœperint exire, tunc rege eum eis quę feſtinare faciunt exitũ uariolarum, et non des ei in potu aliquid frigidum cum frigiditate plurima, ut non ſtet exitus uariolarum, & ſuperueniat ei tarditas, et difficultas. Si autem uideris uariolas pigri exitus, tunc da ei decoctionem ficuum cum uirgis laccę & aliquantulum croci, ut feſtinare faciat exitus illarum. Quũ ergo exierint omnes, tunc adiuua eas ad maturandum cum regimine, & uaporatione cum uapore aquę, ſi nõ cœperint peruenire ad maturationem, & rege eos regimine habentium apoſtema calida tribuẽdo in potu aquam hordei, & alia ſecundum quantitatem uehementię caliditatis, & non multum intendas ad

das ad ſoluendũ naturam, & præcipuè in morbillo, & in fine rei ſuę. Nam forſitan non ſaluabitur, habens ipſum à uentre in fine rei ſuæ, & quãdo tu facis uaporem & maturas, tunc adiuua ad exiccandum eas cum ſuffumigatione foliorum myrti, & foliorum roſarũ, & fumo thamaricis, & decoque iſta, & ablue eas cum aquis eorum, ſi tardatur earũ exiccatio. Quum ergo exiccantur, ſi remanet in eis aliquid difficilis exiccatiõis, degutta deſuper aquam & ſalem, & cum confirmatur earum exiccatio, & completur, tunc deſtilla deſuper oleum tepidum multotiens donec cadant cruſtæ omnes. Et incipe quando apparent uariolæ, & ſigna earũ, & deſtilla in oculos aquam roſarum, in qua infuſum ſit aliquid ſumach, & ſeminis rutę, & quando in albedine oculi accidit locus rubeus, & pruritus, aut albus in nigredine eius, & ſi non accidit iſtud, & uideris uariolas paucas, tunc indigebis hoc. Quod ſi inueneris pruritum qui eſt in oculo non ſedari per illud, imò redditur fortior quàm fuit, tunc diſtilla in eum ex muria & ſale, & uapora ipſum uapore aquæ calidæ. Morbillus autem eſt maioris timoris quã uariolæ, niſi in oculo. Intende ergo in illo cum eis quæ educunt choleram cum facilitate abſq; calefactione, ſicut aqua prunorum, & granati contriti cum ſuis interioribus cum ſaccharo, & aqua hordei, & aqua melonis Indi, & citrulli, & cucurbitæ, & mucillagine pſyllij. Si autem inueneris in infirmo poſt hanc medicinam aduenire triſtitiam, & anguſtiam, & fortaſſe cõoperiet eum ſyncopa, tunc fac eum ſorbere aquam frigidam, & fac eum ſedere in ea parum, & frica corpus eius, & cooperi eum donec ſedatur, quod in ipſo eſt, & egrediatur morbillus ad exteriora corporis, deinde redi cum exierit ad extinguendum, & ſerua naturam in fine rei, ut non ſit cauſa ad ſolutionem nequiſſimã, & ſi inueneris in infirmo reſudationem ſanguinis ex locis morbilli, fac eum ſedere in aqua frigida. Et ſcias quod eſt morbillus malus, & rubeus, & uiolaceus huius ægritudinis, eſt malus & pernicioſus, & uariolæ citrinæ, duræ, propinquæ, inuolutæ, multæ, & rubeæ uehementis rubedinis, & uiolaceę, & illę quæ ambulant ut formica, & quę faciunt ſuperficiem corporis, ſicut ſpaſmata omnes malæ ſunt, & mortales, & oportet etiam ut cum ſenſeris uariolas, ut præcipias ægro gargarizare cum aqua roſarum, etiam ut minoretur quod egreditur in gutture ſuo, & effunde in aurem eius ſief memithę cum aceto & aqua, ut minoretur quod egreditur in aure eius, & fac ipſum in naribus ſugere oleum myrtinum, ut minoretur quod egreditur ex eis in naſo, nam cum hoc feceris quieſcit ex læſione magna. Et ſi conqueritur de punctura in plantis pedum, & manuum, aſſiduet poſitionem eorum in aqua calida, & non cibes eum in his duabus ægritudinibus pullis, donec cadant cortices, & recedat ſitis, & malitia anhelitus, poſtquam ergo ceciderint cortices, tunc aſſiduatio balnei, & regimen impinguatiuum corporis implebunt foramina earum, & medicinæ quæ eradicant panum, delent ueſtigia earum.

Digitized by Google

AD CANDIDVM LECTOREM.

Omiſſa in præcedenti libro ſunt non tam noſtra & aliorum incuria, quàm omnium, quotquot typis ſtanneis excuſa habentur, exemplariorum culpa, Capita ſi recte meminimus, ſeptem: puta octogeſimum ſextum, uſq; ad nonageſimum tertium, quæ omnia in exemplaribus impreßis deſiderantur, quæ lacuna ſatis ingens, hic ex uetuſtißimo exemplari, manu ſcripto reſarcitur & repletur. Quibus tu lector candide fruere. Expunctis prius ſex poſtremis ferè uerſibus in calce Cap. octogeſimi quinti, & lege continuo textu,

Tam diu donec appareant ſigna collectionis ſaniei, deinde moueatur ita ut deſcẽdat à gradu cum facilitate, aut ſaliat, aut fiat compreſſio ſuper locum apoſtematis tam diu donec egrediatur ſanies, & quãdoqꝫ procedit cõmoueri horripilatio, & ſedat̃ grauitas, & ægra mingit ſanguinẽ, quare tunc oportet ut in potu ſumat ſemina prouocantia urinam, mundificantia matricem donec minoretur ſanies, deinde curetur cum medicamine incarnatiuo per clyſtere, & dentur in potu trochiſci de karabę incarnatiui, & ponatur unguentum incarnatiuum, cuius uirtus profundatur ſuper locum, uel membrum in quo fuit dolor. Si apoſtema uerò frigidum, ſigna ſunt, quies caloris febris, & acuitas eius cum reliquijs grauitatis, & magnitudo in pectine, ita ut appareat tactui, ſi fuerit plurima, et difficultas egeſtionis & urinę, quare oportet ut ſuccuratur cum lenificãtib. & reſoluentib. uelociter, & nõ negligat̃, cum eñ antiquat̃, & non lenit̃, nõ eſt poſſibilis eius reſolutio, & fit cãcer, & eius cura eſt aſſiduè emplaſt. ſupponere dolẽti loco cum bdellio, & ſtyraci, & armoniaco, & reliqs quæ dicemus ex medicinis & emplaſt. quæ reſoluũt apoſtemata tam dura cum clyſteribus, & cum mucillagine fœnug. & mucillagine ſem. lini, & cum oleo anethi, & oleo chamemel. & oleo de lilio, & narciſſo, & ſtyrace liquida, & reliqs quę narrabo ex illis, qbus clyſterizat̃ matrix, ꝑpter apoſtema durũ, & ſi ꝑtrãſit ſpaciũ mẽſis, & non ſedat̃ dolor omnino, & remanet grauitas & magnitudo, tunc iam incurrit duritiẽ quæ non reſoluit̃, quare tunc oportet ut medicet̃ ægra cum tinis & inunctione, cum oleis lenibus. Si autem cum hac magnitudine antiquatur dolor, tunc ipſum iam factum eſt cancer.

De cancro matricis. Cap. LXXXVI.

CVm indurat̃ apoſtema in matrice & non reſoluit̃, & remanet in tẽpore cum duritie caliditas pauca, et dolor, & pulſatio non fortis, tunc apoſtema dum factũ eſt cãcer, cura eius ſimilis eſt curę apoſtematis duri tantũ in principio, nã cum antiquat̃, non ſanat̃, uerũ non tolerat cancri apoſt. emplaſtra & clyſt. & ſuppoſitoria, in qbus ſit de caliditate tantũ quantũ eſt in illis, qbus medicat̃ apoſt. durum cum quo dolor penitus non eſt. Quapropter oportet ut curet̃ cũ oleo de keiri, & oleo chamameli, & adipe gallinę, & anatis, in quibuſdã diſpoſitionib. ita ut cũ augmentat̃ pulſatio, curet̃ cũ oleo roſ. & mucil. pſyllij, & emplaſt. infrigidantib. tã diu donec ſedet̃ pulſatio paulatim, deinde redeat ad calefaciẽtia cũ facilitate, & nõ leniẽtia. Nã ſi tu nõ feceris illud, ulcerabit̃, & cãcer ulceratus deterior eſt cꝫ poteſt eſſe, & ſignũ qdẽ ulcerationis eius eſt, ꝙd currit ex matrice uirus nig. fœtidũ. Tũc ergo cura ægrã faciendo ipſã ſedere in tina, & clyſteriza cũ lacte mulieris, cũ collyrio alb. et aliquãtulo opij, & croci, ut ſedet̃ dololor, & da in potu de medulla caſſię fiſt. & oleo amygd. ſuꝑ decoctionẽ ficuũ, & paſſul. & iuiubarũ, & ſebeſten.

Digitized by Google

De mola matricis. Cap. LXXXVII.

EX hac ægritudine inflatur uenter & magnificatur, ſicut diſpoſitio in prægnante, & retinent menſtrua, ita ut non dubitetur in ea, quin ſit prægnatio, & prolongatur tempus eius. Et differentia quidem inter ipſam, & inter prægnationem, eſt uehementia magnitudinis uentris, & mollities mamillarum, & quod pertranſit horam in qua mouetur embrion, & nõ mouetur in ea omnino, imò quandoq; permutatur à loco ſuo poſt compreſſionem uehementem, deinde parit poſt laborem uehementem fruſtum carnis cui non eſt forma, & quandoq; egreditur ex ea uentoſitas craſſa, & humiditates plurimæ tantum, & detumeſcit uenter, & deſtruunt adiacẽtia, & accidit mulieri hic dolor, ex retentione ſpermatis cũ mulier ſit plurimi ſpermatis per naturã, & eſt cõſueta uiro, deinde abſcinditur ab ea illud ſubitò, ſicut dicit Galenus in retẽtione menſtruorũ. Et eius cura eſt, ut in potu tribuas aquã radicũ cum oleo de kerua, & Hieram Picram, & medicinas fortes in prouocatione menſtruorum, & diamarte, & diacurcuma magna, & theriaca diateſſaron. Et ſit cibus aqua ciceris, & alisfidabegi, et ea quæ ſunt frixa in patella, & da in potu ex pilulis fœtidis ſolutiuis doſes continuas, & ſuppone in matrice collyria fortia in prouocatione menſtruorum, & bibat aquam rutæ, & decoctionẽ fœniculi, & da ctylorum ſecundum quod diximus in Capitulo prouocationis menſtruorum, & euaporet uentrem cum panno calido, & inunge cum oleo in quo decocta eſt ruta, et da in potu poſt illud medicinas quę expellãt embrionẽ.

De præfocatione matricis. Cap. LXXXVIII.

HAec ægritudo accidit mulieri, ꝓpriè ſimilis epilepſiæ, uel apoplexię. Sed differẽtia inter eam & epilepſiã eſt, q̃d mulieri in hac ęgritudine non deficit ratio ſua, neq; currit eius ſpuma, & ſentit quiddã eleuari ex parte pectinis uſquequo ꝑueniat ad os ſtomachi, deinde cadit, & ſuperuenit ei ſyncopis, & quaſi mortua cadit, & tunc non ſentitur ei pulſus, neq; anhelitus, & quandoq; præfocatur & moritur, & quandoque ſanatur poſt laborem & deſperationem, quare oportet ut fricentur pedes eius uehementer, & ligentur, & ponatur ſuper inguina eius uentoſa magna ſine inciſione, & abſtergat obſtetrix digitos ſuos ex colocyn. & fricet cũ eis os matricis, & ſufflet in naſum eius condyſi, & uociferet in aurem eius, & non facias ipſam odorare res odoriferas, imò line cũ odoriferis. Et ſignum eius eſt, & fit aut propter menſtruorum retentionẽ, aut propter retentionem ſpermatis. Cum ergo menſtrua fluunt, & mulier eſt innupta, tunc cura eius eſt, ut nubat. Si uerò illud non properatur, ſumat ægra in potu medicinas minorantes ſperma ex eis, quæ diximus, & inungat obſtetrix digitos ſuos quibuſdam oleis odoriferis, & immittat eos in matrice & ſiccet eam, & ſupponat ſiſymbrium cum oleo ſambucino, & ſi mulier læditur, tunc cura eius eſt in initio cum oleo ſambucino, & approximet naribus eius pannus aduſtus, & ſulphur, ponantur uentoſę ſuper inguina, & fricentur pedes, & comprimantur. In hora autem dimiſſionis paroxyſmi, dentur medicinæ quæ minorant ſperma, & quandoq; ſequitur ex deſtructione anhelitus, & pulſus in hac ægritudine, in hora paroxyſmi

Pp 2 quiddam,

Digitized by Google

quiddã,per quod timetur quod ægra iam ſit mortua, & quoq; remanet die ac nocte,et duob.diebus ſecundũ illud,tunc ergo oportet ut aſſiduet̃ fricatio oris matricis,& odoret res fœtidas, & ponãtur res odoriferę ſuper matricem & ueſicam donec conualeſcat. Cum aũt illud eſt ex retentione menſtruorum,oportet ut phlebotometur Saphena, & uentoſent̃ crura,& ponantur uentoſę ſuper inferiora uentris,& dentur in potu ea quæ prouocãt menſtrua, ex eis quæ diximus. In diſpoſitione autem paroxyſmi cura utriuſque ſpeciei eſt una.

De difficultate impregnationis. Cap. LXXXIX.

FIt autem propter multitudinem adipis,aut propter paruitatẽ uirgæ, quia ligamentum capitis uirgæ abbreuiatum eſt & ſpaſmatum,quia non impellit ſperma ad anteriora, aut quia mulier uelociter ſurgit poſt coitũ & ambulat, & mouetur, quare cadit ſperma,aut propter uentoſitatẽ craſſam in matrice, aut qa matrix eſt frigida, & lubrica in qua ſunt humiditates plurimę ſuperfluę cõmixitionis in frigiditate & humiditate,aut propter malitiam cõplexionis in multitudine caliditatis & ſiccitatis,aut eſt cõplexio hepatis mala,& fit ꝓpter hæmorrhoidas,& multa mala exiſtẽtia in ipſa,aut,ꝓpter cõtinentiã cõiunctionis uiri cõiunctioni mulieris in malitia.aut propter oppilationẽ meatus,& illud fit propter adipẽ, aut carnẽ ortã. Illius aũt quę fit ex multitudine adipis ſigna ſunt manifeſta. At uerò quando non eſt ſuper pectus mulieris & ſcapulas eius, & adiutoria ipſius,& coxas eius,plurimę carnis & adipis,ſed reticulũ eius eſt plurimę adipis,& ſignum illius eſt, deſcenſio uentris ultra menſurã,& frequentia anhelitus cum mouet̃,& lędi qualibet uentoſitate,aut ſtercore,aut uentoſitate aggregata in uentre,& conſtrictio recipientis. Et cura illius eſt,illud quod extenuat & deſtruit adipem ex eis quæ dicemus in Cap. extenuationis pinguedinis, deinde ſuppoſitoria adiuuantia ad impregnationẽ & ſimiliter ſuffumigationes adiuuãtes ad illud. Cũ aũt eſt oppilatio propter carnẽ quæ eſt ſicut uerruca in meatu, aut collũ eius ſtrictum,tunc cura eius eſt timoroſa,quoniã indiget medicinis conſumantibus illam carnẽ. Vnde non fit ſecuritas quin commoueantur poſt ea ulcera mala in matrice, quæ eſt difficilis ſanationis. Illius autem quæ eſt propter paruitatem uirgæ,cura eſt eligere ex mulieribus paruas, & erigere caput eius,cum coitus fit ad inferiora,& eleuare anchas ad ſuperiora quantũ poſſibile eſt,& uehementia cõtinuationis,uel adhęrentiæ apud euacuationem.Illius autẽ quæ fit ex abbreuiatiõe ligamẽti capitis uirgę ſignũ eſt,ꝙ caput uirgę eſt curuatũ ad partẽ teſticulorũ. Et cura eius eſt,ut incidat̃ ligamentũ illud paulatim,& ponatur ſuper aliqd æquale, & extendat̃ ſuper illud, & liget̃,aut leniatur cum aliquibus leniſicantibus,& liget̃ deſuper,deinde extendat̃,& equat̃, & ligetur. In illa aũt quæ fit propter uelocitatẽ erectionis mulieris, & uelocitatẽ eius motus poſt coitũ,quia cadit ex ea ſperma,oportet ut dormiat poſt coitum anchis eleuatis,capite eleuato apud coitũ, & poſt ipſum per horã unã,& nõ properet ſubitò ad ſurgendũ,& ponant̃ ſuper matricẽ uẽtoſæ cum igne, & emplaſtret̃ cũ emplaſtris calefacientib. & clyſterizet̃ cũ eis,quæ calefaciũt matricẽ ex eis,quæ dicemus. Cũ autẽ matrix eſt frigida, tunc

tunc ſigna eius ſunt, ſubtilitas menſtruorũ, & paruitas rubedinis ſang. & paucitas pilorũ in pectine, & paucitas menſtruorũ, & elõgatio tẽporis earum. Et cura eius ſunt, peſſaria calefacientia, & ſuffumigationes, & epithemata quæ calefaciũt matricẽ, & adiuuerint ad partem ex eis, quę dicemus, & declinatio cibi ad ea quæ calefaciũt, & acceptio electuariorũ calidorũ. Illius uerò quæ fit ex lubricitate matricis, et ex debilitate ipſius, ſigna ſũt, q̃d aborſum fit embrionis anteq̃ magnificet̃, & currũt aſſiduè ex matrice humiditates plurimę, quare oportet ut adminiſtret̃ uomitus cum eis quæ educunt phlegma, deinde ſupponat̃ collyrium de interioribus colocyn. & ſarcocol. incipiente, deinde clyſterizet̃ cum aliquib. odoriferis ſtypticis, ex illis quæ cõfortant matricẽ, de illis quæ dicemus, & ponãtur ſuper ipſam ex illis, & ſint cibi eius frixi, et in patella pręparati, & adminiſtret̃ regimẽ exſiccatiuũ. Illius autẽ quæ fit, ꝑpter craſſam in matrice uẽtoſitatẽ, ſigna ſunt, inflatio ſuminis ſemp, & noceri à cibis inflatiuis, & aborſus anteq̃ magnificet̃ embrio. Et cura eius eſt, aqua radicis, et oleũ de cherua in hora in qua non eſt ꝑgnatio, & omnia quæ exiccãt uentoſitatẽ, & illa q̃bus matrices frig. curãtur ex ſuffumigatiõibus. Illius uerò quæ eſt propter caliditatis ſuperfluitatẽ, eius ſigna ſunt, extenuatio mulieris, & multitudo pilorũ in ſumine, & paucitas menſtruorũ, & craſſitudo ipſorum, & nigredo ipſorum. Et cura eius eſt, regimen imprægnantium q̃d ęquat cõplexionem eius cum cibis infrigidatiuis tẽperatis, uſqueq̃ corpus impinguet̃ eius, et minoret̃ eius inflatio. Illius aũt quę fit ex ſiccitate matricis, ſigna ſunt etiam extenuatio mẽſtruorũ, & paucitas menſt. & ſiccitas uuluæ aſſidua. Et cura eius eſt, dilatatio in cibo, & aſſiduatio balnei, & uini plurimę cõmixtionis, & aſſiduatio coitus, & adminiſtratio olei & adipis, & peſſaria lenientia. Illius autẽ quæ fit ex ulceribus malis exiſtentib. in matrice: Cura eſt illud q̃d diximus tantum, nam ꝑgnatio non fit, niſi ex ſanitate in matrice. Illius aũt quę fit propter malitiã cõplexionis ſpermatis, ita ut ſit uehementis caliditatis, aut uehemẽtis frigid. ſigna ſunt, ſigna cõplexionis corporis calidi, & corporis frig. & citrinitas ſpermatis, & paucitas eius, et fœtor odoris. Eius eſt ſignificatio exitus eius ab æqualitate ad caliditatem, & exuberatio eius ab æqualitate ad frigid. & non peruenit malitia cõplexionis ſpermatis in humiditate & ſiccit. ad hoc ut prohibeat generationẽ, niſi cõtingat ut inueniat partẽ conuenientẽ, ut fiat fortis tunc. Et cura iſtorũ eſt cum declinatiõe cõplexionis calidę ad frigiditatem, & frigid. ad calid. cum cibis & medicinis, & regiminis ſubtilitate, & ut opponat̃ uir calidæ cõplexionis, mulieri frigidę cõplexionis & ecõuerſo. Et prohibet ab imꝑgnatiõe etiã, ut ſit cõplexio uiri cõueniens cõplex. mulieris, cum ſunt ambo ſimul malę cõplexiõis. Et cõfert imꝑgnationi cum opponit̃ omni cõplexiõi, cum eo q̃d eſt in ipſa cõtrarium. Ei uerò q̃ eſt ęqualis cõplexionis, cõuenit quæ eſt ęqualis cõplex. & multiplicat̃ eorum generatio cum aggregatione ipſorũ, plures nanq; uirorũ nõ generãt ex muliere & permutãt eam pro alia, cuius cõplexio eſt cõtraria cõplexioni ipſius & generat, & ſimiliter ſe habet res in mulieribus. Cõſideret ergo illud prius in Cap. cognitionis cõplexionũ, et fiat ſecundũ ſuum eſſe, & ad imprægnationẽ quidẽ iuuat ſem. baucię, quando potat̃, & radix eius quãdo comedit̃, et ex rebus quę ſupponunt̃ eſt ammeos, quãdo terit̃ & miſcetur cum medulla oſſis cerui, uel uituli, & ſuppo

Digitized by Google

nitẽ cũ lana ante horã coitus, & ſimiliter coagulũ leporis, quãdo miſcetẽ cũ butyro cocto, aut ſtercus uulpis cum oleo roſ. cum ſupponitẽ cum lana. Et ex eis quę faciũt illud cũ ꝓprietate ſua eſt, ut mulieri ſupponatẽ ſuc. alhulbulo cum lana, & ſimiliter eſt ſem. alhulb maſculi, cum ſupponitẽ poſt conceptionẽ, parit mulier maſcul. & quãdo ſupponitẽ fœminę ſem. parit fœm.

De ſterilitate. Cap. XC.

FIt ſterilitas, aut in uiris, aut in mulierib. abſq; aliqua cauſarũ quas diximus, imò ꝑ proprietatẽ quę eſt in ſꝑmate, ſicut eſt diſpoſitio arboris nõ fructificã. Et primi quidẽ dixerũt ad cognoſcendũ illud Cap. ꝑplurimis.

De his quæ prohibent impręgnationem. Cap. XCI.

PRohibet illud erectio mulieris poſt coitum uelociter, et ſaltus eius poſt coitũ ad poſteriora, & ad partẽ iliorũ, et ſaltus frequẽs, & deſcẽſus à gradib. cũ uelocitate, & ſupponere alkitran, & aquã rutę ante coitũ, & poſt ipſum, & ſuffumigatio in traiectorio ex nuce cypreſſi, & ſerap. & myrrha, & comeſtio ex ruta, & cepa, & olerib. acutis, & ut ſupponatur fel uaccinum, & fruſtum ſalis gemmæ, & eleuatio pedũ ſuper parietes hora una, & ut bibat narciſſum, & quod eſt ſuperius algarab, & folia eius, & quod eſt ſuperius uitis, quando bibũtur ſimul, aut ſingulariter. Et ſi biberit iſta ante horam partus, iuuabunt ad partum.

De his quæ facilẽ partũ efficiũt, educũt ſecundinã, et egredi faciũt fœtũ. Cap. XCII.

FAcilis fit partus ſi aſſiduet mulier introitũ in tinã, et balneũ in die aliqties ante horã partus ꝑ mẽſem, et nõ prolõget ſeſſionẽ in ea, et ut ungat dorſum de oleo narciſſi, & de been, & de lilio, & ſimiliter qđ eſt inferius uẽtris totũ, et comed. ex iurib. ping. & cum pſens eſt hora partus, nõ ꝑmutationẽ multiplicet de latere ad latus, imò extẽdat pedes ſuos, deinde erigatẽ ſuꝑ eos ſubitò aliquotiens, aut oleo de been, aut de narciſſo, aut de lilio, aut fundat in ipſum mucillag. fœnug. aut mucillag. althęę, ſi fuerit uehemẽtis ſiccit. et non uideris humiditatẽ omnino. Et ſi difficilis fuerit ſciſſiõis ſecũdina, findat obſtetrix unguib. ſuis, aut cutello paruo. Et ſi difficilis ſit partus, ſumat in potu trochiſc. de myrrha, & decoctionẽ fœnug. & dactyl. cum ruta, & confortetẽ cum aqua carnis, & ſoluatẽ de gallia quãtitas 6. partis ʒ. i, in uino, & ſumat ex eo in potu uice una poſt aliã, uel ſuffumigetẽ cum myrrha, & opopan. aut caſtoreo, & bezeard ꝑ traiectoriũ, & eijcit fœtũ & ſecundinã, ſternutatio cum cõdyſi, & detur in potu myrrha cum aqua rutę, de qua detur aur. cum ℥. s, aquę rutę. Si autẽ partus difficilis fiat, morietẽ fœtus, tunc dẽtur in potu troch. de gum. qui ſunt in Antidotario, ipſi enim eijciũt partum ſtatim, & ſuffumigetẽ etiam matrix cum eis, & ſedeat mulier in aqua in qua coctum eſt calamẽthum cãpeſtre, & ex eis quę facilè eijciunt partum cum proprietate quę eſt in ipſis, eſt radix bothor marien ſicca, quando ligatur ſuper coxam mulieris.

Libri diuiſionum finis.

QVAE IN SEQVENTI ANTIDOTARIO, *diuiſionum libro conſecrato, contineantur.*

REcenſuimus in præcedenti Diuiſionũ uolumine noſtro medicamẽta omnino neceſſaria, & qbus in unaquaq; ęgritudine curãda careri nõ poteſt, pſertim ea, quę ſunt omniũ pſtãtiſſima electiſſimaq;. Diſtulimuſq; de induſtria in hũc uſq; librũ de Antidotis

Digitized by Google

dotis inſcriptū, medelas minus neceſſarias, ne dicā interim ſupuacaneas, & citra quas res pagi uiſa eſt poſſe, cōtentusq; fui paucis & medico neceſſarijs. Nūc uerò de cōpoſitione Antidotorū ſingulis morbis iuxta diuiſionem eorum appropriatis, eiuſmodi Cap. ſeriè breuibus conſcripſi.

CAPITUM LIBRI DE ANTIDOTIS INDEX.

MEdicinę tincturę capillorum Cap. I.
Medicamen ad alopeciam Cap. II.
Medicamen ad furfures Cap. III.
Medicinæ ad ſahaphati Cap. IIII.
Medicamen ad ſcabiem humidam Cap. V.
Medicinæ ad ſcabiem ſiccam Cap. VI.
Medicamen ad morpheam albam Cap. VII.
Medicamen ad baras Cap. VIII.
Medicinæ ad morpheā nigram, ad panum & lentigines Cap. IX.
Medicamen ad impetiginem Cap. X.
Medicamen ad ſanguinē mortuū, ex percuſſione & alijs Cap. XI.
Medicamen ueſtigia uariolarum & ulcerum delens Cap. XII.
Medicinę ad clarificandam faciem Cap. XIII.
Medicinæ ad melancholiā, leprā, & ad ęgritud. melanch. Cap. XIIII.
Medicinæ ad melancholiam & timorem Cap. XV.
Medicinæ prouocantes ſubeth & ſomnum Cap XVI.
Medicinæ ad dolorem capitis Cap. XVII.
Medicinæ ad tremorem Cap. XVIII.
Medicinæ ad torturam Cap. XIX.
Medicamē ad paralyſim, torturā, apoplexiā, morpheā Cap. XX.
Medicamen ad epilepſiam Cap. XXI.
Medicamen ad coryzam Cap. XXII.
Medicamen ad apoſtema phlegmaticum Cap. XXIII.
Medicamen ad ſerpentes, hoc eſt, lumbricos longos Cap. XXIIII.
Medicamen ad arteriarum ſciſſuram Cap. XXV.
Medicamen ad ueſicas Cap. XXVI.
Medicamen ad aduſtionem ignis Cap. XXVII.
Medicamen cōſolidans ulcera, & facit naſci carnem Cap. XXVIII.
Medicinæ oculorum Cap. XXIX.
Medicinæ aurium Cap. XXX.
Medicinæ dentium Cap. XXXI.
Medicinæ ad fœtorem oris, & linguæ grauitatem Cap. XXXII.
Medicinæ ad narium dolores, & fluxum è naribus Cap. XXXIII.
Medicinæ ad tuſſim & aſthma Cap. XXXIIII.
Medicinæ ſtomachi dolores ſedantes Cap. XXXV.
Medicinę ad cordis pulſus Cap. XXXVI.
Medicinę hepatis ęgritudinibus conuenientes Cap. XXXVII.
Medicinę ſplenis Cap. XXXVIII.
Medicinę ad colicam Cap. XXXIX.
Medicinę ad uentris fluxus Cap. XL.
Medicinę ad urinę difficultates, renum & ueſicę ulcera Cap. XLI
Medicinę lac mulieribus augentes & abſcindentes Cap. XLII.

Digitized by Google

Medicinę ſpma augẽtes & minuentes coitũq; ſtimulãtes Cap. XLIII.
Medicinæ menſtruorum & hæmorrhoidarum Cap. XLIIII.
Medicinæ ad podagram Cap. XLV.
Medicinę algebræ Cap. XLVI.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici de Antidotis liber unus, GERARDO TOLETANO Cremonẽſi Interprete.

PRAEFATIO.

IAM quidem perueniemus ad expoſitionẽ reſolutionis ægritudinũ, quę ſunt à ſummitate capitis uſq; ad pedes, & reliquarum ægritudinum, & earum quibus indiget medicus in libro noſtro magno, in arte medicinę, qui interpretatur alaugui, & in libro noſtro, qui eſt minor iſto libro, & fui contentus in eo ſecundũ tertium qui eſt Almanſor, quẽ poſui in 10. tractatus, adſcripſiq; ipſum regi Almãſori domino Coraſceni, à cuius nomine nominaui librũ, & in libro noſtro edito de uirtutibus, quem feci ad Hely, & in libro Atybal Muluchi, quẽ feci ad Hely dominum Trabeſtem, & in libro polorum, qui eſt liber maior, quem ego compoſui propter amplã expoſitionem quã ego explanaui in arte medicinæ, & ad iuuamentum naturarũ, & quẽ didici de ſcientijs philoſophiæ, exceptis his quę diceimus ex libris noſtris cum ipſi euigilent inquiſitorẽ ad locum utilitatis, quãuis intentio non ſit cõprehenſa, quoniã defectus prohibet à cõprehenſione, iam igitur in noſtro libro iſto diximus, quod in ipſo intendimus de omnibus medicinis, quarum rememorationem præmiſimus in eis, quæ præceſſerunt de nominatione Capitulorũ & intentione eorum, quacunq; medicinarum non dixi in hoc libro noſtro, quęratur in Antidotario Humaim, alias Ioannitij filij Iſaac, & illic inuenietur.

Medicinæ tincturæ capillorum. Cap. I.

COnfectio tincturæ denigrãtis capillos: Recip. gallarũ, roſ. rubearum, librã, & inungantur oleo, & frigãtur in frixorio donec ſcindantur, & calcis cremati, aluminis, tragacãthę, ana ℥. 15, Salis gẽmæ ℥. 7, conterantur ſicut alcohol, cõficiantur in aqua calida, & humectentur tribus horis, & tingantur cum eis, & dimittantur tribus horis ligati, & inuoluti folijs ſiclæ, deinde lauentur in mane. Alia: lithargyri, calcis non extinctæ, aã. pars 1, cretæ partes 2, conficiantur cum aqua, & tingantur cum eis, & dimittantur quatuor horas. Confectio tincturæ dealbantis capillos: ſtercus hyrundinis, enula ſicca, mes, ſemen raphani, nefrin, ſulphur, cortices radicis capparis, aggregentur cum felle uaccino, & aceto uini, ungatur cum eis, poſtquam ſuffumigatio fit cum ſulphure, & iteretur illud multotiens. Si albificentur, aſſiduetur eorum inunctio cum oleo ſambucino. Ad faciendũ capillos flauos: Recip. lupinorũ, myrrhæ aã. ℥. 10, ſtaphiſagriæ, fecis uini albi aã. ℥. 3, aggrega cum aqua in qua infuſus eſt cinis lini, uitis, & line cum eis in nocte, & fient flaui.

Ad criſpandum

Digitized by Google

Ad criſpandum capillos: farina fœnugræci, ſem. hyoſcyami contritum, gallæ, ſidra, calx, lithargyrum, & liniatur cum eis. Medicamen faciens naſci capillos ubi uolueris: Recip. cineris abrotani ℥.10, uentris cantharidum ʒ.2, ladani ʒ.3, auellanæ combuſtæ ʒ.2, terantur cum oleo ueteri, & aromatizētur cum aliquantulo galliæ, & fricetur locus, & inungatur cum eis omni nocte & abluatur cum euigilat, & quando incipit ueſicari, dimittatur una die, deinde iteretur donec naſcantur. Confectio medicaminis corrumpentis pilos & ſubtiliantis eos: Sumantur oua formicarum, ſemen hyoſcyami, alumen, pſyllium, opium, liniatur poſt depilationem cum aceto ſublimato, & aſſiduetur, quoniam ſubtiliat eos adeo ut non naſcantur. Confectio medicaminis prohibentis capillos cadere, & prohibentis initium caluitiei: galliæ, myrobal. nig. folia myrti decoquātur in uino, donec diſſoluantur, poſtea in una libra olei omphacini proijciatur ℥.1, ladani, & ℥.1, maſtiches, & decoquatur illud uinum poſtquā colatum eſt, donec inſpiſſetur paulatim, deinde proijciatur ſuper oleum aquæ pondus ſui, & decoquatur donec conſumatur aqua, & remaneat oleum & incraſſetur, deinde liniatur cum eo in nocte, & lauetur in die cum decoctione myrti. Medicamen ad caluitium non in ſuo tempore: Ladani ℥.1, euphorbij, gūmæ, rutæ agreſtis, añ. quarta ℥.1, myrti ℥.s. ſtyracis liquidę quartam ℥.1, & quantū eſt totum illud cerati confecti cum oleo de keiri, & liniatur cum eo, & abluatur in die. Confectio medicaminis ad capillos cadentes confortantis eos, & prohibentis à caſu ſuo: Recip. ladani ℥.3, gallarum, myrrhæ, & maſtiches, thuris, añ. ʒ.1, cordumeni ʒ.2, diſſoluātur cum oleo roſarum, & liniantur cum eis radices capillorum, eſt enim mirabiliter conſtringens, & retinens.

Medicamen ad alopeciam. Cap. II.

SPumæ maris ʒ.10, baurach, zedarach, ſulphuris, gummæ, rutę agreſtis, euphorbij, añ. ℥.2, ſtaphiſagriæ, & cantharidum, ana ʒ.1, terantur omnia, deinde fricetur caput cum cepę donec rubeat, & quando mordicat inungatur cum adipe urſi, & liniatur cum oleo antiquo, et liniatur cum hoc medicamine duabus uicibus, aut tribus cum uino ueteri poſt fricationem cum cepæ, donec rubeat, & quando mordicat inungatur cum adipe urſi, deinde iteretur.

Medicamen ad furfures. Cap. III.

COnfectio medicaminis ad furfures fortis: Farinæ ciceris ℥.100, farinæ fœnugræci, baurach, panis & furfuris eius, nitri contriti, ſinapis. añ. ʒ.15, althææ ʒ.10, cōquaſſentur cum aceto uini pauco, & aqua, & fricetur cum eis caput benè, et lauetur omni hebdomada ſemel, & aſſiduet inunctionem cum oleis, & abraſionem, & balneum.

Medicinæ ad ſahaphati. Cap. IIII.

EPithema ad ſahaphati recentem, & in corporibus teneris, alcanna, ariſtoloch. lithargyrum, cortex granati, terantur & cribrentur, & liniantur cum aceto uini, & oleo roſato. Cōfectio epithematis ad ſahafati antiquā: ſal & atramentū aduſta, ſulphur, terra argenti uiui, gallę, uenę, lithargyrū, ariſtol. terat̄ totū & adminiſtret̄ ſicut primū.

Digitized by Google

Medicamen ad ſcabiem humidam. Cap. V.

EPithema ad ſcabiem humidam, argẽtum uiuum extinctum, climia argenti, ſulphur album, folia oleandri, condyſi calidi, lithargyrũ, miſceantur cum aceto uini, & pauca aqua, & oleo roſarum plurimo, & dormiat ſuper ipſum, & ingrediatur balneum, & lauet cum uſnem uiridi, deinde inungatur cum oleo roſato, poſtquã effunditur ſuper ipſum aqua calida, deinde frigida plurima.

Medicinæ ad ſcabiem ſiccam. Cap. VI.

COnfectio epithematis boni ad ſcabiem ſiccã, floris æris, atramenti, añ. terantur & cribellentur, & terantur cum aceto benè, & ponantur in urceolo uitreato, & dimittantur in ſtercore 40 diebus, extrahatur & teratur benè, & adminiſtretur ex eo quantitas 3. 2, & liniatur cum aceto forti commixto. Confectio epithematis ad ſcabiem ſiccam, & pruritũ: Baurach, uenarum, ſalis, myrrhæ, coſti dulcis, condyſi, añ. drach. 2, ſtyracis liquidę drcah. 1, liniatur ex eo cum oleo roſarum corpus totum, & dimittatur tribus horis, deinde abluatur. Confectio pilularum ad ſcabiem, quæ ſumuntur omni hebdomada ſemel, aut bis, myrobalanorum citrinorum drach. 30, aloẽs drach. 15, ſcammoniæ drach. 5, quorum doſis drach. 3. Modus confectionis alkeſiſnes ad ſcabiem, & ad ſahaphati, & eſt triphera, myrobalanorum citrinorum drach. 10, ſenæ, fumi terræ, añ. drach. 30, keſiſnes quantum aggregetur ea, & bibatur ex ea omni die quantum eſt nux, mane & ſerò.

Medicamen ad morpheam albam. Cap. VII.

EPithema ad morpheam albam, tapſia & rubea, ſemen raphani, condyſi, ſinapi, terantur cum aceto forti, & liniatur in ſole.

Medicamen ad baras. Cap. VIII.

COnfectio epithematis ad baras, tapſiæ, blitis, ſtaphiſagriæ, uentris cantharidum ana, liniatur cum decoctiõe rubeæ, facta ex aceto uini.

Medicinæ ad morpheam nigram, ad panum, & lentigines. Cap. IX.

EPithema farinæ lupinorum drach. 10, ſeminum raphani, ſemin. erucæ, coſti, amygdalæ amaræ, ſalis armoniaci, piperis, ana drach. 2, ammoniaci drach. 2, & s. Diſſoluatur ammoniacum cum adipe & coniungatur cum eo, & fiant ex eis formæ auellanarum, & diſſoluatur cum neceſſe eſt, & liniatur cum aqua acedarach in nocte benè epithemando, & abluatur in mane cum aqua ſeminum melonum, & furfuris, & uiolarum ſiccarum, & uaporetur locus antequam epithemetur cum aqua calida, & inclinetur ſuper ea donec rubeat, & fit poſt balneum.

Confectio epithematis alterius ad panum, proprium, expertum, liniatur cum ſarcocolla diſſoluta cum aqua, aut felle uaccino.

Medicamen ad impetiginem. Cap. X.

COnfectio epithematis ad impetiginem ſiccam in ultimo ſiccitatis, oleum de criſomelis drach. 2, in quo diſſoluatur bdellij, & picis, ana drach. 3, moueatur cum aqua in mortario, donec fit ſicut unguentum, & annectatur loco.

Digitized by Google

Medicamen ad ſanguinẽ mortuum ex percuſsione, & alijs. Cap. XI.

ARſenici rubei, lapidis alkahal, ana, thuris quarta partis 1, fiant inde collyria, & liniantur cum neceſſe eſt, cum aqua coriandri.

Medicamen delens ueſtigia uariolarum & ulcerum. Cap. XII.

LIthargyrum cõditum, radices cannæ ſiccæ, farina ciceris, oſſa uetuſta, farina oryzæ maturæ, grana alben, coſtus, aggregentur & terantur, & liniantur cum eis in nocte, & abluatur cum eis in die in balneo.

Medicinæ ad clarificandum faciem. Cap. XIII.

COnfectio gumeręclarificantis faciem: Amygdalarum dulciũ, tragacanthæ, farinæ ciceris, & fabarum, cõficiatur cum aqua hordei, et liniatur in nocte, obluatur in mane cum aqua furfuris. Gumera clarificans faciem & rubificans eam experta: crocus, rubea, thus, myrrha, maſtix, ana, aggregentur cum aqua bulbi, & liniantur, & fiant collyria, & liniantur cum aqua, & dimittantur 3. horis, deinde lauentur cum aqua calida, & multum utatur in mane cicere, & aqua ciceris etiam, & ſumat pondus drach. 2, pulueris hyſſopi, & tertia drach. 1, de croco aliquot diebus. Confectio gumerę rubificantis faciem: Sinapis alb. & arſenicum rubeum, conterantur ſimul cum lacte, & fiat faciei gumera cum eis ſeptem diebus.

Medicinæ ad melancholiam, lepram, & ægritudines melancholicas. Cap. XIIII.

COnfectio pilularum ualentium ad leprã, & melãcholiam, & ægritudines melancholicas experta: Recip. epithymi ℥. 10, pulpæ colocyn. centaurij ℥. 5, Hierę Picrę, agarici, ſalis Indi, ana, ℥. 5, ellebori nigri ℥. 3, & tertiam, ſtœchados ℥. 7, polypodij ℥. 10, doſis eius ℥. 4. Confectio pilularum educentium melancholiã, conferentiũ ægritudinibus melancholicis, & timoris: Recip. epithymi ℥. 20, ellebori nigri ℥. 5, magnetis ℥. 3, ſalis Indi ℥. 5, ſtœchados ℥. 7, doſis ℥. 3. Decoctio epithymi educentis melancholiam, bona melancholiæ, & impetigini, ſcabiei, & morphęę nigrę: Recip. myrobalanorum nig. ℥. 10, polypodij ℥. 5, ſenæ drach. 7, turbith drach. 4, paſſularum enucleatarum drach. 7, herbę eupatorij drach. 5, ſtœchados, epithymi, añ. drach. 10, decoquantur omnia præter epithymum, donec diſſoluãtur, deinde projciatur ſuper ea epithymum, & cõpleatur decoctio eius, & coletur, & ſumatur ex ea in potu, poſt pilulas, quarum rememoratio præceſſit, aut cum agarico & aloë, & ſale Indo, & elleboro nigro. Confectio medicaminis ad illum, cui aduenit epilepſia, & commotio cerebri: Recip. ſtœchados drach. decẽ, agarici drach. 2, & s. ſeſeleos drach. 3, uiolarum ſiccarũ drach. 5, conficiantur cum keſmes, & comedatur tantum quantum ſunt duę nuces, aut tres.

Medicinæ ad melancholiam & timorem. Cap. XV.

MYrobalanorum drach. 20, keſmes immaturi, ſceſabram, marui albi añ. drach. 5, epithymi drach. 15, ſtœchados drach. 10, agarici drach. 5, ellebori nig. drach. 5, garyophyllorum drach. 2, meliſſæ drach. 3, feleimiſch drach. 5, corticum citri, linguæ bouinæ ana tantundẽ, nucis moſchatæ, gallię añ. drach. 1, aggregẽtur poſt continuationem

nuationem cum keſmes & melle. Modus confectionis lætificantis, ad timorem & triſtitiam, & impinguat, & facit colorem bonum, & odoriferum, oris, & ſudoris odorem, & confert pulſui cordis, & ſi aſſiduetur, lętificat animã, ita ut extrahat eam ad ægritudinem ſimilem haronati ex multitudine riſus & bonitate animę, cuius commixtio: Recip. roſarum rubearum drach. 6, cyperi drach. 5, garyophyllorum, maſtiches, ſpicę, aſari, añ. drach. 3, cinnamomi, croci añ. drach. 2, macis, cardamomi, heil, nucis moſchatę añ. drach. 1, terantur & optimè miſceantur, & decoquatur libra emblicorum cum lib. ſeptẽ aquę donec remaneat tertia, deinde coletur & proijciatur ſuper ipſam libra mellis, & decoquatur donec inſpiſſetur & pulverizetur deſuper commixto, & moueatur cum ligno ſalicis, aut ligno citri lato, donec permiſceatur & ſumatur, ſicut ſumitur triphera, & ponatur in ipſa ſexta drach. 1, de moſcho, quoniã eſt magna cõueniens, quidam uerò homines ponunt in ea berengeſemiſch & melliſſę, & margaritarum, & folij Indi añ. drach. 2, & in deſcriptione alia, macis, garyophyllorũ, nucis moſchatę añ. drach. 2, & non ſumatur niſi in hyeme.

Confectio lætificans.

Facientia ſubeth & ſomnum. Cap. XVI

SEminis anethi drach. 2. croci, myrrhę añ. tertia drach. 1, hyoſcyami ſexta drach. 1, mandragoræ, kerat 1, opij grana 2, & s. aggregentur cum mucillagine fœnugræci. Confectio ſomnifera: Recip. lactucę, corticis papaueris, fabarum excorticatarum, ſeminum portulacę, kekengi ana drach. 2, opij grana 2, & s. aggregentur cum mucillagine pſyllij. Et eſt doſis una.

Medicinæ ad dolorem capitis. Cap. XVII.

COnfectio Hierę magnę in loco pilularum cochiarum conferentis ad dolorem capitis, & epilepſiam, & uertiginem capitis ex repletione, & tenebroſitate uiſus ex humiditate, & initium aquæ, cuius commixtio: Recip. Hierę Picrę drach. 10, pulpę colocynthidis drach. 3, & tertiam, ſcammonię drach. 2, et s. turbith, ſtœchados, ana, drach. quinq;, & eſt doſis 10. Confectio embrochę ad dolorem capitis calidum, & uigilias, & birſen: Violæ ſiccæ, hordeum excorticatum, ſemẽ cucurbitę, ſemen lini, pſyllium contritum, cortices papaueris, ſemen althææ, ſemen lactucę, ſemen portulacæ, roſæ. Decoquantur donec diſſoluantur, & rubea fiat aqua, & fiat embrocha cum ea. Confectio embrochę ad dolorem capitis frigidum, et uentoſitatem craſſam in capite: chamæmelũ, ſceha, ſiſymbrium, ſamſucus, berengeſiſ, origanũm, hordeũ, folia lauri. Fiat ut proximè ſupra. Confectio epithematis ad dolorem capitis frigidum, & hemicraneam ex uentoſitate craſſa, & dolorem auris frigidum: Recip. caſtorij, euphorbij, opij, ſtyracis liquidę, piperis, foliorum rutæ, calamenthi, ſinapis ana, fiant trochiſci, & embrochentur, & diſſoluãtur in oleo, & ſit oleum coſtinũ, aut nardinum, & diſſoluatur cum aliquo de illis, & diſtillentur in aurem, quæ eſt in latere doloris. Confectio epithematis ad hemicraneam, & dolorem capitis calidum: Recip. ſemen hyoſcyami, ſemen lactucę, ſief memithę, roſas, ſantala, ſauſel, radices mandragorę, opium, fiant ex eis collyria, & diſtilletur ex eo in aurem cum

Epithemata.

Digitized by Google

rem cum oleo roſarum & aceto uini pauco. Confectio caputpurgij ad
dolorem capitis, et hæmicraneã calidam, ad dolorẽ aurium cum caliditate,
& pulſatione: Recip. opij, cãphoræ, ana, fiant inde collyria ſimilia len
ti, & diſſoluatur unum, aut duo in oleo uiolarum, & diſtilletur in aurem,
& naſum, & eſt bonum expertum. Caputpurgium ad dolorem capitis
frigidum: fiant collyria ex euphorbio, caſtoreo, an̄. & diſſoluãtur cum o-
leo roſarum, in quo decoctus eſt coſtus, & diſtilletur ex eo in naſum.

Medicinæ ad tremorem. Cap. XVIII.

Confectio pilularum conferentium tremori propriẽ, mirabiliter:
Recip. pyrethri, caſtorij, caſſię, ana, drach. 3, ſerapini, pulpę colo
cynthidis, ana, drach. 4, Hieræ Picræ drach. 1, & s. Modus con
fectionis ad tremorem: Recip. myrobalanorum nig. drach.
30, ſauinæ drach. 10, thuris drach. 7, cyperi, acori, ana, drach. 5, & ponãtur
loco ſauinæ, & erit longe præſtantior, & melior. Confectio trochiſco
rum ſedantium ſitim, & facientium ſubeth, & detrahunt alienationem, &
febrem, & dolorem capitis: Recip. ſemin. lactucę, ſemin. papaueris, ſe
min. cucurbitę excorticatę, ſemẽ portulacę, ana, drach. 10, ſucci liquiritię,
amyli, tragacanthę, opij, an̄. drach. 3, terantur & conficiantur cum mucilla
gine pſyllij, & fiant ex eis trochiſci 20. Doſis eſt trochiſcus 1, & iſti quidẽ
magis neceſſarij ſunt patientibus uigilias & alienationem, & quando fit
fortior & ſuperfluit, detur in potu aqua coriandri humidi, aut aqua lactu-
cę, aut citrulli, aut cucurbitę, & ſimilia.

Medicinæ ad torturam. Cap. XIX.

Confectio caputpurgij ad torturam, & paralyſim, & dolorem ca-
pitis, & ægritudines phlegmaticas: Recip. caſtorij drach. 1, con
dyſi, piper. cyclaminis, gilbeneę, pulpę colocyn. baurach, rubei
euphorbij, fellis bouini exiccati. ana, drach. 3, fiant collyria, et fiat
ex eis caputpurgium cum auricula muris, aut aqua ſamſuci. Confectio — *Pil. fœtidæ*
pilularum fœtidarũ maiorũ, quæ dãtur in potu ad paralyſim, & torturã, po
dagram frigidã, & anteq̀ incidunt humorẽ craſſum iuncturarum, & ſunt
loco maioris Hierę, quarum cõmixtio: Recip. Hierę Picrę drach. 10,
pulpę colocyn. drach. 5, cebrã drach. 1 centaurij minoris, plantaginis, ana,
drach. 5, euphorbij drach. 2, & s. caſtorij, zingiberis, aſſę fœtidę, ſerapini,
opopanacis, tapſię Indę, ſinapi, piperis, ana, drach. 1, diſſoluatur ſerapinũ
& aſſa fœtida cum aqua rutæ, ex quibus conficiantur medicinæ, & fiant in
de pilulę, quæ erunt decem doſes. Doſis drach. 3, & tertia.

Medicinæ ad paralyſim. Cap. XX.

Confectio Anacardini, quę eſt theriaca paralyſis, & torturæ, & a-
poplexiæ, & hæc quidem medicina ſanat corpus ſtatim, & ſudare
facit, oportet itaq; ut cooperiatur ut ſudet, cuius cõmixtio: Re
cip. zingiberis, pyrethri, nigellæ, coſti, piperis, macropiperis, aco
ri, ana, ʒ. 10, myrrhæ, foliorum rutæ, aſſæ, gentianę, ariſtolochiæ, baccarum
lauri, caſtorij, tapſiæ, ſinapi, an̄ ʒ. 5, mellis Anacardini ʒ. 5, & tertia, in-
uoluatur cum oleo de nucibus, & conficiatur cum melle, & detur ſicut Na
baca, & ipſum quidẽ ſtat loco alphereſelin in omnibus ægritudinibus fri-
gidis,

Digitized by Google

gidis, & inflammat corpus ſtatim, et attrahit febrem, bonum ſpaſmo humido, & grauedini linguę quando fricatur cum eo, & deſtructiōi ſenſus mēbrorum, quando cum eo emplaſtratur & fricatur, & eſt magnę bonitatis.

Cōfectio Anacardi minoris ad morpheā, & baras, & canitiem, & obliuionē: Recip. myrobalanorū nig. belliricorū, añ. ʒ. 30, olibani, hyſſopi, zingiberis, piperis, mellis, Anacardi, ana, ʒ. 5, mellis apū, quo cōficiatur, doſis eius ut primi, & quādoq; addunt in ipſo acori, cyperi, ſpicę, ana, ʒ. 5.

Medicamen ad epilepſiam. Cap. XXI.

CONfectio ad epilepſiam ualdè bona: Recip. pyrethri, ſeſeleos, q̄d eſt aniudē Romanum, ſtœchados, ana, ʒ. 10. agarici ʒ. 5, cordumeni recentis, aſſæ bonæ, ariſtoloch. rotundæ, aſphodeli, radicum liquiritiæ, carpobalſami, ligni pœoniæ añ. ʒ. 2, & exprimatur aqua ſcyllæ, & fundatur ſuper tantum mellis quantum ipſa eſt, & cum eo coquatur & cōficiantur inde medicinæ, eſt enim ſummè bona, & confert ei iuuamentum ultimum Hierę Hermetis, & Anacardinum minus, & Hieræ Picræ cum eo aſſiduè utitur ſecundū quantitatē uirtutis, & ætatis, & tēporis.

Medicamen ad coryzam. Cap. XXII.

COnfectio formarum ſimilium auellanis ad coryzam: Recip. thuris, ſtyracis liquidę, coſti, ſandarachæ, ana, fiāt inde prædictę formę, & ſuffumigent ex una earū in traiectorio, quia abſcindit fluxū naſi ſtatim.

Medicamen ad apoſtema phlegmaticum. Cap. XXIII.

EPithema: Recip. cyperum, alumen, farinam hordei, lentes frixas, liniantur cum aqua granatorum & aceto, & ligetur.

Medicamen ad ſerpentes, id eſt, lūbricos longos. Cap. XXIIII.

COnfectio medicaminis ad lumbricos: Citri excorticati, ſiraſch, turbith, ſem. nil, partes æquales, lupinorum pars una, cambil. pars s. & bibat ante ipſum lac caprinum tribus diebus in mane, & faſtigetur in quarto die, poſt bibat parum lactis, deinde incipiat bibere hoc medicamen diſſolutum cum aceto, commixto cum lacte quantitate drach. 6, & bibatur cum eſt magna fames.

Medicinæ ad ſciſſuram arteriarum. Cap. XXV.

COnfectio medicaminis: Flos æris, & albugo cui ponātur deſuper, quę retinent ſanguinem. Aliud: cyminum, et calx uiua, ponatur ſuper ea.

Medicamen ad ueſicas. Cap. XXVI.

COnfectio medicaminis: Ceruſſa, plumbi uſti, cathmia argēti, lithargyrum, bolum Armenum, & camphorę, aggregentur cum mucillagine pſyllij.

Medicamen ad aduſtionem ignis Cap. XXVII.

CEruſſa & aqua ſolani, & aqua ataraſcon, ſuper quę puluerizetur cāphora, & opium, & ſit in eis parum olei roſarum, & liniantur ſecundum dies aliquot.

Medicamen conſolidans ulcera, & faciens naſci carnem.

Cap. XXVIII.

LIthargyrum tritum imbibatur pauco aceto, & oleo, & terantur ita ut coēquantur & adminiſtretur.

Medicina

Digitized by Google

Medicinæ oculorum. Cap. XXIX.

CONfectio collyrij albi: Recip. ceruſſę plũbi ablutę drach. 10, ſarcocol. craſſę drach. 3, amyli drach. 2, tragacãthę drach. 1, opij ℥. s. fiant collyria, & adminiſtrentur. Confectio collyrij rubei lenis: Floris æris, quod fit in minera ęris ℥. 3, colcotar aduſti drach. 3, ęris uſti ℥. 2, myrrhę, zingiberis ana ℥. 1, piperis ℥. s. fiant ex eis collyria cum uino bono. Fiſtula in lachrymali oculi, cura eſt cauterium, quod ſi non fit cauterium, fac hoc medicamen: Aloës, ſarcocollę, ſanguinis draconis, myrrhę, thuris, añ. drach. 5, climię argenti drach. 10, balauſtiæ, boli Armeni ana drach. 5, floris ęris drach. 1, & s. terantur & humectetur locus ſaliua, & pulueri zetur deſuper. Confectio collyrij uiridis de flore ęris ad ſcabiem & ſebel, & albuginem, ad tenebroſitatem, & ad ungulam: Recip. floris ęris drach. 3, colcotar rubei aduſti drach. 6, arſenici rubei drach. 1, baurach, ſpumę maris añ. drach. 1, ſalis armoniaci drach. s, myrrhæ ℥. 1, reſoluatur armoniacum cum aqua rutæ, & fiant collyria. Confectio collyrij facientis ad libar naſi, carnem facientis in ulceribus oculi, & prohibens almuſaragi, & ſubtilians bothor: Recip. climię ablutę, ceruſſę, tuthię, alcohol olibani, añ. drach. 1, opij tantundem, fiant inde collyria, et eſt bonum ad ulcera, & almuſaragi, & exiccat ea, & facit naſci carnem, & nõ remanent eis ueſtigia. Confectio collyrij de thure maturans ulcera: Recip. thuris drach. 10, armoniaci, ſarcocollę ana drach. 5, croci drach. 2, fiant inde collyria cum mucillagine fœnugræci. Confectio collyrij ad albuginem: Recip. maſſacumię drach. 10, ſpumæ maris drach. 4, floris ęris drach. 1. & s. baurach, ſerapini, armoniaci ana drach. 1, fiant collyria cum decoctione acori & fricẽtur in eo, & fiat alcohol, deinde pulueri zetur iſte puluis. Confectio pulueris ad albuginem: Recip. maſſacumię drach. 2, ſpumę maris, baurach, ſacchari, alboſir ana drach. 1, pulueri zetur cum eo. Confectio mirabilis pulueris albi ad opthalmiam calidam & dolorem: Super ſarcocollam craſſam fundatur lac, & exiccetur in ſole, & terantur ad omnes ℥. 10, ex ea drach. 3, amyli ℥. 1, & s. opij ℥. 1, et s. cãphorę, & eſt conueniens ad uehementiam doloris & caloris. Confectio pulueris magis abſcindens lippitudinem, & eſt bonus quãdo nõ fuerit sanies multa: Recip. ſarcocollæ drach. 10, ſpumæ maris drach. 1, ſacchari drach. 3, terantur & aggregentur. Confectio pulueris citrini fortis, qui adminiſtrẽ in fine ophthalmiæ: Recip. ſarcocollę drach. 10, ſief memithę drach. 3, lycij, aloës, ana ℥. 2, croci drach. 1, & s. ſpumę maris ℥. s, aggregẽt & terãt. Cõfectio ieſram, id eſt, ieſirim cõſeruans almuſaragi, & faciens naſci carnem: Recip. antimonij drach. 10, floris æris de minera tantundem, acaciæ drach. 3, ſanguinis draconis, aloës, ana drach. 1, terantur & adminiſtrentur. Confectio collyrij de fellibus ad panum, & ad incœptionem aquæ, & dilatationẽ pupillę, quod eſt bonum & expertum: Exiccetur fel hircini in uaſe æneo, de quo ſumantur drach. 10, colocynthidis interioris drach. 1, & s, ſerapini drach. 2, euphorbij tantundem, fiant ex eis collyria cum aqua rutæ, aut aqua fœniculi, & fiat alcohol cum eo. Confectio alcohol facientis naſci palpebras: Recip. dactyl. aduſtorũ drach. 5,

Digitized by Google

fumi thuris drach.4, carpobalſami drach.3, ſpicę Indę drach,1, azuli drach.
10, fiat alcohol, & tranſeat ſuper palpebras. Cōfectio collyrij ad garab
in oculo quod diſtilletur in eo: Recip. aloës, thuris ana drach.1, ſarcocol-
lę, balauſtiæ, ſanguinis draconis, antimonij, aluminis ana drach.s. floris ę-
ris quartam drach. fiant ex eis collyria, & diſtillentur in oculum in ipſo la
chrymali, & poſt expreſſionem eius. Confectio collyrij de myrrha ad
punctum ſanguinis: Recip. croci, thuris, myrrhæ, armoniaci ana drach.1,
arſenici rubei drach.s. fiant collyria, & diſtillētur in oculum cum aqua co
riandri humidi. Confectio collyrij de calchanto ad ungulam: Recip.
calcecaumenō ʒ.5, floris æris ʒ.2, calchāti, ſalis armoniaci, baurach, arſeni
ci rubei ana drach.1, terātur & conficiantur, & dimittantur donec fiant ut
flos æris, & fiant inde collyria, & adminiſtrentur, ſitq; arſenicum eius ſub-
limatum, fricetur cum eo ungula, deinde pulverizetur cum radice glycyr-
rhizæ. Cōfectio collyrij admadicon ad uenas rubeas, quæ ſunt in ocu
lo ex ophthalmia antiqua, & ſebel, & ungula, & alijs: Recip. uzifur, calce
caumenō, arſenicum rubeum, ſaccharum taberzeth ana drach.1, myrrhæ,
croci, uenarum ana quartam drach. armoniaci. thuris ana drach.1, fiant in-
de collyria, & adminiſtrentur. Confectio alcohol conſeruantis ſanita
tem oculi: Tuthię ʒ.10, ſief memithæ drach.3, aloës, lycij ana drach.1. cam
phoræ ſextam drach.1, terantur cum aqua agreſtæ, aut cum aqua ſumach,
& exiccentur, & adminiſtrent. Cōfectio alcohol ad lachrymas: Tuthię
ʒ.10, coralli, myrobalanorum fricatorum, aloës ana ʒ.2, piperis ʒ.s. macro
piperis drach.2, fiat alcohol, & adminiſtretur. Confectio alcohol acu
entis uiſum: Recip. tuthiam nutritam cum aqua ſamſuci tribus uicibus, q̄d
fit hoc modo, ponderentur de ea drach.10, & condiantur, poſtq̄ perueni-
unt ad hoc tribus uicibus, deinde de ea drach.10, zingiberis, piperis, che-
lidoniæ, uenarū ana ʒ.1, ſalis armoniaci ʒ.s. nutriant cum aqua ſamſuci, aut
aqua fœnic. tribus uicibus, deinde exiccent, & adminiſtrent. Cōfectio
emplaſtrorū & epithematū ad oculos. Emplaſtrū ad curſum & guarde-
nigi: Cortices granatorum, & lentes excorticatæ cōferunt. Confectio
emplaſtri ad corroſionem lachrymalis: Endiuia teratur & ſuper faciem ſu
am ponatur oleum roſarum, & emplaſtretur cum ea. Confectio empla
ſtri ad percuſſionem & uulnus in oculo: Ouum abſq; cortice ſuo, aqua co
riandri, & oleum roſarum, aggregētur, & ponant ſuper ipſum cum coto.
Confectio emplaſtri ad dolorem uehementem in ophthalmia: Cori-
andri, meliloti, croci, ſem. lini, tortellas, uinū, terātur & cōficiantur, & em-
plaſtretur cum eis palpebra. Confectio epithematis prohibentis flu-
xum ex oculo: Aloës, acacia, ſief memithæ, lycium, boli Armeni, & gum-
mi Arabici, liniantur ſuper frontem cum albumine oui. Confectio epi
thematis ad inflationem, & ad apoſtema in palpebris: Roſæ, ſief memithę,
lycium, bolum Armenum, & gummi Arabicum, liniantur ſuper frontem
cum albumine oui, & croci, & uenæ, & aloë, & ſantalis rube-
is, & ſauſel, & aggregentur, & terantur, & lini-
antur cum aqua coriandri, & endi-
uiæ, & aqua roſata.

Medicina

Medicinæ aurium. Cap. XXX.

Ad ulcera in aurem: Sumantur ſarcocollæ, ſanguis, thus, myrrha, ſpuma maris, baurach, bolum Armenum, ſcoria ferri, flos æris, & aloës, deinde abluatur auris cum aqua & aceto tribus uicibus, poſt inuoluatur licinium cum melle in medicamine, et ponatur in ea, & de medicamine fiant collyria, & cum neceſſe fuerit, diſtilletur in eam ſemel cum aqua mellis, deinde adminiſtretur licinium. Confectio medicaminis ad grauitatem auditus, & tinnitum: Vaporetur uapore ſamſuci, & abſinthij, & ſceha, deinde diſtilletur in ea hoc collyrium: Pulpę colocynthidis drach. 1, baurach drach. 1. tertiam, caſtorij drach. s. ariſtolochiæ rotundæ drach. s. ſucci abſinthij tantundem, euphorbij ſextam ʒ. 1, coſti drach. quartam, fiant collyria, & diſtillentur cum oleo amygdalino amaro, ſunt enim ad dolorem frigidum, & uentoſitatem, & difficultatem auditus, quæ conficiantur cum melle uaccino, & fiant collyria.

Medicinæ dentium. Cap. XXXI.

Medicamen dentium eradicationem facilem faciens: Pyrethrum, radix colocynthidis, et cortex eius, cortex radicis capparis, cortex mori, ſemen mezereon, & folia eius, uenæ, arſenicum citrinum, lac ſebram, aut lignum eius, aggregentur & terantur pyrethrum, & colocynthis, & reliquæ medicinæ cum aceto in ſole tribus diebus, & moueantur in diebus multis uicibus, cum aceto, & dimittantur per reliquum diem infuſæ in ipſo, & proijciantur deſuper aſſa & bdelliũ, & fiant ex eis trochiſci, & cum neceſſe fuerit, terantur & liniantur cum eis radix dentis in die aliquotiens, & hoc per aliquot dies, poſt ſcalptionem factam in circuitu dentis, facit enim eradicationem facilem. Confectio medicaminis, de quo impletur dens corroſus & frangit ipſum: Semen mezereon, lac ſebram, conficiantur cum kitran, & impleatur inde dens.

Confectio medicaminis ſedantis dolorẽ gingiuę, & dentis, q̃d adminiſtretur cum gingiua non eſt apoſtemoſa, neq; calida: Piper, ſinapis, pyrethrum, tapſia, zingib. baurach, & fricetur cum eis radix eius multotiens bene, tamen prius fricetur cum panno, deinde fricetur cum hoc medicamine, deinde proijciatur ex eo in aceto & teneatur in ore, deinde uaporentur mandibulæ, & diſtillentur in aurẽ, quæ eſt in illo latere. De collyrio doloris capitis frigidi, cuius cõfectio: Caſtorij, aſſæ, ſtyracis, myrrhæ, ariſtol. opij, piperis, zingib. ſem. hyoſcyami, añ. conficiantur cum melle, aut kitran, & liniatur cum eo dens corroſus, ſicut linitur cum theriaca, & ſuffumigetur in traiectorio cum ſem. hyoſcyami, & ſtyracis, de quibus factę ſunt formæ ſimiles auellanis, & teneat in ore oleum calefactum, in quo decoctę ſunt, radices althææ, & ſtringat ſuper rem calidam aliquotiens. Confectio theriacæ ad dẽtes experta: Aſſæ, opij, myrrhæ, caſtorij ana conficiantur cum melle. Cõfectio medicaminis doloris dentis calidi, quãdo eſt cum apoſtemate gingiuę: Sem. portul. coriandri, ſumach, lentium excort. ſantal. citrinorũ, rubeorum, pyrethri, cãphoræ ana, teneat acetũ in ore cum aqua roſarũ, & inuiſcetur de hoc medicamine ſuper gingiuã poſt contritionem eius, & non deglutiat aquã eius, & adminiſtrentur ante ipſum phlebotomia, &

mia, & uentoſæ. Confectio dentifricij mundificantis, & abſcindentis æruginem: Recip. ſal gemmę, & ſem. hyoſcyami, teſtę caſtaneæ uiridis, cambil, ſpumę maris, cali, ana, terantur, & fiat dentifricium cum eis, & caueat ſibi à ſatietate nauſeatiua. Cōfectio dentifricij ſtringētis gingiuas, & dentes, conferens rubedini eorum: Balauſtiæ, ſpodij, roſæ contritæ, carmeſich, alumen, ana fiat ut ſuper gingiuā adhæreant. Confectio dentifricij, odorē oris faciens redolere: Corticis citri, cyperis, ſpicæ aromaticę, garyophyllorū, nucis moſchatæ, galliæ, xiloaloës crudi, cinnamomi, macis, heilhaugue, cubebæ ana drach. 1, moſchi kiraten 1, fiāt ex eis pilulæ cum aqua malorum, & teneat in ore ſuper cibum ſuum, & deglutiat ex eis duas, aut tres. Cōfectio medicaminis faciens ſtare dētes ne corrodanī, impleanī corallo, & maſtiche. Confectio medicaminis ad corroſionē in gingiua, quando dolor fit fortis & denigratur: Vtriuſq; arſenici, gallarum, calcis, aluminis ana, terantur, et fundatur deſuper aliquid aceti fortis, & conquaſſetur in mortario donec fiat ſicut unguentum, deinde dimittatur in eo donec exiccetur, & teratur ſecundo & tertio donec fiat puluis, & ſumatur ex eo quātitas granorum 2, & s. & minus, & magis, in die ſemel, & ſumatur ſuper caput tentæ, & ponatur ſuper ægritudinē, & dimittatur una hora, deinde ſumat in ore oleum roſarum, donec ſedetur dolor, fiat illud ſex diebus cunque rubet, ponatur in eo de medicamine generatiōis carnis, de pulueribus qui ſunt in Almanſore, & alijs ex eis quæ generant carnem, eſt enim bonum & expertum.

Medicinæ ad fœtorem oris. Cap. XXXII.

RECIPE extremitatum myrti humidæ, cinnamomi, emblicorum, cyperis, ſpicæ, corticis citri, foliorum ſchœnoſanthi, maſtiches, ana, galliæ, garyophyllorum, nucis moſchatæ, cubebę, heilhaugue, zingib. ana pars s. aggregentur cum paſſis enucleatis, quæ ſint duplum totius, & ſumatur ex eo quod ſit ſicut nux cum uino odorifero, aut cum meſmes antiquo, & fit illud poſt uomitum, & ſolutionem uentris aliquotiens, & abſtineat à cibis uiſcoſis & pinguibus. Confectio ad alcola, & ſunt bothor in ore: Recip. roſ. ſpodium, amylum, coriandrum, ſumach, lentes excorticatę, ſem. portulacę, alchāna de mecha, uenę, pyrethrum, ana, camphoræ pars s. ſacchari quātum eſt medietas omnium, teratur, & teneatur in ore. Cōfectio trochiſcorum de arſenico ad herpeſtiomenum: Arſenici citrini, calcis ana ℥. 10, floris ęris drach. 5, colcotar tantundem, aluminis, acaciæ, balauſtiæ ana drach. 3, terātur cum aceto per hebdomadam unam, & informentur ex eis trochiſci, ſunt enim cōuenientes ad clyſteria ulcerum antiquorum putridorum, & herpeti ęſtiomeno, & proijcitur cum eis, cum clyſteria fiunt, opium, & quando teruntur in ſole plus cum aceto, tunc ſunt magis utiles, & reponantur in loco, ubi non ſit ros, & in fece aceti, ut non debilitentur. Cōfectio medicaminis ad grauitatem linguæ: Sal armoniacus, pyrethrum, ſtaphiſagria, ſinapis, piper, acorus, ana, terantur & fricetur cum eis ſub lingua, & ſupra ipſam in die multotiens. Confectio medicinę ad uuulam cadentem: Gallę, balauſtiæ, ſalis armoniaci, ana, & ſufflentur ſuper ipſam, & ponantur ſuper cochlearium,

Digitized by Google

chlearium,& eleuetur cum ea. Confectio medicinæ ad anginā: Armel, ſinapi,pyrethri,ſem.raphani, myrrhæ,aſſæ,nitri, ſalis armoniaci, piperis, calamenti,ſtercoris canis albi ſicci,ſtercoris humani ſicci, cineris hyrundinis,añ.terantur & ſuffletur in gutture ex eis, & cōficiantur cum melle,& fiat gargariſmus ex eo,ſumpto quantū eſt galla cum aqua mellis,& quandoque proijcitur ex eis ſtercus canis, & hominis, & ponitur loco eius fimus columbinus,& quando fit res fortior, & non deſcendit in guttur aliquid,gargarizet cum ſinapi contrita, & aqua,& melle,& ponantur uentoſæ ſuper locum doloris.

Medicinæ naſi. *Cap.* XXXIII.

Confectio medicaminis auferentis dolorem naſi: Myrrha,gallia, colcotar,cortices granatorum, calamus aromaticus, garyophyllorum,nefrin, & terantur, & humectetur naſus cum licinio infuſo in uino odorifero,deinde ſuffletur in eum,& inuoluatur licinium, & intromittatur in naſum. Confectio medicaminis alaiſim: Colocynthis,cyclamen,nigella,baurach, terantur cum aceto tribus uicibus, & informentur collyria cum aliquāto fellis uaccini,& cum neceſſe fuerit diſſoluatur unum,& diſtilletur poſt balneationem, aut inclinationem ſuper aquam calidam, & naribus ſugatur aër ad interiora cum tota fortitudine ægro reſupino, cunque uehementem inuenerit mordicationem diſtilletur in eo oleum roſatum. Confectio medicaminis ad fluxum ſanguinis ex naribus: Aloë,thus, balauſtiæ,calx uiua, colcotar, puluis molendini,gypſum,gallæ,terantur cum alcohol,& ſuffletur in naſum,& mittatur in naſum licinium.

Medicinæ tuſſis,aſthmatis & ſaniei. *Cap.* XXXIIII.

Confectio decoctionis hyſſopi minor ad tuſſim cum caliditate & aſperitate pectoris: Recip.ficus albas decem numero, iuiubæ decem, ſebeſten triginta, paſſularum ſine interioribus ʒ.10, ſem. althææ,ſem.cotoneorū,hyſſopi,uiolarum ſic. ana ʒ.5,decoquantur cum 3 ℔.aquæ,donec remaneat ℔. s.de qua bibātur ℥.3,cum uiolarum conditarū pondere ℥.7. Cōfectio decoctiōis maior hyſſopi,ad tuſſim, plurimę humid. dyſpnœā, & ſaniē,& humorē in pectore: Recip.ficus alb.decē numero,dactylorum mundatorū tantundē, fœnug.ʒ.5,rad. glycyrrhizæ ʒ.10,capil.ueneris ʒ.7,radicem apij,fœniculi, ſem.utriuſq;,ſem. urticæ ana ʒ.5,hyſſopi ſic.ʒ.10,calamenti,ireos,praſſij ana ʒ.5,decoquantur,ſecundum quod diximus,& ſumantur in potu. Modus confectionis ad tuſſes quę indigēt ſputo, faciens ſpuere ex ſtomacho humorē craſſum,cum quo eſt ſonitus in pectore, aut ſanies, & uenter cum ea eſt lenis ualdē: Capilli ueneris ʒ.5,amygdalę amarę ʒ.5, ireos ʒ.3, corticum radicis capparis,farina herui añ.ʒ.2,ſeminum apij, ſem. fœniculi añ. tantundem, gentianæ,ariſtolochiæ ana ʒ.5,conficiantur cum melle deſpumato. Doſis à ʒ.2,uſq; ad 3. Confectio ſimilis illi ad eum,qui eſt cum caliditate uehemēti: Capillorū ueneris drach.10,ſem. melonū,ſem. citrulli ana ʒ.5. Doſis drach.3. Confectio ad aſthma educens humores craſſos, & ſaniem ex pectore: Recip.ſucci liquiritiæ,hyſſopi ſic.ana drach.10,capil.ueneris

Digitized by Google

drach.7,ſem.urticæ,ireos,cordumeni,piperis,ariſtolochiæ rotundæ,baurach,naſturtij,carui campeſtris, amygdal.amar.ana drach.5,conficiantur cum melle quãtum ipſa ſunt,& detur in potu cum decoctione hyſſopi maioris. Confectio trochiſ.de papauere ad tuſſim ſic. quæ non indiget ut ſpuat,& ad locum catarrhi: Recip.papaueris albi drach.10,ſem.cucurbitę,ſem.citrulli,ſem.hyoſc.albi ana drach.30, amyli,tragacanthę,gummi Arabici ana drach.15, cõficiantur cum mucil.pſyllij,& fiant ex eis trochiſ. & trium drach.doſis, unus eorum cum ſyropo de papauere, aut cum aqua hordei,quę eſt bona ad tuſſim,quę eſt cum caliditate & ſputo citrino ſubtili,& ad tuſſim calidam. Confectio pilul.de ſtyrace ad tuſſim,quę inquietat in nocte,& facit euigilare abſq; caliditate: Recip.myrrhę,ſtyracis liquidę,opij ana fiant pilulę ſicut cicer,& ſumantur tres in hora dormiendi. Confectio pilul. quę tenenť in ore:Succi liquiritię, piperis,ſacchari,ana informentur pilulę. Cõfectio pilul.quibus ſoluunť habẽtes dyſpnœã frigidã:Pulpę colocyn.drach.1.tertia, agaric. drach.s. baurach tertia drach.1,ſucci liquiritię drach.1,ſem.urticę,ireos añ.drach.s.terãtur, & fiant pilulę,& eſt doſis 1. Confectio pilul. ad tuſſim, quę eſt cum febre:Succi liquiritię,uiolarum ana drach.1,agarici quarta drach.1,fiant pilulę. Confectio pilularum de papauere ad tuſſim ſic.infeſtantẽ,& prohibet catarrhum quando eſt cum caliditate:Opij,amyli,gummi Arab.ſucci liquiritię, papaueris ana,fiant pilulę ſicut cicer, doſis à drach.3, uſq; ad 4,& ſunt conuenientes pueris qui uomunt ex uehemẽtia tuſſis. Confectio pil.ad tuſſim,quę nominať lenis: Suc.liqritiæ,amyli,tragacanthę, amygd.excort.gummi Arab.ana,ſacchari taberzeth,quantũ eſt medietas eorum,terãtur & cõficiantur cum mucil.ſem.cotoneorum, & fiant pilulæ compreſſę. & teneanť in die & nocte,auferunt enim aſperitatem pectoris.

Confectio trochiſ.qui in potu ſumuntur in pleureſi,feſtinãs maturationem,& faciens facile ſputũ:Suc.liquiritiæ, uiolarum ana drach. 10,amyli,tragacanthę,ſem.althææ,ſem.fœniculi ana drach.3, cõficiantur cum mucillagine ſem.lini, & ſem.cotoneorũ, & ſumať in potu cũ ſyropo uiolato.

Cõfectio trochiſ.de arſenico ad tuſſim plurimę humiditatis,& phthiſim malã,& aſthma,& dilatat anhelitum ilicò, cum fit ſuffumigatio ex eis ſuper locum,& bibitur etiam ariſtol.myrrhæ, ſtyracis liquidę, galbanum, ana,arſenici quantum ipſa, aggregentur cum butyro uaccino, & fiant inde pilulæ ſicut auellanæ, & fiat ſuffumigatio cum una earum per traiectorium. Confectio pil. quæ potantur omni hebdomada ſemel, aut bis, & mundificant pectus ab aſthmate : Agarici drach.1,pulpę colocyn. quarta drach.1,hyſſopi drach.3, ſucci liquiritiæ,praſſij,ſinapis ana tertiam drach. 1, dentur in potu cum aqua mellis, & eſt doſis una , quandoq; ſumitur ex eis in potu omni die drach. una. Confectio ſyropi de papauere , conueniens ad tuſſim ſiccam, phthiſim, & confert ſputo & catarrho,& tuſſi quæ uigilare facit in nocte,& infeſtat: Recip. papaueris albi & nig.ana ʒ.100,ſem.lactucę,quantũ omnia ,ſem.hyoſc.albi ʒ.30,coquantur cum quingẽtis ʒ.aquæ donec fiant ʒ.200,deinde coletur, & proijciatur deſuper ʒ.1,mucil.pſyllij,cum ʒ.1.rob,et decoquať donec inſpiſſeť,& adminiſtreť.

Confectio

Confectio emplaſtri ad ſoſati, id eſt, apoſtema in uelamine ſeparante inteſtina, ſedantis dolorem, & maturãtis apoſtema ualdè: Violæ ſiccę, chamæmelũ, anethũ, furfur uel ſulphur, althæa, farina ſem. lini, farina fœnugręci, farina hordei, decoquantur in aqua donec diſſoluantur, & effundatur aqua, deinde conficiantur cum oleo, & fiat ex eo emplaſtrum dum eſt tepidum, & quandoq; adduntur in eo cinis cauliũ, & adeps antiquus, cum non eſt caliditas plurima. Confectio unguenti lenientis ſputum, & lenificantis pectus, & adminiſtretur in tuſſi ſicca, & phthiſi. Recip. cerę citrinæ drach. 10, olei de keiri citrin. lib. 1, ſtyracis drach. quindecim, adipis anatis drach. decem, aggregentur & inungantur cum eis pectus & latus. Confectio trochiſcorum ad tuſſim ſiccam cum caliditate uehementi & ſiti: Succi glycyrrhizæ, uiolarum ſiccarum ana drach. decem, ſem. citrulli, ſem. cucurbitæ, tereniabin ana drach. quinq;, cõficiantur cum mucillagine ſem. cotoneorum, & fiant trochiſci drach. 3, & ſumãtur in potu cum aqua hordei, & ſyropo uiolarum. Confectio trochiſcorũ de terra ſigillata ad ſputũ ſanguinis: Thuris, ſanguinis draconis ana drach. 3, & tertia, karabę drach. 5, hæmatitis, terræ ſigillatæ ana drach. decem, aluminis drach. 2, & s. balauſtiæ drach. 3. & tertia, opij, cinnamomi ana drach. 2, aggregentur & terantur, & fiant trochiſci drach. 10, ſitq; doſis 1, & ſumatur in potu cum aqua albedarogi, aut aqua portulacæ. Confectio epithematis prohibentis fluxum ſanguinis ex matrice, ueſica, & naſo: Acacię, ſucci bar. hircinę, thuris, gallarum, balauſtiæ, croci, gummi, myrrhæ, boli Armeni, opij ana, fiant trochiſci, & liniatur cum eſt neceſſe pectus, ſtomachus, & ſumen in hora fluxus ſang. ex ueſica, & matrice, & liniantur ſuper mẽbra in qbus ſunt ulcera magna & ſuper fiſtulas, & peſſarizetur uulua de qua fluit ſanguis ex eis, & liniantur ſuper pecten & alkatim.

Medicinæ ſtomachi. Cap. XXXV.

CONfectio trochiſcorum ſtellę ſedantium dolorem ſtomachi, & remouentium acetoſam eructuationẽ, & difficultatẽ anhelitus, & puncturã, & conſtrictionẽ uentris, & inflationem, & dolorem capitis antecedentẽ, cum bibuntur, aut linitur cum eis frons, diſſolutis cum aceto, & dolorem auris, cum diſtillatur, diſſoluti cum aqua ſamſuci, aut ſucco calamenti, & prohibent corroſionem dentium cum replentur ex eis, & ipſi conferunt ſputo ſanguinis & coryzæ, & tuſſi antecedenti, & ulceribus inteſtinorum, morſui animalium uenenoſorum, febri commixtæ, & ſunt de lib. Almeſia, quorũ cõmixtio: Recip. caſtorij, myrrhę, caſſię ligneæ, terræ ſigillatæ, corticum rad. mandrag. ana ʒ. 4, croci, coſti, piperis ana ʒ. 6, aniſi, ſem. apij, ſem. keiri, ſeſeleos, ſem. hyoſc. albi, ſtyracis ana ʒ. 3, tere medicinas ſiccas, & diſſolue gummas in uino odorifero, demum adiunge eas reliquis medicinis, & cõfice cum aqua, et informa ex eis trochiſcos, unumquemq; drach. 1, & detur in potu cum eo quod conuenit ægritudini ex potibus. Confectio trochiſcorum de roſis ad dolorem ſtomachi, & febres phlegmaticas, in quibus eſt humor cholericus, & ad inflammationem anhelitus, & malitiam digeſtionis: Recip. roſarum rubearum tritarũ ʒ. 10, ſpicę aromaticę, maſtiches ana ʒ. 1, & s. fiant troch. Doſis ʒ. 2.

Confectio

Confectio trochiſcorum de roſis maior, conferentium doloribus ſtomachi & malitiæ digeſtionis, et inflationi, & incœptioni hydropiſis, & febribus antiquis: Recip. roſarum ʒ.3, xiloaloës, ſpicæ, maſtiches, caſſiæ, floris ſchœnoſanthi, cinnamomi, abſinthij Romani, ana ʒ.1, fiant trochiſci cum uino ueteri, & detur in potu aqua radicum. Doſis ʒ.2. Confectio trochiſci ſtellę ad dolorem ſtomachi profundum: Spicæ, maſtiches, cinnamomi, thuris, ſchœnoſanthi, caſtorij, myrrhæ, piperis, mandragoræ, ſem. hyoſcyami, abſinthij, uel apij, aloës, ana ʒ.10, fiant trochiſci, dentur in potu ʒ.2, cum uino. Confectio trochiſcorum ad eum qui cibum euomit, cum ſignificationibus caliditatis: Roſę, ſpodij, cymini infuſi, ana ʒ.1, ſumach ʒ.3, coriãdri infuſi cum aceto & aſſati ʒ.2, ſauic de granis granatorum ʒ.2, corticum ſuperiorum ʒ.s. maſtiches tantum, deinde fiant trochiſci, & ſumantur ad malitiam digeſtionis ex caliditate cum ſyropo acetoſo. Modus confectionis ad eum qui euomit cum ſignificatiõibus frigiditatis: Radicum ſchœnoſanthi ʒ.1, piperis ʒ.s. thuris ana ʒ.1, uſneæ ʒ.s, zingiberis, cinnamomi, caſſiæ, calamenthi ana quartam ʒ.1, bdellij ʒ.s, ammeos tãtundem, deinde interiora paſſularum terantur cum aqua, & exprimantur, & decoquatur aqua donec fiat craſſa, & conficiatur cum ea, & bibatur de ea ad magnitudinẽ nucis omni die. Confectio trochiſci de ſpica ad apoſtema durum in ſtomacho, iuuatiui ualdè: Floris ſchænoſanthi, capſiæ, rheubarbari, calami aromat. ſpicę nardi ana ʒ.3, croci, myrrhæ, opij, aniſi, piperis, coſti ana ʒ.1, bdellij ſubalbidi ʒ.2, maſtiches, ſtyracis liquidę ana ʒ.2, armoniaci ʒ.s. informentur trochiſci, & dentur in potu ad apoſtema ſtomachi, cum miua, aut cũ triplicato, & ad apoſtema hepatis cum ſyropo acetoſo. Doſis aureus unus. Confectio diacymini bona ad frigus ſtomachi, & ad eructuationem acetoſam, uẽtoſitates ſpargit, lenit naturam, aperit oppilationem hepatis, et calefacit ipſum, & eradicat colicam: Recip. cymini, carmeni ʒ.100, zingiberis ʒ.20, piperis ʒ.10, ammeos ʒ.2, foliorum rutæ ſiccæ, baurach rubei ana ʒ.20, epithymi ʒ.30, cõficiantur cum melle, & adminiſtrentur. Confectio electuarij ſolutiui, mundificantis ſtomachum, & expellẽtis ab eo ſuperfluitates humiditatum remanentium in eo ex fructibus humidis & cibis craſſis: Recip. turbith ut canna albi ʒ. decem, zingiberis drach.2, ſacchari albi drach. 15. aggregentur omnia, & cribellentur. Doſis drach.3, et plus, uel minus ſecundum neceſſitatis quantitatem. Confectio diaolibani ad frigus ſtomachi, & deſtructionem appetitus, & ad feſtinandum penetrationem cibi in corpore, & retinet fluxum uentris, accidentem ex frigore ſtomachi & hepatis: Recip. cyperi, calamenthi, ſpicæ, keiſim, ammeos, aniſi, nigellæ, thuris, balauſtiæ, ana, conficiantur cum melle exquiſitiſſime deſpumato. Doſis drach.2.

Confectio Fenonis ad debilitatem ſtomachi, & corruptionem formæ, ad exuberationem menſtruorum, & ſanguinem hæmorrhoidarum: Myrobalanorum nigrorũ, emblicorũ, carmeſich, ſchœnoſanthi, cyperi, zingiberis, ammeos, piperis, olibani, ſcorię ferri, infuſę in aceto uini hebdomada 1. poſtq̃ cõtrita eſt ſicut alcohol, & aſſatæ añ. ʒ.15, conficiant̃ cũ melle, & ipſum quidẽ abſcindit ſang. menſtruorũ, fluxũ uẽtris, et multitudinẽ urinę.

Confectio

Confectio de ſcoria ferri, cum lacte acetoſo, ad debilitatem ſtomachi,
& extenuationẽ: Scoriæ ferri contritæ, ſicut alcohol pugillus unus, nigel-
læ, ammeos, keiſim, cymini, fœnugręci, ana pugillus unus, rutæ, apij, men-
thę, fundantur deſuper libre ſeptem lactis acetoſi, & dimittãtur 2. diebus,
deinde coletur ex eo lib. 1, & bibat ſummo mane, & comedat poſt quatu-
or horas cibum bonum multum, & non appropinquat aceto, neq; oleri,
neque ſalito, & bibat ſuper ipſum uini ueteris parum, & bibat ex eo lacte
quãdo ſitit paulatim, donec integrè compleat duas libras diebus aliquot.
Confectio de ſcoria ferri cum uino faciens colorem bonum, & calefa-
cit corpus: Semen apij, ſemen fœniculi, aniſi, cymini, ammeos, aniuden, id
eſt, radicis herbæ de qua fit aſſa fœtida, origani, keiſim, carui, coriandri, pi
peris, macropiperis, cinnamomi, thuris, ſpicæ, garũ, nucis moſch. cyperi,
ſemen rutæ. ſem. erucæ, ſem. cepæ, añ. aur. 1, ſcoria ferri drach. 10, decoquan
tur cum ſexcuplo ſui uini, donec remaneat medietas, & coletur, & bibãtur
omni die drach. 30, illius uini uſq; ad 40, calefacit enim fortiter illum cuius
corpus iam infrigidatum eſt, & cuius color ualdè malus eſt. Cõfectio
medicaminis ad impinguãdum corpus: Cinnamomi, zingiberis, galangæ,
cymini, ammeos, ana, drach. 5, naſturtij albi drach. 10, ſarcocollæ, zedoa-
riæ, ana, ʒ. 3, ſeminis hyoſc. nucis heden, id eſt terra mellis, ana drach. 7,
granorum impinguandi ʒ. 10, granorũ de kerui drach. 15, papaueris ʒ. 10,
teſticulorum uulpis, hermodactylis, been, utriuſque, ana, drach. 10, ſalis,
aluminis drach. 10, ſcoriæ ferri drach. 10, ſumat ex eo puluere quantum tri
bus uicibus digitus tenere poteſt, in mane & ſerò, poſtquam cõtritum eſt,
& cribellatum, & ſorbeat poſt ſorbitionem factam ex farina ciceris, & o-
rizæ, & fabarum, & tritici, & amygdalarum, & lacte, & ſaccharo, & non
comedat acetoſum, neq; ſalſum, neq; laboret labore uehemẽti ſuperfluo,
neq; prolonget moram in balneo, & aſſiduet comedere ſuper uinum.
Confectio medicinæ extenuantis corpus pingue: Laccæ, ſandarachæ,
ana, drach. 1. tertias duas, ſamſuci ſicci drach. s, atramenti, ariſtolochiæ ro
tundæ, gentianę, ana, drach. quartam, doſis ſit tertia drach. 1, & ſtudeat in
hoc ad prouocandum urinam, & tolerandum ſitim. Confectio empla
ſtri confortantis ſtomachum, & hepar, & calefacientis ea: Abſinthij Ro-
mani, coſti, piperis, zingiberis, ana, drach. 5, olibani drach. 3, maſtiches ʒ.
5, calami aromatici, gallię, ſchœnoſanthi, garyophyllorũ, cinnamomi, ana
drach. 2, miuæ factæ ex uino ueteri, & aqua cotoneorum, quod aggreget
ea poſt ipſorum contritionem, & liniatur deſuper. Confectio empla-
ſtri fortis, reſoluentis apoſtema durum ſtomachi, & hepatis, & admini-
ſtretur ubi non eſt caliditas, & ubi apoſtema non eſt antiquum: Semen li-
ni, fœnugręci, ſemen caulium, carpobalſami, ana, drach. 10, cordumeni, ire-
os, amygdalæ amaræ, coſti, myrrhæ, ſpicæ, cyperi, ana, drach. 5, bdellij ſub-
albidi drach. 7, maſtiches drach. 1, ſtyracis liquidæ drach. 3, ammoniaci, ce-
rę citrinæ, adipis anatis, ana, drach. 3, olei chamæmelini drach. 20, diſſol-
uantur gummi in uiginti drach. uini, deinde aggregetur & emplaſtretur
cum eo. Confectio emplaſtri ad apoſtema in eis, cum non eſt antiquum:
Fœnugræci, ſeminum lini, anethi ſicci, uiolarum ſiccarũ, chamæmeli ſicci,
althææ,

Digitized by Google

althææ ſiccæ, maſtiches, ana, drach. 5, ſpicæ, cyperi, ſchœnoſan. calami Aromatici añ. drach. 2, croci drach. 3, olei chamæmeli drach. 15, aggregentur cum eo. Confectio ad idem bona, decoquantur in oleo ſeſamino: Coſtus, cyperus, ſpica de unoquoq; tribus uicibus, & ſumatur mucillago fœnugræci, & ſeminum lini, & decoquatur donec inſpiſſetur, & ſumatur de ea drach. 1, & cerati facti cum hoc oleo tantundem, & maſtiches drach. 5, aggregentur & terantur, & emplaſtretur cum eis.

Medicinæ cordis. *Cap.* XXXVI.

Confectio trochiſci ad pulſum cordis: Recip. thuris drach. 5, enulæ ſiccæ drach. 3, ſucci calaminthæ, foliorum rutæ, ana, drach. 2, ſiſymbrij drach. 3, origani drach. 1, & s. ammeos tantundem, detur in potu ex eo aureus 1, cum decoctione cymini. Sunt enim boni ad inflationem in uentre, & puncturam uenenoſam. Confectio trochiſcorũ de moſcho ad pulſum cordis, ſyncopim, hydropiſim, & extenuationem: Maſtiches, xiloaloës crudi, cinnamomi, garyophyllorum, galliæ, ſpicę, nucis moſchatę, cubebę, cardamomi, heilague, olei de citro, ana, aur. 1, moſchi, ambræ, ana, ſextam drach. unius, fiāt trochiſci cum keſmes.

Paſtilli de moſcho.

Confectio alia ad pulſum cordis: Coriandri drach. 10, ſemen bedarogi, ſemen felẽgemiſſæ, ana, drach. 3, ſpodij drach. 4, roſæ drach. 1, charabæ, margaritarum, coralli, ana, drach. 1, ſeminis portulacæ drach. 3, ſeminũ lactucæ drach. 1, ſantali albi drach. 2, cāphoræ drach. s. moſchi kerat 1. Cõfectio de xiloaloë, ad ſyncopim, & uomitum, & colericam paſſionẽ: Thuris drach. 3, roſ. drach. 6, xiloaloës, galliæ, garyophyllorum, ſpicæ, cretæ quę comeditur, de Coraſceni, ſpodij, ana drach. 1, cubebæ drach. 1, fiāt trochiſci. Confectio medicaminis de moſcho ad pulſum cordis, & ſyncopim: Maſtiches, cinnamomi, xiloaloës crudi, garyophyllorum, gallię, ſpicæ, nucis moſchatæ, cubebæ, cardamomi, heilhague, cyperi, ſchœnoſanthos, foliorum citri, ſemen albedarogi, ſemẽ felengemiſch, ſamſuci, ſiſymbrij, zingiberis, macropiperis, margaritarum, coralli, karabæ, ſetæ crudæ, folij Indi, been, ana, drach. 10, moſchi drach. 1, tertiam boni puri, aggregentur omnia cum melle, myrobalanorum kebulorum conditorum.

Diamoſchi.

Medicinæ hepatis. *Cap.* XXXVII.

Confectio trochiſcorum de berberis ualentium ad hepar inflāmatum, & debile, & corruptionem complexionis, cum caliditate: Recip. carnis berberis drach, 10, roſarum tritarum drach. 5, ſeminum endiuiæ, portulacæ, ſemin. citrulli, ana drach. 3, ſeminis apij drach. 1. ſpicæ, maſtiches, ana drach. 5, laccæ, reubarbari, ana drach. 1, fiant trochiſci aureorum duorum, & detur 1, in potu cum ſyropo acetoſo puro.

Confectio trochiſcorum, de reubarbaro ad malitiam complexionis, & dantur in potu poſt febres longas, & cum corrumpitur forma. Recip. reubarbari drach. 10, ſpicæ, maſtiches, ſeminis apij, ſchœnoſanthi, ammeos, ſauinæ, amygdalarum amararum, coſti amari, cinnamomi, ana, drach. unius ſextam, ſucci eupatorij, ſeminis fœniculi, aniſi, aſari, ariſtolochiæ, gentianæ, ana, drach. 2, piperis, zingiberis, ana, drach. 1, abſinthij Romani drach. 2. Fiant trochiſci aurei unius, & potetur unus. Confectio

trochiſcorum

Digitized by Google

trochiſcorum de lacca conferentium hydropiſi hipoſarcæ, qui prouocant urinã, aperiũt oppilationes in hepate, & calefaciunt ipſum: Laccę, rheubarbari, ana ʒ. 3, ſpicę aromaticæ, maſtiches, ſeminũ apij, ſchœnoſanti, abſinthij, ammeos, ſauinę, amygdalarũ amararũ, coſti amari, myrrhæ, rutę, añ. ʒ. unius ſexta, ſucci eupatorij, abſinthij, ſeminis fœniculi, aniſi, aſari, ariſtolochiæ, gentianę, ana ʒ. 2, piperis, zingiberis, ana ʒ. 1. fiant trochiſci, de quibus in potu dentur aurei duo. Confectio trochiſci de mezereon ſolutiuorum, conferentium hydropiſi aſciti, & dantur in potu omni die, & faciunt ipſum aſellare ſemel, & alleuiãt, & aperiũt oppilationes hepatis: Seminis endiuiæ ʒ. 10. ſemin. mezereon, ʒ. 1, & duas tertias ſi uolueris foliorum eius, agarici tantundem, roſarum tritarum, ʒ. 2. & s. ſucci eupatorij, ʒ. 2, & duas tertias, ſem. citrulli ʒ. 2, & s. fiant ex eis trochiſci 10, & ipſi ſunt trochiſci mirabiles & optimi, de qbus bibat unus. Cõfectio medicaminis ad hydropiſim tympanitẽ, cũ non eſt caliditas: Aniſi, petroſelini, coſti, myrrhæ, piperis, baccarũ lauri, nigellæ, keiſim, caſtorei, aſſæ, aniuden, aſari, croci, ana, ʒ. 1, ſerapini, acori, amygdalarum amararum, rutæ ſiccæ, cymini, carmeni, ammeos, origani, hyſopi, dauci, carui, galangæ, calamẽti ſicci, foliorũ algarab, calcanei uituli, aut baurach aduſti, amomi, polij, zingiberis, agarici, ana, drach. 2, mellis diſpumati, quod ſufficit ad conficiendum. Modus confectionis de enula ualentis ad apoſtema durum, eueniẽs in hepate, aut ſtomacho, ex percuſſiõe: Ariſtolochię, zingiberis, ſiccæ enulæ, aſtirgar, erucę, ſeminis apij, fœniculi, aniſi, ammeos, ana, pars media, terantur & aggregentur cum melle, & detur in potu ex ea quantitas auellanę. Modus medicaminis de curcuma maior, conferens ægritudinibus hepatis, cum fiũt chronicæ & prolõgantur & indurãtur, & eradicat eas, ita ut nihil dimittat ex eis: Phu, aſari, dauci, ſeminis apij, añ. ʒ. 4, meiſus, ſpicæ celticę, ana, ʒ. 6. cõſti, mirrhe, caſſiæ ligneæ, ſchœnoſanti, carpobalſami, rubeæ, qua tingit, añ. ʒ. 2, polij, ſucci eupatorij, olei de balſamo, ſcordeon, ſcolopẽdrię, ſucci liquiritiæ, ana, drach. 3, calami aromatici, chamæmeli albi & rubei, aſari ana, drach. 3. 1. & s. croci, tragacanthæ, ana, drach. i, terantur & conficiantur cum melle, Doſis ſit inſtar nucis. Confectio trochiſci ad hydropiſim, quæ eſt cum calore & corruptione hepatis & ſplenis, cum ſolutione uentris: Spodij, carmeſic, gallię, balauſtię, ſumach, ſeminũ tamariſci, ſeminum acetoſę, añ. ʒ. 1, cyperis, floris ſchœnoſanti, aniſi, ſpicę, rheubarbari, laccę, corticum radicis capparis, ana, drach. s. agnicaſti, ſeminũ portulace, añ. ʒ. 1, endiuiæ, drach. s. opij, drach. s. camphoræ, ʒ. ſextã, fiant trochiſci, ʒ. 3. Confectio pilularum facientium aſellare aliquotiens, et alleuiantium ægrum: Myrobalanorum citrinorum ʒ. 10, ſerapini, ʒ. 5, doſis à. 2, ʒ. uſq; ad 3. Confectio pilularum de rheubarbaro ad hydropiſim tympanitem: Recip. mezereon ʒ. 10, ſucci eupatorij, ſeminis endiuiæ, añ. ʒ. 3, agarici, ʒ. 5, rheubarbari, ʒ. 3, ſeminis apij, ʒ. 1, & s. Doſ. ʒ. 1. & s. Confectio aliarum pilularum ſoluentium aquam per egeſtionem cum fortitudine: Semin. mezereõ excorticati, ʒ. s. ſacchari. taberzet. ʒ. i. amygdalarũ excorticatarum, tragacanthæ, ana, ʒ. s. & eſt doſis 1. Cõfectio aliarum pilularũ quæ ſunt ultimæ: Mezereon ʒ. s. æris uſti ʒ. tertiam, ſerapini, ʒ. 1, euphorbij, quartam

Paſtilli de lacca.

Paſtilli de Mezereon.

Digitized by Google

quartam ℥. ſalis Indi armon. foliorũ rutę ana, ℥. ſextam, ſimi columbini ℥, ſextam, & eſt doſis ʒ.1. Cõfectio medicaminis de lacca: Florum ſchœno ſanti, ſpicę, aſari, petroſelini, ana, ℥. 3, eupatorij, laccæ, ariſtolochię, añ. ʒ. 1. & s. ſeminis endiuiæ, ſeminis citrulli, añ. ʒ. 4, maſtiches, ſucci liquiritiæ, ana, ʒ. i, croci, ʒ. s. Doſis aurei 2. Confectio pilularum, de quibus datur omni nocte, quãdo eſt cum ſiccitate naturæ, & leniunt eam, & alleuiant ægrum, quæ nominant̃ pilulę de agarico: Agarici ʒ.10, ſucci eupatorij, rheu barbari, ariſtolochiæ, añ. ʒ.2, ſacchari taberzet, ℥.5. fiant pilulæ ſimiles cice ribus, & potetur de eis una, omni die uſq; quo ad ultimum perueniat naturę lenitas, ſoluendo enim faciunt aſſellare, & peruenit alleuiatio ab eis, & ipſę cum hoc cõferunt hepati & aperiunt oppilationẽ eius. Confectio tro chiſcorũ de rheubarbaro: Floris ſchœnoſanti drach. 5. ſpicę, aſari, petroſeli ni, aniſi, eupatorij, laccę, rheubarbari, ana, drach. i, ſem. endiuiæ, ſem. citrulli, ana, aur. 4, maſtiches, ſucci liquiritiæ. ana, croci, zingiber. ana, drach. 5. Doſ. aurei 2. Confectio trochiſcorum de camphora ad hepar inflãmatũ, icte ritiã, & febribus adurentibus: Roſ. ʒ. 10, roſet. ſcilicet carnis eius tantum ʒ. 20, ſem. citrulli, ʒ. 10, ſeminis endiuiæ, ſem. lactucę, portulacæ, ana, ʒ. 3, ſpodij. ʒ. 10, ſantali citrini, ʒ. 2, cãphoræ, ʒ. 1, fiant trochiſ. ʒ. 2, cum mucillagine pſyllij, & potetur unus cum rob citri ad hepar inflãmatum & cor, aut cũ lacte acetoſo de capris, aut cum lacte de quo extractũ eſt butyrum, & ſunt boni ad pulſum cordis ex caliditate, & icteritia, cũ ſyropo acetoſo, & in febre ex caliditate. Confectio emplaſtri de ſantalis ad hepar inflãmatum: Vtriuſq; ſantal. roſę, fauſel. ſief memithæ, camphoræ, & liniatur cum aqua ſolani, & modico aceto uini. Confectio emplaſtri ad hydropiſim, aſciten, abſq; caliditate, & quando emplaſtratur cum eo ante aquã, & eſt expertum: Farina hordei, cyperi, ſtercus ouinũ ſiccũ, cyminum, baurach, bolũ armenum, liniatur deſuper, quoniam exiccat aquam uirtute forti. Confectio kelekengi, hydropiſi calidę: Foliorũ mezereon infuſorũ in aceto exiccatorũ tritorũ drach. 5, agarici turbith, ana, drach. 5, ſucci abſinthij, drach. 3, myrobalani citrini, drach. 5, roſarum rubearum, ſem. endiuiæ, citrulli, ana. drach. 2, tereniabin, drach. 10, ſucci liquiritię, drach. 2, decoquatur tereniabin, donec fiat ſicut mel, & conficiatur cum eo, & det̃ in potu ex eo, à drach. 2, uſq; ad 4. Confectio kelekengi ad hydropiſim, cum qua non eſt caliditas foliorum mezereon tritorum: Agarici, myrobalanorum citrinorũ, ſerapini. ana, drach. 5, ireos, drach. 3, rheubarbari, ſucci eupatorij, ſpicæ, aniſi, à drach. 2, conficiantur cum melle. Doſis, à drach. 3, uſq; ad 4. Confectio pilul. almezereon ad aſciten, quando non eſt caliditas, neque uentris ſolutio: Mezereon, calcecumenon, ſtercoris columbini, ana, euphorbium quarta unius illorum conficiantur cum iulep. Doſis drach. 2, & s. cum aqua paſſularum de coraſceni, ſitq; cibus eius cariſca, aut cibus cum ſumach, aut acetum cum oleo, aut cum ſyropo acetoſo. Confectio trochiſcorũ azereſch, frigidorum ad dolorẽ hepatis: Azereſchit, drach. 5, ſeminis citrulli excorticati, ſeminis endiuię, ſeminis portulacę, ſeminum fœniculi, ana, drach. 2, & s. ſucci liquiritię, drach. 1, & s. roſ. drach. 1, fiant cum aqua roſar. & dentur in potu cum ſyropo acetoſo, & aqua endiuiæ, & aqua ſolani.

Confectio

Digitized by Google

Confectio trochiſcorũ azeriſcik: Azeriſcik, ʒ. 5, laccæ, rheubarbari, ſucci eupatorij, aniſi, ſpicæ, maſtiches, ana ℥. 1, dentur cum decoctione radicum.

Medicinæ ſplenis. Cap. XXXVIII.

Confectio trochiſc. de cappāribus ad ſplenem durum, & uentoſitatem: Recipe cortic. radicis capparis, quæ ſunt aleph. ſem. alfagradi, ana ʒ. 10. ſcolopendriæ, cyperi. ana, ʒ. 1, ariſtolochiæ, foliorum rutæ, armoniaci, naſturtij, acori, nigellæ, ana drach. 3, reſoluatũ armoniacum cum aceto uini, & conficiantur cum eo cetera, ſintq́ trochiſci drach. 2. Doſis eſt 1. Confectio trochiſcorum alcarmeſic, ad ſplenem cum caliditate, & duritie: Sem. alfagradi, ſem. tamariſci, ſem. endiuiæ ana, ſcolopendriæ quartam unius, fiant trochiſc. aur. 2, & ſumãtur cum ſyropo acetoſo. Trochiſci uerò de karabę cum aqua de radicibus, & ſyrop. acetoſo, aut cum aqua illa, quę de eo pura eſt, quando dubitatur de uentoſitate ſub ſplene, conferunt. Confectio emplaſtri ad duritiẽ ſplenis: Foliorũ rutę, ʒ. 10, baurach, ʒ. 3, calamenti ſicci, drach. 3, armoniaci, drach. 7, diſſoluãtur cum aceto uini. Confectio pilul. expellentium icteritiam fortiter: Aloës, ſcãmonię, ana drach. quartã, agarici, ʒ. 2, tertia, ſucci eupatorij, ʒ. tertia, fiãt pilulę cum ſucco endiuiæ, & eſt doſis 1. Cõfectio emplaſtri ad ſplenẽ cum caliditate: Lignũ ſalicis et folia eius, & ipſius extremitates tamariſci, corticis radicis capparis, extremitates myrti, & cypreſſi, & acetũ uini.

Medicinæ colicæ. Cap. XXXIX.

Confectio pilularum ſoluẽtium colicam uelociter: Recip. aloës, ℥. 10. ſcãmoniæ, ʒ 2, & s. interioris colocynthidis, ʒ. 3, tertiã, ſalis gẽmæ, ʒ. 2, ſerapini ʒ. 3, ſebram tantundem, & ſunt 10. doſes. Confectio ſerabezen, reſoluens uentrem fortiter, et educens ſuperfluitates: Scãmoniæ, piperis, zingiberis, cymini, foliorũ rutæ, baurach, galan. cinnamomi, garũ. añ. drach. 10 mellis ʒ. 40, doſis à drach. 2, & s. uſq; ad 3.

Confectio electuarij diacitonitẽ ſolutiui, quod adminiſtratur in colica, cũ nauſea fortior fit, & euomit æger id quod bibit: Scammonię ʒ. 10, maſtiches, garyophyllor. galliæ, zingiberis, piperis, macropiperis, nucis moſchatæ, cinnamomi, ana, ſucci cotoneorũ acetoſorũ, mellis apũ, ana, cõmiſceantur & decoquantur, donec inſpiſſentur, & conficiantũ medicinæ cum eis. Doſis à ʒ. 1, uſq; ad 1. & s. Cõfectio pilularũ quæ ſumunt ante cibũ & poſt, & exiccãt eiectionẽ cibi paulatim, & deſtruũt ſatietatẽ nauſeatiuam, & ſoluunt uentrẽ, & reſoluũt colicã: Zingiberis, melanopiperis, macropiperis, galliæ, garyophyllorum, & neremiſc. ana ʒ. 10, ſacchari taberzet, ʒ. 10. Doſis ʒ. s. & faciũt aſellare à 2. ſellis uſq; ad 5, omnẽ hominẽ ſecundũ quantitatem ſuæ naturæ & uirtutis. Cõfectio clyſteris ad febricitãtes, & patientes birſen, cum retinentur eorum naturæ: Recip. ſacraiati, aquæ ſiclæ, in qua bulliat ʒ. 1, baurach, & fundatur deſuper oleũ uiolarũ, & fiat clyſtere, & quando non eſt febris, ſumatur pugillus furfuris ſacchari rubei, ʒ. 30, baurach, ʒ. 2, & olei ſeſamini ʒ. 1. Confectio pilularum reſoluens ſatietatem nauſeatiuã, & uentoſitatem, & digerit, & prouocat appetitum: Maſtiches, zingiberis, cinnamomi, garyophyl. neremiſc. piperis, macropiperis, añ. ʒ. 10. ſcãmoniæ tantundẽ, ſacchari tãtundem, fiant pilulę ſicut cicer, ponderantes

Digitized by Google

tertiam ℥.1. quę quidem utiles exiſtunt colicam aſſiduè patientibus. Confectio medicaminis ad colicã frigidam: Cymini, aniſi, ammeos, ana, pugillus unus, bulliant bene, & in colatura reſoluantur penidiorum ʒ. 5, & ſundatur deſuper oleum amygdalarum dulcium ʒ. 3. Confectio medicaminis, quod datur cum dolor uehemens cõmouetur, & ſedat dolorem quãdo timetur quod ęgro ſuperueniat ſincopis, propter uehementiã doloris: Zinziberis, macropiperis, ſtiracis liqdę, croci, ſem. hyoſcyami, ana caſtorei, opij ana pars s. fiant pilulę ſicut cicer, doſis ab aur. s. uſq; ad aur. 1. Cõfectio trochiſcorũ de uiol. qui ſunt cũ ſcãmon. cõferẽtes colicę cum caliditate, & utiles in febribus antiquis, cum indigẽt ſolutione ac uomitu, aut inſoſati, et ſunt in ultimo infrigidantes: Viol. drach. 10, ſcãmon. drach. 2, & s. mucillagin. pſyllij, quod ea aggreget, fiant 10. trochiſci, & ſumatur unus in potu cum ʒ. 5, ſacchari, aut cum ℥. 1, iulep, aut tereniabin. Modus confectionis ad colicam, mirabilis ualdè: Cartami, ʒ. 1, ſerapini, ℥. 10, conficiantur cũ penidijs, doſis drach. 5. Confectio trochiſcorum de uiolis qui infrigidant, & potantur in mane cum medulla caſſiæfiſtulæ, optimi ad eradicandum colicam, quę eſt cum caliditate & ſiccitate: Violarum ſiccarum, drach. 10. turbith tantundem, ſucci liquiritiæ, drach. 5, fiãt 10. trochiſci, & ſumantur omni die, quaſi 10. ficus citrinæ, & drach. 10, paſſularum enucleatarum, & decoquantur in 2. lib. aquæ, donec perueniat ad lib. 1, colentur & diſſoluantur drach. 10, medullæ caſſiæfiſtulę, & .1 ex his trochiſcis, & diſtillentur deſuper drach. 2, olei amygdalarum dulciũ, & potentur in mane. Confectio trochiſcorum de epithymo, qui dantur in potu cum aqua de radicibus, ad eradicandum colicam & uentoſitatem: Recipe turbith, epithymi, ana drach. 10, ſerapini, drach. 5, fiant ex eis trochiſci 10, deinde radicum apij, fœniculi, ana drach. 10, ſeminũ utriuſq; ammeos, zinziber. galangæ, ana drach. 5, decoquantur in lib. 2. aquæ, donec remanebit lib. i. Coletur & diſſoluatur in ea ex iſtis trochiſcis; & projiciatur deſuper aureus 1. olei de kerua, & ſumatur in potu, & quandoque projicitur in decoctione paſſularum, & ficuum, & quando datur in potu cum eo caſtoreum, ſecundum menſuram quæ uiſa fuerit. Modus confectionis de baccis lauri, ſpargentis uentoſitatem fortiter, quę datur ad bibendum in inteſtinorum & coſtarũ dolore: Rutæ, ſiclæ, drach. 10, ammeos, cymini, nigellę, ſiſeleos, keiſim, origani, carui, petroſelini, amygdalarũ amararũ, piperis, calamenti, macropiperis, dauci, acori, ana drach. 2, baccarum lauri, caſtorij, ſerapini, ana drach. 3, opoponacis, drach. 3, cõficiantur cum melle, de qua ſumatur quantitas auellanæ cum uino ueteri, non eſt ei par in deſpargendo ad uentoſitatem. Modus confectionis ſpargentis uentoſitatem, lenientis uentrem & ſedantis dolorẽ, & eſt fortior in hac diſpoſitione quàm philonium, & ego non nomino ipſum philonium: Recipe piperis, ammeos, foliorum rutæ, calamenti, caſtorij, cymini, baccarum lauri, ana ℥. unam, opij, hyoſcyami, corticum mandragorę, ana drachmã s. ſcammonię tertiam drachmę unius, conficiantur cum melle eiuſdem quantitatis, et ſi uis fiant inde trochiſci ſine melle, cuius doſis cum non conficitur ſit drachma una, et quando conficitur, ſit à drach. duabus uſq; ad 4.

Confectio

Digitized by Google

Confectio medicaminis,quod ſupponitur ad ſpargendum uentoſitatem & educens eam,& ſoluit: Cymini,foliorũ rutę uiridis,ana pugillus 1. bothomarien.ʒ.2, conficiantur cum melle,& intromittatur cum lana. Confectio ſuppoſitorij quod ſoluit uentrem,conteritur enim & proijcit̃ in clyſteri ſolutiuo,& nominat̃ ſuppoſitorium album: Recip. baurach panis,ʒ. 10.colocynth.interioris,bdellij,ſerapini,añ. ʒ.5,ſcãmoniæ,ʒ.2,& s. diſſoluantur,& fiat collyriũ ex eis. Confectio clyſteris ſolutiui lenis: Recip.ficus citrinas 5: furfuris pugillum,altheæ ligatę in panno pugillum unum. folia ſiclę decem,decoquãtur in duabus libris aquæ,donec perueniat ad 1. lib. coletur & proijciatur ſuper eam, ℥.1, baurach, & ℥.1, olei ſeſamini,& fiat clyſtere. Cum aũt uis ipſum acuere,proijce in eo de collyrio albo aureũ unum. Cõfectio clyſteris ſolutiui fortis. Colocynthid.ʒ.10,cẽtaurij minoris ʒ.15,bothomariẽ,ʒ.2, rutæ,calamẽti,baccarũ perſic. origani manipulus, decoquant̃,deinde diſſoluant̃ in ea,ʒ.3. kitran, & tantundẽ mellis, & ʒ.2, caſtorei,ſerapini ʒ.1.opoponacis ʒ.s.ſuppoſitorij albi aur.1,& fundatur deſuper ℥.s. olei de kerua,& fiat clyſtere cũ eſt colica fortis,& ileos, q̃d ſi dolor fuerit fortis,ponat̃ in ipſo quãtitas ciceris de opio. Cõfectio medicinę ſedãtis dolorẽ colicæ, & eſt philoniũ q̃d diſpergit uẽtoſitatẽ craſſam: Piperis,ammeos,nigellę, baccarũ lauri,cymini,caſtorei,ana,℥.1, opij,ſeminis hyoſcyami,mandragoræ,ana,ʒ.1, aggregentur cũ melle. Confectio formarum ſimilium auellanis, ſedãtium dolorẽ: Caſtorei,ammeos,cymini, nigellæ, ana opij quantum omnia,ſit quælibet forma tertia ʒ. unius. Cõfectio formarum ſimilium auellanis,ſedantium dolorem colicæ,difficilẽ uehemẽtem,quæ eſt cum cholera & punctura: Sem. lactucę, ſem. portulacæ, opij,ana,conficiantur cum mucillagine pſyllij, ſitq; forma quęlibet tertia ʒ. unius. Confectio clyſteris diſpargentis uentoſitatem ualdè: Ruta tribus uicibus decoquatur in oleo,& in ʒ.20. ex eo diſſoluitur caſtorei,opoponacis,ſerapini,ana,drach.s.uſq; ad 1. ʒ. & clyſterizetur cum eo,& ſi dolor fortis eſt,ponatur in eo quantum eſt granum ciceris de opio. Confectio olei quo ungitur uenter,& ſpargit uentoſitatem: Olei rutacei ʒ. 10, cũ quo diſſoluantur caſtorei ℥.2, euphorbij ʒ.1, & fiat inunctio cum eo. Cõfectio trochiſcorum ad ileos,conferentium uomitui ſuperfluo: Seminis apij,aniſi,ana ʒ.2, & s. fiant trochiſci, quorũ pondus ſit ab aur. 1. uſq; ad 2. Confectio medicinę ad uomitum leuem: Recip. cantar. nucis uomicę, nigellę,ſeminis raphani,anatis ana, baurach,ſalis Indi,ana pars media, doſis: ʒ. 4,& quandoq; additur in eo quarta ʒ. de condyſi. Confectio medicaminis temperati, conſequens finem medicinarum fortium,& non eſt timor in eo: Cantar. cõdyſi,nucis uomicę,baurach,ana,fiãt trochiſci,aureus 1. Doſis ab aureo uno uſq; ad duos Confectio ſyringi de granis granatorũ,ſedans uomitũ: Granorum granati acetoſi lib. s. ſumach mundificati, quarta lib.unius, fundantur deſuper aquæ lib. 4, et coquatur, donec perueniat ad 2. lib.& coletur,et ſumant̃ folia citri 10. folia mentę 10. garyophyl. aurei. 2, thuris ʒ. 1, corticis fiſtici uiridis, ʒ.3, ſumantur de eo in potu cum adeſt uomitus uehemens,cõturbans,et colerica paſſio, et melius quidẽ eſt cum ſumitur cum aqua roſ. et ſi non inueniũtur folia citri et mentę,niſi ſicca,ſu-

Digitized by Google

ca, et ſumãtur de unoquoq; eorũ ʒ.2. Cõfectio trochiſci ad uomitum uehe mẽtẽ doloroſum, qui eſt propter effuſiones malorũ humorũ ad ſtomachũ: Garyophyllorũ ʒ.10. galliæ ʒ.1. cinnamomi, ʒ.2. enulæ, ʒ.1, & s. maſtiches, ʒ.1, & s. opij, mãdragoræ, añ, ʒ.1, & s. reſoluant̃ & fiant decẽ trochiſci, doſis eſt unus, & adminiſtrent̃ in cholerica paſſione, quoniã ſedãt uomitũ & prouocant ſomnum, & ſtupefaciunt ſtomachi ſenſum, ita ut non opprimat ipſum, illud quod ei obuiat, & nominantur trochiſci de enula. Confectio trochiſcorum ad colicam paſſionem ſuperfluam, & ſuperfluitatem operationis cathartici, qui cõfortant animam, & ſtringũt uentrem, & retinẽt uomitum, et faciunt dormire: Galliæ, croci, garyophyl. cyperi, ana drach. 10, gallarũ, balauſtiæ, cameſiæ, corticis granatorũ, thuris, ana ʒ, 10. opij, mandragore, ana ʒ. 5, fiant trochiſci, ʒ. 2. Confectio epithematis ad colicã paſſionem, cathartici ſuperfluitatẽ & teneſmon: Gallia, acacia, tortellæ, ſantali, cyperi, et roſæ, thus, myrrha, liniatur cum aqua myrti, et cotoneorum & uino.

De medicinis reſolutionis uentris. Cap. XL.

CONfectio trochiſcorũ de ſpodio cum acetoſa cõſtrictiuorum, qui dantur in potu ad fluxum cum febre & acuitate: Roſarum, ſpodij, ana drach. 10, ſeminis acetoſæ, drach. 5, ſumach, ſeminis portulacæ, ana drach. 3, balauſtiæ, drach. 2, gũmi, drach. 1, & s. & fiant trochiſci, tertia, drach unius, & addunt in doſi kerat opij. Confectio pulueris, qui proijcitur in os, & deglutitur bibendo aliquid poſt ipſum, ad ſolutionẽ uentris cum tuſſi: Granorũ myrti, caſtanearum tritarum, papaueris, ſiliquarum, ſceni, ana, gummi, ʒ. s. terantur omnia, & ſumantur in potu ex eis, ʒ. 3, cum aqua roſarum Cõfectio pulueris qui in ore proijcitur de granis granatorum ad fluxum uentris, cum caliditate, & caſum appetitus: Granatorũ granati acetoſi aſſatorum, parumper contritorum ſicut alcohol ʒ. 100. carui infuſi in aceto & aſſati ʒ. 20 coriandri infuſi in aceto & aſſati, ʒ. 20, fructus tamariſci, drach. 10. ſiliquarum nahabati drach. 20. ſumach, balauſtiæ, ana ʒ. 15, fiat eorum contritio bona, & miſceantur. Doſis, drach. 3. Cõfectio pulueris, qui in ore proijcitur, leuis ad ſolutionẽ uentris, cum tuſſi: Granorũ myrti contritorum, ʒ. 1, caſtanearum, drach. s. papaueris ſicut alcohol, ſiliquarum ſceni, ſpodij, gummi, ana, drach. s. terant̃, Doſis drach. 3. cum aqua frigida, et præcipiatur ut in mane comedat uitella ouorũ bene elixatorum, & ſumat puluerẽ de papauere in ore. Confectio miuæ conſtrictiuæ, qui eſt ſyropus de cotoneijs: Aquæ cotoneorum acetoſorum lib. 1, uini ueteris tantundem. Decoquatur donec ſpiſſitudinem habeat, & procijciatur in eo, quaſi aureus, galliæ. Confectio electuarij, alcauzi conuenientis, conſtringentis ualde uentrem, prouocantis appetitum, & ſpargentis uentoſitatem. Granorum paſſularum contritorum ſicut alcohol, lib. una, granorum myrti contritorum, ſicut alcohol, lib. s. ſiliquarum de ſpina, balauſtiæ, thuris, fructus tamariſci. ana drach. 10, ammeos, drach. 16. aggregentur cum melle cannæ. Cõfectio pulueris, qui in ore proijcitur de bolo, ad excoriationẽ: Pſyllij aſſati drach. 20, arnogloſſæ drach. 10, gũmi, boli armeni, añ drach. 20. ſem. portulacæ, ſem. ſumiterræ, aſari, añ. drach. 10. aggregẽtur iſta, & contritio boli non ultimè fiat, & nõ ſeparent̃, & humectentur ſemina, pro-

mina,propterea quod adhęret ei bolus,doſ.ʒ.3,in mane,et tãtundem in ſero cum rob de cotoneijs puro. Confectio trochiſci de ſpodio qui ſunt fortes: Spodij,roſarum,ſumach,ſemen.endiuiæ,ana.ʒ.1,tamarindi,ſemin.portulacæ,ſem. papaueris,ſem. acetoſæ,drach.1,& ſemis balauſtię,opij,ſantali,ana.ʒ.s.cãphorę ſexta ʒ.unius, cõferunt ad ſolutionẽ uẽtris cũ caliditate ſuperflua,qui in potu dant̃ cũ aqua ſauich. infundat̃ ſauich,& ſumat̃ aqua eius Cõfectio trochiſci de ſpodio alia: Roſarũ rubearũ, ʒ.3,ſem.lactucæ, ſeminis citrulli, cucurbitæ, añ. ʒ. s.ſucci liquiritiæ, ʒ.s .ſpodij,ʒ.5.doſis integra,ʒ.s. Cõfectio pulueris,qui in ore proijcit̃ de granis granatorũ aſſatorum,conueniens ad fluxũ uentris,quando prolongatur: Trochiſcorũ hypociſtidos, corticum medianorũ glandiũ, caſtanearũ,balauſtię,capitum granatorũ aſſatorum,proijciat̃ ſuper iſtas cõmixtas,quantum ipſę ſunt pulueris granorum granatorũ,& cõmiſceantur cum iſtis, & ſumantur in potu,ʒ.3,aut 4. cum aqua frigida,aut cum rob cotoneorum puro,quoniam eſt confortatiuus & expertus. Confectio trochiſci ad teneſmon experti: Seminis hyoſcyami,ſeminis anethi,ſem. fœniculi,ana ʒ. 5, ammeos,ʒ.2,& s.opij ʒ.3, ſeminis apij ʒ.1, fiant trochiſci, aur. 1. detur 1. & adminiſtretur cũ non eſt caliditas. Modus confectionis de ſtyrace,cum eſt fluxus uentris ſuperfluitas,et teneſmon quãdo nõ eſt caliditas: Caſtorij, opij,aſari,ſtyracis liquidę,ſem. hyoſcyami albi,thuris,ana,mellis quantum omnia. Doſis,drach.2.

Confectio pulueris qui in ore proijcitur, & nominatur gluten, & adminiſtratur cum ſuperfluit catharticũ,& uehemens eſt: Gallarũ,corticis granatorum,ana,drach. 1. thuris,drach. s. tortellarum,drach. 2,ſeminis hyoſcyami quartam drach. unius, adminiſtretur quando multiplicatur teneſmon, & uehemens fit dolor & uigiliæ, potetur cum miua, hoc eſt cum ſyropo de cotoneis. Modus licinij quo utuntur,quando dolor fit fortis, & uigiliæ,& eſt Alex. mirabilis: Croci, myrrhę,lycij, olibani,opij, ana partes duæ, fiat licinium & ſupponatur, dicit Alex. fiat licinium de panno nouo, & torqueatur bene & diſſoluatur opium cum uino, & in eo conficiant alias medicinas,& inuoluant licinium in medicamine & utantur.

Confectio enematis retentiui: Oryzę excorticatę,milij,medullę glandis, lentis excorticatæ,roſarum, ana pugil. 1, tres gallæ,& funde deſuper 2, lib.aquæ,et coquatur donec redeat ad lib. 1.colentur de ea ℥.2, et diſſoluatur in ea de trochiſcis leuibus, et fortibus, et fundatur deſuper olei roſarum, ℥ s. et uitelli aſſati oui, et clyſterizetur cum ea. Confectio trochiſcorum leuium: Boli armeni, ceruſæ de plumbo, gummi,ſanguinis draconis,acaciæ,ana, fiant ex eis trochiſci,pondere drachmarum trium,et diſſoluatur unus eorum, et clyſterizetur cum eo. Confectio trochiſcorum fortium,proijciatur cum trochiſco uno ex iſtis drach. unius cartæ combuſtæ,opij tertia unius. Confectio clyſteris de arſenico, cum quo clyſterizatur, quando prolongatur mora excoriationis et putrefactionis: Recipe, medicaminis herpetis æſtiomeni, quod eſt in Capitulo oris, aureos duos, opij, drachmam ſemis, diſſoluatur in decoctione lentis et balauſtiæ cum aceto pauco, et aqua, aut cum aqua ſiclæ, poſtquam clyſterizatur ante ipſum cum aqua mellis, aut cum aqua et ſale.

Digitized by Google

Confectio trochiſcorum de alumine, qui adminiſtrantur, quando fluxus uentris eſt ualde ſanguinis plurimi, aut clyſterizatur cum ea in uulua, etiam propter iſtud: Gallarum, aluminis, acaciæ, balauſtiæ, corticis granatorum, ſucci hypociſtidos, ana, terantur & clyſterizetur cum eis, & cum decoctione medianæ corticis glandium, balauſtiæ, & roſarum. Confectio clyſteris ad egeſtionem ſanguinis, ſine mucillagine inteſtinorum: Recipe gallas tres, roſ. drach. 5, balauſtia, corticum granatorum, ana, drach. 5. lentium excorticatarum, drach. 10, corticis mediani glandium drach. 5, decoquantur, & in colatura eorum fricetur, drach. 1, acaciæ, & drach. 1, & s hypociſtidos, & drach. 2, boli, et gummi tantundem, & clyſterizetur cum ea. Confectio clyſteris ad ulcera inteſtinorum, in quibus eſt ſanies craſſa, et fœtida, & in quibus eſt ſicut lotura: Sumatur mel, et ſubtilietᷣ cum aqua, & clyſterizetur cum eo bis aut ter in die, & poſt ipſum clyſterizetur cum hoc clyſteri, Eupatoriũ, ſuccus barbę hircinæ, cortex medianus glandiũ, oryzæ ablutę, ſitq; de oriza plus, decoquatᷣ bene, et in colatura eorũ diſſoluatᷣ de hoc medicamine, thuris, ſang. draconis, ceruſæ de plumbo, lithargyri albi, ana. ℥. 1, opij ex tertia, drach. 1, uſq; ad drach. s. terantur iſtæ medicinę cum uitellis duorum ouorum contritis, & diſſoluatur in aqua illa, & clyſterizetur cũ ea. Vnguentum laxatiuum: Cęre, ℥. 2, olei cataputiæ, ℥. 3, ſalis piſtati ℥. 2. buliant in uino, quouſq; cera liquetur, & uentri, et umbilico imponas, & ſi ſupponatᷣ nimiũ laxat. Aliud: Ceræ, cataputię, lactis tithymal. ana, ℥. 2, opij, ſalis marini ℥. 1, oleum quod ſcilicet, bulliatur in uino, & ſuper uentrẽ pone uel ſuppone. Aliud: Lactis anabulæ & tithymalli, ſucci laureolę, cucumeris agreſtis, fel bouis, ſucci hellebori ana, fiat emplaſtrũ cũ farina hordei, et ſtomacho ſuperpone, et ſimilia multa de diſcretione propria, poteris huiuſmodi ſatis optima pro loco & tempore inuenire.

uentrem laxantia

Medicinæ urinæ. Cap. XLI.

CONfectio uimdach ad ardorem, et difficultatem urinæ, et ulcera renum, et cum eſt caliditas uehementior, addatur in eis ſumach, et abijciatur opium: Recip. ſeminis melonis excorticati. drach. 10, ſeminis citrulli, drach. 5, ſeminis cucurbitæ dulcis, ſeminis portulacę, ſeminis hyoſcyami albi, boli armeni, ſeminis apij, ana, drach. 2, aggregentur poſtquam contrita fuerint, fiant inde pilulę, ſimiles auellanis, & dentur in potu ex eis, drach. 3, cum ſyropo uiolato. Confectio ad ulcera renum et ueſicę: Seminum citrulli excorticati, drach. 10, amigdalę dulces, pini, granorum alkekengi, ana drach. 3, ſeminis apij, canabis, boli armeni, gũmi arabici, ſanguinis draconis, thuris, ſeminis hyoſcyami albi, opij, ana drach 2, in formẽtur trochiſci, ponderantes tertiam drach. unius Confectio trochiſcorum ultimorum ad ulcera in renibus et ueſica, cum quibus eſt confortatio, et leuitas, et incarnatio ulceris, & ſedatio doloris, et nominantur trochiſci alkekengi, quoniam ſunt loco eorum, ſed ſunt fortiores ad uehementiã ulceris, et doloris, cum urina mingitur: Seminũ citrulli drach. 10. boli armeni, gũmi, thuris, ſanguinis draconis, ſem. papaueris albi, amygdal. amararũ. excortic. ſucci glycyrrhizę, tragacãthę, amyli, ana drach. 10, ſem. apij, drach. 2, granorũ alkekengi, drach. 3. opij, drach. 10. et detur 1. cum non eſt acuitas

cum ſyropo

Digitized by Google

cum ſyropo uiolato, aut iulep, ſintq; trochiſci, ex tribus ʒ. Cōfectio colly
rij quod iniicitur in ueſicā ſedās dolorē: Cæruſæ, ſarcocollę, thuris, gummi,
amyli, opij, ſanguinis draconis, ana fiant ex eis collyria, & iniiciatur in ea
in primis aqua mellis, et dentur ea quę prouocant urinā, deinde diſſoluatur
hoc in lacte, et iniiciatˀ in eā per ſyringā. Cōfectio prouocās urinā: Sem.
apij, meu, phu, dauci, rubeę qua tingit, petroſelini, ſauinę, aſari, ammeos, ſe
min. fœniculi, galliæ, coſti, amygdalarū amararū excorticatarū, ana ʒ. 20, ſe-
min. melonis ʒ. 10, cantharidarū, ʒ. 3, armoniaci aur. 1, diſſoluantˀ cū uino,
et fiāt pilulæ ſimiles auellanis, doſis ʒ. 3. Eſt enim bona ad difficultatē urinę,
mollitiem in corpore, hydropiſim hypoſarcā, & ęgritudines, in qbus neceſ
ſaria eſt ſubtiliatio corporis, et quādo eſt caliditas, addatˀ in ea ſemen melo
nis, & detur de ea ʒ. i, & plus uel minus. Cōfectio emplaſtri, quo empla-
ſtratur pecten, & prouocatur urina: Sem. ſullę, ruta, calamentū, berēgeſiſ,
ſamſucus, ſpica, balſamita, althęa, folia raphani, ſceha, chamemelū, anethū,
& caulis, coquantur in aqua, & ſedeat ęger in ea, & fiat emplaſtrū cum fece
& ſuper pecten. Confectio epithematis fortis ad difficultatem urinę: Pi
rethrū, baurach, ſinapis, & maſtix, liniantur cum melle in balneo, & dimit-
tatur, donec multiplicetur ſudor, & balneetur cum eo anus, et alkatim, et pe
cten, & ilia. Cōfectio quæ retinet urinā ualde: Glādiū ʒ. 50, thuris maſcu
li, ʒ. 30. coriādri infuſi in aceto, myrobal. nig. boli arm. ān. ʒ. 10, fiat puluis,
& ſumatur ex eo omni ſerò & mane ʒ. iij. Confectio quę retinet uri-
nam: Glandiū, ʒ. 20. roſarum, myrtillorum ana drach. 3. acaciæ. drach. 2. amy-
li, gummi arab. boli armeni, ana drach. i. lentium excorticatarum, drach. 10.
Confectio ad diſtillationem urinæ, ſine ardore: Glandium, thuris, ana,
ʒ. 100, granorum mahaleb, cyperi, myrrhę, galangæ, cinamomi, enulæ, acori,
ana drach. 5. terantˀ et ſumantur de puluere eorum drach. 3. Confectio
trochiſcorum diabetis: Spodij, ſucci liquiritiæ. ana drach. 10. ſeminum lactu
cæ, drach. 10, ſem. portulacæ drach. 25, roſarum, coriādri ſicci, ān. ʒ. 5, acacię,
gūmi, ſantali citrin. lentiū excorticatarū, balauſtiæ, boli armeni, ān. drach. 2,
cāphoræ, drach. s. fiāt trochiſci drach. 3, et detur unus in potu cum aqua roſa
rum, et aqua granatorum acetoſorum. Confectio emplaſtri ad diabeten,
et dicitur q̄d eſt nomen uiri, et dicitur q̄d eſt nomen exuberationis urinæ, et
multitudinis eius, et comparatur circino, quod incipit ab uno puncto, et
redit ad idem: Seminis portulacę, ſolanū, caro porci, ſeminis melonis, ci-
trulli, aut raſura cucurbitæ, quodcunq; præſto fuerit, et emplaſtretur cum
eo, et permutatur, quando fuerit tepidum, ſitq; cibus eius, lentes excorti-
catæ, acetum, agreſta, et omnia quę incraſſant ſanguinem. Confe-
ctio trochiſcorum ad diariam, malitiā complexionis, inflationem in ſtoma-
cho, calorem, et tuſſim: Spodij, drach. 2. carnis berberis, drach. 5, boli arme
ni, drach. 3, thuris, drach. 2, ſeminis portulacæ, drach. 6, ſantalor. drach.
2, hypociſtidos, drach. 5. camphoræ, drach. i, laccæ, drach. 3, terantur et
fiant trochiſci, quorum quilibet ſit drach. 3. et detur in potu unus cum
rob de papauere. Confectio ad ruptarum experta: Acaciæ, cypreſſi
nucis, ſamſuci, rutæ ſiccæ, granorum lauri, gallarum, mugath, gummi
arabici, ana, drach. 20, terantur et cribellentur, et eliquetur gluten piſcium
cum ace-

Digitized by Google

cum aceto, & aggregentur cum eo omnia, & fiat emplaſtrum, & coquantur nuces cypreſſi cum aqua, & miſceatur in uino & bibatur, & infantibus fiat emplaſtrum cum pſyllio. Confectio trochiſcorum bonorum ad mictum ſanguinis: Boli armeni, karabæ, ana, drach. 10, acaciæ, balauſtiæ, gummi, hypociſtidos, ana, drach. 3, ſem. apij, hyoſcyami, ana drach. 2, fiant 10. trochiſci, & dentur in potu cum robub ſtypticis, & detur i.

Confectio emplaſtri ad ruptarum experti: Nucis cypreſſi partes 2. cyperi, ſamſuci, gallarum, acaciæ, thuris, gummi arabici, ana partes æquales, diſſoluatur gummi in uino, & aggregetur cum eo, & fiat emplaſtrum.

Confectio ad apoſtema durum in teſticulis: Farinę fabarum, drach. 10, cymini, farinæ ciceris, coriandri ſicci, ana drach. 3. bdellij, drach. 5, diſſoluantur cum rob, & fiat emplaſtrum teſticulis. Confectio olei de ſcorpionibus: Ariſtolochię, gentianę, cyperi, corticum radicis capparis, ana, ℥. i, proijciatur in lib. 1. olei amygdalarum amararũ, & dimittantur hebdomada una, deinde coletur, & ponãtur in eo ſcorpiones decem, & ſtet ſub ſole tribus hebdomadis, deinde coletur et adminiſtretur.

Oleum de ſcorpionibus.

Confectio medicaminis ad lapidem in renibus: Seminum melonis, carpobalſami, ſeminis raphani, dauci, petroſelini, ana. corticis radicis capparis, corticis radicum, opoponacis, amygdalarum amararum, baccarum lauri, ſchœnoſanti, cyperi, ſpicę, caſſiæ ligneę, bdellij, armoniaci, ſerapini, myrrhæ, piperis, acori, ana pars s. ſoluatur bdellium, armoniacum, & ſerapinũ in uino ſubtili, aut in aqua mellis, & aggregentur pilulæ. Et dentur in potu omni die, ana ʒ. s. uſq; ad ʒ. 1, cum aqua ſeminis apij, & aqua ſeminis fœniculi, & capilli ueneris, & nutriatur patiẽs cum aqua ciceris nigri, & oleo amygdal. & quandoq; confortatur hoc medicamen, quandoq; inuoluitur oleo balſami taliter, ut humectetur, deinde conficitur cum gummis, & datur in potu omni die ſexta ʒ. unius de cinere ſcorpionum, & pueris medietas ſextæ, qui parũ aduſti ſunt ſecundũ quãtitatẽ qua terũtur.

Medicinæ lactis Cap. XLII.

CONfectio medicinæ multiplicãtis lac: Recip ſem. baucię, napi, ſullæ, raphani, porri, cepæ, fœniculi, farinæ ciceris, ana, ſumatur ex eo puluis mane & ſero, comedat poſt ipſum cicer infuſum in lacte, & potet ſuper ipſum lac. Confectio medicaminis abſcindentis lac ex mammilla: Farinæ fabarũ drach. 10. ſeminis albedarogi, farinæ rutæ, ana drach. 5, liniantur cum aqua albedarogi. Confectio alia abſcindẽs lac: Seminis albedarogi, ſeminis agnicaſti, ana, drach. 10, ſauinæ, rutæ, ſiccæ, ana, drach. 5, ſumatur puluis ex eo drach. 3. Emplaſtrum abſcindens lac, quod multiplicatum eſt in mamilla: Semen albedarogi, farina hordei, farina fabarum, menta, calamenta, ruta, fiat emplaſtrum, & emplaſtretur cum chamæmelo.

Medicinæ ſpermatis. Cap. XLIII.

COnfectio medicaminis addentis in ſpermate: Recip. ſem. bauciæ, napi, cepæ, raphani, granorũ pini, aſparagi, granorum alkilkil, granorum alzelẽ, ſecacul, ſatyrion, been utriuſq; tantundẽ, granorum

aſſenatim,

Digitized by Google

aſſenatim, linguæ auis, ana drach. 10, zingiberis, macropiperis, cinnamomi,
ana drach. 15, altit boni, naſturtij, piperis, ſem. erucæ, ana drach. 15, olei nucis
Indicæ, olei granorum alcodrantidam omnium æqualiter, ſcilicet, tantum in
quo inuoluantur omnia inuolutione humoroſa, conficiantur cum melle, ſu
mantur ex eo drach. 5, mane & ſero cum ℥. i. lactis, cum tantundem de ſac-
charo. Confectio ad minorandum ſperma, & deſtruendum erectionem
uirgę: Sem. agnicaſti, drach. 10, ſem. portulacę tantundem, foliorum cala-
menti exiccatorum, foliorum rutæ, ana drach. 5, cymini, cyperi, balauſtię, an.
drach. 2, ſumãtur inde in puluere, drach. 3, & nominat̃ ſector generationis.
Confectio abſcindens ſperma, cum eſt caliditas: Sem. lactucę, drach. 10,
roſ. ʒ. 2. ſem. portulacę, pſyllij, carui, ana drach. 3. balauſtiæ, foliorũ nenu-
faris, ana drach. 2, ſumantur ex eo, drach. 3, cum quarta drach. unius campho
ræ in hebdomada. Confectio clyſteris addentis in coitu, & calefacien-
tis renes: Seminũ erucę, baucíæ, cinnamomi, zingiber. macropiperis, ſem.
eſulæ, raphani, ſem. cepę & porri, ana partem 1. ciceris cõtriti, tribulorũ, fru-
menti decocti cum aqua ſicut puls, fœnugræci, ana partes 2, caput arietis
pingue, & fruſtum anatis eius, medulla ipſius, & teſticuli ipſius, aggregetur
totum in uaſe cum decem cepis, & cooperiatur aqua, & dimittatur in fur-
no, habẽte caput ſtrictè oppilatum, & approximetur ius in cibo ex parte, 1.
& ex duabus ℥. iuris, & ex unctuoſo, ℥. 1. et ex oleo de nuce Indica, et de gra
nis alcadra. ana ℥. s. et fiat eorum cõquaſſatio bona, donec incraſſetur per
tam, et clyſterizetur cum eo in nocte, cum debet dormire, poſtquã eſt cly-
ſterizatus ante ipſum cum aqua ſiclæ et baurach, et purgatus fuerit à fece,
et fiat cum eo clyſtere in nocte à prima uigilia, et in medio eius, et in fine ipſi
us, et regat̃ cum regimine, in quo eſt craſſitudo, et incipiat ille, qui addit in
coitu, ludere cum mulieribus, et dimittat mulieres, et bibat uinum faciens de
lectationem, quoniam multiplicat deſiderium ualdè.

Medicina menſtruorum & hæmorrhoidarum. Cap. XLIIII.

CONfectio trochiſcorum de karabæ abſcindentiũ ſanguinem men-
ſtruorum nimis fluentem, et ad hęmorrhoidas: Recipe karabæ, gũ
mi, nucis, laccę, baluſtiæ, ſucci barbę hircinæ, ana drach. 5, thuris,
drach. 2, opij, drach. 3, aggregentur cum mucillagine pſyllij. Doſis,
drach. 2, cum drach. i. ſucci ſumach. Confectio ad hæmorrhoidas, et lu
bricitatem inteſtinorum: Seminis lini, drach. 10. granorũ nigellę, drach.
5, bdellij, drach. 7, thuris maſculi, cyperi, ammeos, ana, drach. 1, et s. ſan-
darachæ de Chei, drach. 2, et s. terantur et dentur in potu, drach. 3, cum
aqua. Confectio ſuppoſitorij ad abſcindendum ſanguinem hæmor-
rhoidarum, & ad exitum ani: Thuris, balauſtię, gallarum, antimonij, a-
caciæ, aluminis, fiant collyria, & ſupponantur, ad exitum uerò ani
terantur & pulueriżentur ſuper anum & reducatur intus, & ſedeat æ-
ger in decoctione myrti, mediorum corticum glandium, & corticum
granatorum, et additur in collyrio ceruſſa. Confectio licinij pro
uocantis ſanguinem meſtruorum et hæmorrhoidarum: Ciclamen, hellebo
rus albus, calamentum, ſerapinũ, euphorbium, reſoluantur cum aqua ſaui-
næ recen-

Digitized by Google

ne recẽtis,& fiant ſuppoſitoria. Cõfectio trochiſcorũ de myrrha alleui‑ans partũ & prouocãs mẽſtrua: Cinnamomi,myrrhæ,ana,ʒ.2 & s.foliorũ rutę exſiccatorum,calamenti,cordumeni,pulegij, rubeę,aſſæ, ſerapini,opoponacis ʒ.2,fiant trochiſci, pondere ʒ.2,& detur in potu unus cum decoctione ſauinæ. Confectio ſuppoſitorij ad apoſtema durũ in matrice,& dolorem frigidum: Thuris bdellij iudaici galbani,añ.ʒ.2. croci, opoponacis,armoniaci,añ. ʒ.1.maſtiches,caſtorei,ſtyracis liquidę,olei de lilio,adipis anatis,olei chamamelini,añ. ʒ.3, leniant̃ gũmi cũ uino et melle, et eliquet̃ adeps,& aggregentur omnia, & fiant ſuppoſitoria,& adminiſtrentur.

Confectio decoctionis,in qua ſedeatur ad dolorem matricis: Samſucus, balſamita,ſceha,abrotanum,ſemen caulium,fœnugręci,ſemẽ lini,chamęmeli, mellilotum, decoquãtur omnia,& ſedeat̃ in eis. Confectio quę prouocat menſtrua. Tertia,drach. 1,euphorbij,teratur benè,& ſupponatur ſexta,drach. 1. in lana hora una,& non dimittatur plurimum,quoniã facit fluere ſanguinem plurimum fortiter, cunq; multiplicatur fluxus ſanguinis, tũc ſuccurre ei cibando cum rebus ſtypticis, ſicut neſit,& ponantur in eo lentes excorticatæ, & ex carnibus caro alduragi,& ſi non inueniuntur carnes alcubugi,& pullorum,& uinum ſtypticum. Confectio peſſarij ad ſuffumigãdum,quod calefacit & adiuuat ad imprægnandum: Caſtorium,ſtyrax, galbanum,euphorbium,opoponacum,carpobalſamum, grana alben, coſtus,bdellium,ſpica,reſoluantur cum uino,& fiant peſſaria noctibus pluribus,& ſumat in potu omni die diamargariton, deinde approximet, & ſuffumigetur cum eis, etiam multotiens. Confectio trochiſcorũ de gũmis qui dantur in potu,quãdo difficilis eſt partus ualdè,& moritur fœtus,extrahunt enim fœtum ſtatim: Recip.mirrhæ, opoponacis, galbani, ſerapini, ana,aſſæ pars s.dentur in potu drach.3, cũ ſacraiati decoctionis, fœnugræci, & dactylorũ, & aqua rutę,& ſuffumigetur cum eis una uice poſt aliam.

Confectio unguẽti,ad rhagadias in matrice,& ano,& aduſtionẽ ignis: Ceræ colatæ,drach.2,olei roſati, drach. 10,ceruſæ plumbi, drach. 10, plumbi aduſti cõditi,drach. 2,amyli, tragacanthæ,opij,ana,drach. 1, albuginis unius oui calidi, aggregentur omnia ſicut unguentum,eſt enim bonũ ad rhagadias cum caliditate,& ad ignis aduſtionem,& ad omnem acuitatem.

Confectio pilularum de bdellio ad hęmorrhoidas: Myrobalanorũ nigrorum,kebulorum, ana, drach. 10. ſerapini, drach. 3, naſturtij albi,drach. 2,bdellij pinguis,drach. 16, diſſoluantur gummi cum aqua cauliũ,& aggrega cum eis, & fiant pilulæ. Confectio emplaſtri ſedantis dolorem hæmorrhoidarũ,apoſtemoſarũ,& apoſtematũ ani: Meliloti, chamæmeli decocti, donec diſſoluatur, ana, ℥.1, croci,drach. 1,uitelli oui elixati,drach.2, opij,farinæ ſeminis lini, mirrhæ,fœnugræci,althææ albæ,añ.drach.5,aggregentur cum rob, et ponatur ſuper faciem eius oleum ſeſaminum,et fiat emplaſtrum cum eo,et conficiatur cũ butyro, et emplaſtretur cum eo, et quandoq; additur in eo bdellium pingue,& pinguedo gibbi cameli. Confectio emplaſtri alterius: Elixetur cepe, & cõficiatur cũ butyro & emplaſtretur cum eo,eſt enim ualdè ultimũ,& ſit cepe album. Confectio aliud ad dolorẽ matricũ ex apoſtemate: Sem. lini cõtriti,althęę,ana,drach.5,uitelli oui elixa‑

Prouocatio menſium.

oui elixati,croci drach.2,opij,ſem.hyoſcyami ana drach. 1, adipis gallinæ
drach.2 , rob cum quo aggregentur. Confectio ſuppoſitorij ſedantis
dolorem matricis: Croci,olei chamæmeli,adipis anatis,opij ana,ſuppona
tur cum lana. Confectio medicaminis hæmorrhoidarum ſedantis do-
lorem: Olei de nucleis criſomelorum drach. decẽ,ſtyracis liquidę drach.
1,bdellij drach.2,diſſoluantur in eo,& inungantur cum eo. Confectio
unguenti boni: Bdellij ſubalbidi, pinguedo gibbi cameli,medulla cruris
uaccini, nuclei criſomelorum excorticati, ſtyrax liquida, uitella duorum
ouorum,liniantur cum oleo in quo decoctum eſt cepę, & inungantur cum
eo,eſt enim mirabile in leniendo.

Medicinæ podagræ. Cap. XLV.

EPithema ad podagram cum caliditate: Recip. lupini,armeni,ſantā
li,citri,fauſel, roſarum rubearum , ſiefmemithę, radicem mandra-
goræ,apij,cāphoræ ana,fiant trochiſci,& liniantur cum aceto pau
co,& aqua roſarum,aut coriandri,aut endiuiæ,aut ſolani,& quan-
doq; addatur in eo ceruſſa,& bolus Armenus. Cõfectio emplaſtri ſol
uentis reſiduum podagræ calidæ:Mucillago pſyllij,mucillago ſemin.lini,
& fœnug.& farina amborum,& ceratum factum cum oleo chamęmeli,ag
gregentur,& liniantur cum eis. Cõfectio epithematis ad podagrā fri-
gidā:Styracis liquidę,caſtorij,myrrhę,aloës,acacię ana,& liniantur deſu-
per. Cõfectio de hermodactylis ad podagrā: Hermodactylorū alborū
drach.1,aloës drach.3, ſcāmoniæ quarta drach.1, ſem. apij ſextam drach.1,
& eſt doſis una. Cõfectio pilularum de hermodactylis,ad podagrā fri
gidā,& dolorem anchę antiquum:Hermodactyl.ſatyrion,mezereon,ana
drach.s.colocyn.interioris,bdellij ana tertiam drach. unius,centaurij mi-
noris drach.s.euphorbij,caſtorij,opopanacis,aſſę, galbani ana drach.uni
us quartam, ſcāmoniæ, zingiberis, piperis,ſinapis, tapſiæ Indę ana drach.
unius ſextam, Hierę Picræ drach.1,et ipſa eſt potio una fortis,& media eſt
medietas eius,aut tertia. Confectio medicaminis albeſeth minor,era-
dicans podagram phlegmaticam : Chamędrios,chamæpithyos,ariſtolo-
chiæ,gentianæ,phu, meu,dauci, petroſelini, foliorum rutæ, cucurbitæ ru-
beæ qua tingitur, aſari, ſauinæ, ammeos ana,ſumat in potu ex eo omni die
drach.1,& non comedat ſex horis hyeme tota. Confectio clyſteris ad
ſciaticam fortis: Corticis radicum capparis, corticis radicum colocynthi-
dis, pulpæ ipſius , centaurij minoris, almezereon., hermodactyl. ſatyrion,
naſturtij, azahaſem,ſeſnedem,tapſiæ, ſeminis raphani, bauciæ,erucæ ana,
pugillus unus,coquātur cum aqua,& miſceatur colatura eorum, muri Na
bati,& oleum de kerua,et fiat clyſtere de ea totiens,donec excoriationem
faciat, deinde clyſterizetur hoc clyſtere, quod: Recip.caſtorij, galba-
ni, bdellium, ſtyracis , opopanacum, euphorbium,bezard,reſoluantur in
oleo coſtino , & fiat clyſtere. Confectio collyrij quod ſuppoſitum ex-
coriationem facit,& ſedat dolorem : Pulpæ colocynthidis,cyclamen,bau-
rach,armoniacum,fiant collyria longa,& ſupponantur,& permuretur.
Confectio emplaſtri ad ancham fortis,ſtupefacientis dolorem: Cala-
Ss menthum

menthum exiccatum, tapſia, ſinapis, corticis radicum capparis, lac, ficus cum quo aggregentur, & adiungatur loco doloris quouſque cadat.

Confectio emplaſtri reſoluentis duritiem, & lapideitatem ex iuncturis, fœnugræci, amygdalarum amararum, armoniacum, bdellium, reſoluantur cum oleo de alchanna, aut oleo de lilio, & aggregentur, & fiat emplaſtrum. Et cum tu clyſterizas clyſteri acuto, & currit ſanguis, tunc clyſteriza ipſum cum adipe porcino, & oryza, quoniam ſedabitur mordicatio uehemens, & clyſterizetur ante ipſum cum clyſteri educente fecem, & mundificante inteſtina.

Medicinæ algebræ. *Cap.* XLVI.

EMplaſtrum ad algebra: Recip. mes excorticatos, acaciam, mugach, bolum Armenũ, fiat ſicut alcohol, & applicetur loco, ita ut ei adhæreat. Confectio emplaſtri linientis duritiem: Ceræ citrinæ unc. una, olei de lilio uncia una, adipis gallinæ, aut anatis, medullæ crurium uaccinæ, mucillaginis pſyllij, ſeminis lini ana uncia una, aggregentur & emplaſtrentur cum eis. Confectio medicaminis ſedantis dolorem, quouſque fiat algebra, id eſt, reſtauratio, in potu dentur cum caſus acciderit, mumię grana duo & ſemis in uino ſtyptico, aut oleo roſato, ſedat enim dolorem uſquequo fiat algebra.

Vnguentum Aegyptiacum.

Vnguentum Aegyptiacum: Floris æris drach. tres, mellis drach. octo, aceti drach. quatuor, tere, permiſce, bulliat donec inſpiſſetur, reſerua uſui & repone.

Abub. Rhazæ libri Antidotis finis.

QVAE CONTINEANTVR IN LIBRO SEQVENTI.

IN HOC ſequenti uolumine, de uia & ratione medendi doloribus articulorum, atq; iuncturarum, omne genus in uniuerſum per Capita quæ ſeriatim conſequuntur, paucis & luculenter, docetur.

CAPITVM

CAPITVM LIBRI DE ARTICVLORVM AFFECTIBVS INDEX.

De materia doloris iuncturarum	Cap.	I.
De ſignis materierum doloris iuncturarum	Cap.	II.
De cura uniuerſali paſſionis iuncturarum	Cap.	III.
De diæta doloris iuncturarum	Cap.	IIII.
De medicinis purgantibus humorem mixtum, ex phlegmate, & cholera	Cap.	V.
De medicinis purgantibus phlegma, & humores crudos	Cap.	VI.
De medicinis purgantibus humorem melancholicum à iuncturis	Cap.	VII.
De medicinis purgantibus humorem mixtum ex phlegmate & cholera à iuncturis	Cap.	VIII.
De medicinis per os ſedantibus dolorem iuncturarum	Cap.	IX.
De clyſterijs in uſu anchæ	Cap.	X.
De emplaſtris & unguentis reſoluentibus, & dolorem ſedantibus	Cap.	XI.
De medicinis ſtatus in materia calida	Cap.	XII.
De medicinis declinationis	Cap.	XIII.
De curatione duritiei & lapideitatis	Cap.	XIIII.
De cura propria lapideitatis	Cap.	XV.
De medicinis adurentibus	Cap.	XVI.
De dolore anchæ & arteticæ	Cap.	XVII.
De cura uniuerſali ad dolorem anchæ	Cap.	XVIII.
De curatione ſciaticæ paſſionis	Cap.	XIX.
De præſeruatione à dolore iuncturarum ex ſanguine	Cap.	XX.
De præſeruatione doloris iuncturarum ex cholera	Cap.	XXI.
De præſeruatione à doloribus iuncturarum de phlegmate	Cap.	XXII.
De præſeruatione à dolore anchæ & ſciaticæ	Cap.	XXIII.
De medicinis ſimplicibus ualentibus in dolore iuncturarum	Cap.	XXIIII.
De uentoſa & cauterio quæ ponuntur ſuper ancham	Cap.	XXV.
De quibuſdam emplaſtris ſedantibus dolorem iuncturarum, & unguentis lenientibus & reſoluentibus	Cap.	XXVI.

FINIS CAPITVM.

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici de Affectibus iuncturarum liber unus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Interprete.

PRAEFATIO.

Hoc in libro dicemus medicinas quæ ſunt neceſſariæ in doloribus iuncturarum, ſcilicet, medicinas laxatiuas, quæ in libris cæteris nō ſunt dictæ, nec manifeſtatę. Et in qualibet illarum diſtinguo, qualiter debeant uti, ut nulla illarum ſit poſita, niſi in loco ſuo.

De materia doloris iuncturarum. Cap. I.

MAteria etiam ex qua generatᷓ dolor iuncturarū, eſt pro maiori parte phlegma crudū, ſiue acidū, et ſæpe dę ſanguine, & raro de bile, & rarius de melancholia, & rariſſimè de humoribus commixtis. Et quando componuntur materiæ, additur pro maiori parte cholera cum phlegmate mixto cum melancholia, & rariſſimè de omnibus humoribus mixtis ſecundum proportionem ſuam in corpore. Et ego oſtendam ſigna cuiuſcp manifeſtè.

De ſignis materierum doloris iuncturarum. Cap. II.

DIco ergo quod debemus conſiderare, quando æger ſanus erat, cuiuſmodi coloris erat locus, & cuiuſmodi contactus, & cuiuſmodi eſt materia, ſimiliter de contactu, & cuiuſmodi maneriei eſt dolor, & quæ cauſa facit quieſcere dolorem, & de diæta infirmi, & de complexione, & de ætate, conſuetudine, regione, tempore, & ſimilibus. Et ſufficit tibi cognoſcere materiam per duo ſigna, aut tria. Et nos debemus oſtendere, & declarare iſtud Capitulum magis quàm aliud, quia eſt radix curæ in membro, uel in materia. Dico ergo quod ſignificatio coloris erit ſecundum, quod narrabo. Si color illius loci fuerit rubeus, ſignificatur quod materia eſt ſanguinea. Et ſi citrinus, cholerica. Et ſi fuerit magis albus quàm color corporis, ſignificatur phlegma ſubtile. Et ſi fuerit declinans ad nigredinem, ſignificatur quod materia non ſimpliciter ex melancholia eſt, quoniam talis color eſt in fine apoſtematum calidorum, aut ex congelatione ſanguinis. Sed ſi cum nigro colore fuerit membrum frigidum, & non præcedit ipſum calor, ſignificatur quod eſt ex melancholia. Sed caue in cognitione caloris, ut membrum non ſit calidum ab aëre, uel balneo, uel medicina calida, uel dormierit ſuper latus, uel infrigidatum ex cauſis contrarijs: Et remanſerit ſuper eum color alicuius medicinæ. Si autem color fuerit ſimilis colori corporis, erit propter duas

Notæ colorū.

cauſas,

Digitized by Google

cauſas, aut quia minus uincit aliquis humor, & tunc erit dolor non propter humoris quantitatem, ſed malitiam, aut propter multitudinem humoris, aut quia ualdè eſt profundus dolor in profundo membri, intelligimus quod dolor prouenit ex repletione & non ex malitia humorum, quod remanſerunt ſigna repletionis, ſed propter profunditatem non apparet talis color in ſuperficie corporis. Et tunc debemus ſcire hoc ex alijs Capitulis. Signa autem repletionis ſunt iſta, magnitudo pulſus, ponderoſitas totius corporis, extenſio membrorum, tarditas motus, non cum debilitate, ſed quaſi portaret onus, & apparet in facie ſudor, & in oculis, & in facie rubedo, & grauitas frontis, & hebitudo ingenij, & deſtructio appetitus, & dormire multum, & antequam inuaſit ipſum dolor, nimis utebatur cibis, & potibus, & quiete, ſine phlebotomia, & purgatione, ſine labore, ſine coitu, maximè quando his omnibus uſus fuerit, poſtea abſtinuerit. Significatio contactus illius loci, diuiditur in calore & frigore, duritie & mollitie, aſperitate & lenitate, plenitudine, & extenſione, & euacuatione. Si membrum tactu fuerit calidum, materia eſt calida. Si frigidum, frigida erit materia, tamen debes conſidere hoc quod narrabo, quoniam forte membrum erit lotum cum aqua in hora illa, uel diſcoopertum ad aërem frigidum, quare ſuperficies eius apparet frigida, tactu, aut forte membrum erit ligatum, aut erit infirmus, dormiens ſuper ipſum, unde & clauduntur pori, retinetur plurimus uapor intus. Si autem medicus non reſpexerit iterum poſt uaporis euaporationem, inueniet ipſum tactu calidum, & forte erit tangentis palma diſtemperata, quare non ſentit qualitatem membri in caliditate & frigiditate. Durities autem ſignificat, quod materia eſt craſſa & ſicca: Mollities autem ſignificat, quod materia ſit humida ſubtilis. Cum diſpoſitio membri fuerit diſtemperata ex eis quæ accidunt extrinſecus, ſcilicet, ex frigore, uel calore, quoniam per frigus indureſcit membrum, calor calefacit & remollit. Ex hoc debes intelligere in omnibus alijs conditionibus, quamuis ego non manifeſtè explanauero. Aſperitas autem ſignificat materiæ ſiccitatem, & lenitas humiditatem, quoniam membrum exaſperaſcit per medicinam ſtypticam, & remolleſcit per oleum, uel unguentũ extrinſecus ſuperpoſitũ. Aut huiuſmodi plenitudo, aut extenſio ſignificat multitud. materię, aut uaporis, & tunc debes cõſiderare, ſi cum plenitudine & extenſione fuerit grauitas, erit conſtrictio propter multitudinem humorum, quod ſi non fuerit cum eis grauitas, erit propter multitudinem uaporum conſtrictorum in eo. Dico etiam quod debes conſiderare diſpoſitionem corporis in ſanitate, quia quædam ſunt corpora rugoſa & ſpaſmoſa naturaliter, ſicut in ſenioribus, quædam ſunt in contrarium. Et fortaſſe credet aliquis, quod tactus durus & extenſio ſint idem. Sed qui imaginatus fuerit tactum uentris inflati, & tactum lapidis, ſciet, quoniam inter durum & extenſum eſt aliqua differentia, quoniam durum nocet tactui per expulſionem ſine paſſione, extenſum quidem nocet tactui, per expulſionem & cum paſſione. Modi autem egritudinum ſunt illi modi, quos dicam: Punctio autem & percuſſio ſignificant calorem

Notæ repletionis.

Digitized by Google

cant calorem materiæ, ſed cum hoc percuſſio ſignificat humorem ſpiſſum et profundum in carne, quapropter ſignificat materiam ſanguineam, punctio autem ſignificat materiam cholericam. Aegritudo autem in qua ſentit æger membrum quaſi contrahatur & ſpaſmetur, ſignificat materiæ frigiditatem, & oſtendit quod eſt frigida, & quod eſt cum uehementia doloris, & non eſt in membro calor, & oſtendit quoniam ſit calida, quando membrum calidum fuerit cum lenitate doloris. Et cum infirmus ſenſerit membrum extenſum in utraque parte, uel per circuitum, & tactu inueniatur temperatum, & cutis fuerit extenſa, ſcias quod nocet membro quantitas materiæ, non qualitas, & tunc ſcias quod corpus eſt plenum.

De modo autem curæ conſidera, ſi quieſcat membrum cum frigidis, & augmentetur dolor cum calidis, eſt ex cauſa calida. De diæta autem infirmi ſcias, quod cum infirmus ante acceſſionem fuerit uſus dulcibus cibis, & uino craſſo, & carne, & ouis frixis, & paruo labore, & multum dormire, ſcias quod materia eſt multa, & ſi fuerit uſus calidis qui generant choleram ex labore, & uigilijs, & huiuſmodi, ſcias quod materia eſt calida, & ſi uſus fuerit generantibus ſuperflua multa, ſicut herbis & uiridibus fructibus, & quiete, ſcias quod materia eſt phlegmatica, & humores crudi. Diæta autem quæ facit homini ſanguinem melancholicum, raro poteſt facere dolorem iuncturarum, quia illa diæta incraſſat ſanguinem, & reddit eum ineptum ad diſcurſum, ſicut facit in corporibus laborantium, & ſi aliquando contingit, grauiter diſſoluitur, quia eius materia eſt uicina materiei cancri. De complexione autem infirmi ſcias, quod ſi fuerit albi coloris admixti rubedini, & ſi fuerit bonæ carnis, ſubtilis cutis, & quando locum fricaueris, rubeſcit ſtatim, ſignificatur quod materia eſt ſanguinea. Et ſi corpus fuerit pingue, & albi coloris non mixti rubedini, & corpus nudum pilis, uenis ſtrictis, carne molli, occultarum iuncturarum, gracilium oſſium, & generaliter talis diſpoſitio, qualis eſt in corporibus mulierum, ſignificatur quod materia eſt phlegmatica. Et ſi fuerit macrum, citrini coloris, piloſum, & cum craſſis uenis, & manifeſtis iuncturis, oſtendit quod materia eſt cholerica. Et ſi cum malitia fuerit niger color, durities corporis, piloſitas, aſperitas cutis, ſignificatur quod materia eſt melancholica, quamuis hæc ægritudo iuncturarum raro contingit in habentibus talem diſpoſitionem. Et ſimiliter ſcias quod hæc ægritudo iuncturarū ferè nunquam accidit pueris, ſicut raro contingit mulieribus, & pro maiori parte accidit iuuenibus ex materia ſanguinea, & phlegmatica, admixta cum cholera. Senibus autem contingit ex humoribus crudis, quoniam & iſti humores multiplicantur in ſenibus, propter debilitatem digeſtionis. De regionibus autem ſcias, quod in regionibus calidis multiplicatur cholera, & melancholia, in regionibus frigidis phlegma & ſanguis. Et ſcias, quod hyems congregat phlegma & ſanguinem, æſtas & autumnus choleram, & melancholiam. Et quoniam diximus in iſtis materijs ſimpliciter, dicemus in eis compoſitè. Signa autem materiæ ſanguineæ ſunt, rubedo coloris, calor & extenſio, pulſatio, grauitas, & ſimi-

Notæ à temperamento.

Notæ regionū.

Notæ ſanguinis.

& ſimiliter iuuantia omnia ad generationem ſanguinis. Signa chole- Bilis.
ræ ſunt, fortis calor cum modica extenſione, & paruitas corporis apoſte-
matis, & paruitas rubedinis coloris loci, & punctio, & deriuatio choleræ
ad corporis ſuperficiem, & alia iuuantia ad generationem choleræ.

Signa materiæ phlegmaticæ ſunt, extenſio ſine pulſatione, & puncti- Pituitæ.
one, ſed quaſi res fixa in uno loco manens, & paucitas rubedinis, & color
membri paruus, & alia generantia phlegma. Si autem fuerit materia
compoſita, non de facili cognoſcetur per ſigna ſimplicia.

De cura uniuerſali paßionum iuncturarum.
Cap. III.

CVm cognoſcimus quod materia eſt ſanguinea, incipiamus minu-
ere ex latere contrario, & hoc propter duo commoda, quorum
unum eſt, materiam declinare ad locum, & ſecundum eſt, retar-
dare fluxum ad locum apoſtematis. Si ergo dolor fuerit in pe
de dextro, debemus minuere de manu dextra, & Baſilica, uel de quibuſ-
dam ramis eius, & non debes ire ad aliam uenam. Si autem non pote-
ris minuere ipſam, neque aliquem de ramis eius, minue de Mediana, quia
quidam ramus de uena Baſilica, & quidam ramus, de uena Cephalica con
iunguntur, & fit ex earum coniunctione uena Mediana. Minuere autem
de Cephalica non multum iuuat in hoc caſu, quoniam illa uena non deri-
uatur niſi à parte ſuperiori duarum partium uenæ concauæ, deinde illic a-
ſcendit ſpina, & tendit ad manum, & propter hoc euacuat ſanguinem ca-
pitis, & colli citius, ex parte autem inferiori tardius. Baſilica autem uena
diuiditur ab iſta intra & extra à clibano pectoris inter latera, & uenit ad
manum ſuper parte axillarum, & propterea euacuat ſanguinem à parti-
bus inferioribus citius. Et debemus minuere ſanguinem ſecundum ma-
gnitudinem doloris, & ſecundum uigorem corporis, & faciemus multis
uicibus, quoniam ego probaui hoc & inueni perfectius in declinando ma-
teriam à loco, & in attrahendo quod currit ad ipſum, & ratio etiam con-
cedit hoc, ſed non eſt locus dicendi. Si autem ægritudo fuerit in ma-
nu, poſſumus declinare materiam duobus modis, aut ad alteram manum,
aut ad pedem oppoſitum. Et forte minues de duobus locis, ſcilicet, bra-
chio & pede, & primo de minutione ex manu, & poſtea de pede. Et de
bes minuere ſanguinem ſecundum uirtutem corporis, & ſecundum acci-
dentia apoſtematis, & ſecundum pulſationem & extenſionem, & calo-
rem, & ruborem, & multotiens ſufficit cura iſta ſola. Et ego nar-
rabo uobis, quod iam uidi de quadam muliere quæ conuertebatur, & uo-
ciferabat de dolore in die, & ſerò in dextro aſceta, cum magnum eſſet
apoſtema calidum rubei coloris cum extenſione forti, & pulſatione,
mulier autem erat pinguis, & multum ſanguinolenta, quæ ante acceſſio-
Ss 4 nem uſa

nem uſa fuerat lacte, & carnibus, cuius uirtus fortis erat. Et minui ipſam in manu ſiniſtra de Baſilica, & pede dextro de Saphena eadem hora, & de quolibet extraxi libram mediam, & poſt tres horas ſolui ligamen, & poſt iterum extraxi libram s. & poſt cibaui etiam ipſam, & poſt tres horas extraxi de Saphena libram mediam, & tunc ceſſauit dolor & punctio. Et mulier rogauit me quod iterum extraherem de manu, ſenſerat enim magnum iuuamentum. Sed ego uolui materiam declinare inferius propter duas cauſas, quarum unam non debeo dicere in hoc loco, & altera eſt utilis, imò neceſſaria in talibus locis. Scias quod iſta mulier patiebatur dolores in ſiniſtra manu ſed debiliores, & propter hoc uolui quod materia declinaretur inferius, quoniam medicus debet conſiderare hoc, & ſemper obſeruare, quoniam ego curabam quendam hominem, cui contingebant dolores iuncturarum ex materia ſanguinea, & incipiebant dolores in iuncturis, quæ ſunt inter aſcetam & raſcetam in dextra manu, & interrogaui ſi accidebant dolores in manu, & in pedibus, & dixit mihi, quod ſimilis dolor accidebat ei in manu ſiniſtra, ſcilicet, in eius iuncturis, & adhuc magis fortis & quod nunquam in pedibus ſimiliter accidit, & tunc nolui minuere in manu ſiniſtra omnino, ſed minui in pede dextro. Quidam autem medicus primo curabat eum, & minuebat eum in manu dextra, propter apoſtema calidum, quod habebat in iuncturis manus, ſcilicet, manus ſiniſtræ, & quieuit dolor in manu illa, ſed declinauit in manum dextram cum apoſtemate calido maiore altero, & quando ego quæſiui iſtud ab illo homine, intellexit quod ego ſciebam plus de phyſica quàm alius, & hæc erat una de rationibus propter quam tu debes declinare materiam ad alteram duarum partium, & maximè quando fuerit dolor in diſpoſitione tali quod poſſit augmentari, & hoc in principio doloris, quoniam in tali diſpoſitione debemus cauere à minutione & fricatione, & alijs quæ attrahunt materiam, & etiam debemus erigere deriuationem materiæ ad aliam partium, quando in aliqua partium fuerit membrum nobile, quando materia currere poſſit. Verbi gratia: Quidam homo patiebatur in iunctura manus dextræ, & oportet minuere, in ueſica autem, uel renibus, uel matrice eſt apoſtema calidum, dico quod non debemus minuere in tali diſpoſitione ex manu, quoniam ſi fecerimus hoc, nocebimus membro apoſtemato, ſed forte minuemus ex pede dextro. Cum intellexerimus quod in parte dextra eſt apoſtema ſanguineum, cuius periculum eſt maius quàm periculum manus dextræ. Verbi gratia: In hepate, uel in rene dextro eſt apoſtema calidum, in iuncturis manus dextræ eſt dolor debilis, dico quod primo medicandum eſt rei periculoſiori. Et ponatur quod forte accidunt in attrahendo materiam duæ operationes: Verbi gratia, patiatur mulier in iuncturis manus propter quod oportet minuere, & cum hoc careat menſtruis, dico quod minuendum eſt ex pede, & non in manu, quoniam in minutione pedis ſunt duo iuuamenta, ſcilicet, declinare materiam à loco infirmo, & prouocatio menſtruorum. Sed materia noſtra reuertatur ad illam mulierem quam prius diximus, dicendo quod

poſt minu-

Digitized by Google

poſt minutionem tertiã tribus horis intermiſſis, extraximus de Saphe-na libram mediam, & nocte illa dormiuit, non enim dormiuerat multis noctibus, & non feci aliam curam, niſi quod exhibui diætam frigidam & ſubtilem, & tertia die minutionis fuit ſana ex manu læſa. Quapropter debemus incipere à minutione, & poſt confortare membrũ, cum unguen-tis frigidis & ſtypticis, quæ dicemus poſtea. Sed in declinatione non debe mus ponere ita, & maximè ſi corpus fuerit plenum, quoniam forte mate-ria ad mẽbrum nobile conuertetur, & fiet peius, & forte unguenta, & em-plaſtra addent dolorem, & hæc fiet quãdo fuerint poſita ſuper locum do-loroſum, & materia fuerit multa, & non potuerunt medicinæ materiã mo-uere à loco, quoniam clauduntur pori membri, & prohibetur diſſolutio, & ſic emplaſtra, & unguenta inducunt, & augmentant dolorem per acci-dens, quapropter debemus intueri quãdo emplaſtra & unguenta augmen tant dolorẽ, uel addunt in dolorem, & ponemus illa non ſupra locum do-lentem, ſed retro ſupra locum ut inhibeant fluxũ, & non prohibeant diſſo lutionem: Verbi gratia, quando dolor fuerit in genu, ponamus emplaſtra ſuper coxam, ita quod finis emplaſtri attingat principium loci doloroſi, & ſimiliter in omnibus paſſionibus iuncturarum. Si autem dolor non cre-ſcit propter emplaſtra ſuperpoſita, non indigemus ponere iuxta locũ pa-tientem, & debemus uti illis medicinis donec ceſſet dolor apoſtematis, & eius calor & pulſatio, et tunc ceſſabimus ab eis, & ſi uoluerimus magis uti eis, tunc incraſſabitur materia, et ſi fiet dura & inepta diſſolutioni. Sed ſi uiderimus quod ipſa paucæ eſt materiæ, & declinans ad ſuperficiem corpo ris, dimittemus naturæ, quoniam per ſe curabit. Sed ſi contrarium fuerit, utemur mollificatiuis & diſſolutiuis, & medicinis ex his compoſitis, quo-niam in membro remanſit parum caliditatis, & ſpiſſitudo materię.

De diæta doloris iuncturarum. Cap. IIII.

SVfficiant ergo nobis quæ diximus in primo Capitulo. Dicendum eſt modo de diæta infirmi generaliter, ſed in primo tempore, ſcili-cet, in principio, ſint cibaria eius inſpiſſantia ſanguinem, & infrigi-dantia, & caueat à carnibus, & uino, & rebus dulcibus, & acutis, & putrefactis, & declinet ad acria & ſtyptica, & bibat aquam frigidam, claram, cum oxymelle acetoſo, aut cum rob de ſuccis fructuum, maciano-rum, uel malorum granatorum, uel cotoneorum, aut acetum pomi citri, et agreſtam, & quotidie ſumat aliquid iſtorum, & dimittat motum, & pro-priè iuncturæ infirmę, & dimittat coitum, & balneum omnino, donec ceſ-ſet fluxus humorũ, & quieſcat dolor, & tunc utatur balneo & motu illius iuncturæ mediocriter. Et ſi dolor augmentať in tãtum q̃d timeatur de ægri defectu, pone aliq̃d de medicinis ſedantibus dolorẽ, & ungamus de molli ficatiuis, & hoc fiat in apoſtematibus calidis ſine magno timore. In paſſio nib. autẽ frigidis ſtomachi, & matricũ fit hoc cũ magno timore & cautela. Si aũt materia fuerit cholerica, in principio incipiamus cũ euacuatiõe cho-leræ cũ medicin. laxatiuis, & eligemus cõuenientiores ſecundũ uirtutẽ cor

poris

poris & quantitatem caloris. Si autem corpus fuerit calidum & debile, & tempus æſtiuum, laxabimus cum aqua prunorum, & manna, & ſyropo acetoſo, & roſarum, & ſero caprino. Si autem corpus fuerit forte, laxabimus cum myrobalanis, citrin. & aloë, & ſcãmonia, & uices laxandi erunt ſecundum quantitatem materię. Et ſicut minutio curat infirmum ſine alia cura, ita purgatio cholerę, & poſt ponamus emplaſtra & unguenta frigida, quæ attineant humiditati parum, uel cum eis quæ non multum deſiccant, & utaris his donec ceſſat uehementia doloris, & tunc dimittemus curam aliam, quia non eſt neceſſarium ponere deſuper diſſolutiua, materia enim iſta non ſolet petrificari, nec indurari. Diæta autem infirmi ſit frigida & humida, ſicut aqua hordei, & cucurbitæ, & cucumeris, atriplex, & huiuſmodi, & caueant à calidis omnino, & in diebus quietis dabimus aliqua quæ attineant complexioni frigidę, ſicut ſyropus acetoſus, & aqua hordei, & uiſcoſitas pſyllij, & ſuccus mali granati, & ſit eius diæta frigida & humida, & ſtratus eius in quo iacuerit ſit frigidus, & ſi fuerit hyems cooperiatur caput, & totum corpus, & fugiat uigilias, & cogitationes, & iram. Et ſi fuerit neceſſe dare medicinas ſedantes dolorem, ſtabimus ſine timore. Si autem fuerit phlegmatica, & humores crudi, laxabimus: Si debilis fuerit, cum ſemine urticæ, & aqua mellis cum baurach. Et ſi infirmus fuerit fortis, & materia multa & ſpiſſa, laxabimus cum colocynthide, centaurio, zirungem, turbith, & teſticulis uulpis, & erunt uices laxandi ſecundum quantitatem materiæ, & utemur uomitu cum oxymelle, & ſemine raphani, & ſelgie, & ſinapi, & ſale, & aqua mellis, aut cum medicinis fortioribus iſtis, ſicut nux uomica & oleum. Et uomitus eſt ualdè bonus, cum ægritudo fuerit in iuncturis inferioribus, aut in ancha. Et in diebus in quibus non utimur uomitu, uel potione, dabimus diacymini, & diatrionpipereon, uel theriacam de quatuor ſpeciebus, & ſyropũ ſubtiliantem materiam: Et caueat minutionẽ ſanguinis, maximè in ægritudinibus frigidis, ut non debilitetur digeſtio, & multiplicentur ſuperflua. Et ponemus ſuper membrum à principio uſque in finem emplaſtra calefacientia: Sed in principio erunt deſiccatiua, & in fine mollificatiua, & diſſolutiua fortiter. Et debes cauere ne materia lapideſcat in iuncturis, quoniam iſta materia eſt obediens lapideitati: Et totum illud debemus facere cum magna cautela, non ſicut faciunt multi medicorum, qui ponunt fortes medicinas ad diſſoluendum, unde ſubtile diſſoluitur, & remanet craſſum & petrificatur, ſed debemus ponere una uice mollificatiua, & poſtea diſſolutiua, & quando uidebimus quod apoſtema minuitur multum, reſpiciemus utrum durities permaneat ſicut prius, & tunc non ponemus diſſolutiua, ſed potius mollificatiua. Diæta autem infirmi ſit, ut comedat una die ſic, & altera non, utatur cibo abſq; ſomno, ſed non debet cibari uſq; ad repletionẽ, niſi ut ſatisfaciat appetitui, & famem remoueat, & digerant humores qui remanſerũt in corpore, & non debet ſatiari aqua, ſed quotidie bibat aquam mellis cum ſpeciebus & medicinis, quas dicam poſtea, quando ceſſauerit fluxus materiæ, & uidemus quod apoſtema non augmentatur, & corpus purgatum eſt, tunc utatur exercitio, balneo calido, & prouocantibus urinam.

Si autem

Digitized by Google

Si autem materia fuerit ſecũdum proportionem humorum in corpore, & non apparet multa uictoria aliquorum, nec in colore, nec in tactu, tunc ſcias quod dolor eſt ex plenitudine, & tũc incipe curam per minutionem ſanguinis, & poſtea per fluxum uentris cum medicinis, quæ poſſunt pur- gare diuerſos humores, ſicut pilulæ cochiæ Galeni, & huiuſmodi. Et de- bes ponere ſupra membra aliquam medicinam donec purgetur corpus, & minuere de cibarijs ſuis, ſcilicet, facere paruum & ſubtilem, & non indiget alio regimine præter illud. Si autem apoſtema, quod eſt in iuncturis, fuerit ex ſanguine & cholera, aut ex ſanguine & phlegmate, tunc debes ipſum curare ex compoſitis: Verbi gratia, Ponamus quod apoſtema ſit in aliqua iunctura cum dolore forti, tactu, & ſine extenſione & pulſatione, & rubedine multa, quæ ſolet eſſe in apoſtemate ſanguineo, & ponitur do lor cum pulſatione, & aliquando cum punctiõe. Dico, quod manifeſtum eſt ex ſermone noſtro, quod illud apoſtema, eſt compoſitum de ſanguine & cholera, & debemus incipere à minutione & purgatione choleræ, & componere curas quas diximus. De melancholia autem iam diximus, quod non accidit ex ea paſſio iuncturarum, & propter hoc de ea dimitte- mus ſermonem.

De medicinis purgantibus humorem mixtum ex ſanguine & cho- lera. Cap. V.

LAxationem in dolore iuncturarum ex ſanguine & cholera, quan-
do iuncturæ fuerint calidæ, & uolueris ſoluere, ſolutiõe media: Ac
cipe ſucci mali granati dulcis lib. s. & iulep lib. s. myrobalanorum
citrinorum drach. quinq;, commiſce et mitte ſimul, & morentur ibi
una die & una nocte: Poſtea cola & bibe. Aliud debilius ſed magis in
frigidat: Recip. lib. unam iulep, & appone drach. decem, myrobalano
rum citrinorum, & dimitte ſic per unam diem, & per unam noctem, poſtea
cola & appone ibi unc. unam de mucillagine pſyllij, & da patienti.
Aliud: Accipe pruna ſicca & paſſa numero triginta, thamarindo-
rum drach. quindecim, coque in tribus libris aquæ, donec remaneat libra
media. Poſtea exprime & cola, & adde colaturæ myrobalanorum citrino-
rum unc. decem, & una die, & una nocte dimitte, & iterum cola, & additis
drach. decem ſacchari, ſumat patiens. Syropus myrobalanorum citri-
norum, qui ualet iuncturarum dolori, & febribus acutis, & tertianæ, &
purgat etiam choleram: Recip. myrobalanorum citrinorum drach. cẽ-
tum, & ablue cum aqua calida, rheubarbari drach. decem. Mitte cum aqua
frigida, ita quod aqua ſuperemineat duobus digitis, poſtea in æſtate pone
ad ſolẽ per quatuor dies: Deinde accipe tantundẽ aquæ ut remaneãt myro
balani, & iterum mitte in aliam aquam & dimitte tamdiu, donec amittant
ſaporem ſuum & albeſcant: Deinde aggrega primam & ſecundam aquam
cum drach. centum mannę albę. Coque ad ignem & remoue ſpumã donec
fiat ſicut iulep: Et ſi uis acue eum cum ſcãmonia, cuilibet ℔. appone drach.
1, ſcãmonię, & ſupra quãlibet lib. appone ℥. 1. aquę roſarũ, & utere quãdo
uolueris. Pilulę ad dolorem iuncturarum calidum, & ſunt Ioannitij:
Recip.

Digitized by Google

Recip. aloë ſuccotrini drach. tertiam partem, zingiberis drach. 1, myrobalanorum citrinorum drach. 1, ſcammonię ſextã partem drach. 1, eſulę quintam partem drach. 1, maſtiches ſeptimam partem drach. fac pilulas cum aqua cotoneorum, uel macianorum, & ſume totum ſemel. Iſte pilulæ purgant choleram rubeã, & parum humoris aquoſi, & benè operantur in dolore calido iuncturarum. Pilulæ optimę in principio ægritudinis: Recip. aloës drach. decem, zirungem, myrobalanorum citrinorũ ana drach. 5, cõfice cum ſucco uuæ caninæ, & ſume qualibet uice drach. 1, & s. uel tres pilulas. Item pilulæ alię: Recip. ſcammoniæ pulueriżatę drach. 5, mitte in aqua cotoneorum drach. decem, dimitte donec deſiccentur, & mitte cum drach. decem, ſacchari, & cubebæ drach. s. confice cum iulep, & fac pilulas ad modum ciceris, & ſunt optimę in qualibet diſpoſitione, & maximè cum ſtomachus eſt impeditus, uel non egerit, & ſume in qualibet hora qua uolueris. Electuarium quod purgat choleram, & ſtomachum confortat, boni ſaporis & odoris: Recip. cotoneorũ fruſtatim inciſorũ drach. 60, pone in aceto per diem & noctem unam, poſtea extrahe & piſta, ſcammoniæ drach. decem, cubebæ drach. 2, cardamomi drach. 2, ſpicæ nardi aur. 1, roſ. drach. 6, confice cum 40. drachmis mellis, & aceto. Cum uolueris da drach. 2, ualent et in hac cauſa trochiſci roſarum, ſcammonię, uel uiolacei ſcammoneati.

De medicinis quæ purgant phlegmã, & crudos humores. Cap. VI.

MEdicamẽ laxatiuum mundificans inteſtina à febribus, & à phlegmate ſalſo, & extrahit phlegma à iũcturis: Recip. turbith drach. decem, zingib. drach. 2, ſacchari drach. 20, & fac pilulas, & da à drachmis tribus uſque ad quatuor. Syropus de turbith, educit phlegma de iũcturis & ancha fortiter, & eſt aptum & optimũ eis, qui odiunt medicinas: Recip. turbith libram unam, mitte in tribus libris aquæ frigidæ, & moretur tribus diebus ad ſolem, deinde cola, & deinde ſi ſaporẽ amiſerit, proijce, & aquam ſerua. Sin autem, appone aliam aquam, & iterum appone ad ſolem donec amittat ſaporem, poſtea aggrega illas duas aquas & mitte libram unam ſacchari, & coque donec fiat ſicut iulep. Educit multotiens humorẽ phlegmaticũ, & ſi uolueris citius facere, coque ad ignem, quoniam non eſt debilior primo, ſed poſtea non erit ita clarus. Aliud laxatiuum ad dolorem iuncturarum ex phlegmate, purgat fortiter, & educit ſæpe: Recip. zirungem drach. 1, & s. eſulę drach. 3, turbith drach. 1, & s. zingiberis ſeptimam partem, ſacchari quantum omnes aliæ ſpecies. Pilulæ quæ phlegma iuncturarum purgant: Recip. turbith drach. 1, s. colocynthidis drach. 3, bdellij drach. 4, forma pilulas, & ſunt mirabiles in attrahendo phlegma crudum ab anchis. Medicamen quod: Recip. ſarcocollæ rubeæ drach. 3, zirungem, nitri ana aur. 2, diſtempera in unc. 1, olei nucum, & unc. 1, decoctiõis anethi, & bibat parũ, purgat ſine nocumento, dolorem aufert anchæ omnino. Medicinæ ad dolorem anchæ generaliter ſunt iſtę, colocynthidę, centaurij minoris, ſuccus cucumeris aſinini, zirungem, eſulę, pyrethri, ſerapini, opopanacis, ammoniaci, ex iſtis componuntur medicinæ ad dolorem anchæ ex phlegmate:

Digitized by Google

gmate. Medicinę ad dolorem anchę & dolorem iuncturarum ex phlegmate: Recip. corticis colocynthidis ʒ.5, paſſas ſine armillis manum plenam, coque in tribus libris aquæ donec remaneat tertia pars, ducit decem uicibus, et magis phleg. crudũ et humidũ. Pilulę fortes ualdè, purgãt phlegma ex iuncturis & ancha: Recip. zirungen ʒ.s. eſulę.3. partes .ʒ, turbith.2. partes, ʒ, colocynt. quartã partẽ.ʒ. euphor. 4. partẽ.ʒ. ſumãtur uice una, ſunt enim fortes, & loco iſtarũ utimur pil. fœtidis, & pilulis zirungen, & alijs pilulis quę ſcriptę ſunt in alijs libris. Decoctio quæ facit homines ſurgere de lecto, qua utimur in podagra & dolore anchę ex phlegmate & eſt mirabilis: Recip. corticis radicis apij, fœniculi, ana ʒ.10, colocynthidis, centaurij minoris, ammeos, aniſi, zirungẽ, eſulę ana, ʒ.5, coquãtur in.4. libris aquæ uſq; quo remaneat.1. & ſumat quotidie.℥.1. & iuuat. Pilulę fortes quę purgant phlegma, & remouent illud de ancha & iuncturis:

Recip. turbith ʒ.10, colocynthidis ʒ. 10, & s. ſucci cucumeris aſinini, ʒ.4, centaurij ʒ.3, euphorbij aureũ 1. eſulę, ʒ.5, ſarcocol. ſerapini ana.ʒ.2, armoniaci, opopanicis ana.ʒ.1, s. carui, ſinapis, naſturtij añ.ʒ.3, confice cũ ſucco fœniculi uel porrorũ, dentur forti ʒ.3, multotiens educit, & debes eo uti cum corpus eſt plenũ crudis humoribus & phlegmate. In tali caſu potes uti Hieralogodion uel Hiera Ruphini, ſed utilius eſt ut utaris Hiera Ruphi.

De medicinis purgantibus humorem uel melancholicum à iuncturis.

Cap. VII.

Quando ſciueris quod iuncturarũ dolor prouenit ex melancholia, utere his medicinis: Recip. epithymi noui ʒ. 5, pulueriza cum ℥.3. aquæ mellis, purgat multotiens. Aliud: Recip. polypodij ʒ.20, ſacchari ʒ.1. Pulueriza & bibe cum iulep. Aliud: Myrobalanorum Indorum ʒ.20, epithymi ʒ.15, mitte in libra una aquę frigidę & morẽtur ibi tribus diebus. Poſtea exprime & bibe cũ drach. 10, ſacchari, purgant enim melancholiam. Decoctio epithymi, purgat fortiter melancholiam: Recip. Myrobalanorum Indorum ʒ.20, polypodij, ſtœcados añ. drach.5, ſenę drach.7. Coque tãdiu in tribus libris aquę donec una remaneat, poſtea mitte drach.10. epithymi, deinde remoue ab igne, & dimitte ſic per unam noctẽ. Poſtea exprime et cola, poſtea accipe drach. 1, agarici, drach.3. ſalis Indi, drach.4. hellebori nigri. Aggregẽtur ſimul cum oxymelle & ſume in ſero, et decoctionẽ ſuperius dictam in mane. Pilulę purgãtes melancholiã ex iuncturis: Recip. epithymi drach.1, polypodij drach.1, agarici drach.1, & duas tertias, hellebori nigri drach. quartã. Aggregentur, & fac pilulas quę uice una ſumant. Et caue in purgando melancholiã, quia nõ debes ſemel purgare, ſed ſæpe, iſti enim humores nõ ducent in multa quantitate in una purgatione. Et nota quod purgationem humoris melancholici, ſemper debent præcedere balneum & digeſtiuum.

De his quæ purgãt humorẽ mixtũ ex phlegmate & cholera. *Cap.* VIII.

Dolores iuncturarũ pro maiori parte ſunt ex phlegmate admixto cholerę, quoniam dięta plurimorum hominum eſt craſſa, propter quam humores craſſi augmentant, qui ad iũcturas diſcurrere non poſſunt, niſi ſubtiliẽtur ab aliquo calore, & exercicijs, uel uſu rerũ

 calidarum,

calidarum, cum ipſi de natura ſua ſint compacti & inepti ad fluxum, & propterea uidemus in illis, qui patiuntur dolorem ex humoribus crudis, tempora quietis inter duas acceſſiones eſſe breuiora, cum uigilant, uel laborãt, uel rebus utuntur calidis. In alijs uerò fit contrarium, propter hoc tamẽ nõ præſeruantur ab acceſſione, quoniam quando multiplicantur iſti humores, claudunt meatus, & quando obſtructi ſunt, aut corrumpuntur & putrefiunt, unde acquirunt acumen quo ſubtiliantur, & habiles fiunt ad fluxum, & propter hoc medicinę quę attrahũt phlegma, & choleram ſimul, meliores ſunt, quàm quę choleram tantum, uel phlegma attrahunt, & medicinę quę iſtud operant principaliter, ſunt omnes ſpecies tithymali, & ſcammonia, & turbith & colocynthis, & aloë cum turbith, attrahit humiditates cum cholera.

Trochiſci qui purgant choleram & phlegma, & confortant ſtomachũ & ducunt ſine labore: Recip. ſcammonię drach. 1. & duas tertias, & turbith drach. 1, s. roſarum drach. 1, s. ſpicænardi drach. 1, confice cum ſucco cotoneorũ, uel macianorum & faciat 10. trochiſcos, & bibat unum trochiſcum cum dimidio, & fortè duos. Decoctio purgans phlegma & cholerã mediocriter: Recip. Myrobalanorũ citrinorũ drach. 10. uſq; ad 15. turbith ℥. 5. uſq; ad 10. Coque in tribus libris aquę donec remaneant duæ tertiæ librę, & appone ſacchari albi drach. 10, cola & bibe. Pilulę purgãtes phlegma & cholerã fortiter: Recip. ſcammonię drach. 1, colocynthidis drach. 2, aloës drach. 3, ſucci abſinthij, tragacãthe, maſtiches añ. drach. s. bibat drach. 1. s. ſunt enim electę optimę.

De medicinis per os ſedantibus dolores iuncturarũ. Cap. IX.

NOta quod zurũgen habet magnam uirtutem, in omnibus doloribus iuncturarum, ſed deſtruit appetitum & deſiccat iuncturas, quum in magna quantitate ſumitur, & propterea ſi fuerit neceſſe de eo accipere in magna quãtitate, accipiat poſtea medicinas cõfortantes ſtomachum. Quapropter admiſcemus ſemper aniſi, zingiberis, maſtiches, & mollificamus iuncturas cum aqua calida, & pinguedinibus et oleis. Sed nota quod illis non debemus uti, niſi cum magnus & uehemens fuerit dolor, uel timuerimus de defectu ægri, quia iſtę medicinę inſpiſſant ſanguinẽ, & prohibent deſcenſum humorũ ad iuncturas. Quapropter non debemus eis uti, niſi cum dolor fuerit fortis & corpus uacuum, & tunc debemus uti ad mortificandum parum & prohibendum curſum. Et ego ſcribam eas quas expertus ſum ſæpe, medicamen ad potandum cum dolor fuerit fortis, & ad alleuiandũ, zurungem & ſaccharũ bibat cum aqua frigida. Aliud: bibat ſemen & ſuccum coriandri cum drach. 3. ſacchari. Aliud: Pone glandes die & nocte in aceto, poſtea deſicca & mole & da drach. 3. Aliud: Lentes excorticatas, ſemen coriandri, glandes, zurungen, ana, mole & bibe drach. 3. Cibi eorum ſint agreſta, lentes in aceto, & poma citrina acria & generaliter inſpiſſantia ſanguinem. Et ſi uehementia doloris duxerit nos ad dandum res mollificatiuas, faciemus hoc medicamen: Recip. ſeminis lactucæ drach. 10. hyoſcyami albi drach. 10. aggrega cum ſucco lactucę, & fac pilulas, ſicut cicer. Sed ſi dolor fuerit in pedibus, pone ſuppoſitorium de opio & ſtatim dormiet, hoc eſt faciendum cum dolor fuerit ex cau-

Digitized by Google

ex cauſa calida. Si autẽ fuerit ex frigida, utaris iſtis alijs zirungen drach.
10. ſenę ʒ.10. aſari, zingiberis, cymini, piperis lõgi, ſpatanę añ. ʒ.2. Cõfice cũ
melle & ſumat ex eo pondus aureorũ 2. cũ aqua tepida. Aliud: Recip.
zurungen drach. 10, myrrhę, cymini, ſeminum agnicaſti añ. drach. 5, opij,
ʒ.3, confice cum melle & ſumat drach. 4. Et ſi materia fuerit compoſita
cum pauca cholera, diachylon eſt optimũ ad hoc ſi ſit nouum. Cibus eorum
debet eſſe ſicut carnes coctę, & poſtea aſſatę, panis coctus cum ſeminibus ca
lidis, & ſitim ſuſtineant in quantum poterunt. Aliud ad ceſſandum do-
lorẽ podagrę frigidę: Recip. zurungen, olibani añ. drach. 20. cymini, dra
ch. 10, ſume ex eo drach. 3, & conſidera quod aliquãdo fit fortis dolor ex di-
ſtenſione membrorũ propter humores, quod eſt cognoſcere ex membri di-
ſpoſitione, et tunc debes inũgere ex oleo chamæmelino, et facere emplaſtra
ex ſeminibus biſmaluę, et maluę, et dialthea, et pone ſuper iuncturas medi-
cinas conſtringentes.

De clyſterijs in uſu anchæ. Cap. X.

POſt purgationem maior cura ſunt clyſteria fortia, quę attrahunt ma
teriam tali attractione quod uulnerant inteſtina, et exire faciunt ſan
guinem, et tunc ceſſat dolor eadem die, quod ego uidi in plus quàm
mille hominibus, et nunq̃ uidi hominẽ qui uteretur iſtis medicinis
quin ex toto ſanaretur et alleuiaretur, niſi ſit ita fortis quod indigeat aduſti-
one, et ego de iſtis clyſterijs aliquas maneries pulchras et expertas uidi.
Clyſtere forte ualdè attrahens phlegma crudum, et aufert ægritudinẽ:
Recip. corticũ radicũ capparis, corticis colocynthidis, centaurij minoris,
cucumeris aſinini, corticis agarici, añ. drach. 5, coque in tribus lib. aquę do-
nec remaneant duę, cola et appone mel et oleum et fac clyſterem, et ſuſtine-
at quãto magis poterit, et anteq̃ fiat illud clyſtere procedat clyſtere factum
de herba quę dicit̃ atelgas, uel cum ſale et aqua, et melle ad mundificãdum
inteſtina ex fecibus, deinde ſequatur clyſtere prædictũ. Aliud: Recip.
hellebori nigri, eſulę, colocynthidis, naſturtij, centaurij, chamædrios añ.
M. 1. coque in tribus lib. uini & mitte ʒ.5. olei lentiſci, & fac clyſtere. Iſtud
autẽ eſt minus forte & calidum, et non debes eo uti niſi in corporibus phle
gmaticis et pinguibus. Alijs uerò ſufficiet aqua antelgas & nitri & a-
qua ſalis. Aliud: Accipe naſturtium, aniſum, mitte in aqua die & no
cte, & fac clyſtere cum fuerit calefacta, eſt enim optimũ. Aliud: Accipe ʒ.
libras aquæ, & mitte librã 1. nitri & cooperias, et mitte ad ſolem duabus ſe-
ptimanis, et cum opus fuerit fiat clyſtere. Aliud: Recip. corticum co-
locynthidis, coque in aqua calida & mitte parũ nitri & olei & fac clyſtere.

De emplaſtris & unguẽtis diſſoluẽtibus, & dolorẽ ſedãtibus. Cap. XI.

IAm diximus quod unguẽta quę prohibent fluxum, nõ debes apponere
ſuper iuncturas, niſi cum corpus fuerit mundũ, poſt purgationẽ, tũc po-
tes ponere talem medicinam ſuper iuncturas, ad confortandum mem-
brum, & claudendum poros, ut non recipiat multa ſuperflua, & iam di-
ximus cõditiones iſtius curę, ſed modo dicamus curas particulares. Vn-
guentum prohibens materiam, & ſedans dolorem, & ualet apoſtematibus
ſanguineis & infrigidat ea, & cõfortat membrũ: Recip. ſpodij, camphorę,

Tt 2 memithę,

memithę,acacię an̄.ʒ.1,opij,quartā ʒ.cōfice cū aq̄ ſolani uel lactucę,uel por-
tulacę,& pone deſup. Aliud: Recip.memithę,ſantalorū rubeorū,roſarū,
corticis papaueris nigri,an̄.ʒ.10.opij,ʒ.1.fiāt trochiſci. Et cū uolueris,diſſol-
ue unū cum aqua roſata uel cāphora. Aliud unguentū mirabile quod cō-
fortat membrū, & ſedat dolorē: Accipe oſſa combuſta ſicca, ablue pri-
us in aqua,poſtea ſicca ʒ.2.zurungen ʒ.4.amydi ʒ.2.ceruſſę ʒ.2.aggregētur
cum aqua & camphora. Aliud, quod confortat magis et prohibet flu-
xum et infrigidat, & debes eo uti quū materia fuerit multa,et cū timueris ne
apoſtema augmētetur: Recip.ſantali rubei,boli armeni,memithę,corti
cum mali granati, opij,ferruginis,an̄.ʒ.2.cōfice cum ſucco mentæ, eſt enim
unguētum forte ad reprimendum humorem. Aliud ad idem: Recip.
acacię,gallę uiridis,memithę, trium ſantalorum,roſarum,an̄.cōfice cum a-
qua myrrhę & unge. Aliud infrigidās cum apoſtema fuerit in augmen-
to,et eſt de materia furioſa in qualitate & nō in quātitate: Recip.amydi,
cāphorę, an̄.mole et confice cum aqua roſarum,et ſuperpone. Aliud q̄d
infrigidat,et ſedat dolorē, et expellit multū: Mole ceruſſam cum lacte uac-
cino. Aliud quod facit ſedare dolorem ſtatim,et eſt expertū: Accipe mi-
cas panis albi, et mitte in lacte uaccino, et dimitte donec fiat ipſum unguen-
tum, et pone decimam partem opij,et mole cum lacte, et ſuperpone,et cum
calefactū fuerit, remoue & appone aliud. Aliud: Recip. ceram & o-
leum roſatum,ſed quater tantum ſit de cera & cuilibet appone ʒ.2.ſacchari,
& ʒ.2.opij,mole & totum pone deſuper, & cooperi cum folijs lactucarum.
Medicamen ualdè forte,debes eo uti cum fuerit magna neceſſitas. Recip.
opij,corticum radicū mandragorę, an̄.ʒ.5.mole & confice cum aqua portu
lacę,lactucę,uel hyoſcyami & informa grana & ſerua, & cū opus fuerit ſol-
ue cum aqua lactucę uel porulacę, ſed dolor quādo adeò fortis fuerit quod
iſtis medicinis non ſedabitur,unge diu cum aceto forti calido.

De medicinis quibus debes uti,cum apoſtema fuerit in ſtatu,& calor fuerit fortis aliquantulum. Cap. XII.

QVum apoſtema fuerit in ſtatu, & calor fuerit aliquantulum fortis:
Recip. ſantalorum rubeorū, croci,an̄. confice cum ſucco cori-
andri uiridis. Aliud: Accipe memithę,aloē,an̄.confice cum
ſucco ſandalis. Aliud:Farina hordei,chamęmeli,roſarum,an̄.
confice cum ſucco ſandalis & apij. Aliud:Bolum Arme-
num,aloēn,crocum,roſas, mentam,confice cum aqua coriandri.

De medicinis quibus debes uti in declinatione apoſtematis. Cap. XIII.

HAE ſunt medicinę quibus utaris in declinatione apoſtematis, fur-
fur,biſmalua, flores chamęmeli, conficiantur cum aqua furfuris et
ponant̄ ſuper chartam de panno. Aliud:Farina tritici & ſemen
lini,conficiantur cum aqua furfuris. Aliud: Farinę fœnugręci,
anethi,ſucci ſeminis lini,cōfice cum ſucco cauliū. Aliud: Ceręparte unā,
olei anethini ſextā partē,fac ceratū & appone chamęmelum pulueriżatum,
ſed ſi uolueris facere magis fortē,appone axungiā gallinę uel anatis. Ali-
ud:Diachylon cum oleo chamęmeli,eſt ualdè bonū. Aliud:Styrax liqui
da,ladanum,maſtiches, ſemen cauliū aggregētur cum fecibus olei irini.

Digitized by Google

Aliud ualdè forte: Maſtiches, ladanum, ſemen raphani, ſemen cauliũ, ar-
moniaci, confice cum fecibus olei irini, & cum uolueris uti his medicinis, pri
mo abluas membrum cum aqua calida tandiu donec rubeat, & ſic pone me
dicinas & permitte decẽ horis. Poſtea remoue, & iterum appone, & ſic tan-
diu facias donec apoſtemata ſoluanť, & ſi remanſerit aliquid de apoſtema-
te lapideũ, medicabiť ſicut dicetur in ſequentibus. Et iam diximus ſuperius
quod emplaſtra quę diſſoluunt non ſunt neceſſaria, niſi in dolore iunctura-
rum ex ſanguine. Et modo, dico quod ſunt neceſſaria in apoſtematibus,
quorum materia eſt ſanguis craſſus, melancholicus, uel phlegmaticus, ſed
apoſtema quod eſt ex cholera pura, iſtis omnino non indiget, & non debes
mirari ſi mora ſit in diſſoluendo quod remanſit ex apoſtematibus in iunctu
ris ex calida cauſa, quoniam materia cholerica eſt in corporibus duris, atq;
cõnexa in iuncturarum ligamẽtis, quapropter difficilior eſt ad diſſoluendũ
quã ſi fuerit in carne, tamen ſi iſtud apoſtema curatũ fuerit ſecundum quod
debuerit, & nõ fuerit error in medico, nec in infirmo, nec aliqua materia ſu-
per aliam fluxerit, diſſoluetur in quadraginta diebus, & plures medici putãt
quod materia nõ cõtineatur tantum in ligamentis, ſed etiam in chordis, q̃d
falſum eſt; quoniã ſi materia eſſet in chordis, accideret ſpaſmus, propter cõ-
tinuitatem nerui uicinãtis muſculo, in cuius chorda eſt materia. Quod ergo
materia diſcurrit ad ligamenta, & non ad chordas, cum ligamenta ſint durio
ra, iam declaratum eſt in libro noſtro qui cõtinens appellatur, ſed illud igno *Liber Rhazis*
rare non impedit curationem. In principio poſt purgationem debemus *continens.*
confortare membrum, ut nõ recipiat multa ſuperflua, ſed quia cõfortare eſt
cum medicinis frigidis, non debemus infrigidare omnino, ſed aliquando a-
liquantulum calefaciemus, & illud tale eſt faciendũ, cum calor fuerit in au-
gmento. Sed ſi aliquando uigoretur dolor, utemur medicinis ſedãtibus do-
lorem, mixtis ex illis medicinis, quę alterant complexionem & mortificant,
& cum ceſſauerit dolor, & fuerit declinatio utemur diſſolutiuis, & ſi mate-
ria fuerit craſſa & dura, utemur medicinis fortibus, ſed ſi fuerit mollis & ſub
tilis utemur debilioribus. Vnguẽtum quo debes uti in principio dolorũ
iuncturarum in frigida cauſa: Acatia, aloë, myrrha, aggregentur cum aqua
myrti. Aliud: Nuces cypreſſi, iuniperi, myrrha, aggregẽtur cum aqua
gallarum coctarum. Aliud: Spicanardi, galla, cõfice & appone. Vn
guenta alterantia complexionem, & ſedantia dolorem: Styracem liquidam
miſce cum oleo laurino. Aliud: Recip. caſtorei, coſti, myrrhę, añ. con
gregentur cum oleo antiquo. Aliud: Cerã diſſolue cum oleo antiquo, &
oleo iridis & cuilibet ℥. cum neceſſe eſt appone ʒ.2. euphorbij, iſtud magnũ
facit aſcendere calorem in loco ſtatim. Aliud q̃d calefacit membrũ: Re-
cip. piperis, caſtorei, euphorbij, añ. aureũ.1. pyrethri aurei 2. mole & appone
ʒ.1. olei coſtini, & unge locũ fortiter. Vnguẽtum ad mortificandũ: Re-
cip. opij, caſtorei, añ. croci media pars, aggrega cũ aqua & pone, & ſi dolor
uigorauerit, & cum medicinis non ceſſauerit, ungatur cum aceto forti, in
quo ſit decoctũ origanum, mentaſtrũ, & alię herbę calidę. Medicina diſ
ſoluens apoſtema molle, ſcilicet, undimiam: Accipe cinerem uitiũ, cinerem
querci, & mitte in aquã die una & nocte, poſtea cola & miſce tantundẽ aceti

Digitized by Google

& unge pannum & appone. Aliud: Sal gemma mole & confice cũ oleo & frica locum. Aliud: Myrrham & aloën ſimul cõmiſce, ana. & ſuperpone. Aliud: Ceram, alumen confice cum aceto & unge membrum cum oleo & ſuperpone pluries. Aliud: Lithargyri puluerizati ℥.i. olei ℥.i. coque donec fiat ſpiſſum, poſtea mitte radices caulium, & miſce donec incorporentur.

De curatione duri apoſtematis & lapideitatis quæ fit in iuncturis.

Cap. XIIII.

CVm apoſtema incipit indureſcere, utaris medicinis mollificatiuis, ſecundum duritiem apoſtematis, tandiu donec uideris remolliri & rarefieri, & in latitudinem augmentari, tunc reuertaris ad diſſolutiua, & utere eis ſecundum quantitatem duritiei, & non ceſſes quandoque diſſoluere, donec totum diſſoluatur, & ex eis quę mollificãt, eſt, balneum, & cibi ſubtiles & molles, & purgatio melãcholię proprie. Et caue ab his quę inſpiſſant ſanguinẽ, & uniuerſaliter ab omnibus cibis uiſcoſis, & ſiccis, ſicut hordeo, & lẽtibus & adurentibus ſanguinẽ, ſicut allijs, ſalſis & ſimilibus, & ab omnibus inſpiſſantibus ſanguinem, ſicut uinum nouum, & panis azimus, oua dura, & ſufficiãt eis omnes aues paruę, & hœduli, & arietes & oua mollia cõmixta cum ſale & cum uino, & panis fermentatus cum multo ſale, & uinum ſubtile, & non ceſſet uti iſtis donec diſſoluatur apoſtema, & ſi lapideũ eſt, ex eo aliquid medicabimur cum iſtis medicinis. Vnguẽtum mollificans, ablue membrum cum aqua calida donec infletur, poſtea unge cum cera & ſic permitte ſex, uel ſeptẽ horis, & quotidie ſimiliter fac donec appareat mollificatio. Aliud: Radices maluauiſci, radices cucumeris aſinini, coque in oleo & fac unguẽtum. Aliud forte mollificans: Pinguedo gallinę, & anatis uel anſeris, medullę cruris uituli, ceram & oleum miſce & fac unguentũ, & pone deſuper nocte & die, poſtea ablue & iterũ appone.

Quæ craſſum generant ſanguinem.

Aliud magis forte: Bdellium, ſtyrax liquida, armoniacum, miſce cum oleo irino & ſuperpone. Aliud expertũ quod nõ fallit: Fecis olei irini, & fecis olei ſeminis lini, mucillago fœnugręci, pinguedo anatis, & ſuppone.

Aliud mollificatiuum: Cerę drach. 5. olei irini ℥.i. medullę cruris uituli, armoniaci, & ſtyracis liquidę, bdellij, galbani drach. 5. liquefiat cera cũ pauco oleo irino, & alię medicinę puluerizatę addantur & conficiãtur. De medicinis reſolutiuis ſimplicibus: Farina fœnugręci cũ aqua mellis, & calx cum pinguedine antiqua, ſtercus caprinum cum oxymelle, cinis cauliũ cum armoniaco, armoniacum cum oleo antiquo, uel cum aceto. Emplaſtrũ compoſitũ: Radix ireos, ariſtolochia, elleborus, piper, cõficiantur cum oleo.

Aliud: Farina lupinorũ, fœnugręci, ſtercus columbinum, confice cum oxymelle & ſuperpone. Emplaſtrũ forte: Ariſtolochię, pyrethri, radicis capparis, lupinorum, ireos, ſtercus columbinum, calx, & de ficubus nigris quantum de omnibus, conficiantur cum oleo antiquo. Diachylon forte ad diſſoluendum: Lithargyri, olei antiqui, añ. decoquant̃ donec inſpiſſetur, deinde pone uiſcoſitatem ſinapis quantum eſt oleum, & moueat̃ donec coaguletur, eſt enim ualde forte. Aliud: Lithargyrũ coque & appone uiſcoſitatẽ fœnugręci, poſtea miſce cum oleo calcẽ & nitrũ, pyrethrũ, ariſtolochiã ſulphur,

ſulphur,añ.de omnib. tantũ quantũ de uiſcoſitate. Emplaſtrũ mollificãs & diſſoluẽs & eſt mirabile: Armoniaci,bdellij,ſtyracis liquidę,añ.ʒ.10.olei irini quantũ ſufficit ad mollificandũ & gũmi conficiant̃ cũ ficubus nigris.

De cura propria lapideitatis. Cap. XV.

CVra propria ad lapideitatem,ablue cum aqua in qua decocta ſint radices maluauiſci, anethũ,chamęmelũ, donec rubeat quod eſt in circuitu lapideitatis,quoniam quando fortis eſt lapideitas, locus lapidis nõ rubet,deinde ponantur pinguedines, & medullę die & nocte. Poſtea accipe lapidem marcaſitę,& pone in ignem donec rubeat,poſtea rorabis cum aceto forti, & pone membrũ deſuper, & ſtet ſuper uaporẽ una hora. Poſtea laua cũ aceto forti calido, & fiat omnis iſta cura per aliq̃t dies,poſtea mole armoniacum cum aceto forti, & pone deſuper per aliquot dies,& poſtea reuertere ad mollificatiua donec reſoluat̃. Emplaſtũ proprium ad reſoluendum lapidem: Armoniacum, opopanacũ, bdellium, galbanũ,nitrũ,ſinapis,pyrethrũ,ſulphur,añ.lithargyrum quantũ de omnibus. Coque lithargyrum cum oleo donec fiat ſpiſſum, deinde confice cum alijs medicinis, ſed mollifica membrũ, & poſtea pone medicinam iſtam deſuper. Dixit Galenus,quod accepit caſeum antiquum longi temporis, & naſturtiũ, & puluerizauit ſimul, poſtea accepit pedes porci antiqui ſalſi & coxit, & cũ illa aqua naſturtiũ, & caſeũ miſcuit,& fecit emplaſtrũ ſuper iũcturas lapideas, & rumpebatur cutis, & exibat uenenoſitas omnis, & ſic patiens ſanabatur & expertus ſum illud ſępe.

De medicinis quæ adurunt,& eis non debemus uti,niſi in fine ægritudinis. Cap. XVI.

QVamuis iſtis medicinis utantur medici, in pluribus ægritudinibus chronicis, magis debẽt uti in ægritudinibus iuncturarũ poſt purgationem,ad attrahendum illud, quod eſt in profundo iuncturarum ad ſuperficiem corporis,& propter uehementiam aduſtionis iſtarum medicinarũ,attrahitur materia ad ſuperficiem corporis,& nimis forte, & ampullatur locus, & in illis ampullis aggregatur totũ uenenũ,unde fortius attrahitur materia,quia quanto magis debilitatur ipſa pars, tanto magis declinat ad ipſam materiam, & iſtę medicinę ſunt ualdè fortes, & eis non debẽs uti niſi poſt plenam purgationem. Emplaſtrum attrahens materiã, ex profundo iuncturarum & anchę cõburens: Naſturtium, pyrethrũ, capparis,ana. cõficiantur cum aqua cineris ligni ficus, & pone ligaturam donec comburat,poſtea ſolue,& ſi nigreſcit locus ſuauiter pone donec ampullauerit & aperiantur ampullę, & tunc laua locũ cum aqua calida ut ceſſet dolor, & unge cum butyro ut non conſolidentur uulnera,nam quanto diutius fuerit aperta, tanto melius erit. Aliud forte:Feces uini aduſti,cataputię, cantharides,naſturtium,ana.cõficiantur cum ſucco ſcyllę. Aliud ſimplex,unge locum cum melle anacardino donec ampulleť. Mel Anacardini ſic fit:Pone in forti aceto anacardos ad ignẽ & permitte diu bulire,& mel quod continetur in anacardis exibit,& inuenietur in aceto & uſui conſeruentur.

Digitized by Google

De dolore anchæ & artetic.æ. Cap. XVII.

CVra ad dolorem anchę & artetice, quam compoſuit Galenus, & eã laudauit ualdè, & dixit quod eſt neceſſaria alia medicina, & ſemel appoſita curat ita efficaciter, quod ſi ad balneum delatus fuerit patiens in mula uel in lecto, ſine alicuius adiutorio ad propria reuertetur. Accipe fumiterrę uiridis in æſtate & cõquaſſa benè cum ſepo, & pone ſuper dolorẽ anchę uel iuncturarũ, & dimitte duas horis ligatũ, & ſi sudauerit patiens in balneo, emittet aquã, & diſſolue emplaſtrũ, quia tũc neceſſaria eſt alia cura, & ſi remãſerit aliquid cũ dolore, fac eandẽ curã p decẽ dies.

De cura uniuerſali ad dolorem anch.æ. Cap. XVIII.

SIgna autem materię exiſtentis in iſta iunctura nõ ſunt diuerſa ſignis aliarum iuncturarum, ſed in modo cognoſcẽdi, & cura, eſt aliqua diuerſitas, & propter hoc locutus ſum de ea ſeparatim. Dico ergo quod iſta iunctura eſt profunda, cooperta multa carne. Vnde medicus non poteſt benè cognoſcere nec ex calore, nec ex colore loci. Si autem apparuerit in eo aliquod ſignũ manifeſtũ, ſignificatur quod materia eſt ualdè abundans. Verbi gratia, quod ſi calor uel frigus apparuerit in tactu, ſignificatur quod maior eſt in duplo quã apparet, propter profunditatem illius iuncturę, ſed pro maiori parte nõ manifeſtatur, nec in colore uel calore, nec in tactu, & illud quod diſcurrit ad illam iuncturam, ſunt humores phlegmatici, & quandoq; clauduntur ibi, & tandem reſoluuntur. Quapropter multotiens relaxantur ligamenta iſtius iuncturę, propter humiditatem in tantum quod uertebrum reſilit à iſchia, & hoc eſt maius multũ quod poteſt accidere in hac ægritudine. Lapideitas uerò nõ contingit unquã, quia nec ego uidi, nec aliquem magiſtrorum uidiſſe audiui. Cura huius ægritudinis hæc eſt, ſi uiderimus quod ſanguis abundet in corpore, minuamus de Baſilica, de manu oppoſita anchę infirmę, & extrahamus ſanguinẽ ſępe, ſi ſanguis nõ abundauerit, ſed infirmus habet ex uirtute & calore naturali tantũ, quod non infrigidatur per minutionem eius corpus, minuemus etiam, quoniã maneries iſtius curę eſt perfecta & ualdè bona, poſtea dabimus uomitũ, uel fluxũ uentris prouocabimus, uel clyſteria fortia faciemus, & poſtea emplaſtra fortia, & poſtea quę adurunt ſi fuerit neceſſe. Et ſi apparuerint ſigna phlegmatis in corpore ægri, tunc caue minutionem & utere uomitu, dein de fluxu, poſtea ab alijs ſecundum ordinem, & non ponas ſuper ancham emplaſtrum, nec unguẽtum, ante euacuationes corporis, ſed ſi dolor augmentaretur ante purgationem corporis, ponemus medicinas habentes calorẽ temperatum, quę poſſunt ſedare dolorem, & non attrahere materiam, ut chamęmelũ & ſemen lini, & ungemus cum oleo de alcanna, uel oleo anethi. Quoniam unguẽta & emplaſtra, & alia quando corpus fuerit plenum multis humoribus, attrahunt humores ad iuncturas, & nocent multum quoniam magis attrahunt quàm diſſoluunt, & hæc eſt cauſa quare non debemus apponere aliquod emplaſtrum frigidum in paſſione iſchiaticę, quamuis ſit ex calida cauſa. Emplaſtris frigidis non indigemus in paſſione huius iuncturę, quamuis

Digitized by Google

quamuis comburatur ex calore, quoniam nulla eſt medicina tam fortis quę poſſit expellere materiam à loco ſuo, ſed inducit maius malum, quia claudit poros, & retinetur materia, & facit accidere maiorem dolorem, & ſollicitudo noſtra non debet eſſe niſi circa attractionē eius, quod eſt in profundo illius iuncturę ad ſuperficiem corporis. Quapropter utimur emplaſtris comburentibus uel cum igne ipſo ſi neceſſe fuerit, & poſtea cum corpus fuerit euacuatum per uomitū utemur medicinis laxatiuis, quę attrahunt phlegma, & ſuperfluitates mucillaginoſas, ut cucumere aſinino, colocynthida, cētaurio & huiuſmodi, & aqua aloës mirabilis eſt ad hoc, quoniam quandoque frequenter accipitur donec fit dyſſenteria, ſed tamen antequā fiat, curatur ægritudo. Et ſis memor ut non utaris medicina laxatiua ante uomitū in hac ægritudine omnino, quoniam multotiens augmentatur dolor per attractionem materię inferius. Vnde debes primo prouocare uomitum, poſt repletionē à cibis diuiſiuis, quibus præparantur humores ad uomitum, & quādo infirmus uſus fuerit ad uomitum ſępe, tunc prouoca uomitum in mane, cum medicinis leuibus, & debes interponere aliquod dies inter utranq; euacuationem ut quieſcat corpus, & præpares illud ad euacuationem, & maxime in fine ægritudinis, quoniam tunc debes ponere ſpacium inter duas euacuationes longius, quoniam tunc uirtus eſt debilis, & ſi uirtus fuerit debilior, adhuc magis longum ſpacium ponemus, & dabimus cibaria multi nutrimenti, paucę ſuperfluitatis, ſicut panis calidus benè fermentatus, & benè coctus, & uitelli ouorum, & carnes minorum auium, & uinum clarum temperatum in qualitatibus, quoniam iſta ægritudo eſt chronica, & in diebus quietis da medicinas quas in cura materię phlegmaticę diximus, & eliges ex eis fortiores, uel debiliores ſecundum fortitudinē, uel debilitatē materię, & caue à cibis multa ſuperflua generantibus, & ab ebrietate. Et ſuſtineat famem quantū poterit, & cibum ſumat in tali quantitate, in qua maior fiat reſtauratio quàm facta fuerit deperditio. Et caueat ab ambulatione & balneo & equitatione & retentione urinę, & ſtercoris, ne declinent ſuperfluitates ad anchas, & inter duas euacuationes utat̄ uomitu. Et quando intellexerimus quod ſufficienter fuerimus uſi medicinis laxatiuis, faciemus clyſteria ſanguinem educentia, & apponemus emplaſtra comburentia, & ponemus in balneo calido, & ponemus uētoſas ſuper anchas cum igne. *Cautela.*

De curatione iſchiaticæ paſſionis. Cap. XIX.

IN firmitas hæc eſt dolor fortis in longitudine pedis, ex ancha uſque ad extremitates digitorum ſimilis chordę extenſę, & fortè non peruenit ad pedem, ſed terminatur apud iuncturā anchę, aut in medio iuncturę cruris, aut apud genua, & fit ex repletione uenę ad utrunq; pedem, uenientis ex parte inferiori, duarum partium uenę uenientis à gibbo hepatis, & forte erit repletio eius ex puro ſanguine, ſicut alterius ſanguinis qui eſt in corpore, & fit forte ex ſanguine craſſo & nigro, & forte erit ex humoribus deſcendentibus ad inferiora corporis. Primus autem modus accidit in corporibus multi ſanguinis, quādo utuntur ambulatione & equitatione & carnibus, & uino & rebus alijs dulcibus & ſentit infirmus, calorem intenſiuum cum

cum extenſione doloris, & fortem ſentit calorē in loco per quem extēditur illa uena, maiorem apud tactum, & hoc eſt quia multum repletur iſta uena, quare ſpiritus conculcantur & fit putrefactio. Et cura iſtius paſſionis eſt minuere ſanguinē, ex uena anchę ubicunq; apparuerit ex parte ſiniſtra, ſi autem nō apparuerit, minue aliquē de ramis qui ſunt in dorſo pedum & in medietate extrinſeca, ſcilicet in parte auricularis & medij digitorū pedum, quoniam rami qui ſunt in iſta parte ramificantur ex uena illa, illi autem qui ſunt in parte intrinſeca ramificantur ex uena quę dicitur ſaphena, & iſtę duę uenę ſcilicet ſaphena, & anchę uena, quamuis ambę diuidant̄ ex eadē uena apud genu, tamem melius eſt minuere ex uena anchę aut ex eius ramis quàm ex ſaphena. Imò melius quàm ex uena quę in genu eſt, ex qua uena iſta & ſaphena diuiduntur, & propter hoc medici utuntur minutione iſtius uenę per experientiam, nos autem iam conſiderauimus, & experti ſumus multotiens & inuenimus ipſum eſſe ſicut diximus, & laborauimus multum ad inueniendum rationem in ipſo, & credimus quod iam inuēta eſt, ſed nō eſt locus eam dicendi, et debemus ex iſta uena minuere, poſt minutionem de Baſilica ex manu pedi oppoſita, & maximè quādo corpus plenum fuerit, poſtea ſubtiliamus diætam, & prohibemus motum & equitationem, & iſte modus non indiget alia cura. Secundus modus eſt, ut minuas in principio de eadem uena, poſtea damus medicinas laxatiuas, quę attrahunt melāchoIiam, ſicut eſt epithymus, polypodium, myrobalani Indi, agaricum, & huiuſmodi, abſtineant à cibis generātibus melancholiā, ſicut eſt panis opirus nō benè fermētatus, & fabę, & lentes, & panis hordeaceus & carnes uaccinę, & ſalitę, & ſalſa, & uinū ſpiſſum, & caules, & huiuſmodi, & ciba eum cum his quę generant ſanguinem ſubtilem, ſicut pulli, hœdi, & uinū album, & utatur balneo ut minus generetur de ſpiſſo ſanguine. Tertius autē modus raro cōtingit, & eius ſigna ſunt iſta, mortificatio & frigus in pedibus, & alleuiatur fame, & motu, & ſiti, & ſudore, & grauatur cibo multo, & potatione multa aquę frigidę, & uino limphato, & incipiemus curare cum uomitu, & medicina laxatiua quę educit phlegma, ſicut diximus in cura anchę, & dabimus oxymel, et in diebus quietis propinabimus electuaria antiqua, ſicut Hiera Ruphi, & theriaca 4. ſpecierū, aut leuiora iſtis, & ſi aliquid ex ægritudine remanſerit cōburemus cum igne, ſcilicet, una combuſtio fiat ſuper iuncturam anchę, alia in coxa ſuper locum dolentem, & reliqua ſuper dorſum pedis quod quidam faciunt, in digitis pedum ſubtus.

Generātia ſanguinē tenuem.

De præſeruatione à doloribus iuncturarum ex ſanguine. Cap. XX.

CAuſæ quibus fiunt dolor iuncturarū ſunt tres, prima eſt augmētatio humorū, ſecunda eſt fortitudo membrorū principaliū potentiū expellere ſuperflua, tertia eſt debilitas membrorū recipientiū, ſecūda autem iſtarū trium cauſarū, ſcilicet fortitudo membrorū prohiberi non debet, ſed debet cōſeruari in ſua diſpoſitione. Tertia autē, ſcilicet debilitas membrorū nō debet curari niſi poſt mundificationē corporis, cum fueris ſecurus ne ſupfluū decurrat ad aliq̄d nobile membrū, & hęc eſt radix cōſeruationis à dolore iuncturarū. Dicamus ergo q̄d cōſeruatio ab ęgritudine iuncturarū ex ſanguine, eſt abſtinētia à carnib. à uino, et rebus dulcibus,

& cibis

& cibis multi nutrimenti, & uſus aceti, & lentium, & agreſtę, & componas ſua cibaria ex his rebus, ſicut illud q̃d fit ex aceto & lẽtibus, & ut illud quod fit de carnibus uituli cũ aceto, aut pullis cum agreſta, & ſimilibus, & utatur fructibus, ut malo granato, & dimittat ficus uirides, & uuas dulces, & ſi infirmus non poteſt abſtinere à carnibus, dabimus ex eis quę minus nutriunt, ſicut ſunt galli, perdices, & hœdi cocti cũ aceto, & ſi uoluerit uinũ bibere, bibat parum temperatum, quod non ſit nimis forte, nec nimis antiquum, & ſi biberit aliquantulũ forte, bibat poſtea ſuccũ agreſtę uel acumẽ pomi citrini, & aquã mellis cũ aqua roſata, & caueat ſaturitatẽ, & ſi etiam acciderit, ſtatim euomat, & hec eſt eius dięta in cibo & potu, ſed in ſomno & uigilijs, & motu & quiete debet eſſe mediocris, ſanguis enim multiplicatur ex multo ſomno & nimia quiete, & acuitur & caleſit ex multitudine exercitij, quapropter non debet uti aliquibus iſtorum. Coitus autem eſt peſſimus omnibus paſſionibus in iuncturis, & ſi aliquando acciderit, ſit ante cibũ & potum, & caueat à balneo. Et conſideremus quotidie pulſum, & colorẽ faciei & corporis, & ſi uiderimus ſignum augmentationis ſanguinis ex multo cibo, minuemus ex eo, & ſi fuerit ex multo ſomno & quiete, reuocabimus eũ ad motũ & uigilias. Cum autem adhibuerimus circa infirmum conſiderationem iſtam, & fuerit obediens, non aggregabunẽ in corpore eius ſuperflua, & ſi ſupuenerit aliq̃ acceſſio, debemus cõſiderare in ipſis tẽporibus acceſſionis, & ſi uiderimus ſigna repletionis, minuemus, ſi ſigna fuerint fortia. Si autem ſigna fuerint pauca & debilia, non minuemus. Si acceſſio fuerit, cito minuemus, & confortabimus membrũ & dabimus inſpiſſantia ſanguinem, & prohibentia fluxũ eius, ut acceſſio cito redeat & fiat leuis. Et ego curabam quẽdam hominem ex paſſione calida iuncturarum, cui etiam ſolebat uenire acceſſio fortis in fine Veris, & præſeruaui ipſum ab acceſſione annis tribus, in quarto autẽ anno contingit eum agere iter, qui non potuit cauere à cõtrarijs, & poſtea uidi ipſum, & dixi ei quod ſi nõ minueret ſibi, ueniret ſibi acceſſio, ipſe uerò credebat ſe ſanum eſſe ab ægritudine, & ideò non curauit, poſt paucos autem dies ſenſit dolorem paruum in nocte in genu, qui non curauit, ſed uinum bibit, cum autem peruenit in nocte, arripuit eum dolor fortis, & mane ego ueniens extraxi de ſanguine lib. s. & permiſit ſic duabus horis, & poſui deſuper, & ſantalũ rub. et acetũ, & aquam roſatam, & extraxi de ſanguine iterũ lib. s. poſtea addidi cũ eo emplaſtro balauſtias, & nocte illa ceſſauit, p maiori parte dolor, & alia die extraxi de ſanguine lib. s, & omnino ceſſauit dolor, & multotiens ſimilibus iſtis iſtud accidit.

De præſeruatione à doloribus iuncturarũ ex cholera. Cap. XXI.

IN præſeruatione à paſſione iuncturarum de cholera, debemus prius cõſiderare uitium humoris, ſi eſt ſeruans qualitatem cholerę naturalis, aut ſi eſt magis acutus & uehementioris qualitatis. Si autẽ ſigna quę apparent in iuncturis ſint ſigna apoſtematis cholerę propriè, ſcias quod illud ſuperfluum cholericum eſt naturale, & ſi in iunctura fuerit maior dolor & calor fortis, & non apparuerit corpus apoſtematis, & dolor fuerit fortis, ſcias quod illud ſuperflue eſt uehementioris caliditatis quã calor naturalis.

Vnde

Digitized by Google

Vnde dixerunt quidam medici, quod quidã eſt modus doloris iuncturarum, ex malitia complexionis tantũ. Et nos iam fecimus librum prolixũ, et adhuc faciemus inquirẽdo iſtas queſtiones, dico ergo quod in tali loco debemus uti euacuatione, & alterare cõplexionem, ſed in prima diſpoſitione debemus magis euacuare quàm in ſecũda, & in diſpoſitione ſecũda magis debemus alterare quàm in prima diſpoſitione. Quando uerò nos ſciuerimus quod materia deſcendit in iuncturis, euacuabimus cholerã maximè in diſpoſitione ſanitatis prope acceſſionem, & cauebimus ab eis quę generãt choleram, ſicut à rebus dulcibus, & craſſis, ſicut uinũ coctũ, mel, ſaccharum, butyrũ, oleum, nuces & ſimilia, & generaliter ſit eius dięta quã nos diximus in paſſionibus iuncturarũ ex ſanguine, ſed magis humida, & utemur aqua hordei, cucurbitę, cucumerę, portulacę, & prẽmittemus eum uti rebus acribus, quamuis enim acria deſiccent, tamen furioſitatẽ cholerę reprimũt, & mortificant eius acumẽ, & utãtur balneo dulci magis quàm in dolore ex ſanguine, & aſpiciemus q̃tidie eius pulſum, & urinã, & ſi uiderimus ſigna cholerę, dabimus medicinã. Si autẽ materia fuerit acuta, ſuperflua, & corpus fuerit macrum, non utemur euacuatione prius, niſi intellexerimus quod humor ille cum malitia eius eſt multus, & hoc declarabitur ex diſpoſitione eius, ſcilicet, iuncturę, quoniã quando non apparuerit apoſtema, ſignificatur quod humor operans non eſt multus. & econtrario. Sit autem cibus eius aqua hordei cum uiſcoſitate pſyllij, & dabis ei aquã cum uino, & ablue membrum cum aqua dulci tepida, & in ea intrare permittatur poſt comeſtionem, & comedat parum in die, ſed ſępe, dormiat multum, & non laboret omnino, ſed ſit in quiete, & utere maiori euacuatione cholerę purę, & quotidie pone emplaſtrum frigidum ſuper hepar, & dabimus bibere aquam de ſantalis, & uuam caninam, & cum ceſſauerit acumẽ & calor, dabimus plus de cibo & uinum limphatum, & diętabimus dięta illius qui uult impinguari, & cum corpus eius fuerit pingue & ſuſceperit carnem, tunc ſanus erit.

De præſeruatione à doloribus iuncturarũ de phlegmate. Cap. XXII.

SI materia fuerit phlegma, caueat à cibis multę ſuperfluitatis, ſicut à carnibus arietinis & ouinis, & uino nouo, & lacte, & piſcibus, & fructibus humidis, & ſufficiant ei res aſſatę, & carnes minorũ auium, & quę ſunt paucę ſuperfluitatis, & utatur ſalſis, ſubtilibus, iuuãtibus digeſtionẽ, ſcilicet quę fiunt ex carui, cymino, origano, et ſinapi & huiuſmodi, & utat̃ electuarijs calidis, & uino antiquo pauco, & caueat à repletione cibi & potus, & ſi aliquando comedat multũ prouocet uomitum, & ſudet in balneo multum ante cibum, & non comedat poſt motum ſtatim, ſed parum poſtea, & fricentur eius iuncturę in balneo fricatione forti cum nitro, & non dormiat in die omnino, ſed dormiat nocte tota, quoniam ſi uigilauerit de nocte, corrũpetur digeſtio, & multiplicabũtur ſuperflua, & cum intellexerimus q̃d in corpore multiplicabũtur ſuperflua, dabimus medicinã extrahentem ea ſecundum neceſſitatem, & incipe prope tempus acceſſionis. Et nulla medicina eſt ita iuuatiua in conſeruatione à dolore iuncturarum, ſicut prouocatio urinę, & medicinę quas debemus dare ad remouendã iſtam paſſionẽ, ſunt Hiera Ruphini, & theriaca quatuor ſpecierũ & huiuſmodi,

quoniam

Digitized by Google

quoniam iſte ſępe abſtulerunt paſſiones hominibus, q̃ eas ſæpe tolerare uo luerũt, & generaliter dico, q̃d omnes maneries euacuationis, ut uomitus, mi nutio, potio laxatiua, prouocatio urinę, ſudor, quãdo fuerint ſuo uſæ loco, auferunt dolorem omnino, niſi infirmus cũ hoc fuerit uſus repletione cibi & potus, quoniã ſi membra fuerint uacua, & uenter plenus fuerit, attrahũt ſuperfluitates magis quàm ſolent attrahere. Quapropter pręcepit Ga lenus quod nullus medicorum ſuſciperet aliquem iſtorum, qui patiuntur in iuncturis in curã, niſi ſit ſapiens & obediens medico, ſed ſi aliquãdo contin gat accipere aliquem nolentium obedire eorum medicina, melior eſt uomi tus. Per iſtum enim euacuatur plegma, & conſumitur, ſed tamen non debes frequenter eo uti, ne ſtomachus debilitetur, et ſimiliter da medicinam, pleg. purgantem fortiter, & ſpecies phlegmatis purgantes. Si infirmus non po teſt ſe abſtinere à uino & cibus eius non bene digeritur abſq; eo, appone- mus uinũ ex uuis paſſ. et melle, & ſeminis apij. Dixit enim Galenus quod illa potio ualet nimis in paſſione iuncturarum, & qui ſolet pati in iunctu- ris, quando parum humidum in eo augmentatur, debet uti euacuatione in diebus quietis & fricare iuncturas cum ſale & oleo forti fricatione, hoc e- nim eſt ualdè utile, ut iuncturę non recipiant ſuperfluitates, & in diſſoluen do quod eſt in eis fluxum, et ſi remanſerit aliquid poſt ęgritudinem, muta bimus à uilla, in qua iacet ad aliam uillam calidiorem. Et caue ſi ali- quando feceris cauterium & prohibueris membrum, ne recipiat ſuperflu- um, ut euacues corpus paulatim, ne ſuperfluitates quæ ſolent currere ad a- liud membrum, reuertantur ad aliquod membrum nobile. Ego enim uidi plures mori ſubito, eò quod non fuerant euacuati poſt cauterizationem.

De præſeruatione à dolore iuncturæ anchæ, & iſchiaticæ. Cap. XXIII.

CVra iſtius iuncturæ eadem eſt cum cura aliarum, ſed uomitum in iſta debet magis uti, & potiones laxatiuæ debent eſſe fortiores, & cauere à coitu, equitatione, & ambulatiõe, & maximè prope tẽ pus acceſſionis, & quod non dormiat æger ſuper læſam ancham. Modus autem iſchiaticæ quæ cõtingit ex repletione ſanguinis, debet cu rari, ſicut curatur paſſio iuncturarum ex ſanguine, & magis, quia nõ debet ambulare, nec onus magnum ferre, nec erigere à terra lapidem. Mo- dus autem qui contingit ex humiditate ad uenam illam prouenientẽ, de- bet curari ſicut curatur paſſio iuncturarum ex phlegmate. Medicamen nobile quod ſumat æger una die, & dimittat una die in omnibus diebus an ni, excepto menſe Iunij, & Iulij, & excepta medietate Auguſti, & ſumat ex eo aureum cum ℥. 1, aqua mellis, poſtquam mane aſſellauerit, et ſi aliqua die non aſſellauerit, non ſumat medicinam, donec aſſellauerit per clyſtere, uel per aliquod tale, & non comedat poſt medicinam, per decem horas, & debes eum cuſtodire, ſicut diximus in paſſione iuncturarum ex phleg- mate: Recipe chamædrios, centaurij minoris, ana drach. 8, ariſtolochiæ. drach. 7, gentianę, drach. 6, petroſelini, drach. 4. ſpicęnardi, ſpicæ Roma

Vu næ, ana

nę,ana drach. 1. agarici drach. 2. aggregentur cum melle. Aliud nobile & expertum: Recipe ſemin. apij,drach. 10,petroſelini & rubeæ tinctorũ, ana,drach. 15. aſari, ariſtolochiæ Romanæ, radices capparorum,gentianę, ana drach.7,agarici,zurũgen.ana drach. 15 iuniperi,cinnamomi,ana drach. 10, aggregentur,& ſumat quotidie per totam hyemem aureum 1. hoc enim tempus melius eſt,et perfectius iſtis medicinis. Medicamen diateſſaron expertum: Recipe chamędrios,chamepithyos,gentianæ,ſemin.rutæ,ana,ſumat quotidie per hyemem aureum 1. & dimittat in æſtate. Aliud quod aufert dolorem iuncturarum: Recipe rheubarbari,pœoniæ, myrrhæ, ſpicę nardi,ana drachma. 20.folij ℥. 1. garyophyllorum grana 15. ariſtolochiæ, gentianę, ana drach.30. ſumat quotidie aureum 1. poſt digeſtionem cibi. & debet incipere in æquinoctio autumnali,& ſumat per 50.dies,& interponat 15.poſtea per 50. & iterum dimittat per 15 tamdiu ſic interponendo 15. ſumendo.50. donec ſumat 300. & 60. uel 55. uicibus, & dimittat accipere à medietate Iunij,& per totum Iulium,& medietatem Auguſti,& non comedat niſi poſt nouem horas. Cura quæ fit ex oleo uulpis,quo utimur in paſſione iuncturarũ ſic fiat: Accipiatur caro uulpis, & ponatur in caldario magno pleno aqua,et appone ſal et anethũ,& bulliat donec caro diſſoluatur, & ſolummodo oſſa remaneant, et aqua illa ponatur in tina, et intret ęger, et ponatur in ea per duas horas,et poſtea exeat,et in meridie aquam eãdem intret ſicut primo,et in nocte ſimiliter,et ſic illud fiat in principio menſis tribus diebus. Vnguentum ad dolorem iũcturarum, quo debes uti per totam hyemem: Recipe ſalis gemmę,aluminis,tartari, ana, confice cum oleo antiquo. Aliud: Alumen,ſal, oleum antiquum. Aliud: Almuri,oleum antiquum,et ſi ampullauerit locus,melius eſt.

De medicaminis ſimplicibus ualentibus in iſtis caſibus uirtutibus ſuis. *Cap.* XXIIII.

QVamuis ego declino parum ad has res,tamẽ bonũ eſt ſcribere in libro noſtro, ut nõ remaneat tractatus ſine eis,quæ dixerunt antiqui. Dixit Tortor, ſi ſcinderis pedẽ ranę et ligaueris ſuper pedem podagrici, per tres dies curatur, ita quod dexterum pedem ranę,ponas ſuper dexterum patientis,et econuerſo. Et dixit Phinicinus qui compoſuit librum de lapidibus, quod magnes ſi fuerit ligatus in pede podagrici,curatur Et alius philoſophus dixit: Si accipiatur calcaneus aquilę, et ponatur ligatus ſuper pedem ęgri, curatur, ita quod dexter ſuper dexterum,et econuerſo, et iurauit quod ſit uerum, et dixit Tortor quod ſi ponatur pes teſtudinis ſuper pedem podagrici, curatur.

De uentoſa quæ ponitur ſuper ancham & cauterio. *Cap.* XXV.

ACcipiatur uentoſa cuius caput ſit ad menſuram palmi, et accendatur cum igne, et ſit figura amplitudinis ad menſuram anchę, et claudatur os anguſtum bene, et ponatur ſuper ancham et ſtatim adhærebit, et ſic dimittatur duabus horis,et poſt remouetur,et abluatur locus.

locus, & iterum ſuperponatur, donec ueſicetur. Modus cauterizandi an
cham, cauterizatur multis modis, ſed leuior eſt iſte. Accipiatur inſtrumen-
tum ad modũ cochlearij ferrei, & ſit diametrum eius ſicut medietas palmi,
& fiant in circuitu eius quinque eminentiæ ad formam oſſium dactylorum,
& mittatur ad ignem donec rubeat, deinde ponatur ſuper pyxidem anchę
& æger iaceat ſuper latus ſanũ & cauterizetur quinqȝ cauterijs una poſitio
ne inſtrumenti, poſtea ponantur emplaſtra de butyro, ut uulnera permane
ant aperta donec uenenoſitas tota exierit, & cum uolueris cauterizare, de-
bes ægrum ponere tali modo, quod acumen anchę apparere poſſit, deinde
fac ſuper ipſum circulum, poſt cauterizabis.

De quibuſdam emplaſtris & unguentis ſedantibus dolores iuncturarum tam calidos quàm frigidos, & lenientibus duritics eorum. Cap. XXVI.

EMplaſtrum ualens podagræ, ſedat dolorem, et prouocat ſomnum:
Recip. amyli. ℥. 10. ſantalorum rubeorum drach. 5. acaciæ, drach.
3. mirrhæ, croci, opij, aloës ana, drach. 1. mole, & confice cum a-
qua uuæ caninæ, uel plantaginis, mitte guttas olei roſarum & utere
à principio ægritudinis. Ad podagricos calidos aliud expertum & ad
fortem dolorem, & ad apoſtemata ſanguinea, repellit materiã & cõfortat
locum, ſedat dolorẽ: Recip. ſemen naſturtij, farinę hordei, pſyllij, miſce pa
nis bene fermentati candidiſſimi, aquæ roſarũ ana, confice cũ ſucco planta
ginis uel portulacę, & mitte oleum roſarũ cum albumine oui, & pone deſu
per quandiu incipit quieſcere dolor, adde quartam partẽ uitelli oui, & parũ
croci. Ad uehementiã doloris emplaſtrũ mirabile: Recip. rob de muſto
aquę plantaginis, maluauiſci, albuminis oui, ana ℥. 2, cõfice & miſce ſemen
cotoneorũ, farinę fabarum, & farinę hordei, ana drach. 1. acaciæ, lapidis ar
meni, ſantalorum citrinorum, memithæ, aloës ſuccotrini, croci, ana aureũ
1. aggrega totũ & miſce & ceræ, olei roſati añ. ℥. s. cõmiſce crocũ & utere, &
cũ ceſſauerit dolor, adde olibani & mirrhæ, aureũ 1. & duo uitella ouorum.
Emplaſtrum formicarum ad dolorem podagræ calidę, & multotiens pro
baui ipſum, & inueni mirabile: Accipe de terra formicarum à loco limpi-
do, ℥. 3, farinę hordei, ℥. 1, foliorum roſarum, ℥. s. farinæ fabarum, ℥. s. mal
uæ, mandragorę, ana ℥. 6. Coque maluam & mãdragoram in tribus libris
aquę uſqȝ ad medietatem, cola & cõfice alias medicinas, pulueriza, poſtea
mitte in mortario, & miſce cum eo tria albumina ouorum et duo uitella, et
tres drach. croci. Piſta totum bene et ſuperpone, et non eſt neceſſarium a-
liud emplaſtrum, nec alia cura. Emplaſtrum de creta, quod confortat
membrum, et ſedat dolorem, et debes eo uti cum uehementiſſimus fuerit do
lor: Recip. cretæ mollitę et reſolutæ, ℥. 1. amyli de hordeo facti cum a-
qua roſarum, uel cum aquæ cucurbitæ ℥, s. miſce totum et pone in morta-
rio, et piſta bene et remolli cum albumine oui, fac ceratum et ſuperpone.
Emplaſtrum pſyllij, quod prodeſt calori et dolori podagræ, et debes eo
uti in corporibus calidis, et tempore calido, mitte pſylliũ in caldario et co-
Vu 2 operi

Digitized by Google

operi aqua & coque diu, poſtea repone in mortario, & appone micas pa-
nis remollitas in ace[illegible]xtas cum aqua roſarum, congrega, & miſce cum
pauco oleo & utere. Emplaſtrum bonũ mirabile, quo potes uti à prin
cipio ęgritudinis uſq; in finem, ualet nimis: Accipe fabas cum corticibus
ſuis, & iuiubas, coque in aqua, & poſtea cola & aquam reponas in calda-
rio nouo, poſtea accipe ſeminis maluauiſci, ſeminis cotoneorum, ſeminis
portulacæ, ſeminis lactucæ, ſemin. papaueris albi, ana drach. 2. ſeminis plan
taginis, anethi, fœniculi, foliorum roſarũ, & ſeminis caulium, mandragoræ,
ſantalorum citrinorum, ana ℥. 1. coque totum in aqua plantaginis, ita quod
cooperiantur medicinæ, donec remaneat medietas, et cola, et miſce tantun
dem olei roſarum. Coque quouſq; conſumatur aqua, & remaneat oleum,
poſtea pondera oleum et cuilibet ponderi ℥. 3, appone drach. 3. ceræ albę
& ℥. 3, de ſepo de renibus uituli, miſce totum & utere ex eo cum opus fue-
rit, & ſi podagra fuerit ex frigida cauſa, appone myrrhæ, croci, ana ʒ. 1, & s.
cuilibet ʒ. 3, & ſi fuerit ex calida, pone acaciæ, opij ana, drach. 1, eſt enim
mirabile, & ſi uolueris ponere opium, pone quartam partem drach. 1. cam-
phorę, & ſi uolueris ſoluere duritię pone emplaſtrũ ſimplex ℥. 2, & pingue
dinis aquilæ, bdellij diſſoluti in lacte uel rob de muſto. ℥. 1. miſce & pone
ſuper duritiem. Vnguentũ ualens ad podagrã calidam & infrigidatam,
& ſciaticam, & duritiem, & ad apoſtemata dura: Accipe ſeptem ueſperti-
liones, & pone in caldario, & cooperi in aqua coque uſq; ad medietatẽ, po
ſtea cola, & pone tantũdem olei roſarum, et fruſta ſalicis, et coque uſq; ad
conſumptionem olei et utere, et in paſſionibus frigidis adde medicinas ca
lidas, et ecõuerſo ſcias quod iſtud unguentum in cauſis calidis et frigidis ua
let, non ex qualitate ſui, ſed quadam uirtute occulta. Emplaſtrum de ſe-
minibus ualens in talibus cauſis: Recip. ſem. papaueris albi, ſem. cucur-
bitæ. ſem. anethi et lini et maluiſci, ana ℥. 1. et s. Coque totum cum media li
bra aquæ, uſq; ad medietatem, deinde cola, et appone oleum antiquũ, ſi fue
rit hyems. Si ęſtas, oleum roſarum ſecundum pondus aquę, deinde coqua-
tur ad ignem, donec conſumatur aqua, et remaneat oleum, deinde colet et
mitte ceram albam et pinguedinem renum uituli tertiam partem, et cuili-
bet ℥. pone drach. 1. acacię, et ʒ. 1. aloës, et ʒ. 1, croci, confice, et quando uo-
lueris uti eo in podagra calida, accipe aquam, et mitte in ea ℥. 1. conchę pul-
uerizatę, lapidis armeni ℥. 1, farinæ hordei, ℥. 1, ſeminis biſmaluę, ℥. 1, et au-
reos duos, cerę aureum 1. s. cum aqua roſarum, conficiantur et terantur.

Et dixit mihi quidam phiſicus monachus, quod cum quidam ſocius eius
eſſet podagricus, et fuiſſet multo tempore in cura eius, uidit in ſomnis Ga-
lenum, qui dixit ei: Accipe collocynthiden et pulueriza cum bdellio, confi-
ce cum aqua cauliũ et maioranę, et pone deſuper tepidũ, qui altera die idem
fecit, et curatus eſt ex podagra frigida. Aqua qua abluitur membrum ex
frigida cauſa, podagricum: Accipe folia ſalicis et medietatem zurungen, fa
barum lupini, ana plenam manum cum aqua coque, et inunge pannũ et mẽ
brum ablue. Diachylon ualens apoſtemati duro et podagræ: Accipe
pſyllij aureos uiginti, hyoſcyami albi 10. aur. fœnugreci, ſeminis lini, ana au
reos ui-

Digitized by Google

reos uiginti, ſeminis cucurbitę, ſeminis papaueris albi, ana aur. 10. & miſce cum aqua calida, & maneat in ea die & nocte, & poſtea accipe eius ſpumā in mane, & coque cum oleo & lithargyro & bdellio, ana aureos uiginti, & de oleo quantum ſufficit. Coque quouſq; illud fiat durum & utere in duritiebus & nodis. Emplaſtrum ad apoſtemata dura melācholica & phlegmatica, & nodos podagrę, & ſpaſmū qui cōtingit in iūcturis, diſſoluit nodos & remouet ſpaſmum: Recip. bdellij, drach. 30, pone in olla terrea cum aceto ℥. 1. rob, permitte donec remolliatur, deinde mitte ʒ. s. mellis. Piſta donec fiat ſicut medulla, & tunc adde olibani, opoponaci, armoniaci, myrrhę, ana aureum 1 poſtea piſta in mortario, deinde miſce olei chamęmeli, ℥. 3, olei antiqui, ℥. 1, pinguedinis gallinæ & anſeris ℥. 1, pinguedinis aquilæ, ℥. 1. pinguedinis uituli, ℥. 4, confice & utere. &c.

Libri de affectibus iuncturarum finis.

QVAE CONTINEANTVR IN LIBRO SEQVENTI.

HOc in libro ſequenti ægritudines ac uitia infantium, quæ à cunabulis ipſis euenire ſolent, iſto capitum Elencho complectuntur.

CAPITVM INDEX.

DE ſahaphati puerorum	Cap.	I.
De fauoſitate eorum	Cap.	II.
De magnitudine capitis	Cap.	III.
De inflatione uentris puerorum	Cap.	IIII.
De ſternutatione puerorum	Cap.	V.
De uigilijs puerorum	Cap.	VI.
De epilepſia	Cap.	VII.
De matre puerorum	Cap.	VIII.
De ſanie aurium	Cap.	IX.
De ueneno fluente de auribus puerorum	Cap.	X.
De morbis oculorum	Cap.	XI.
De obliquitate uiſus	Cap.	XII.
De ægritudinibus dentium	Cap.	XIII.
De puſtulis oris	Cap.	XIIII.
De uomitu	Cap.	XV.
De fluxu uentris	Cap.	XVI.
De conſtypatione	Cap.	XVII.
De tuſſi	Cap.	XVIII.
De pruritu & ueſicis	Cap.	XIX.
De lumbricis	Cap.	XX.
De eminentia umbilici	Cap.	XXI.

Digitized by Google

De crepatura puerorum	Cap.	XXII.
De lapide in ueſica puerorum	Cap.	XXIII.
De relaxatione puerorum	Cap.	XXIIII.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI AQVAE INſignis Medici de morbis infantium liber unus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Interprete.

De ſahaphati puerorum. Cap. I.

SAhaphati accidit pueris, & forte accidit in facie, & in capite. Et generatio eius eſt propter multitudinem ſanguinis, & humiditatem cutis. Et ſignum eius eſt uulnera parua, ex quibus exit humor, qui expanditur in facie & in capite, & cum eis accidit pruritus eius, quare puer plangit, uigilat, & conqueritur. Incipe in eorum cura, corrigẽdo cibum nutricis, deinde tonde caput pueri cum pſilothro. Deinde ſuperpone deſuper folia atriplicis, quoniam forte curatur per hoc tantum, quoniam iſta folia ſugunt uenenum, aut pone deſuper iſtud unguentum: Vnguentum ualẽs ad ſahaphati, quę accidit in capitibus puerorũ: Recipe ceruſſæ, lithargyri, drach. 5, lixiuij de cineribus uitium drach. 3, olei roſarum, ℥. 1, ceræ, ℥. s. liquefiat cera cũ oleo roſaceo, terantur medicinę, & conficiantur cum uitellis duorum ouorum aſſis. Deinde unge cum eo caput pueri.

De fauoſitate puerorum. Cap. II.

PAſſio quæ dicitur fauoſitas mellis, eſt ſpecies ſahaphati, et tunc ſuper uulnera apparent quædam ſquamę, & ſcalpitur cutis cum magno pruritu, & exit ex eis, q̃d eſt quaſi mel. Et cura eius eſt, ut quotidie tõdatur caput, & abluatur cum aqua mentaſtri, & maioranæ & ſatureiæ, deinde ungatur cum iſto unguento: Accipe lithargyri, ceruſſæ, ana aur. 2, ſulphuris & argenti uiui, aureum 1, olei roſati partes duas, aceti partem unam, miſceantur & conficiantur cum oleo roſato & aceto donec fiat unguentũ, & unge cum eo ſero & mane, & caput ablue cum illa aqua.

De magnitudine capitis puerorum. Cap. III.

ACcidit quibuſdã pueris, q̃d exeant cũ magno capite, & poſt exitũ augmentatẽ ultra menſurã debitam. Et ego uidi puerũ cuius caput adeo augmentabatur in lõgitudine, & latitudine quod corpus eius ſufferre non poterat, & nõ ceſſauit augmẽtari quouſq; mortuus eſt puer.

Digitized by Google

puer. Magnitudo autem capitis, aut erit ex uentoſitate generata, in oſſi
bus capitis, aut ex aggregatione aque incluſæ in eo, quæ non inuenit uiam
exitus. Incipe in cura eius, purgando caput nutricis cum Hieris magnis, &
caueat ab omnibus cibis generantibus uentoſitatem, & ſuperflua craſſa, de
inde incipias in eius cura, cum eis quæ mittuntur in naribus pueris, ſicut de
oleo amygdalarũ amararũ, aut de oleo anethino, aut de been optimo, aut
de aqua maioranę, & ſi ſic ſit curatus, ſufficit: Sin autem minus, pone ſuper
caput emplaſtrum de olibano, ſarcocolla, ſerapino, gummi, amygdalarũ,
ſi ſanatus fuerit ſic, ſufficit: Sin autẽ, accipe alzum uel alzunabun, & piſta
cum teſta ſua, donec fiat quaſi unguentum, miſce cum eo parum olibani, &
pone ſuper totum caput poſt raſuram, & permitte aliquot diebus. Iſta me-
dicina reſtringit caput & redire facit ad menſuram debitam, deinde mit-
te in naribus eius fel lupi, uel cerebrum, & parum myrrhæ uel ambræ & fac
hoc in quolibet menſe. Paruitas capitis ſi fuerit naturalis, non curatur.

De inflatione uentris puerorum. Cap. IIII.

MVltotiens accidit eis cum magnitudine capitis inflatio uentris,
& cura eius eſt, quod accipiat myrrham et aloën, & crocũ & cõ-
ficiantur cum aqua ſaraliarum, & pone ſuper caput. Et ſi cum in
flatione uentris, et magnitudine capitis macreſcit corpus, accipe
aniulem, drach. 5. auellanarum drach. 7, amygdalarum & fœniculi aureum
1. Terantur, & extrahatur ab eis oleum, deinde inmitte naribus uſq; ad ℥.
4. & unge caput & mitte in naribus, & da bibere nutrici cum lacte.

De ſternutatione puerorum. Cap. V.

STernutatio accidit in cerebro uel in tunicis eius, & ſignum eius eſt,
quod oculi profundantur & ſuperuenit febris. Cura eius eſt, quod
ponas ſuper cerebrum folia portulacæ, aut raſuram cucurbitæ cum
oleo roſarũ, & farina hordei, aut unge caput cũ uitello oui, et oleo.

De uigilijs puerorum. Cap. VI.

VIgiliæ accidunt pueris in prima ætate ex corruptione lactis. Et cu-
ra eius eſt, ut mittatur in naribus pueri oleum uiolatum cum cro-
co, aut oleum anethinum cum ſucco lactucæ, & unge caput & ſto
machum cum iſtis oleis, & ſit ſollicitudo noſtra in correctione la
ctis, & da ſugere ſyropum papaueris, & unge tempora & frontem cum o-
leo opij, & croco.

De epilepſia puerorum. Cap. VII.

EPilepſia accidit duobus modis, aut naſcitur puer cũ ea, & eſt ex ma
litia complexionis naturalis in cerebro humidę aut frigidæ, aut e-
rit accidentalis. Et ſignum naturalis eſt, quod cum ea naſcitur. Si-
gnum accidentalis eſt, quod aduenit poſt partum. Et cura naturalis
eſt obſeruatio diætę, quoniam cum mutauerit ętatem, ſanabitur ab ea, ſi au
tem non fuerit ſanus, ſectabitur eum uſque ad mortem. Et curatio acciden
talis eſt ſollicitudo circa corruptionem lactis, ut caput, corpuſq; nutricis

Digitized by Google

purgetur, & caueat ab omnibus cibis generantibus phlegma, & non lacte-tur puer, niſi in ea quantitate qua poſſit digerere uel minus, & mitte in naribus medicinas calidas, & odoret aſſam fœtidam & rutam, & unge cum oleis calidis, & ſuſpende pœoniam in collo eius, & liga ad collum eius lapidem ſmaragdi, & non accidit eis epilepſia, & ſi durauerit poſt hoc, da theriacam magnam.

Sequitur de quadam paſſione quæ dicitur Mater puerorum.

Cap. VIII.

SEquitur de quadam paſſione quæ dicitur Mater puerorum. Hæc infirmitas accidit pueris in prima ætate frequenter, & ſignum eius eſt planctus magnus, multus timor, in ſomno, & uigilia, augmentatur calor, & ex ore eius egreditur odor fœtidus, & cauſa huius ęgritudinis eſt acceptio lactis plus quã poſſit digerere. Et cura eius eſt in correctione lactis, & quod detur diaplyris, diamoſchum quotidie ſexta pars drachmę, cum lacte, & præcipua medicina in hoc, eſt theriaca magna.

De ſanie aurium puerorum. *Cap.* IX.

SEquitur de humiditate fluente in pueris ab auriculis. Hæc infirmitas accidit pueris in prima ętate ex humiditate cerebri. Et cura eius eſt, ut mittatur in eius auriculis licinium bombacinum antiquũ, & cum fuerit humore plenum extrahatur, & aliud intus mittatur, & fortè cum hoc tantum curatur. Sin autem, Accipe alumen & diſſolue cum uino, & intinge in licinio & intromitte, humor enim deſiccabitur, aut accipe croci, & nitrum contere cum aqua & aceto, & intromitte.

De ueneno fluente de aure. *Cap.* X.

SEquitur de ueneno, & hoc accidit pueris ex ueſica uel plaga accidẽte in auricula. Sufficit eis intromittere mel bullitum cum aqua, purgat enim uenenum ab auriculis, aut accipe folia myrti aut gallæ, & diſtemperetur cum aceto & intromittet.

De morbis oculorum in pueris. *Cap.* XI.

SEquitur de ægritudinibus puerorum in oculis, accidit pueris in oculis diuerſitas ægritudinum, & ex eis eſt inflatio & clauſura palpebrarum, & fortè hoc accidit ex medicinis ſtypticis, quas mulieres ponunt ſuper capita puerorum, ſicut alkanna & huiuſmodi, quoniam ſuperflua capitis conuertuntur ad oculos, & fortè accidit eis ex fluxu materię calidæ & frigidæ. Et cura huius egritudinis eſt, quando rubor eſt in facie & calor in fronte, ut accipias ſuccum memithę, & foliorum roſarum, ana ʒ. i, croci, myrrhę, ana drach. i, & s. pulueriza & confice cum aqua ſarcaliarum & lacte mulierum, et ſuperpone oculis et frõti quotidie renouando, quouſq; aperiant̃ oculi, & eſt expertum in pueris. Si autem in oculis non fuerit rubedo, nec calor in fronte, accipe, myrrham & crocum, & aloën, & folia roſarum, confice cum bono uino, & ſuper oculos pone. Et probatius ad hoc, quod ſępe probaui, mitte in naribus parũ ambrę, et diſtẽpera

Digitized by Google

pera cum lacte mulieris. Si autem accidat eis aliarum ægritudinum aliquā, ſicut ſcabies, & albedo & huiuſmodi curentur cum medicinis quæ dicūtur, in ętatibus adoleſcentium et iuuenum & aliorū, ſed tamen cum leuioribus.

De obliquitate uiſus. Cap. XII.

SEquitur de ægritudine quando quis obliquè aſpicit, uel uidet, & hoc aut eſt naturale, aut accidit poſt partum, & cura eius eſt quod apponatur de nocte candela ex parte contraria uiſui obliqui, & cum receptus uel erectus fuerit in lecto, ſuſpendantur culcitrę pulchræ diuerſorum colorum ſuper lectum, quouſq; corrigatur uiſus.

De morbis dentium. Cap. XIII.

SEquitur de egritudinibus quę accidunt pueris circa natiuitatem dentium dixit Galenus, quando dentes naſcuntur cito, natiuitas eorum leuior eſt, & minoris doloris, ſed dentes erunt debiliores, et cum tardauerit eorum natiuitas erit dolor fortis, ſed dentes erunt fortiores, & duri, & ſi origo fuerit in uere naſcuntur ſtatim & ſine dolore, & econuerſo, ſi fuerit in hyeme, ſed gingiuæ non inflabuntur, & ſi fuerit in æſtate accidit eis paruus dolor, & accidit eis in hoc tempore plurimū apoſtema in maxillis & gingiuis, & glandulæ & pruritus in auriculis, & fluxus ſanguinis & ueneni, & fortè accidit quibuſdam febris & fluxus uentris, aut conſtypatio. Et cura eius eſt, quando inflatur gingiua, ut ſcalpat parū cum digito, & poſtea cū oleo uel pinguedine gallinæ, aut cerebro leporis, aut lacte canis, et pone ſuper caput pueri aquam in qua decocta fuerit chamęmelum, & anethū, & ſuper eius mādibulas pone emplaſtra diſſolutiua, & ſi dolor augmentetur poſt hoc, apud originem: Accipe alcannam, butyrum, oleum laurinum. miſce totum, & pone ſuper locum. Vel accipe butyrum uaccę, & medullam cruris, & pone deſuper, & ſi apparuerint capita dentium, pone ſuper caput totum & collum lanam mundam, & ſpargatur quotidie ſuper lanam aqua tepida. Et ſi acciderit fluxus uentris, medicabitur cum eis quæ dicemus.

De puſtulis quæ accidunt in ore puerorum. Cap. XIIII.

VEſicæ quæ accidunt in ore puerorum in prima etate, quandoq; accidunt ex corruptione lactis, uel ex acumine, & illa ueſicatio, aut erit nimis acuta, aut parū. Signum acutę, eſt rubedo & fortitudo doloris & fluxus ſaliuę & ſignum parum acutę eſt, ut ueſicę declinent ad albedinem, & ſint parui doloris & humor qui ad os deſcēdit, ſit multus. Cura ueſicarum acutarum eſt, corrigere lac nutricis cum cibo frigido & humido. Deinde maſticare parum de lenticulis, & ponat mulier in ore pueri, aut accipe parum amydi, & diſtempera cum aqua roſarum & ſuperpone, & pone in ore pueri aquā macianorū uel malorū granatorū. Et ſi acuta fuerit & nimis cholerica, miſce cū iſtis ſuccū lactucæ aut portulacę, aut uuæ caninæ. Et cura ueſicarū parui acuminis & declinātis ad albedinē eſt ut accipias, myrrhæ, croci, añ. ℥. i. ſacchari duplū, pulueriza et

mittantur

mittantur in os, & ſi plagæ fuerint nigræ, aut putridę medicabimur cum medicinis dictis in ætatibus iuuenum.

De uomitu in pueris. Cap. XV.

ACcidit pueris in prima ętate uomitus multis cauſis, aut propter lactis multitudinē magis quã digerere poſſit, aut propter corruptionē eius, & maximè ſi puer fuerit humidi & debilis ſtomachi. Et cura eſt, ut uetes multitudinē lactis, & poſt cõſidera in uomitu, ſi ſentitur odor acetoſus & fuerint in eo humores albi. Accipe olibani ſextam partem, drach. 1. & rutæ ſiccæ, tertiam partem, drach. 1. pulueriza, & miſce cum ſyropo roſarum, & da puero, aut accipiat mater parum cymini & ſumach, & maſticet, & ponat in ore pueri. Aut detur puero ſyropus malorum granatorum cum menta. Aut quod ſæpe probaui: Accipe ligni aloës & maſtiches, drach. 5, gallæ ſextam partem drach. 1. Mole totum & confice cum ſyropo roſarum, & modico algaliæ, & da puero antequã ſugat lac, & pone ſuper ſtomachum hoc emplaſtrũ: Maſtiches, aloës, acacia, galla, olibanum, panis uſti ana, confice cum oleo roſato & ſyropo roſarũ, & pone ſuper ſtomachum, eſt enim expertũ ad uomitũ, & ſaliuam puerorum. Et ſi in uomitu non fuerit odor acetoſus ſed acutus, & calor declinet parum ad acumen, uel color ad pallorem, propina puero parum de rob agreſtæ uel cotoneorum uel coctanorum, aut de iſtis. Trochiſci ualentes ad uomitum puerorum: Recipe roſarum, ſpodij, ana drach. 4, gallæ, drach. 2. ſeminis portulacę, ſeminis lapatij, ana drach. 1. & s. carabæ, conficiantur cum aqua agreſtę, uel cum aqua malorum granatorum ad pondus drach. 1. & da trochiſcum unum puero cum ſyropo roſarum, & pone ſuper ſtomachum iſtud emplaſtrum, quod ualet uomitui & fluxui uentris, qui accidũt pueris: Recip. farinæ hordei, rubi uiridis, corticis mali granati, ana, confice cum aqua roſarum, & pone ſuper ſtomachum.

De fluxu uentris puerorum. Cap. XVI.

MVltotiens accidit fluxus uentris pueris propter eruptionē dentium ſicut diximus. Vel propter frigus cum ligat̃ puer. Aut propter corruptionem lactis ex cholera aut phlegmate. Et ſignum cholere eſt, quod inuenitur in egeſtione pueri citrinitas, & acumen, & quod exit ſine mora. Et ſignum frigoris & phlegmatis eſt albedo in egeſtione, & torſio in uentre cum egerit, & niſi phlegma ſit uiſcoſum exit ſtatim. Et cura eſt ut detur puero ſyropus roſarum, uel macianorum, uel mali granati cum menta, & accipiat de ſpodio in aqua poſito ad bibendum, aut accipiat fermentum diſſolutum in aqua & cola & mitte ſextam partem drach. ſpodij, & tres partes drach. gallę & drach. s. croci, & da bibere. Aliud: Accipe ſemen lapatij & uiolarum, & miſce cum uitello oui aſſati. & da puero. Aut da ex hac medicina experta: Recip. ſeminis lapatij, arilli uſti, uuarum paſſarum ana drach. 4, glandium ſeminis papaueris albi ana, drach. 2, croci aureos quatuor, pulueriza, & detur ex eo puero cum rob de coroneijs uel ſyropo roſarum. Et pone ſuper ſtomachum emplaſtra ſtyptica. Et accipe aquam decoctionis ſumach, & malaxa cum farina hordei, uel farina milij & ſuperpone, ſi ceſſauerit fluxus bo-

Digitized by Google

xus bonum eſt. Sin autē, accipe acaciæ, ceruſæ, ana drach. 1. opij, ſeptimā partem drach. & forma licinium & ſuperpone, & ſtatim ceſſabit fluxus.

Si autem fuerit ex frigore uel phlegmate, detur puero octaua pars ℥. galliæ, cum ſucco cotoneorū, uel detur pars quarta drach. olibani: Empla ſtrum conſtypans uentrem, ualet ſtomachis puerorum: Accipe crocum, myrrham, ceram. conficito cum uino & pone deſuper.

De conſtypatione puerorum. Cap. XVII.

MVltotiens accidit pueris conſtypatio: Et cura eius eſt ut des nu/trici parum cucumeris aſinini. Deinde alia die lactet puerum, aut accipe lacteridis terrę, & fac ceratum, & pone deſuper, aut accipe mediam partem ſtercoris ſoricini, & tere cum pin/guedine renum hirci, & fac licinium paruum & ſuppone, & ſi acciderit pue ro duorum menſium, ut conſtypetur eius natura, & alteretur in calore, & non poteſt uomere: Accipe ſarcocollæ tertiam partem ℥. unius, & da cum lacte matris eius, aut fac clyſtere cum oleo uiolarum.

De tuſſi puerorum Cap. XVIII.

TVſſis accidit pueris in prima ętate: Linguę aut eorum nō poſſunt claudere epiglottiden, & ſic infrigidatur pectus, & eius inſtrumē/ta, & cura eius eſt cum eis quæ ſunt ſicut cibus & medicina. Iſti e/nim non debent curari cum forti uel uehementi medicina. Sed ac/cipe amygdalas dulces, piſta, & confice cum aqua fœniculi, & coque cum ea, & propina puero ſerò & mane: Aut accipe aquā fœniculi, & miſce cum lacte & da puero. Et ſi cum tuſſi fuerit aſperitas & ſiccitas: Accipe ſe/men cotoneorum, & reſolue cum aqua calida, & extrahe uiſcoſitatem. co/que ſuper ignem cum penidijs & oleo amygdalarum, & da, & ſi fuerit ca/lor, miſce ſuccum maligranati dulcis. Medicamen ad tuſſim puero/rum cum calore: Recipe papaueris albi, tragacanthæ, ana drach. s. ſe/minis cucumeris drach. 1. Confice cum aqua decoctionis ſebeſten. Aliud ad tuſſim puerorum: Recip. paſſas ſine arillis, fac bullire uaſe ferreo, ſed ca ue ne adurantur, piſta, & miſce tantundem penidiorum, & da puero ſe/rò & mane ad modum nucis. Aliud ad tuſſim frigidam: Accipe mirrhā & miſce cum melle & cum oleo amygdalarū, & propina. Et ſi pectus pue ri fuerit pletoricum, accipe tragacantham, galbanum, ana, mitte in uitello oui aſſati, & da. Et ſi acciderit ſtrictura anhelitus: Accipe ſemen lini, pi/ſta cum melle, aut accipe ſemen bombacis, & confice cum uitello oui aſſati. Et ſi cum tuſſi fuerit fluxus uentris, da ſyropum myrti cum lacte coctum. Aut coque dactylos cum farina ſiliginis & lacte, & propina.

De pruritu & ueſicis puerorum. Cap. XIX.

PRuritus & ueſicæ accidūt pueris in coxis ex acuitate urinæ, & quan doq; accidūt diuerſa uulnera in corporibus puerorū, ex corruptiōe lactis in ſe, uel corruptio lactis in ſtomacho pueri. Ex illis autē ue ſicis quædā ſunt albæ, quædam rubeę, quædam nigræ, & quædam uehementis doloris, & quædam paruæ. Et ſi nigrę fuerint cum febre, ſi/gnificant mortem. Et cura generalis eſt, ut primo incipiat in correctio/ne lactis

ne lactis, & ponat puerum in caldario pleno aqua calida, ad attrahendum ſuperflua ab interioribus ad exteriora, ad ſuperficiem cutis uel corporis, & da puero medicinas ad expellendum ſuperflua ab interioribus ad exteriora, ad ſuperficiem cutis ſui corporis, ſicut eſt decoctio dactylorum, aut ficuum cum aqua fœniculi. Et cum intellexeris quod omnes ſuperfluitates ſunt extra, balnea quotidie in aqua decoctionis foliorum roſarũ, & myrti & huiuſmodi. Cum autem puer exierit ab aqua, ungatur oleo roſato, & ſi uulnera fuerint ſicca cũ oleo uiolato. Si humida ex multitudine ueneni, pone deſuper ceruſſam mixtam cum cera & oleo roſato. Et ſi affuerit pruritus, & puer trãſierit ſex uel ſeptem menſes, ipſum balnea primo in aqua decoctionis uiolarum ſiccarũ & hordei excorticati, maluauiſci, fœnugręci, fœniculi, cucurbitę, ſed non unges aliquo unguento, & da nutrici ſuccum fumiterrę, myrobolanos citrinos, et abſtineat nutrix ab omnibus dulcibus, & ſalſis adurẽtibus ſanguinem, et ſi acciderint in crure aliqua uulnera poſt balneum, ſuperaſpergito puluerem amyli, ſpodij, alkannæ, roſarum, myrrhæ & farinam hordei.

De lumbricis puerorum. Cap. XX.

NOn oportet nos dare medicinas fortes pueris ad potandum contra hãc paſſionem, ſed eligemus ex eis, quæ apponuntur extra. Medicamen extrahens lumbricos ab inteſtinis: Accipe cyminum, piſta cum felle tauri recenti, et pone ad umbilicũ. Aliud: Accipe lupinos aſininos, drach. I. alympiadis, baccarum lauri, ana, conficiantur cum felle tauri recenti, & da quotidie ad bibendum, drach. I. aut aquã ſebeſten, aut oleum oliuę, aut comedas amygdalas dulces.

De inflatione uel eminentia umbilici puerorum. Cap. XXI.

EMinentia umbilici accidit pueris, quando multum plangunt, uel uociferãt, aut ex tuſſi magna, aut forte accidit ex caſu uel percuſſione. Et cura eſt, ut accipias lupinos & petias panni linei, & cõbure, & cõfice cum uino, & interpone ſtupas, & pone ſuper umbilicum, & ſi fuerit flexibilis, cauterizetur in circuitu umbilici, & non in loco flexibili propter tenuitatem cutis, & ſi indigueris fortioribus medicinis, pone medicinas quas dicemus in crepaturæ capitulo.

De crepatura puerorum. Cap. XXII.

IAm diximus ſuperius quot modis accidit crepatura, ſed modo non indigemus, niſi medicinis pueris neceſſarijs. Emplaſtrum ualens crepaturæ puerorum: Recipe aluminis aureos quindecim, gallę aureos duos, terantur & conficiantur cum uino quouſq; inſpiſſetur, & pone ſuper locum, et ſuperpone ſpõgiam intinctam in aceto mixto cum aqua, cum ceciderit, aliud reponatur. Aliud leue: Ponatur ſuper pannum aliquem glutinum de corijs, & ſuper locum ponatur, & permitte quouſq; adhęreat, & ſi ceciderit, aliud reponatur.

De lapide in ueſicis puerorum. Cap. XXIII.

LApis qui generatur in ueſicis puerorum facit ſtranguriam, dolorẽ magnum & tenuitatem urinæ, & pruritum in uirga, & fortè erit uirga ſemper erecta. Et cura eius eſt in balneis, ut balnees puerum

quotidie

Digitized by Google

quotidie in aqua calida, et da ex iſta medicina. Medicamen prouocans urinam, & frangens lapidem. Recip. olibani, unchen ana, confice cum melle, & detur ad modum auellanæ mane & ſero. Medicamen expertum ad grauitatem lapidis, & difficultatem urinæ: Accipe ſeptem nuces uirides, & piſta cum cortice exteriori, & accipe manipulum unum porrorum non lotorum, & extrahe ſuccum ex utroq; in uaſe uitreo, & cola, & da puero omni mane ſeptem diebus, & quando ibis dormitum unge uirgam, & teſticulos oleo antiquo, uel oleo de been.

De relaxatione puerorum. *Cap.* XXIIII.

RElaxatio accidit pueris, uel in uno membro, uel toto corpore, & prohibet ipſum ab ambulatione & motu, & prouenit propter uiſcoſum humorem relaxantem neruos. Et cura eius eſt, ſi non fuerit naturalis, ut des nutrici ſyropum factum de medicinis ſubtilibus. Et ſit eius cibus ſiccus, ſicut res aſſatæ, & non comedat lac, nec carnes duras, ouinas, nec piſces, nec uinum lymphatum, & antequam lactetur puer ponatur in balneo, & inunge eius iuncturas cum oleo de coſto, uel de caſtoreo, & utatatur quotidie iſto electuario. Electuariũ quod compoſuit Galenus cuidam puero, qui patiebatur ſpaſmum in toto corpore: Recip. menthaſtrũ, roſarum, cinnamomi, maſtiches, phu, meu, ameos, doronici, zedoariæ, garyophyllorum ana aureum unum, ſantalorum, ligni aloës ana drach. i, moſchi drach. s. unge omnes medicinas, balſamo, & cõfice cum melle, & da quotidie quartam partem drach. i, uel s. & ſi ſpaſmus fuerit in toto corpore, pone ſuper ſpõdyles dorſi emplaſtrum euphorbij, quod ſic fit: Accipe ceræ unciam, euphorbij drachmam unam, olei quod ſufficit. &c.

Libelli de morbis infantum finis.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici in libros Aphoriſmorum, ſiue ſecretorum medicinalium GERARDO TOLETANO Cremonenſi Interprete.

PRAEFATIO.

CONGREGAVI in diuiſionibus ægritudinum, & oſtẽdi curas, & curarum naturas ex canonibus antiquorum, & ex tractatibus & ſermonibus ſecundum poſſibilitatem meam, & Deum exoro, ut mihi tribuat complementum & poſſibilitatẽ perfectionis huius libri, ut ex eo utilitas proueniat. Iam compleuimus librum congregationum in arte rerum expertarum, ſcilicet, philoſophiæ et phyſicæ duorum, in quibus

 ſunt uerba

Digitized by Google

ſunt uerba & facta infinita. Nec etiam homines in eis complementum habere poſſunt. Sed intentio noſtra eſt in hoc opere, oſtendere utilitatem hominum. Et diuerſificamur in hoc ab antiquis qui occultauerunt res, quę ſciri erant neceſſariæ, & uiam ſcientiæ, & uirtutis priuabant lumine. Et teſtis huius rei eſt liber noſter magnus ſcientia diuina, qui eſt liber de ſpiritualibus, & noſter de ſpiritu. Et ſermo noſter in libro diætarum, qualiter, ſcilicet, ab eis uenia remoueretur in omni tēpore. Et abbreuiaui uerbum, ut ad res quis facilius poſſet attingere. Et retributionem à Deo expecto, qui mihi præſtabit auxilium. Sine ipſo enim nulla res habet effectum. Non eſt occultus homo ſapiens, & omni tempore ſuper fraudes, & occultationes uiarum ſcientię artium antiquarum, quas rationes cōgregauerunt cōpilatores; & inuenerunt uias tam occultas quàm manifeſtas. Et hic noſter liber eſt primus, & eſt ſecretum, & eſt conueniens. Et non monſtretur ei qui non meretur. Et in eo continetur ratio, & complementũ antiquorum, & quādiu dies & anni fuerint per hunc meum librum, uiuam & lucrabor, & non dubito quin hic meus liber ſit res ſecreta. Ego enim propoſui quędam ſecreta in eo dicere, & in prognoſticis rerum futurarum, & in confidentijs & caſibus qui acciderunt. Quas confidentias à ſapientibus ſum lucratus aggregatas à libris eorum, quas ipſi non perfectè manifeſtauerunt. Et ex rebus quas in meipſo ſum expertus, et acquiſiui per meam rationem. Et teſtis eſt mihi ſermo meus rationalis, & loquutus ſum in medicinis & diætis congregatis, & uolo ex eis temperamentum facere, & uolo ut ab accidentibus ſint remota uerba mea. Et dico quod hic meus ſermo eſt, res breuis utilitatem magnam continens in ſcientia medicinæ, ex utilitatibus eorum quæ hominibus accidunt. Et ſcias quod ipſe eſt totius utilitatis medulla & margarita claritatis, quæ à tenebris ad lucem luceſcit. Quem librum antiqui laudarent, ſi uiuerent, & ipſum diuiſi in ſex ſermones abſq; alia ſuperfluitate cum complemēto & breuitate. Nunc loqui incipio cum uirtute mea nimia, & ſcientia occulta. Sermo primus, de prognoſticis rerum futurarum. Secundus, de experientijs & confidentijs. Tertius, de caſibus qui mihi acciderunt. Quartus, de diætis medicinis & cibarijs. Quintus, de uerbo Hippocratis. Sextus, de ſcientijs, & de intellectibus, ſine quibus rectus medicus eſſe non poteſt.

Aphoriſmorũ lib. in ſex partes diducitur.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITIAQVE INSIGNIS Medici, de prognoſticis rerũ futurarũ, Aphor. Lib. I.

1 INQVIT Rhazis cum in ciuitate fuerit multitudo nebulę cum pluuia permanente, prognoſticat algidri, pũcturas rubeas, & uocatur in Arabico alchiteba. Quæ ſi ſine apoſtematibus fuerit, ſignificat & peſtilentias, & lupos. Sed qualiter eſt cura earum rerum, purgabitur homo ante tempus æſtiuum cum rebus ſubtilibus, rob fructuum, & odorabit

odores

odores delectabiles, & comedet alkanebir, id eſt, colũbas ſylueſtres quæ
in domibus non nutriuntur, & aues uolatiles. Et quod comederit & bibe-
rit ſit temperatum cum rob lapatij, & cum agreſta, & cum his rebus eua-
det. ¶ Et ſi nebula aduenerit abſq; pluuia, & autumnus qui præceſſit 2
etiam fuerit ſiccus, prognoſticabuntur ægritudines capitis tantum, & pro
gnoſticantur epilepſiæ, & ægritudines melancholicæ. Et tunc balneamini
balneis calidis temperatis, & utamini rebus ſomnum prouocantibus. Et
mollificet naturam corporis, & continuamini cum uino claro boni odoris
quod ſit temperatum. Et poſt cibum odoret roſas, & uiolas, & nenufar, &
accipiat bolum Armenũ. ¶ Quando fuerint uenti collaterales, & ali- 3
quibus alijs corrumpuntur complexionibus temperatè, & melius in homi
nibus uolentibus reduci à contraria cõplexione, & creſcunt ægritudines
tremoris, & paralyſis, & torturæ faciei. Et cura harum eſt una cum ſuffu-
migatione thuris, & cyperi, aut lubriæ, & ſtyracis gummę. ¶ Quando 4
in hyeme fuerint pluuię multę, & in uere durauerint hęc, prępatantur gen
tes morti, & omnes illi qui ſunt debiles ex natura, & qui ſunt complexio-
nis humidę. Et prępatat ægritudo capitis, & nauſea, & fluxus. Et uia eua-
ſionis huius rei eſt, ut utantur in duobus temporibus cibarijs in quibus ſit
acetum, & potius cibis complexionis ſiccę, ſicut arabihic, id eſt, kalandris
& alkenebit, & adeodorec, id eſt, calaminibus, & caueat laxatiuis. Et uta-
tur rebus frigidis & ſiccis, ſicut cotoneorum & pirorum, & maneat in lo-
cis altis ſoli oppoſitis, non paruum ſpacium, ſed in illis locis immoretũ diu
tius. ¶ Quando arbores maturantur & uenenantũ, & uermes in eis na- 5
ſcuntur, non debent fructus eorum comedi, quia ſunt uenena mortalia. Et
minus quod ex eo accidit eſt quod putreſcit ſanguis, et febris mortalis fit.
¶ Quando uidebitis tẽpus nebuloſum in uere, & in æſtate durauerit, 6
caueatis à ſpaſmo & amiſſione memoriæ, & obliuione. Et cura huius eſt,
inungere caput, aut temperatis, aut facere babica temperata, & poſt hoc
facere gargariſmum ex ſucco endiuiæ & aqua roſarum temperatis cum ſe
caniabin, ſacchari ſimplicis acri. ¶ Qui accipit medicinas laxatiuas in 7
autumno, & fecerit minutiões per uomitus, & natura eius temperari non
poſſit, ſi corpus cum hoc adhuc ſanum non fuerit, caueat ſtatim ne ampli-
us utatur. ¶ Qui multum fuerit uſus minutione in autumno, dicatis ei 8
quia accidit ei timor & amiſſio luminis. ¶ Pulſus cũ eſt fortis, & cum 9
tentas eſt mollis, & mutatur facies & ſudor multus, & grauedo dorſi, &
oculi graues, & cura eius eſt in confidentijs. ¶ Quando infirmus ſen 10
ſit ægritudinem ſtomachi ſui ex nauſea, & amiſit appetitũ, & in ore uapo-
res malos ſenſerit, & in naribus fœtorem urinę, & ſtercorum, ſciatis quod
hęc febris eſt mortalis. ¶ Quando hyems fuerit calida, & uer frigidũ, 11
accidit capitibus catarrhus, & timet homo ne ad membra ueniat principa-
lia, & uia euaſionis hęc eſt, ſeparare materiam cibis medicantibus, & cum
medicinis ad cibaria pertinentibus, & cõfortare cerebrum cum rebus odo
riferis temperatis in frigiditate & caliditate ad ſiccitatem pertinentibus.
¶ Cum facies fuerit facta dura & nigra, & fuerint in ea uenę, & in ocu 12
lis rubedo, oſtendit ſanguinẽ eſſe corruptũ. Et forte pili cadunt & guttur

Digitized by Google

inflatur, oſtendit lepræ initium. Præparetur ergo corpus ad curãdum cum decoctionibus thamarindorum, & prunorum, & aliarum rerum laxatiua-
13 rum. ¶ Conſtipatione accidente, & ſimul egerere, & tardè, & ægritudinem non amittere, & egeſtione fœtida exiſtente, dicatis, quia ægritudo eſt mortalis, & tamen diu durat uita, & nihil iſti prodeſt niſi ius auium, ut
14 non deficiat cum fluxus fuerit. ¶ Cum quis fuerit in die criſis, & oculi eius fuerint minorati, & nares tortas habuerit, ſine dubio moritur, & a-
15 liæ ægritudines non ſunt timoroſę, quamuis fuerint multę. ¶ Qui in die primo ægritudinis impatiens fuerit, & ſuſpirauerit, & fractus fuerit mente, amittet ſomnum ſuperfluè, & magis ſpera mortem, niſi fuerit me-
16 lancholicus naturaliter. ¶ Cum palpebrę oculorum amborum mouentur, oſtendit quod humores adeò aſcendunt, & dico quod accidit eis
17 hemicranea. ¶ Cum alia membra tremunt, oſtendunt uaporem ſuper
81 fluum in corpore exiſtentem, & ſudor balnei eum remouet. ¶ Totum corpus ſaltare & tremere, oſtendit uapores craſſos in corpore, et diæta, &
19 balnea eos remouent. ¶ Mẽbra inferiora ſaltum habere, demonſtrat humores deſcendiſſe ad eos, & utatur uomitibus, & curatis dixit, quod il-
20 lud demonſtrat motũ uel uiam. ¶ Ventoſitates in corpore abſque uaporibus, quæ non minuuntur, & in corpore mouentur nimium, & dolor, aut motus ſi multus fuerit, dico, quod temperamentum non exiſtit. Et cura corporis quamuis multus ſit, facit in fine quod diximus, & econuerſo,
21 non noui aliquem qui hęc dixiſſet præter Galenum ſolum. ¶ Qui impatiens fuerit propter dormitionem membrorum inferiorum, habebit podagram, & oppilationem in uia ſpiritus, & accidet ei hoc propter malam curam quam habuit, & accidit ei hoc, propter ſpiritus paucitatem.

22 ¶ Quum aliquando alicui accidit dormitio membrorum ſuorum, dicat ei quod mortem habebit ſubitaneam, uel poterit latus unum amittere propter uentoſitatem, quæ loca illa oppilat. Et comedere cinnamomum cum oleo alſalforat, illud remouet. Alſalforat, id eſt, fiſticus, eſt arbor cy- *Alſalforat.*
23 preſſo ſimilis. ¶ Quum aſcenderit uapor ad caput ex caliditate, & qui habet alices, uel conſequenter amittit uiſum, uel cadit in terram, dicatur ei, quod habet corruptos humores, qui in corpore eius mouẽtur, et aptetur ſtatim ad ſoluendum eos ab intus cum uino temperato, et exterius cum balneis temperatis, et diætis æqualibus.

24 ¶ Non euadit homo qui mari uicinus exiſtit et lacunis, et prolongatur in ætate à debilitate membrorum inferiorum, et amiſſione luminis, et poſt hoc accidit his, qui in his locis nati ſunt, et à terra recedunt, quamdiu uixerint, et ungant corpus ſuum rebus odoriferis, et exercitetur, et non utatur carnibus craſſis, et comedat aues cum agezebre, et mucharoga ſparſis cum agreſta, et aqua roſarum, et colet aquam cum bolo, et choabori, et faciat inſtrumentum ex auro, et intingat in aqua roſarum, et in ſpica, quæ eſt intrita cum agreſta, et ponat in oculis mane, et ſerò, poſtquam ſuffumigauerit faciem cum uapore aquæ calidæ. Non comedat piſces, et accipiat trochiſcos moſchatos, factos cum ſecaniabin ſacchari albi. Tempus uerò autumni in ripis marium magis temperatum exiſtit, quod eſt ſtabile.

Sed pro-

Digitized by Google

Sed properet homo ad odorandum & maturandum humores ante aduen
tum frigiditatis. ¶ Quum pili palpebrarum ceciderint, & pili capitis 25
ſciſſi fuerint, dicatur quod habet putridos humores, & ideò properat
huius damnum. Sed debet cuſtodiri in locis altis, et debet cuſtodiri hęc pu
tredo, & faciat res quas ante diximus, & purgat corpus eius cum pilulis
aloë quæ ſunt expertę, & cum ſyropo prunorum cui miſceatur aqua faba-
rum, & aqua endiuiæ. ¶ Quando in ore ſtomachi febres fuerint in ca- 26
lore ſuperfluo corrumpuntur & minuuntur carnes, & exiccantur propter
inconuenientiam choleræ ad naturam quæ ibi eſt, & exprimitur, & cadit
in uenas, & propter hoc apparent uenæ in hecticis, & fiunt ſicca corpora.
Et ſignum febrium oris ſtomachi, ira, & iræ facilitas, & ſitis ſtatim. Et ex
eis quæ magis ipſis conferunt, eſt, ut capiatur lib. 1. ſacchari roſati, & piſte
tur cum rob acetoſitatis citri acris, & fiat ſicut maſſa, et bibat ex ea tertiam
libræ, & comedat ex eo drach. 1. poſt cibum tribus horis. ¶ Si fuerit 27
in eo ſtomachi frigus, facit oſcitationes maximè. ¶ Si comedit res fri- 28
gidas ex cibarijs & potibus, & facit acetoſitates multas, & rugitũ, & uen-
toſitatem. Res autem quæ maximè eis conferunt, eſt, quod poſt cibum ac-
cipiat diacitoniten in quo eſt multum de cinnamomo, & de moſcho, & bi-
bat poſt ipſum uinum coloris aurei, & comedat poſt hoc piſtacea, po-
ſitos in aqua roſarum, & extergatur deſuper piper. ¶ Omne cibari- 29
um calidum, uel frigidum, facit ſine dubio tres maneries uaporis, ſcilicet,
uaporem ſanguineum temperatum, in quo uiuit ſpiritus naturalis, & uapo
rem frigidum, ex quo multa generatur ægritudo, uaporẽ calidum, ex quo
birſen generatur. Vaporem autem temperatum, oſtendit ſubtilitatem
ſpiritus in cogitando, tàm in triſtitia quàm in corporum liberalitate, uapo
rem non frigidum, monſtrat triſtitia & ponderoſitas, & fricatio, & ira in
ſomno, & mala cogitatio, & uaporem calidum, oſtendit frigiditas extre-
mitatum, faciei macies, & oris amaritudo, et oculorũ ardor, & deſiderium
aëris & aquæ frigidæ, & maximè ſi in urina habet tincturam croceam. Et
cura hęc eſt, ut accipiat acetoſitatem citri acris partem unam, & aquę tha-
marindorum partem aliam, & aquę fabarum aliam, & aquæ endiuiæ par-
tes duas, poſt decoctionem & decolationem, colaturæ apponantur duæ
partes ſacchari Taberzeth, & ponantur ad ignem, & non fiat ſiccum, &
adminiſtrẽt ex ipſo drach. 2, cum tanto aquę, & cum uncia una ſyropi pru
norum & iuiubarum, quod fit cum ſucco pomorum acrium, & temperata
utatur diæta, & balneis temperatis, et bibat uinum temperatum in aqua, in
qua ſunt emblici, & ſit aqua niuis, & ex aqua iſta accipiatur pondus lib. 1,
& ſit hęc aqua in uaſe paruo: Virtus huius ſyropi eſt, urinam prouocare,
& choleram extrahere, & corpus purgare. Quod autem uaporem expel-
lit frigidum, eſt aqua maioranę, & aqua foremgomes, ex quibus libra una
accipiat, & aquæ endiuię libra una, & ſaluię libra una, miſceantur, coquan
tur & colentur, & ſacchari Taberzeth, & mellis, ana partem, ponantur
aquę cum melle, ſaccharoq́ue in olla ad ignem leuem, & miſceantur mul-
tum cum ligno uitis, & dum bullierint ponatur intus ſtœchados recens,
uſquequo fiat ſyropus, & ponatur in eo dauich unum camphoræ, & me-

Syropus prunorum & iuiubarum.

dietas unius, et mechal 1. moſchi rubei, & dentur ex eo unc. 2, cum duplo a-
quæ frigidę, & poſt accipiat ieiunus ex iſtis trochiſcis: Recip. kebulo-
rum, emblicorum ana partes duas, cinnamomi partem unam, garyophyl-
lorum, aſari, bdellij ana partem mediam, terantur & conficiantur cum ſuc
30 co pomorum acrium, & fiant trochiſci. ¶ Non fiunt ægritudines pro-
pter ſuperfluitatem humorum amplius, quàm propter defectum humorũ,
& error magiſtrorum, ut hic eſt nimis teſtificatus, & hoc eſt propter expe
31 rientiam. ¶ Qui ſomniat terribilia multa, & cum euigilat ſomnum ob
liuioni non tradit, & dicit omnia ſic quod ex eis nihil dimittit, et integrè
dormit de nocte, plenus eſt humoribus, properet ergo ad purgationem.
Qui uiderit huiuſmodi ſomnia, et cum excitatur obliuioni tradit, et cum
hoc non benè dormit, et pulſus ipſius eſt debilis, ægritudo ex defectu hu-
morum ei prouenit. Diæta huius ſit cibaria ſubtilis ſubſtãtiæ, et bona quæ
corpus confortent, et fugiat euacuationem, et omne quod eum exiccaue-
32 rit. ¶ Qui ab allijs et porris abſtinuerit, nocumenta malorum humo-
rum euadet, et maximè ſi mel myrobalanorum kebulorum comederit, et
33 electuarium de cinnamomo ſucceſſiuè. ¶ Cui dolor fluxus ſanguinis
narium euenit ſuperfluè quinta die ſuę febris, in die criſis euadet ab ægritu
34 dine. ¶ Cui dolor capitis durauerit ſine aliqua cauſa quam ipſe co-
gnoſcat, & fuerit nimis, ſtomachum purget ſuum ab humoribus calidis.
35 ¶ Qui quinquaginta annos tranſierit, & dolores renum habuerit,
à dolore non poteſt euadere, antiquę enim ægritudines, cum antiquis ac-
cidunt, durant in eis dum uiuunt, & huic prodeſt ægritudini medicina al-
36 bica, quam nominauimus iam. ¶ Qui quinquaginta annos euaſerit,
37 & ægritudo ei acciderit alkabitus, cito moritur. ¶ Similiter accidit iu-
ueni, ſi ei fortis paralyſis acciderit, & ſi fuerit complexionis calidę, minui-
38 tur. ¶ Qui impatiens fuerit ex dolore pectoris, & abſq; cognita cau-
ſa eius ſit, unum eſt ex duobus, uel craſſa uentoſitas quę pectus extendit,
uel ſunt humores putridi qui ſub coſtis exiſtunt, uel in pectore, uel tuſſis
abſq; dubio: Ventoſitatem autem demonſtrat motus, & humoris, & rema
9 nentiam pondus. ¶ Cui tuſſis & febris euenerit, & cito eam amittit,
dicatur ei quod apoſtema accidet ei in iuncturis, dolores acuti fortes in re
nibus, lapidem portendunt, & pondus in ipſis, & apoſtema, & punctu-
40 ras. ¶ Cui ægritudo cum uomitu ceſſauerit, & in inteſtinis habet ægri-
tudinem, eis prodeſt anates comedere ſolas cum medicina cognita. Et ſi
ægritudo in ipſo ceſſauerit poſt duas horas, uel tres, ægritudinem in uenis
habebit, ſua autem medicina eſt eadem cum præmiſſa, prius comedat ſe-
beſten, & auellanas. Et cura ſecundi, comedere piſtacea cum caſſia.
41 ¶ Laſſitudo ſine cauſa exercitij, ægritudinem futuram portendit, pri-
uationes euacuationis rei ſolitę, ſicut ſanguinis uenæ, tam nariũ, uel urinę,
uel fluxus urinæ, uel hæmorrhoidarum, uel aliarum rerum demonſtrat æ-
42 gritudines. ¶ Plato in Timeo de rebus futuris cognitis cum appa-
ruerint & in ſanis, & in ægris, cum in ægritudine apparuerint ſanitatem ſi-
gnificant. Et quibus eſt ſomnus prolixior ſolito, & ſi ſanis euenerit, credo
ægritudinem euenire, & ſi ergo contingit, ſalutem oſtendit. Et ſic de ſiti
cum

Digitized by Google

cum homini acciderit, qui eam habere non conſueuit, in ſanitate res eſt oſtendens ægritudinē, & radix doloris exiſtit in cerebro. Et cum ægritudo aduenerit, fortitudinem naturæ enunciat, & ſanitatem, & ſtatus eius ad ſalutem euenit, & fortior eſt, & idem accidit etiam pati ſomno irato, & fracto abſque labore, & pœna, & oſtendit ægritudinem capiti uenturam. Et cum huiuſmodi ægro in fine ægritudinis contigerit, exitum ab ægritudine nunciabit, & impatientia in ſomno primo oſtendit, quod ſomno indiget. Et impatientia mane poſt ſomnum, & poſt ſomni menſuram, portendit ægritudinem, & laxationem neruorum.
¶ In cuius corde euenit membrorum nimia mollificatio, dicatur ei quod moritur. Spiritus enim patitur paucitatem, & accidit hoc accipienti medicinam uiolentam, uel cui ſanguis à naribus fluxerit ſuperfluus, uel cui nauſea cōtingeret ſuperflua, uel qui nimio utitur coitu, uel qui fluxum uentris patitur, utatur ergo cibarijs, cibum uel corpus augmentantibus, ſicut uitellis ouorum, & iure auium, & uino optimo. 43
¶ Cui inflammatio & rugitus uentris eueniret, tympaniten ſignificat propter ægritudinem hepatis, utatur ergo cibarijs cum præparatione ex cymino & chamemelo, & comedat alkatonas cum medulla piſtaceorum, & caueat ab herbis frigidis & humidis, & fructibus. 44
¶ Qui conqueritur propter ſudorem ſub brachijs, & ſi eſt ſuperfluè fœtidus, & huiuſmodi habere non eſt ſolitus, timeat de lepra, comedat ergo alkaneat, & ſunt alorpſ, & laxetur cum ſucco eius, & accipiat ab eo libram unam, & aquæ fumiterræ, de aqua maioranæ, poſtquam bullierint, & colatæ fuerint, & bibat ex ea per unum menſem, & nunquam ſumat carnes ſalitas, nec etiam quicquid fit de lacte, & cum hoc uenæ ipſius ceſſabunt, & habeat balnea temperata, & exercitetur. 45
¶ Qui panem azimum comedit, craſſas ægritudines & magnas habebit, corda parua, & hepata in eis qui ſunt timidi, exercitio ſuperfluo indigent, cibarijs utantur temperatis, & potibus conuenientibus, & aëre æquali. 46
¶ Qui ſpatulas amplas habentes, & brachia tenuia, comedant res ſubtiles & frigidas, & res frigiditati attinentes, & ſint in quiete, & caueant à frigore & calore ſuperfluis, & non comedat fructus etiam frigidos & humidos. 47
¶ Omnis ægritudinis ſiccæ canon curæ ipſius eſt, odores boni, & aues, & uina conuenientia. 48

Libri primi Aphoriſmorum finis.

Digitized by Google

ABVBETRI RHA-

ZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE IN-

ſignis Medici, de experimentis & confidentijs, Aphoriſmorum Lib. II.

1 INQVIT Abubetri omnes res naturaliter in hoc introitu exiſtunt, poſt inuentionem medicinarum et cuſtodiam, & præparationem earum, & intellectum doctorum, & cuſtodiam planetarum, & lunæ, & temporis quod aptum eſt ad medicinæ cognitionem, & adminiſtrationem. Et dicemus uerbum quod Hippocrates dixit, in libris ubi dixit: Qui dixerunt quod ſcientiam habuerint medicinę, & habuerunt in ſe partem intelligentiæ & ſcientiæ, & cognitionis feſtinę, non reputent aſtronomiam partem eſſe paruam eorum, quibus indiget medicina. Et dixit Aſtaroth ſapiens in libro ſcientię ſuę de ſignis et lunę effectibus, quem librum alter non precesſit in expoſitione libri, quia philoſophi & ſapientes alij, preter aſtronomos cõueniunt in hunc librum, quod pręparatio & curſus eorum quę ſunt in terra, Planetarum curſu accidit, & termo eius eſt in luna.

2 ¶ Et conueniunt naturales & aſtronomi, quia pręparatio eorum quę in terra ſunt à luna accidit, & luna reſpectu ſolis, ſicut excelſi regis maior dominus eſt. Et mutatio temporum propter lunę ſtationem euenit, cum retinetur & non apparet, uel cum ipſius apparentia fuerit manifeſtata. Et hoc eis eſt manifeſtum qui in mari uerſantur, & qui uineas plantant.

3 ¶ Et conueniunt ſapientes medicorum, quod res omnis temporum & aëris, & aquarum, & complexionum, & ægritudinum mutantur ex motu

4 planetarum, cum in longitudine & latitudine cõſiſtant. ¶ Decens eſt cum medicinas coquere uolueris, quod eas in aqua clara boni ſaporis excoquas, & cum lignis ſiccis, & ramorum uitium, & ramorum raminis, & cum ramis roſarum, & cum harundinibus ſiccis, & cum herbis boni odoris optimè deſiccatis. Et nunc intremus miniſtrare res quas diximus uirtuoſas, & ſcire admirandas. ¶ Confectio ad febres adurentes mirabilis: Recip. myrobalanorum kebulorum, citri ana mechal 1, cinnamomi acuti, zingiberis recentis ana mechal s. ſtaphiſagriæ bonę mechal 1, terantur bene, & exhibeantur, & ſoluatur ambra in oleo piſtaceorum, & miſceantur cum eo reliquę medicinæ cum triplo ſui de melle iuiubarum. Do-

6 ſis mechali libra 1, & s. cum ſyropo pomorum dulcium. ¶ Medicina ad eaſdem febres mirabilis: Recip. myrobalanorum Indorum, citrinorum, emblicorum omnium ana mechal, bedegart, ſemin. papaueris, caſſię fiſtulę ana mechal s. terãtur & cribellentur, inuoluãtur in oleo pomorum, & conficiantur cum triplo ſui de melle caſſiæ fiſtulæ. Doſis mechal duo

7 cum unc. 2, ſyropi malorum granatorum dulcium. ¶ Medicina mirabilis ad quartanas: Recip. ſenæ, aſari omnium ana mechal 1, cinnamomi odo-

mi odoriferi mechal 3, ſemin. endiuiæ, ſelengemiſch, ſiſymbrij, ſebatelæ, omnium ana mechal s. conficiantur cum triplo ſui de melle myrobalanorum kebulorum, uel thamarindorum, potio eſt mechal 3, cum uncia una ſyropi ſecaniabin facti in ſaccharo, in quo ſit moſchus.

¶ Medicina quã laudaui ad febres, & eſt breuis: Recip. oẽs, id eſt, corpus ſenę, aſari, ireos, omnium ana mechal, terantur benè & cribellentur, & cõficiantur cum melle ceraugebini mechal 1, s. cum unc. 2, ſecaniabin de ſaccharo facti, & de ſemine endiuię. 8

¶ Oleum mirabile quod confert iſtis rebus, deſiderijs aliquarum rerum & tremori cordis, & melancholię, & excuſat diamoſchũ: Recip. olei citrini boni odoris lib. 1, olei nucum lib. 1, ponantur in olla limpida, & coquantur tamdiu quod ſucci cõſumantur & oleum remaneat, & deinde ab igne amoueatur, & miſceatur pondus mechal s. de moſcho boni odoris, & ex hoc oleo bibat patiens cum neceſſitas incubuerit, à duabus mechal ad medietatem drach. 1. 9

¶ Oleum prædicto ſimile mirabile: Recip. olei pomorum dulcium librã 1, olei alkeiri pallidi lib. s. ponantur in olla, uel caldario, & cuſtodiantur, & miſceantur cum eis hæ aquæ, ſcilicet, maioranę, & endiuiæ, cauear, omnium ana lib. s. poſtquam bullierint, & colata fuerint coquatur totum quouſque aqua cõſumatur, & oleum remaneat, & commiſceatur mechal medium ambræ, et miſceatur & bibatur tantum quãtum præcipimus ex premiſſo, & ungatur pectus ex oleo, & thoracis orificium. 10

¶ Oleum occultè ualens febribus, effectus mirabilis: Recip. ſemin. endiuię, & ſemin. plantaginis, & bedegart, & ſemin. maioranæ omnium ana mechal s. Cinnamomi acuti mechal 1, & s. terantur & cribellentur cum triplo de rob citri acris, uel malorum granatorum acrium, & conficiatur potio mechal 2, cum uncia una ſyropi prunorum: Recip. ſemin. lactucę, cucurbitæ, papaueris, portulacę, batekę ana mechal 1, s. ſantali citri, camphorę albiſſimę recentis aũ. mechal duo, conficiantur cum triplo ſui de melle ſebeſten, & ſumat patiens quotidie mechal 1, & s. cum ſyropo uiolarum, uel ſyropo prunorum. 11

¶ Oleum ad hemicraneam calidam: Recip. amygdalarum dulcium, ſeminis papaueris, lactucæ, cucurbitæ dulcis, cucumeris, batekę ana, cum ſucco florum nenufaris, terantur decies, poſt exprimantur, & adminiſtrentur. 12

¶ Trochiſci moſchati conferentes epidimię & interioribus: Recip. zingiberis mechal duo, moſchi boni odoris dauich duo, ſacchari ad pondus omnium, conficiantur cum ſyropo maioranæ, & fiant trochiſci mechal unum. Doſis trochiſcus unus cum ſyropo pomorũ dulcium unc. s. & ſucci endiuiæ bulliti & colati unc. 2. 13

¶ Ad retentionem urinæ, & humorum in ueſica: Recip. myrrhæ, cyperi, ſchœnoſanthi, cinnamomi ana partes æquales, & partẽ ſuperficialem glandium partes duas, conficiantur cum oleo balſami. Doſis mechal. 14

¶ Ad ulcerationem oris: Recip. papyri combuſti, cyperi, ireos cœleſtis ana, terantur & ponantur in ulcere, & colluatur os cum aqua roſarum, in qua ſit poſitus ſumach. 15

¶ Medicina experta apoſtematibus corrodentibus, & alijs: Recipe anagellas, & eſt mater ſylua, & foliorum aluala, & eſt anataria, maſtiches, cyperi, ſemin. ſpatulę ana partem 1, lapidis lazuli ſani par. s. conficiantur 16

ciantur cum triplo ſui cum ſucco citri acris cocto, & coaggregato cum
danſiſaham, & ponantur in apoſtematibus, & eradicat radices eorum, &
remouet ipſorum uenas. Et poſtquam apoſtema eradicatum fuerit, pona
17 tur hoc medicamen quod carnem generat. ¶ Cõfectio medicinæ gene
ratiuæ carnis: Recip. foliorum foraſie, id eſt, caſorũ, & foliorũ alkebu
lis, & puluis papyri cõbuſti, ſeminum roſarum ana partes æquales, teran-
tur & admiſceantur, & ſupponantur folia eiuſdem, uel plantaginis intin-
18 cta melle. ¶ Medicina quæ extrahit ſecundinas, & fœtum mortuum:
Recip. caſtorij, cinnamomi, myrrhæ ana, fiant formæ glandibus ſimiles, &
inunctis balſamo ſubponantur, & ſi fortè cum hoc ſecũdina non exierit,
detẽ cũ hoc, de iſto ſyropo: Recip. phaſeoli, ciceris nigri, endiuię ana par
tẽ 1, berberis ℥.s. coquantur in tribus lib. aquę, uſquequo remaneat una, co
letur, detur patienti quarta pars libræ unius, cum unc. 1. de radicibus ber-
beris, & poſitio altamiæ in manibus & pedibus, confert nimium prouoca-
19 tioni menſtruorum. ¶ Item ad apoſtemata corrodẽtia cui non eſt par:
Recip. endiuiæ, plantaginis, bezeet, id eſt, zarmach ana partem 1, bechar,
farinæ fabarum ana par. s. conficiantur cum melle, & poſtq̃ carnem corru
ptam remoueris, ſupponatur hic puluis: Recip. coralli rubei, lapidis la
zuli ſani añ. partem 1, radicis piſtaceæ, bedegart, fauſel ana partes duas, &
20 ſimul puluerizentur & adminiſtrentur. ¶ Emplaſtrũ ualens ad idem:
Recip. aloës boni, karabæ Aegyptiæ, adipis Indi, ſanguinis draconis ana
partem 1, ſeminis baſiliconis garet, ſemin. baſiliconis maioris, quod uoca
tur purungi ana par. s. fiat emplaſtrũ & ponatur ſuper locum læſum, poſt
quam lotus fuerit cum aliquibus habentibus uim exiccandi, ut aqua plan-
21 taginis, uel myrrha, uel uino ſtyptico, & ſimilibus. ¶ Emplaſtrum ad
ulcera et eryſipilam, et eſt expertum, quod Recipit nucum cypreſſi, folio-
rum ſpicæ albę, id eſt, rubei maſculi, foliorum ſyluę caprinę, hyoſcyami,
ana partem 1, acaciæ, bedegart, aſſæ, myrti ana partem 1, conficiantur cum
rore inuento ſuper folia acumdimi, uel ſucco ipſorum foliorum, & aquam
roſarum, & ſuperponantur, & ſi cum rubedine fuerit, miſceatur boluſar-
22 menus cum prædictis. ¶ Medicina mirabilis nocumento carens, & eſt
breuis conferens lapidi: Recip. cog. myrrhæ, ireos, ſeminum endiuiæ,
cyperi, ſchœnoſanthi, cinnamomi, mcchal unum, ſeminum ſpatulæ, bate-
kę, capparis, ſparagi, petroſelini ana mechal 1, unc. s. cõficiantur cum mel-
le, caſſia fiſtula, & detur ex eo mechal 1, cum ſyropo cog. & ſaccharo, &
23 unc. 2, aquæ. ¶ Medicina ad diſtillationem urinæ, & ad lapidem addẽs
in ſpermate: Recip. gallę, in alio, galangæ cõtritæ, & cribellatæ, & con
fectę cum butyro uaccino, & melle deſpumato, & detur cum aqua iuiuba-
24 rum, uel ſebeſten. ¶ Ad febres occultas: Recip. bedegart, ſemin.
endiuiæ, plantaginis, lactucæ, batekæ ana mechal 1, ſemin. myrrhæ, ſanta-
li albi ana mechal 1, cinnamomi mechal tres, ſpodij mechal s. moſchi, cam-
phoræ ana quartam partem mechal unius, conficiantur cum ſucco malo-
rum granatorum, uel pomorum, & doſis mechal 1, s. totidem cum ſyropo
25 uiolato. ¶ Oleum contra quartanas: Recip. aſari, ſenæ, cinnamo-
mi, mechal s. ſeminis maioranę, herbeuenti, ferigemuſc. mechal 1, ſeminis
endiuiæ

Digitized by Google

endiuiæ,lactucę,portulacæ,plantaginis,ſantalorum alborum ana mechal
s.lapidis lazuli loti,multotiens cum aqua cāphoræ añ.mechal 2,cum ſyro
po pomorum dulcium. ¶ Ad typum febriū & rigorem: Recip.ra- 26
dicis lilij,& cinnamomi,polypodij ana partem 1, zingiberis par.s.confici
atur cum oleo balſami,uel fiſticorum,& detur ante periodum mechal 1,s.
cum aqua calida. ¶ Ad dolorem renum, & retentionem humorum in 27
eis: Recip.myrti, amomi,granorum fiſticorum ana partem unam,cin-
namomi ad pondus omnium, conficiantur cum melle de cog.detur me-
chal 1,s.cum ſyropo ſaccharino de radicibus. ¶ Suffumigium ad catar 28
rhum calidum: Recip. roſarum mechal 10, fauſel, ſantalorū alborum,
ligni aloës ana,mechal 2.moſchi dauich 1,camphoræ dauich 2.conficiatur
cum aqua roſarum,in qua fuerit diſſolutum mechal unū amydi,et fiant tro
chiſci,ex quibus ſuffumigetur patiens. ¶ Aliud ad catarrhum frigidū: 29
Recip.roſarum,ſantal.albi,thuris ana mechal 1,ligni aloës mechal 2,coſti
mechal s.moſchi dauich 2, conficiant̃ cum ſucco amygdal.dulciū, & cum
ſtyrace malaxentur,fiant trochiſci parui cum quibus ſuffumigatio fiat.
¶ Suffumigiū contra peſtilentias: Recip.bedegart, ſantalos cum 30
flore myrti ana mechal 1, ligni maioranæ,felēgemiſch, cyperi,garyophyl-
lorum,zingiberis,moſchi boni ana mechal s.ſyrop.phu,dauich 2, confi-
ciantur cum aqua roſarum in qua diſſoluta fuerit ſtyracis, ambræ ana me-
chal s. ¶ Medicina paralyſi cōferens experta: Recip.caſtorij,zin 31
giberis,coſti dulcis,cog.acori,baccarū lauri ana mechal 2.m. moſchi me-
chal s.terantur & inuoluantur in oleo alkeiri albi, & cōficiantur cum mel
le albo claro, detur ad magnitudinem nucis. ¶ Et ad paralyſim cali- 32
dam: Recip.lac ouium nouarum ſanarum quod in olla limpida pona-
tur,& miſceatur cum eo oleum nenufaris, & cucurbitarū dulcium ana lib.
1,coquantur ad ignem leuem donec oleum conſumetur, & miſceatur cum
eo libra una ſacchari, tereniabin albi, & coquatur quouſque ad coagula-
tionem perueniat,& ægro adminiſtretur quouſq; ſanitati integrè ſit reſti-
tutus.Et babico in frigidas herbas habente ponatur,& oleis frigidis inun
gatur. ¶ Ad ſputum ſanguinis quod ex apoſtemate ſtomachi, uel in- 33
teſtinorum accidit: Recip.bedegart,ſucchaa,id eſt,ſpina alba,capillus
ueneris,ſemin.memithæ, roſarum ana drach.2, charabe,boli Armeni,flo-
ris ſchœnoſanthi,darſeſahan,reſinæ, amygdal. ana drach. 2, farinæ arnu-
clinum ad pondus omnium,conficiant̃ cum melle, maſtiche,detur ad quā-
titatem auellanæ. ¶ Ad uenena: Recip.amomi,ariſtolochię rotun 34
dæ, baccarum lauri, reſinæ, rutæ ana mechal 1, s. & inungatur cum oleo
nucū,& conficiantur ex melle ficuum,& ſumatur quotidie ad magnitudi-
nem nuclei. ¶ Ad tuſſim: Recip.ſucci liquiritiæ,cog. ſem.cucurbi- 35
tæ,tragacan.albi boni ana mechal 2.m. pœnidiorum ad pondus omnium,
conficiant̃ cum ℥.1,mucil. ſem. cotoneorū facta in aqua roſ. & ℥.2, mellis
iuiub. ¶ Medic.ad fluxū expta: Recip.gallæ,fauſel,id eſt,auel.Inda, 36
ſem.aceroſę,farinę gland.ana,conficiant̃ cū melle,uel cū diacitonitē acri,
& adminiſt. Medicamen cōferens epilepticis extrahēs putredinē à corpo
re: Recip.elleb.cātar,id eſt,catapucię,ſuc.maioranę,endiuię añ.℔.1,ſuc.
ſtœchados,

Digitized by Google

ſtœchados,ſucci ſpinæ maſculi albi & rubei,pomorum dulcium ana lib.s.
Poſtq; bullierint & colata fuerint, & appoſuerint endiuiæ,polypodij,ſe-
næ,ariſtolochiæ,roſarum, piſtatæ omnium ana partẽ unam, bulliat totum
in aqua prædicta,& miſce ſucci malorum granatorum, & mellis,caſſiæ fi-
ſtulæ, & pœnidiorum ana partes æquales,fument uſquequo fiat ſyropus,
& apponatur moſchi, ambræ, ana mechal s. & ab igne remoueatur doſis
3.pars lib.cum æquali pondere ſucci fumiterræ,& ſi non poſſit bibere cum
37 hoc ſucco, detur cum aqua frigida. ¶ Gargariſma apoſtema gulæ re-
mouens,& dolores,& facit anhelitum habilem. Recip.de rob pruno-
rum confectorum cum uino myrtino, & diamoron,& mellis,ficuum con-
fecti cum tereniabin ana partes æquales,ſoluatur in eis quarta pars alumi
nis Iameni, & mellis,caſſiæ fiſtulæ, & medietas partis unius fiat gargariſ-
38 ma,& detur ex eo unc.s. & tantundẽ acetoſitatis citri collatæ. ¶ Medi
cina mirabilis experta ad coitum: Recip. granorum pineæ maioris in-
fuſæ per diem & noctem libram unam, & molãtur in lapide molendini: Et
accipe cinnamomi,ſeminis erucæ,paſtinacæ,rapæ,mulgę,ſtypitum palmę
uiridis, non ut quæ comeduntur, & linguæ auis, & granorum zelei,& ſe-
cacul,& buuhmen,coſti, culem,zingiberis,renum paſſerum,coire deſide-
rantium,omnium ana drach.3, pœnidiorum bonorum drach.30, terantur
benè, & conficiantur ad ignem, & miſceantur cum melle de ſatyrion, &
cum tãtundem mellis albi, & miſceantur cum eis reliquę medicinę uſque-
quo fiat res electuario ſimilis, & miſceatur myrti & ambræ ana drach.1,&
remoueatur ab igne. Si quis calidæ complexionis fuerit,detur ad magnitu-
dinem auellanæ.Si frigidæ,in duplo cum ſyropo mellis moſchati,uel cum
39 uino calido odorifero. ¶ Alcofol eradicans albedinem in oculo exi-
ſtentem: Recip.ſucci rubi albi,madaclux ana lib.s.miſceantur cum eis
myrobalanorum ana drach. 4., & fiat puluis ſubtiliſſimus, & ſcias quod
40 hoc eſt ultimum in albedine eradicanda. ¶ Aliud ad pruritum oculo-
rum,& ſcabiem,& panum, & amiſſionẽ uiſus: Recip. granorum par-
uorum,malorum granatorum uiridium, florum coctani, melini, boli Ar-
meni,ſeminum roſarum ana 2,drach. ſeparatim per ſe piſtentur, & accipe
lapidem teneg,& tuthiæ añ.drach.1,& s. limaturæ auri poſitę in aqua roſa
rum per duas hebdomadas, & ter in die mixtæ & exacutæ, & piſtatæ con-
ueniens ſit,& miſceatur cum reliquis medicinis,& ponantur omnia in ace
toſitate citri acris,et miſceantur cum mucillagine cotoneorum,& aqua ro
ſarum,& miſceatur ſic tribus diebus, deinde teratur optimè, & ad umbrã
exiccetur, & miſceatur moſchi rubei,dauic 1, & ſeminis plantaginis opti-
41 mè triti drach. s. adminiſtrentur. ¶ Aliud conferens deſcenſui aquæ,
uiſum augmentans & confortans: Recip. myrobalanorum drach.1,
nucleorum thamarindi drach.s.ſarcocol.mechal 1,lapidis lazuli drach..1,
aloës dauich, fiat puluis ſubtiliſſimus, & ponatur in æqualibus ponderi-
bus,myrobalanorum kebulorum, & mellis, malorum dulcium granato-
rum cum 3,lib.ſucci endiuiæ,& in tanto ſucci plãtaginis. Poſtq; omnia bul
lierint & colata fuerint, miſceatur puluis prædictus cum ſuccis nomina-
tis,demum exiccetur, & in eiſdem mellis ponderibus iterum ponatur, &
ſuccorum,&

Digitized by Google

ſuccorum & prędicta multa imbibitione ſecunda cum aqua roſarum temperentur, & ad ignem ponanť leuem, quouſq; miſceantur & bulliãt. In quibus puluis hyacinthi rubei optimè piſtatus ponať drach. s. moſchi optimi dauic. 2. deinde ab igne remoueatur, & in uitro conſeruetur, & adminiſtretur ſtomacho, uel ciborum digeſtione celebrata.

Aphoriſmorum libri ſecundi finis.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI AQVAE INſignis Medici de caſibus qui ipſi Rhazæ acciderunt, Aphoriſmorum Liber tertius.

IN parte mei temporis in Philoſophia et Medicina ſtudẽs, multis uigilaui noctibus, & ſomnum amiſi, & feci res quę non ualuerunt, & nihil inueni quod tantum conferret, quàm oleum nenufaris, quod in naſum trahẽdo aërem proiecti, & lactucę quas coctas & crudas comedebam. Viſus tamen debilitatem & minorationem coitus in me generauerunt, & non inueni quod conferret tantum mihi, quantum paſſerum comeſtio, & ipſorum brodium cum ouis & almuri, & in cinnamomo & pipere, & pullorum columbarum præparatorum, & in me uis & memoria fuit optimè reſtituta. ¶ Ad hoc oleum feci, quo nullum melius inuenitur: Recip. olei granorum pineæ, olei alben, olei alkeiri, olei pomorum dulcium, ana partem unam, fellium paſſerum cum uoluntatem habent coẽũdi, partem mediam, ſeminis alkeiri pallidi, mechal. 1. bulliant omnia ad ignem leuem. Cui ab igne remouẽdo, moſchi mechal. s. miſceatur, cum quo genitalia, & pectus poſt balneum unguntur, prouocat uirtutem, & delectationem uigorat. ¶ Aliud in ciuitate Zelergebani, quidam uir deſideria habens ſine cauſa, & timorẽ & cordis tremorem, acceſſit ad me. Nam inter medicinas nihil inueni tantum cõtuliſſe, quantum carnes accipitris coctę cum ſucco maioranę, & uinum album ſubtile, & inunxi corpus eius oleis odoriferis, & reſtitutus eſt ſanitati prorſus. ¶ Contingens aliud, non habent antiqui debiles & ethici, et carentes ſanitate rem, quæ magis eis proficiat quã auium comeſtio, & turturum, pullorũ, columbarum, paſſerum in uino odorifero coctorum, et uinum bonum bibere. ¶ Contingens aliud, Rex Alhomet Hali filius extraxit ſanguinem in quãtitate nimia, & erat tempore autũni, et bibit uinum, & poſt ſomnum ſanguis exiuit ad quantitatẽ triũ librarum, ad quem de nocte fui uocatus, & eum ſyncopizantem inueni, & oculi eius propter extaſim leuabantur in altum. Et præcepi mihi afferre quinque pullos columbarum albarum, quos præcepi optimè pręparari, et mẽbra per ſe ſeparari feci, & in quatuor libris uini odoriferi eas coxi, quouſq; carnes ab oſſibus ſe-

1 (margin, line 1) 2 3 4 5

Digitized by Google

gregatę fuerunt,& multum in decoctione poſui de garyophyllis & cinna-
momo,quam decoctionem colaui poſtmodum, & eam poſui in uaſe roſtrũ
habente, & Regi ad bibendum miniſtraui, & ante ſolis ortum loqui incœ
pi,quam decoctionem triginta diebus ſumpſit,& uirtus eius ad eum reuer-
ſa eſt, & ſanguis in eo fuit optimè reſtauratus. ¶ Contingens aliud.
6 Caſus accidit Errifideni Regi,ſcilicet iuxta cerebrum apoſtema,& cogno
ſcebat me,& uenerabatur,extraxi enim ſanguinis li. 3.uſque quo ſyncopi-
zauit ſyncopi timoroſa,& poſtmodum cogitare cœpi,& inunxi corpus e-
ius ex algalia,& ex ea poſui ad nares, & lib. 1. uini odoriferi temperaui cũ
æquali pondere ſui ex iure pullorum gallinarum & columbarum, in quo
moſchum poſueram,& hoc in os eius miſi ſucceſſiuè. Et cum à ſyncopi fu-
it liberatus, ſeruientes eius plorare cœperant. Et quidã ex eis obliquo ne
reſpicientes uultu,in mortem meam conſpirauerant. Cum uerò Rex inte-
grè reſtitutus eſſet,mihi dixit,quod dum in ſyncopi permanebat de ægritu
dine ſua non dolebat quamplurimum,ſed tota intentio ſua circa me uerſa-
batur,timens ne aſtantes mihi mortem inferrent. Credebat enim quod ego
ipſi hanc non adhiberem curam niſi crederem eſſe ſalubrem, præcepit igi-
tur mihi, ut nunquã eum coram aliquibus minui facerem,niſi fortaſſe fœmi
næ ſolæ aſtarent. Et ſcias quod iſte Rex à magno birſen euaſit hac ægritu-
7 dine. ¶ Contingens aliud de fluxu diuturno, quidã amicus meus in Me
dicina parum inſtructus, à fluxu longo uexatus fuerat tempore, cui plures
res etiam pluries oſtendit. Et dixit tandem mihi, quod nihil proficiebãt.
Vnde ut curam ægritudinis certificarem per unã noctem ſecum mãſi, & co
gnoui,quia poſt ſomnum fortius uexabatur à fluxu,& perpẽdi cauſam æ-
gritudinis eſſe humorem calidum,& acutum à cerebro cadentem, qui qui-
dem cum in ſtomacho ueniebat, fluere cogebat. Cum uerò patiẽs excitaba
tur,fluxum carebat,& ſputum aſſiduum habebat, præcepi ergo ei ut caput
raderet, & ut ipſum cum ſinapi & moſcho fricaret fortiter, & ſanitati fuit
8 poſtmodum reſtitutus,nũquam capitis ei tedium fiebat. ¶ Apoplexia
accidit Regi Hamech,filio Hali,& in principio curam conuenientem non
habuit,ſed dimiſerunt eũ ſicut erat, & nullus ex eis magiſtris, ei aliud præ-
cepit fieri,niſi inungi corpus rebus odoriferis,& ſuffumigari,quod ſuffici-
ens ei non credidi,ſed feci uentoſam collo eius apponi,& uelociter ab illa
ægritudine exiuit,& eſt res in qua confidentia eſſe debet. Quod ſi homini
qui fœmineæ cõplexionis non ſit,& ſit mollis corporis,hæc euenerit ægri-
tudo in collo,ut prædiximus uentoſetur. Et nihil ex eis quæ alij pręceperũt
9 facere uolui,ſed in naſum eius oleũ nenufarinum proieci. ¶ A perditio
ne multorum multos euadere feci,qui ſiccitate & ardore ſtomachi uexabã
tur, cum oleo nenufarino & ſyropo eiuſdem, quibus ad potandum dedi ui
num album limphatum cum aqua niuis temperatum. Et faciebam eos co-
medere pullos pingues, in quorum decoctiones mucillagines ſeminis co-
10 toneorum ponebam, & oleum nenufaris. ¶ Quidam amicus meus
bonæ rationis qui mecum in libris Galeni ſtudebat, ardorem patiebatur
in ſtomacho,qui ardor augmentabatur amplius cum cibaria à ſtomacho
recedebant,docui autem eum res quas faceret,& dixit mihi iam eas feciſſe,
& pręce-

Digitized by Google

& precepi ei ut reciperet 3. ℥. ſacchari roſati, & tantundem ſacchari uiolati
& precepi hæc optimè permiſceri, quibus mechal s. ambræ appoſui & ℥. 1.
olei nenufaris, & oleum in eo cõmiſcui, & eo fuit uſus, et ab ægritudine eua
ſit iuſſu Dei. ¶ Cõtingens aliud: Curaui quamplures à febribus à ſole 11
prouenientibus, cum balneis temperatis et cum aqua frigida, quę adeò erat
frigida, quod patiens ex ea terrorem habebat. ¶ Contingẽs aliud: Cu 12
raui homines ab occultis mortiferis febribus, cum rob fructuum laxatiuo-
rum, & cum bonis odoribus frigidis, & cum rebus temperatis, & infrigi-
daui eos, & humefeci, quod ſi hæc non adhiberet̃ cura, patiens ſuccũberet.
¶ Aliud cõtingens: Alicui homini in ęſtate tempore caloris accidit, q̃d 13
cum iter aggrederetur febris eum acuta multum inuaſit, & caliditas in ipſo
fuit augmẽtata, & color eius incœpit rubeus fieri, & complexio ipſius mu
tata fuit, & ægritudo eius augmentata eſt, & ſpiritus ipſius erat ualdè cali-
dus, ad modum ignis, & perpendi in ipſo ſigna fluxus ſanguinis, & tremo
rem cordis habebat. Et perpendi ut fluxum ſanguinis pateretur, expecta
ui igitur per unam horam uel duas, credens eum aliquẽ fluxum habiturum,
& nihili ei accidebat, pręcepi ei nares fricare fortiter, et non exiuit ſanguis,
& caliditas, & impatientia, & dolores in ipſo cœperunt augmentari. Dedi
ergo ei decem lib. aquæ frigidę, & calor eſt temperatus, & urinam fecit in
quantitate minima, & febris eius minui incœpit, durauit tamen in eo febris
quadraginta diebus. ¶ Et ſeruũ quendã, quia nullus ei aquam porre- 14
xit, ſicut porrecta fuit domino propter intentionem, quam erga eum habe
bant, & ſeruus ante horam ueſpertinam deceſſit, & caſus in mane accide-
rat. Caſus iſti licet ſupra poſiti fuerant, quia tamen differens trãslatio hic
& ibi ponitur, & in aliquibus hæc ab illa ſuperfluit, eos ideò hic ſubdere cu
rauimus. ¶ Dominus Rex Haamor filius Hali minuit ſe in autumno, 15
quo inebriato ſolutum fuit ligamen brachij, & ſanguinis fluxit multitudo,
ad quem in nocte ductus fui, & inueni ipſum ſyncopizantem, ita fortiter,
quod etiam apertis oculis palpebras non mouebat, tunc præcepi iugulari
quinque pullos columbarum, & quinque pullos gallinarum, & ſcindere
membratim, & coquere in tribus libris uini odoriferi, & tamdiu bulire do-
nec oſſa ſeparata eſſent à carnibus, & appoſui moſchum, garyophyl. cin-
namomũ, & colaturam propinaui per uas coniectorium, & paulòpoſt re
dit ei uirtus, & memoria, & locutus fuit, qui uſus fuit hac medicina trigin-
ta diebus, donec recuperauit ſanguinem quem amiſerat. ¶ Contingit 16
iterum domino Regi calidum apoſtema iuxta aurem, ego autem eram ſibi
ualdè notus & familiaris, & præcepi fieri minutionem ad quãtitatem 3. lib.
qui incidit in ſyncopim per longam moram, & curaui ipſum abſq; timore,
unxi corpus eius cum algalia, & intromiſi multum ex ea in naribus ſuis, &
accepi 1. lib. uini odoriferi, & 1. iuris pullorum columbarum, & pullorum
gallinarum, & addidi moſchum bonum rubeum, & proieci in ipſius gut-
tur, qui ſtatim eſt recordatus, non eſt ergo dubium, quin illa uia euaſerit à
fortè phrenitide per hanc medicinam, ſcilicet, minutionem. ¶ Et con- 17
tingit Haamel filio Hali apoplexia, & medici præſentes præceperunt appo

 ni in na

ni in naribus aromatica,& non laudaui. Sed contentus fui ponere uento-
ſam in fontanella colli, quod eſt utile omni habenti apoplexiam quæ non
fit ex frigida complexione,& non indigui in hemicraneis acutis alia medi-
18 cina, niſi apponere oleum nenufari in naribus. ¶ Quidam conquereba
tur de fluxu uentris cõtinuo,& præcepi uti rebus, quibus ante fuerat uſus.
Sed non profuerunt,& cum moram facerẽ cum ipſo, uidi quod non ſurge
bat ad ſellam frequenter, niſi poſt longum ſomnum. Deinde conſtipaba-
tur natura eius diu, quæſiui tunc ab eo utrum accederet ei poſt ſomnum
noctis, qui reſpondit quod ſic, & intellexi quod humor deſcendebat, à
capite ad ſtomachum,& commouebat ſtomachũ ad expellienda ſuperflua,
& quando uigilabat, ſpuebat ſæpe, unde perpendi quod ille humor de-
ſcendebat in ſomno, cui præcepi, quod tonderet caput, & fricaret cum ſina
19 pi,& redoleret moſchum,& ablatus eſt fluxus chronicus. ¶ Liberaui e-
tiam quamplures homines à morte, qui conquerebantur de ſiccitate ſtoma
chi,& calore,& cum receptione ſacchari nenufarini,& eius ſyropo, & ui-
no albo limphato, cum tantundem aquę infrigiditatę ſuper niuem,& dabã
ei pullos coctos infrigidatos, & aſperſos cum uiſcoſitate cotoneorum, &
20 oleo nenufarino. ¶ Et habebam ſocium qui conquerebatur de arſura
ſtomachi, maximè in principio digeſtionis, accepi ℥.4. ſacchari uiolar. & ro
ſar. commiſcui & appoſui ʒ. i. aloes, & ℥. i. olei nenufarini. Et iterum com
miſcui,& feci ipſum in eo qui curatus fuit curatione completa, & ſemper
fui contentus in ephimera ſolo balneo dulcis aquæ tepidæ. Deinde aquę fri
gidæ, cauendo ſemper ne pateretur horripilationem,& ſemper fui conten-
tus in ſynocha ſyropis fructuum laxatiuis, et in omni genere febrium, uti in
frigidatione & humectatione. Et hæc eſt curatio quam adhibui cuidam qui
aggreſſus fuerit iter in æſtate, qui rediẽs incidit in febrem acutam fortis ca-
loris ualdè, in quarto uerò die augmentata feb. eſt,& rubedo cholerę,& ap
paruerunt mala ſigna,& uapor qui ab eo reſoluebatur, erat ualdè calidus,
& poſt horam incurrebat cardiacam, ego autem expectabam fluxum è na-
ribus, uel fluxum uentris cum uidi quod hæc omnia accidentia ſuperuenie
bant,& permanebant in eadem mala diſpoſitione præcepi quod ſcalperet
in naſo, ſi forte ſuperueniret fluxus, qui cum tardaret,& calor augmentare
tur, propinaui 10. lib. aquę frigidę, & ſtatim habuit rigorem, & remiſſus
eſt calor,& urinauit,& ſic permanſit febris diebus decem,& ſimiliter ſerui
ens eius qui cum eo iuerat, etiam hanc eandem paſſus eſt feb. Sed quia nõ
potauit aquam frigidam, eadem hora mortuus eſt in eiuſdem diei meridie,
non eſt ergo dubium, quin iſte liberatus ſit à morte per aquæ frigidę potũ.
21 ¶ Dicit Raſis, cum eſſem ſollicitus plurimum circa medicinam, me opor
tebat uigilare,& tamdiu feci donec omnino ſomno carui,& uſus fui rebus
diuerſis, quæ mihi nihil profuerunt, & non inueni melius quàm appone-
re naribus oleum nenufarinum, & lactucas comedere, quibus uſus fui o-
mni tempore iuuentutis meæ,& ſumpſi in tempore ſenectutis, parũ coctas,
qui uſus,& tunc incurri debilitatem uiſus, & mollitiem teſticulorũ,& non
inueni melius quã comedere paſſeres & pullos columbarum quouſq; rediit
uiſus.

uiſus & inueni mirabile ad hoc oleum, poſt quod non eſt aliud in eius operatione: Recip. olei pinearum, olei de ben, olei macianorum dulcium, ana, fel paſſerum mediam partem, bulliāt omnia bullitione una, ſuper leuem ignem, poſt adde ℥. s. moſchi rubei, & unge uirgam & teſticulos, & utere poſt balneum, hoc oleum calefacit, & temperat ſpiritus. Quidam iuuenis ſocius meus, qui mecum erat Hyeroſolimis, conqueſtus erat mihi de cardiaca, et triſtitia, et timore ſine cauſa manifeſta, cui pręcepi, ut eſſet cōtētus carnibus accipitris coctis cū baſilicon, garyophyllato, aſſatis & aſperſis aqua roſarum, & pręcepi potare uinum album loco aquę, et odorare aromatica, & per hoc ipſum feci acquirere audaciam & fortitudinē, & ſic curatus eſt à paſſione. Et ſcias quod non poteſt confortari uirtus ſenis & conualeſcentium, & pauci ſanguinis, niſi per uſum columbarum & turturum & paſſerum cum uino odorifero.

Aphoriſmorum libri tertij finis.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI AQVAE INſignis Medici, de diætis, medicinis & cibarijs, Aphoriſmorum Liber quartus.

OMne cibarium ex animalibus uel ex naſcentibus non eua- 1
dit, quin aliquid utilitatis, & corruptiōis habeat. Et natura
les philoſophi ſecreta eorum inueſtigare quamplurimū, &
non attigerunt aliquid, niſi debili inueſtigatione quo ad ue-
ritatem, & ſcientes in hac re, uerbū ſtabile debent prępone-
re. Et ego quidem ſicut & Philoſophi conſulo, ut ex his re-
bus minus quā unq; poterit accipiat. Et cōſulo, ut ex eis quis utatur quibus
cōplexioni ſuæ diſſonantia nō exiſtat. Et hoc antiqui laudauerūt ſine hoc,
quod ſecreta ſua detegerent. ¶ Et quod ſcias quod omne, quod occul- 2
tam habet uirtutē aliqd fortè in corpore, uel utilitatis uel corruptionis ope
ratur, & ex quibuſcunq; uti non debet. Et ex his occultis neſciūt homines,
neq; intelligunt, neq; etiā poſſunt nominare. Intellectus enim eorum occul
tus. Sed dięta & medicatio re ſubtili & ſpirituali debet fieri, quia odor & o
doris uapor oſtendit abſq; his, quæ per comeſtionem & potum noſcuntur.
Et ob hoc cōſulo, ut ex medicinis, quis minus accipiat. Et ego detexi hic ue
ritatem. Experta enim ſunt ea quæ in hoc loquēdi methodo appoſui in hoc
meo libro, quę equidē ad humanā utilitatem compoſui, quæ inter alias di-
gnior exiſtit. Et ideo ciborum & medicinarū uirtutes inquiſiui amplius in
hoc uerbo, ut maiorē poſſent homines utilitatē habere, & nos hic uerborū
multitudinē abijcimus. Et multa relinquimus, propterea quod homini eſſet
difficile intelligere, & ob hoc librū noſtrū laudamus, quia cōtinet ueritatē.

Si ex his rebus uiuẽtibus quis utetur recẽtibus cũ ſuo ſanguine,maior et ue
locior ad utilitatem fertur diæta,quàm qui rebus ſubtilibus uti uoluerit, &
calidis,ſed tamen ad hoc accedere non poterit propter ſuam complexionẽ
& neceſſitatem,& propter conſuetudinem non excuſatur quin ſpectet, &
abſtineat tempore mortis ipſorum,ut ipſorum uirtus frangatur,quæ fortaſ
ſe per unam diem debet dimitti,& ſic conuenientia ipſorum melior eſt.

¶ Et reges elegerunt aquilas & accipitres, lupos & canes; & reliqua
3 rapientia,ad hoc uidelicet,ut non tantum delectentur, uerum etiam utilita-
tem ex captione habeant & ſalutem,& ut ipſorũ carnes,quæ duræ ſunt per
motum frangantur,& etiam quia mors eorum exiſtit proxima. Et ob hoc
naturales præceperunt,ut cum ex his rebus,quis uti debeat, prius uirtus car
nis eorum debilitetur per motum. Et ſi prius hoc eis uiuentibus factum fue
rit,& poſtea interfectę fuerint, carnes ipſarum habiliores fiẽt. Et dixit Hip
pocrates: Ex eis quæ carnes habiles ad comedendum faciunt,eſt artum uel
nitrum,uel nitri fruſta,uel rami ficuũ,hęc enim omnia aperte præparant, &
ex hoc præcipimus,ut cochlearia ex ficubus fiant, hæc enim cochlearia car
nes reddũt habiles, & in libro coquinarum Cagizen abuſamen,dixit Iohe
mor,cum corpora non niſi per cibaria degant & uegetentur,deberent Re-
ges inueſtigare res,quæ appetitum prouocarent,& ſufficienter comederẽt
ex rebus uiuis. Et debent res diuerſas comedere cum rebus ſaporiferis &
boni odoris,& bonas debent ollas habere,et coquinarius eorum debet eſ-
ſe medicus. ¶ Sermo in rebus quæ electę ſunt ex rebus uiuentibus qua
4 drupedibus,& auibus,& ex domeſticis,& ex montanis melior,& ex car-
nibus pilos habentibus, ſaporoſior & aptior & temperatior eſt cum ace-
to agreſta. Et ex eis quę coquuntur & aſſanẽ ad prunas. Et aſſatæ ad pru-
nas ponderoſiores,ſed almuri eos præparat. Sed à capitibus homines prę-
cauere debent, & à caudis. Philoſophi enim dixerunt, quod carnes piloſę
uenena non euadunt naturaliter,& maximè capita eorum et caudæ,et ideò
comedi non debent. ¶ Melior ex carnibus montanis et abſq; nocumẽ-
5 to minori,& abſque uentoſitate. Caro gazelis & capreoli exiſtit. Parũ ta-
men eſt ſicca,cuius ſiccitas,cum oleis humidis remouetur & in comeſtione
eius uirtus accidit mirabilis. Prodeſt paralyſi frigidę,& interiora ipſius co-
medere,eſt auſterum,teneſmon enim generat. Et pedes eorum aſſiduæ co-
medere,hoc idem ſufficit propter ſuperfluam ſiccitatem,& hæc membra co
medi non debent. ¶ Caro hœdina eſt frigida & humida, mirabilis, ſed
6 in ea odor exiſtit,& ideò comedi debent hœdi non magni, & apti ſunt ad
ſalutis cuſtodiam. ¶ Arietina caro bona eſt,cum non eſt antiqua,euaſit
7 malitiam eius,cui iam cornu creuit. Cum enim cornu ipſius naſcitur, humi
ditatem amittit, & medulla ipſius uſui non eſt apta,à proprietate enim ha-
bet obliuionem facere,aries temperatus eſt in æſtate. Temperatior enim ca
lidior eſt,& in ęſtatis tẽpore uſus ex eo non eſt cõueniens. Ex calore enim
ſuperfluo maniã facit, et aſſati maximè, & in omni re alia euadit malitiam.

8 ¶ Pulli gallinarum temperati, ad frigiditatem decliues,parumper dige-
runtur,uelociter uſui conuenientes,ſperma augmentantes, & ſanguinem.
Et Ar. Philoſophus dixit, habent uirtutem calorem innatum uigorandi.

¶ Gallinæ

Digitized by Google

¶ Galline quæ nimium non ſunt antiquę, nec nimium pingues, mirabi- 9
bilis cibus exiſtit, & temperatiores alijs exiſtunt, & pullis approximant, & earum medullæ uirtutem habent generandi uertiginem. Et dixerũt Philoſophi, quod earum axungię inter cæteras obtinent principatum in mollificãdo duritiem, quod axungiæ anſerum efficiunt, & gallinas comedere generat lumbricos.
¶ Galli ueteres uſui nõ cõuenientes humiditate pri- 10
uati ſunt, cum ad aſſellandũ dãtur, dubiũ eſt. Nitroſitas enim quæ in eis exiſtit, putredinem generat. Et dixit Galenus in libro ſuo ſecretorũ, quod oſſa gallorum ſubeth efficiunt, propter proprietatem cum comedũtur uel excitantur, & melius eſt ut dimittantur.
¶ Pulli columbarum cibus mira- 11
bilis ad caliditatem declinans, & Philoſophi dixerũt, quod in eis eſt uirtus mirabilis, & pręceperunt quod hij qui parum habent ſanguinis, & quibus deficiunt uirtutes, et calor innatus, debent eos comedere, & ex proprietate dolori renum conferunt, ſanguinem colant corruptum. Et hę duę res ſunt mirabiles, & habẽt proprietatem ægritudinem capitis chronicam generandi, quare capita eorum cum interficiuntur auferri debent, ut eorum malitia reprimatur.
¶ Perdices cibus bonus ad frigiditatem & ſiccitatem ten- 12
dens, Ius earum boni odoris & boni ſaporis naturaliter temperatum, & ad comedendum ſunt aptę, quando cum oleribus comedũtur ſecundũ, cum rapiſtro iameni. Et eorũ uirtus mirabilis, quam dixerũt Philoſophi eſt, quod humiditatem exiccant ſtomachi, & putredinem extrahũt, & ſecundũ hoc non eſt dubitatio, maximè tamẽ ſi cum ſuccu pomorum dulciũ excoquant. Et ſic coctæ euadunt malitiam, & earum uirtus ſecunda eſt, retentiuam confortare uirtutẽ.
¶ Phaſianus cibus cõueniẽs, laudabilis, ſubtilis, pullis af- 13
finis quo ad eſum, hecticos confortat qui ab ægritudinibus hectici fiunt, & habent proprietatẽ uigorãdi uirtutes, quæ digerũt, & humores corruptos in ſtomacho reparant.
¶ Alchadareg bonos efficit humores, & eſt con 14
ueniens cibus & ſubtilis, & eſt calidior alijs auibus, & caliditati innatæ affinis exiſtit.
¶ Et mala acetoſa & coctana, et malagranata acria et citri, q̃d- 15
cunq; ipſorum cum ipſo miſcetur ipſius caliditatem reprimit, & habet proprietatem augmentandi intellectum, & remouet damnum, quod medulla arietum operatur.
¶ Areching. facilius à ſtomacho uincitur quã aliæ aues, 16
quę ſunt poſt alchadoreg, ſed ſunt humidiores in autumno, quare uirtus in in ipſa cognita eſt, quæ ſunt appoſitæ, cum comeſta fuerit. Anates proprietatem habent ſoluendi humores in inteſtinis & purgant ea. Eorum hepata proprietatem habent priuandi fluxum, ex debilitate hepatis accidentem.
¶ Turtures cibus conueniens bonos efficit humores, caliditati attinent, 17
& cõferunt plus poſt pullos columbarum, et habent uirtutem mirabilem, & augmentant ſanguinem in omnibus, in quibus eſt paucus, & dixit Philoſophus, proprietate uigorant uirtutem retentiuam, & in hoc maximè præualent.
¶ Atleiar, et dicitur quod ſit nerulus auis humida, laudata, bo- 18
nos efficiẽs humores, cito digerĩt, et dicit Cratim ſpintalis in libro ſuo quẽ compoſuit, quod eſt melior cibus, & conuenientior eis in quibus melancholia incipit generari.
¶ Alchenebit .i. columbus, ſimiliter leuis eſt 19
cibus, et ſubtilis, et habet proprietatem ad fluxum, et ius ipſius pręparat

humores, et eos facit habiles ad ſoluendum, et eſt laudabilis eis, qui ex
ægritudine deficiũt, & hoc dixit philoſophus, quod carnes eius habẽt pro
20 prietatem remouendi teneſmum. ¶ Lac à quo butyrum non eſt tractũ,
& maximè recens, & butyrum crudum inteſtina humefaciunt, & lubricant,
& ea lędunt, lac choleram incendit & ardorem, recens ſomnum prouocat,
21 & uigore caliditatem innatã confortat. ¶ Oua meliora, ſunt oua gal-
linarum earum quæ cum gallis uiuunt, & dixit Azicon, quod oua gallina
rum uirtutem augmentant, & maximè in uirtute coëundi, humectant,
22 & hecticis conferunt, & ſanis hominibus. ¶ Piſces meliores ſunt
fluuiales, & marini ſunt illi qui habent aſperam cutem, & non ſunt mucilla
ginoſi, & naturaliter albi ſunt ad modum argenti. Et piſces nigri & rubei
in quibus ſunt pennæ diuerſæ, & qui habẽt colorem pauonis, & in quibus
maculæ ſunt nigræ, & pallidę, naturaliter mali ſunt, & ab eis eſt cauendum.
Apoſtema enim generant in membris anterioribus & inteſtinis, & punctu
32 ras, & horripilationem generant, nocumentum uiſui inferunt, malum ſan-
guinem generant & frigidos naturaliter humectant. ¶ Olera humores
humectant, non ſunt cibus conueniens & melior eſt endiuia, & acetoſa,
arcula & rapiſtrum & olus iamenum, & lactucæ, & eorũ comeſtio uiſum
24 debilitat & calorem innatum. ¶ Cucurbita ſi ex eis nimis comedatur,
25 teneſmum generat, ſed ſi aceto & alijs præparetur, melioratur. ¶ Lenti
culę habent uirtutem cancrum generandi, humido ſtomacho conferunt, cũ
nimium coctæ fuerint, & ſi confectę fuerint cum oleo amygdalarum, uirtu
26 tem expulſiuam confortant. ¶ Napi bonum uiſum efficiunt, & ſunt ci-
27 bus conuenieus. ¶ Raphani & eorũ ſtipites in ſtomacho durant, quã-
28 plurimum caput replent, gutturi uerò conferunt. ¶ Præparationes. Pi-
per urinam pręparat, zingiber uentrem humectat. Galanga ſtomachũ con
fortat, aracos frigiditati & retentioni urinę confert. Cinnamomum uirtu-
tem habet bonum faciendi odorem, & bonum ſaporem, & confortat cor et
addit in ſperma. Grana fabarum coctarum remouent calorem gutturis: &
remouent damnum quod tubera & panis azymus faciunt & conferunt tuſ
ſi. Cicera bonam faciunt urinam, & bonum colorem, ſed maximè ſi cum
29 carnibus comeduntur, & cum cinnamomo quam plurimum. ¶ Ficus
cum comeduntur recentes, putredinem remouent, & dixit Cratim, quod ſi
cus putredinem efficiunt, & non debent comedi propter lactis ſui ueneno-
30 ſitatem. ¶ Vuę albę, ſubtiles, leues, cum cortex eis remouetur extremita
31 tibus conferunt, & addunt in ſpermate. ¶ Pira appetitum non uerum
remouent, & inteſtinis nocent, & maximè longaon & teneſmum effi-
32 ciunt. ¶ Pruna choleram remouent et eam expellunt, maximè pruna pal
33 lida. ¶ Mala, uſus eorum ſtomacho nocet, & maximè uſus recentiũ,
quæ cito naſcunt, & ea quæ in ęſtate naſcunt, & in autumno orificiũ cõfor-
34 tant ſtomachi, et ipſum uigorãt, et acetoſa acria obliuionẽ efficiũt. ¶ Co
ctanum ſtomachũ confortat, et hepar, et uſus eius putredinem in inteſtinis
35 generat. ¶ Perſica febribus urẽtibus cõferũt in principio, et ſuccus eorũ
in fine facit febres putridas, ſi materiam habilem ad exeundũ nõ inuenerit.

¶ Iuiube

Digitized by Google

¶ Iuiubę ardorem ſanguinis extinguũt, choleram expellunt, humidita 36
tes temperant, & maximè recentes & maturę, & dicit Cratim, quod eſt mi-
rabilis eorum natura. ¶ Citrum ipſum fore numero inter herbas & flo- 37
res boni odoris. Et habet uirtutem folium eius, & cortex, remouendi uene-
num & confortat cor. ¶ Cucumer frigidus, bonus ſtomacho, meliores 38
Sarraceni quàm Gallici, proprietatem habent remouẽdi cholerã. ¶ Ma 39
la granata dulcia, leuia bonos humores generant, expellũt humores putri
dos ab orificio, mouent appetitum comedẽdi. Et eorum acetoſa, ſtomacho
nociua ſunt ex proprietate. ¶ Nuces & auellanæ, malè ſtomacho & epa 40
ti humores malos efficiunt in ieiuno. ¶ Fiſci proprietatem habent con 41
fortandi hepar, humores craſſos expellunt. Et ex Philoſophis ſunt qui di
cunt, quod quando cum muſto ſumpti fuerint, humores à uenis expellunt.

¶ Grana pineę calida et humida ſunt, oppilationes uenarum aperiũt in 42
pectore, & ueſica & renibus, et habent uirtutem mirabilem. Inquit Cratim.
& conceſſit. Ar. quod grana pineę humiditatem antiquã expellunt, & pro
mouent humiditatem naturalem, & hæc eſt uirtus mirabilis. ¶ Vuę paſ 43
ſæ habent uirtutem cognitam ſecundũ Doctores naturales, quod proſunt
ęgritudinibus inteſtinorum cum comeſtę fuerint, & inteſtina impinguant,
& hepar debile. ¶ Hę ſunt medicinę ſaluæ et cognitę, myrabolani citrini, 44
chebuli, belerici, emblici, ſudiberberum, rheubarbarum, tragacantha, gum
mi arabicum, aloẽs, acacia. caſſiafiſtul. tereniabin, cinnamomum, amomũ,
ſchœnoſantos, calamus aromaticus, cuſtus, darſeſahã, tralacta, maſtiches,
ſandaracha. charabę, lignũ aloẽs, moſchos, camphora, ambra, garyophy-
li, ſantali, ſpodium, ſautel, carui, nanori, fether, nux moſchata, bolus arme-
nus, neichaberi, lapides ferri, ruzubet, bezari, thenes, lapis lazuli, lapis hya
cinthus. ¶ Siſymbrium, mẽta, almarda, dux, fumus terrę, fœnigemiſch, 45
ſeleni, lilium album, lilium cœleſte, nenufar cœleſte, & palliodium, alio-
thinũ, roſæ, uiolæ, uirgeris, ladion, id eſt, oculus bouis, uirga paſtoris, hyo-
ſcyamus. Iſtę ſunt tres res medicinarum, in quibus non euenit timor. Et ſi
cum cęra uel ſæpo, uel ſaccharo miſceantur, raro uel nunq; ęgro lęſionem
efficiunt magnam. Nunq; enim uidi uel audiui, quod aliquis qui his rebus
medicaretur, magnam læſionẽ inferret ægris. ¶ Sed res quę cognitę nõ 46
ſunt, quas quis uult experiri audaciter, cũ eis medicare non debet. Et quan-
do aliquis in antidotarijs cõfectiones inuenit cum eis, medicetur cum rebus
inuentis & cognitis, & in cibarijs ſic faciat. Et cum doctor hoc faciat, fortu
nabitur in ſuis operibus, & habebit complemẽtum rationis, & omnia quæ
natura humana abhorret, & timet, omnino dimittat. Et Deum
exoro, ut ſuper his mihi tribuat
adiutorium.

Aphoriſmorum libri quarti finis.

ABVBETRI

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVAE INſignis Medici de uerbis Hippocratis, Aphoriſmorum Liber quintus.

INtroitus ad tractatum quintum in ſalute quę nobis accidit propter uerbum Hippocratis. Inquit Abubetri: Medicina tota eſt Dei, & res uenerabilis. Et grates Deo reddimus eò quod nos fecit aptos in ea, ut uenatores ipſius, & cuſtoditores ipſius, & fecit nos immunes à ſcientijs uilibus, et fecit ruſticos remotos ab ea, propter longitudinem temporum & dierum. Et quia inquiſitores ſcientiæ, & translatores pauci inueniuntur, & etiam quia illa anguſta, & etiam illi qui ſciētiam habent apud ſe, ne amplius augmentant eam reſpectu ſui, quàm reſpectu amicorum ſuorum. Et Deo grates reddimus, & laudes ei referimus & exoramus, ut nobis ſcientiam augmentet, et ipſe dominus diues magnus, præter quē non
1 eſt alius. ¶ Inquit Hippocrates cum in die ſexta acutæ ęgritudinis appa-
ruerit apoſtema magnum uel liuidum poſt aurem, in decimoſeptimo die pa
2 tiens moritur. ¶ Cui in iuncturis naſcitur apoſtema, & habet tumorem
3 & ſcabiē in pedibus, ab ęgritudine uſq; ad menſem unū, euadet. ¶ Quan
do in naribus apoſtema natum fuerit, ad lenticulæ ſimilitudinem, & eſt ui-
4 ride, uel nigrum, moritur homo uſq; ad annum. ¶ Qui dolorem in hy-
pochondrijs habuerit, & maximè ſiniſtro, & inflatio fuerit manifeſta, & ci
5 to conſumitur, moritur uſq; ad tertiam diem. ¶ Cui alicui icteritia ſu-
peruenerit, & uniuerſaliter corpus occupauit, purgetur cum aqua achachi
6 lę, & fumiterræ, & ponatur ſupinus, & bibat uinum temperatum. ¶ Cui
apoſtema apparuerit nigrum uel liuidum, in digito pedis magni ſiniſtri, ſi-
militer ſcias eſſe apoſtema, & ſi anteriores fuerint, infra tres dies aut ſeptē
7 moritur. ¶ Si in corpore hominis fuerit alchaſar, id eſt, bertoga, &
ſunt apoſtemata parua, minuta rubea, quæ de facile reſoluuntur, dicatis ei,
quod habebit ægritudinem leonis, & cum apoſtema nigrum apparuerit in
lingua patientis febrem continuam, in die non cretica, dicatis quod mori-
8 tur, & eſt ſignum prognoſticum, quod memoriam amittit. ¶ Corporis
dolor & cordis tremor, cum quis à ſomno ſurgit, repletionē humorū in cor
9 pore ſignat, & eſt ſignum prognoſticum mortis ſubitaneę. ¶ Cui in-
tra oculum apparuerit apoſtema ad auellanæ magnitudinem, & dolorē nō
10 ſentit, nec pondus, uſq; ad triginta dies moritur. ¶ Qui in ſomno multa
loquitur, apoſtema habebit. Cui dolor in pedibus euenerit, uſq; ad menſes
11 quatuor non moritur. ¶ Si in febribus non adurentibus quis ſitim non
patiatur, & pedes eius frigidi extiterint, & oris habuerit amaritudinem, in-
12 fra 20. dies moritur. ¶ Cui in principio naſi, apoſtema nigrum appa-
ruerit uel acciderit cum forti dolore, uelociter ante duos menſes mori-
13 tur. ¶ Qui uelociter olfactum amiſit, abſque catharro, habebit fe-
14 brem. ¶ Cui dolor in genubus acciderit, & laſſitudo, cum ſurgere
uoluerit

Digitized by Google

uoluerit dolor fortis fuerit, paralyſi capietur. ¶ Dolor iuncturarum ſi- 15
ne cauſa, paruã uitam prognoſticat. ¶ Cui in ancha apoſtema calidum 16
nimio ardore euenerit uſq; ad ſeptẽ mẽſes, moritur. ¶ Cui in digito ma 17
gno pedis dextri apoſtema apparuerit ad nucis ſimilitudinem fœdum tam
in colore quàm in uiſu, & cum ardore nimio fuerit, uſq; ad annum moritur.
¶ Lingue grauitas ſi iuueni acciderit poſt ipſius humiditatem, mortem 18
prognoſticat ſubitaneam. ¶ Cui apoſtema in mollitie auris euenerit cũ 19
forti dolore, uſq; ad tres menſes, moritur. ¶ Cui febres quartanę accide 20
rint & fluxum ſanguinis ex naribus paſſus fuerit, in die non cretica, ante
tres dies, moritur. ¶ Cui in palma dolor cum ardore uſq; ad octo men- 21
ſes, moritur. ¶ Qui cum oculis apertis dormit, epilepſiam habebit. 22
¶ Qui à ſomno territus ſurrexit, et hoc multum ei accidit, uel moritur, 23
uel pecuniam amittit. ¶ Qui manus ſuas mouerit quaſi aliqd acceptu- 24
rus, & mortui ei apparuerint, infra dies 15. moritur. ¶ Qui poſt ſeptima 25
nam primam febrem habuerit, feceritq; res quas non cõſueuit, ſicut ſi ſe de
texerit, uel uentoſitatem emiſerit, uel uerba enormia dixerit, ſine dubio mo
rietur. ¶ Qui in aliqua ęgritudine memoriam amiſerit, habet ſignũ mali 26
prognoſticum. ¶ Cui in corpore ſerpigo liuida cum ardore nimio acci- 27
derit, & ſerpigo cuius coloris ad pruritum corruit uſq; ad 6. menſes, mori-
tur. ¶ Cui apoſtema nigrum liuidum uel rubeum euenerit, morietur, ma 28
ximè ſi ęgritudinem acutam paſſus eſt. ¶ Cui facies torta fuerit, & fe- 29
brem acutã habuerit, cito morietur. ¶ Cui articuli cito mortui fuerint, 30
cito rationem amittit. ¶ Qui appetitum habuit ſuperfluum, & in horis 31
quibus comedere conſueuit humores uenenoſos habuit in ſtomacho, & ſi
augmentati fuerint, moritur. ¶ Qui auditum amiſerit ſuperfluè, ſurdus 32
eſt effectus. ¶ Qui ſtudere contra uoluntatem ſui uoluerit, & in ſtudio 33
non delectatur, uel ſomnum uel rationem amittet, uel melancholiam habe
bit. ¶ Qui cibaria appetierit, quæ in ſtomacho corrumpuntur princi- 34
palia membra habebit debilia. ¶ Sitim ſuperfluè, qui ſuſtinet, homo eſt 35
naturæ ſuſtinibilis. ¶ Famen ſuſtinere, non eſt ſignum bonum fortitu 36
dinis naturę. Qui naturam habet debilem in acquirẽdis rebus altis, & 37
magnis, moritur. ¶ Corporis ponderoſitas propter cibaria, ci- 38
bos ſuperfluos, & potum ſuperfluum ſumit. ¶ Cru 39
delitas malè intelligentes, generat habi-
les. ¶ Temperantia ſal- 40
uos & ſaluandos
generat.

Aphoriſmorum libri quinti finis.

ABVBETRI

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVAE INſignis Medici de ſcientijs & intellectibus, ſine quibus rectus Medicus eſſe non poteſt, Aphoriſ. Liber ſextus.

1 INquit Abubetri res in medicina expertas, non poteſt quiſ
2 libet homo intelligere. ¶ Operari cum fiducia quæ in
libris reperiũtur, abſq; ſapientia doctoris res eſt caſualis.
3 ¶ Complexio boni ingenij hominis, ex opere medici-
4 næ & philoſophiæ, & cogitatiuæ preualet. ¶ Quam-
plures doctorum libros legere, & ſecreta eorum inſpice-
re, nimium confert, quilibet enim philoſophus aliquid habet ſibi conueni-
5 ens. ¶ Farchi tempus paruum eſt in cognitione herbæ cuilibet, & ex ter
ræ naſcentibus, ſed cognitis eſt utendum, ex quibus copia haberi poteſt, &
6 quas non es expertus dimittas. ¶ Non ſunt culpandi doctores antiqui,
eò quod de rebus altioribus ſunt locuti, & eorũ facta dubitanda non ſunt,
& in his dubitandum non eſt, quamuis cauſam factorum non oſtẽdiſſent.
Res enim rationabiles ſunt, de quibus locuti ſunt philoſophi, hominis na-
7 tura non euadit errorem, maximè in rebus difficilibus. ¶ Qui ex ſciẽtia
naturali et philoſophia adiutus non fuerit, nec ex canonibus logicę, neque
ex horizõtibus ſapientię, & in rebus ſecularibus delectatur, dubitabilis de
8 bet eſſe & maximè medicinæ. ¶ Cũ Galenus & Ariſtoteles fortaſſe in
9 re aliqua non concordant, graue eſt eorum rationem concordare. ¶ Be
10 ſtiæ frigidæ et humidę, cibus earum calidę & humidę res. ¶ Temperan
11 tia rationum earum, eſt cognitio. ¶ Virtus ſpiritualis, & uirtus natura-
lis, et uirtus animalis nõ ſolum, in libro noſtro ſunt diuerſę, uerum etiam in
12 intellectu. ¶ Quemadmodũ in moribus & faciebus, & membris homi-
nes patribus et auis ſimiles exiſtunt, ita etiam in antiquis ægritudinibus hæ
13 reditantur, & maximè in ægritudinibus mẽbrorum principaliũ. ¶ Cum
infirmũ curaueris cum rebus ad temperantiam pertinentibus cura, & cum
odoriferis, cum potueris cum his ęgritudinem uince, & hoc eſt rationale.
14 ¶ Ligamentum ſpiritus cum corpore, cum eſt debile caueas ne cũ forti
15 bus medicinis deſtruas. ¶ Spiritus uitalis fit deſtructio, cũ propter ęgri
tudinem membrorum non principalium, medicina quis utitur uiolẽta, prin
16 cipalia membra reſoluẽs, & complexionẽ eorũ deſtruens. ¶ Cibaria cõ
fortantia odoris boni temperantię, affinia uirtutem naturalem conſeruant,
17 & membra principalia confortant. ¶ Cum ægrum curas, uirtutẽ natu-
ralem uigora, ſi enim uigoraueris ea, ægritudines quamplures remoues.
18 Si uero eam dimiſeris medicinis quibus uteris, eam deſtruis. ¶ Hepar et
ſtomachus medicinas citius rapiunt naturaliter & cibaria, & ſi res inconue
19 nientes recipiũt, patiunt̃. ¶ Dolores acuti, calidi, uelocius frigidis cor-
20 rumpunt̃, propter caloris acumen. ¶ Quando corpus ægritudine inua
ſum fuerit, non curetur cum rebus principalia membra lędentibus, & ſi fe-
21 ceris nocebis, cum cõferre te credas. ¶ Spiritus naturã corporis ſequit̃.

Digitized by Google

maximè ſi dolor in membro extiterit principali, & cum dolor hoc modo
fuerit, confortetur ſpiritus cum odoribus, & in ſimilibus placentibus, &
hæc cura corpori exiſtit conueniens. ¶ Medicinas accipere quę caput 22
purgant, poſt cœnam cum dormiendi eſt tempus magis conueniens, ab ex
tremitatibus enim melius educunt humores, hac enim hora interiora mem
bra uigent fortitudine. ¶ Cum ægritudo à complexione corporis di- 23
uerſa fuerit, curari non debet cum rebus complexioni contrarijs, maximè
ſi ægritudo fuerit in membro principali. ¶ Aegritudo complexioni 24
membri ſimilis, cum medicina complexioni affini curari non debet, ſed po
tius dimittas quàm cures ægritudinem cum mala complexione affini, ut di
ctum eſt, melius eſt enim cum medicina membro contraria eam curare.
¶ Hecticos cum rebus uigorantibus complexionem cura, & à tempe- 25
rantia non remotis. ¶ Cum paucioribus medicinis humorem à corpo 26
re remouere quæ cognitę ſunt, ſanius eſt, quàm ſi cum pluribus eum expel
las. ¶ Singulares medicinæ non ſunt dubitabiles, & conuenire in uir- 27
tutibus dubitatur. Antiqui enim philoſophi in compoſitis medicinis dubi
tabant, ut ſingularium uirtutes cognoſcerent. ¶ Cum his medicinis 28
debemus operari, quorum uirtutes ſcimus, & quarum operatiões erga na-
turam nouimus manifeſtè. ¶ Vtile eſt medico nouiſſe quod humores 29
hyeme, & uere plures ſunt, & æſtate, & autũno pauciores, facilius ergo æ-
ſtate et autumno curantur ægritudines. ¶ Aegritudinem in mẽbro ra- 30
dicali exiſtere, ſignum eſt diſſolutionis corporis. ¶ Cum humoris in- 31
naturalis effectum reprimis, & naturã quietari dimittis, conuenientius ope
raris, quàm ſi cum uomitu & fluxu eum curaueris. Omnis enim fluxus uel
uomitus, debilitatem naturę operatur. Et hoc cõſilium tibi affectuoſè prę
ſto, cum humorem membrum principale noueris non petere. Quod ſi for
taſſe membrum principale petierit, omnino apoſtemata debilium ex ægri
tudine non repercutiantur, membra enim principalia eorum ſunt debilia,
& hęc eorum membra debent potius confortari quàm putredinem apoſte
matis recipere, & quanto amplius apoſtema creuerit, tanto eorum mẽbra
interiora iuuantur. ¶ Homines in ſexto uel in quinto climate degen- 32
tes, debent phlebotomari potius quã qui in primo, uel in ſeptimo exiſtũt,
& minus omniũ qui ſunt in ſecundo, tertio, & quarto climate. ¶ Cum 33
apoſtema in membro fuerit principali, & dolorem ægrotans non ſenſerit,
nec defectum prætendit, & maximè ſi ex ſang. uel chol. fuerit generatũ, his
mẽs ægrotat, & raro huiuſmodi ægritudines cõtingunt. ¶ Frigida & hu 34
mida corpora naturaliter, parum ex cibis pro nutrimento recipiunt, & q̃d
expellunt eſt nimis, ſed eorum fluentia ſunt humilia, & ægritudines quas
habent, difficiles ad curandum. ¶ Corpora calida & ſicca, ex cibarijs 35
multum recipiunt pro nutrimento, & multum appetunt, quorum uentres
ſunt ſicci, & eorũ curę habiliores ſunt. ¶ Hectici ex ægritudinibus cum 36
cibaria neceſſaria deſiderãt, medicus ea ſic pręparet, ut eorũ malitia aufera-
tur, & appetenti ea miniſtret. ¶ Doctores medicinę ægros debent cõ 37
ſolari, etiam ſi ſigna mortis perpendant. Corpora enim hominum ſpiritus
eorum ſequũtur. ¶ Spiritus doctoris humilis, adiutoriũ præſtat ægris, 38

Z z & eius

Digitized by Google

39 & eius contrarius non præſtat. ¶ Logici, & qui ex ingenio proprio
uolunt iudicare, & iuuenes, qui res non ſunt experti interfectores exi-
40 ſtunt. ¶ Decet magiſtrum ægrum interrogare, ut cauſam ægritudinis
interiorem cognoſcat, & poſtmoduum rationale iudicium præſtare po-
41 terit. ¶ Decet magiſtrum, ut ab alijs urinarum indicia inquirat, & eo-
rum uerba audiat, nec uerecundetur ægrotum interrogare, ut ſciat an ægri
42 tudo inter uenas, uel extra exiſtat, uel conſiſtat. ¶ Dubitabilis eſt do-
43 ctor qui iudicat facilè. ¶ Decet magiſtrum ægri conſuetudinē cogno-
ſcere in ſanitate, ut cum res ipſi placentes in ſanitate cognouerit, ei promit
44 tat cum ab ægritudine ereptus fuerit. ¶ Decet paralyticos ut corpori
bus ſuis naturalem caliditatem approximent, cum calefactura quę non eſt
45 ignis caliditate, ſed ſit incorruptarum uirginum. ¶ Homines à cõſue
46 tudinibus remouere, ſi uſus fuerit antiquus, dubitabile eſt. ¶ Quem-
admodum res crudæ abſq; ignis caliditate & humiditate non poſſunt ex-
coqui, ſic nec digeſtio celebratur abſque humiditate, & innato calore.
47 ¶ Nobis eſt cõueniens ut humores in ægritudinis principio relinqua
mus. Sed ſi ualdè diſtemperati naturam uiolauerint, eos omnino remouea
48 mus. ¶ Decet magiſtrum cum humores contentos inter uenas purga
re uoluerit, ut medicamen cibo ſimile faciat, ut ad uenas accedat, & à natu
ra non exiſtat diuerſa, quod ſi fecerit, humores ad purgandum aptos faci-
49 et, & ſi uim fortaſſe inferre uoluerit, naturam uariat. ¶ Cum humorem
purgare uolueris, materiam præpares cum medicinis, & cibarijs placenti-
50 bus, quæ cibaria naturā medicinæ habeant. ¶ Non eſt opus balnei ca-
lidum infrigidare, aut frigidum calefacere, ſed ſoluere, et humectare, & ab
51 ſtergere, & ſudare. ¶ Potius operę theriacę indigemus, cum ſudorem
prouocare uolumus, & expellere, & ſoluere tam in iuuenibus quàm in
antiquis, & debilibus ab ægritudine, & maximè in iuuenibus fortis natu-
52 ræ. ¶ Facilius ægritudines exteriores uere & æſtate curantur, & econ
53 tra interiores. ¶ Non ſunt pauciores ægritudines quæ cum defectu ac
cidunt, quàm quæ cum ſuperfluitate procedunt, & in hoc magiſtrorum er
54 ror exiſtit, quia ſtatim ad purgandum ſunt prompti. ¶ Cui medicinam
miniſtraueris, & humorem purgaueris, ceſſa, purgatiõe non utaris, corpo
55 ri enim nocebis, & ægritudines generabis. ¶ Oſſa & membra homi-
num frigidæ complexionis, & humidæ, ſunt debilia & ægritudinibus prę-
56 parantur, ſed facilius curam recipiunt. ¶ Apoſtema puerorum expel-
las exterius. Caueas enim ne materia interius diſſoluatur, & maximè ſi ma
57 teriam à matre reduxit. ¶ Cõtra uſum ægri in omni medicina procede
re non eſt conueniens, ſic ut in die quodā aëri frigido exponatur, & in die
58 alio relinquas uento calido. ¶ Aegritudines calidæ in antiquis timo-
roſiores ſunt quàm in iuuenibus, & in eis facilius terminantur, uel ad bo-
num, uel ad malum. Nutrimenta enim quę ex cibarijs ſuſcipiunt, frigiditati
attinent, & de his non eſt timor niſi propter innatę caliditatis debilita-
59 tem. ¶ Aegritudines frigidæ in antiquis curę difficilioris exiſtunt, in
60 iuuenibus econuerſo facilioris. ¶ Balnea & medicinæ proſunt ægritu
dinibus

Digitized by Google

dinibus ſibi contrarijs. ¶ Homines qui cibarijs uſi ſunt, & debiles ſunt
poſt labores, ſtatim cibum ſumant, & uirtuoſi ante cibum laborent. 61
¶ Qui cibarijs abſtinet ſi laborat ægrotat, & hæc ægritudo eſt diffici-
lis. ¶ Paralytici & ſpaſmati in primo, ſecundo, tertio, quarto, & ſepti- 62
mo climate non fiunt, niſi ex defectu caliditatis innatę, & propter remoti- 63
onem temperantiæ. Vel fiunt huiuſmodi propter ſuperfluitatem frigoris,
& ideò ſtatim purgari non debent. ¶ Cum à capite & cerebro, & ex-
tremitatibus purgare uolueris, pilulas in quantitate magnas informa, & 64
poſt cœnam ante ſomnum miniſtra. ¶ Cum humores in ſtomacho fu-
erint ſuperflui, medicinas redactas in puluerem miniſtra, qui benè ſit cri- 65
bellatus. ¶ Cum membra principalia debilia uel ægra fuerint, & tu- 66
uis medicinam tribuere laxatiuam ante ægritudinem cognoſcas.
¶ Cum humores ab inteſtinis remouere uolueris, in ieiunio medici- 67
nam miniſtra, & pilulas informa minutas, & humidas, & præcipe ægro ut
moueatur. ¶ Ait, cum pilulas formatas inueneris nemini miniſtres, 68
niſi prius in aqua calida humectaueris. ¶ Ait, omnis medicina laxati- 69
ua omnino purgat choleram, cum qua caliditas innata, & humiditas ex-
pelluntur. ¶ Ait, qui membra principalia habent debilia, à medicinis 70
abſtineant, et præparentur ut non ſint uiolentę, ſed temperamento affines.
¶ Ait, ab ægritudine conualeſcens abſtineat labore, ſecundum com- 71
parationem ſuæ ægritudinis, & cibarijs illis utatur quibus uti conſueuit
antequàm infirmaretur. ¶ Decēns eſt magiſtrum, ut à cura propria
non recedat propter ægritudinis diuturnitatem, nec à cura diei propter 72
malum irrationale quod acciderit. ¶ Aegro erit conueniens, ut unum
tantum medicum eligat, error enim unius magnam infamiam non indu- 73
cit. Et unius utilitas quam in ægro efficit, collaudatur.
¶ Qui quamplures medicorum interrogauerit, in errorem incidit plu- 74
rimum. ¶ Ait, apoſtemata antiquorum non repercutiantur, principa- 75
lia enim eorum membra ſunt debilia ad recipiendum, & corrumpitur cor-
pus, ſi propterea malę materiæ diminuatur natura. ¶ Ait, quam- 76
uis ſuperfluos humores pueri & ſenes habeant, non propter hoc purgari
debent uiolenta medicina, debiles enim naturas habent.
¶ Ait, ad eam temperantiam ægrum reducas ſi potes, quam ante ægri- 77
tudinem habere conſueuerat. ¶ Ait, niſi ſanitatem alicuius agnoue- 78
ris, receſſum à ſua temperantia non cognoſces, nec ægrum perfectè cura-
bis. ¶ Ait, multotiens complexiones ad temperamentum credes re- 79
duci, quæ ad ægritudines potius reducuntur. ¶ Ait, habitudinem bo- 80
nam cum forti uirtute, ſi ſuperfluè ſoluere uolueris, errabis, ſed cum laxa-
tiuis temperatè procedes. ¶ Ait, ſi rectè operari uolueris, unicuique 81
ægritudini curam propriam exhibeas, ſecundum ingenium tuum, & intel-
lectum. ¶ Ait, quod ſub ſphera lunæ continetur, ſecundum uniuſcu- 82
iuſque gradus lunæ diuerſitatem minuitur, uel augetur, uel ab aliqua mu-
tatione mutatur, nunquam in eodem ſtatu poterit permanere.
¶ Ait, nihil enim extra naturam exiſtit facilè. Si enim paruam ægritu- 83

dinem non conſideraueris, fortaſſis cura erit difficilima, & ſi uiolentam
ęgritudinem rectè perpenderis, fortè magis curę approximabit quã faciet
84 parua. ¶ Ait, in ægritudinibus non facilè proferas iudicium. Non uri-
nam habeas niſi poſtquam ægrum uideris in præſenti, & eum interroga-
85 ueris, & examinaueris. ¶ Ait, in omni ægritudine ægrum interroga.

86 ¶ Ait, omnis febris naturam excedit, ſed in quibuſdam fortiores ſunt,
& hoc ſecundum humorum diuerſitates, & ideo febris cholerica à frigi-
ditate ſuperflua non debet extingui, neque febris quartana cum frigidi-
87 tate humectante curetur. ¶ Ait, cui apoſtema ad ſimilitudinem roſæ,
quæ malo granato eſt ſimilis natum fuerit, & corpus ab hoc infirmum fue-
rit, ſi exterius ad albedinem decliuè fuerit, nunquam membrum ad tempe-
88 rantiam reducetur. ¶ Ait, dolores antiquos, & debilitates membro-
rum, filij à parentibus contrahere conſueuerunt, ſed fortaſſe in filijs, uel
89 diminuitur, uel augmentatur. ¶ Ait, qui ægritudinem habet diutur-
nam, & urina eius fuerit ſimilis urinę ſanorum, ſanari non poterit.

90 ¶ Ait, medici complexio temperata debet eſſe, ut nec rebus ſeculari-
bus intendat omnino, nec expers eorum exiſtat.

91 ¶ Ait, cum tempus corruptum fuerit propter ueris humiditatem ſu-
perfluam, in æſtate procedunt ægritudines, ſcilicet, ſerpigines & uerti-
gines, ſcabies, & apoſtemata, ſed has euadit ægritudines, qui fluxum
92 uentris habuerit. ¶ Qui patres & auos in ſua generatione iuue-
nes habuerunt, membra principalia fortia ſunt, & eorum uirtutes maio-
res ſunt. Et his contrarijs contraria accidunt. Si tamen patres & aui ſenes
fuerint humiliores, habent memoriam, & rationes.

93 ¶ Ait, hominibus calidæ & humidæ complexionis, cito triſtitiæ eue-
niunt, & ſic in eis citius ægritudines generantur.

94 ¶ Ait, qui odorabilia & res ſaporiferas abhorruerint, habent humo-
95 rum copiam putridorum. ¶ In omni ciuitate in qua nubes eſſe conſue-
uerunt, capita in eis degentium à uaporibus replentur, ex quibus uapori-
bus catarrhus conſueuit generari, & in hoc tempore extremitate corrum-
96 puntur. ¶ Ait, cum in ciuitate in ęſtate fuerit nebula, in eo anno febres
putridæ generantur.

97 ¶ Ait, ieiunium in æſtate corpus affligit, & colorem pallidum efficit,
& melancholiam generat, & uiſus debilitatem.

98 ¶ Ait, ſanguis qui cito ad aërem coagulatur, terrenis humoribus eſt
contrarius.

99 ¶ Ait, in omni ciuitate à mari elongata homines degentes, habent
corpora ſicciora.

100 ¶ Ait, in omni terrarum genere corpora quatuor, non ſunt eadem
cum ſol exiſtit in aliqua quarta circuli ſignorum. Cum enim frigus euene-
rit in quibuſdam terris, in alijs æſtas eueniet. Et cum in quibuſdam uer
euenerit, accidit in alia autumnus, & quemadmodum mutantur tempo-
ra, ita & mores, uoluntates, diuerſæ ſunt, ſicut cum hi qui in Aegypto ſunt,
habent uer, illi qui in India uerſantur, habent ęſtatem. Et illi qui morantur
ſub æqua-

Digitized by Google

ſub ęquatore diei duas habent hyemes, & duo uera, & duas caliditates, & duos autumnos in omni anno, & ideò arbores eorum plures, & eorum fructus meliores & acutiores ſimiliter. ¶ Ait, mulieres quæ multũ dor 101
mire conſueuerunt ſupra dextrum latus, uix pariunt fœminam.
¶ Si aliquis cũ muliere coëat retro, filij qui naſcentur, ſi maſculi ſint, fi- 102
ent Sodomitę: Si uerò fœminę, erunt ualdè incõtinentes. ¶ Ait, dubita 103
bilis eſſe debet, qui à ſocietate fœminarum omnino non eſt remotus, & in iuuenũ ſocietate gaudet. ¶ Ait, non accidunt ęgritudines minus ex hu 104
morum paucitate quàm ex ipſorum abundantia, & in hoc eſt error docto- rũ, qui ſtatim pharmacijs uti uolunt. ¶ Omnia uenenoſa, & maximè ea 105
quæ uaporoſo ſunt capiti cerebroq́ſunt nociua. ¶ Ait, quemadmodũ 106
plantę in longitudine, latitudine, & altitudine diuerſificantur, ita uolunta- tes & cõplexiones uariantur. ¶ Ait, diuerſitas latitudinis terrarũ, com 107
plexiones & mores, & cibaria diuerſificant uſquequaque plura fiunt à ſecundo in quartum, & à quarto in ſecundum gradum. Et hæ diuerſitates ſimiles ſunt diuerſitatibus, quæ in his acciderunt ex eo, quod quædam ſunt hortulanæ, & quedam montanæ, & quædam naſcuntur in campis.
¶ Ait, decet Medicum unguẽta diuerſificare, ſecũdum diuerſitatem na 108
turarum membrorum. ¶ Ait, melancholia in iuuenibus cum medicina 109
forti purgari non debet, pauca enim eſt in eorum corporibus, & non bene adhæret corpori. Et ob hoc ſi medicina uiolenta fuerit de principali na tura membrorum, totum remouet. ¶ Ait, bonum eſt doctori q̃d cum 110
diætis ægritudinem remoueat, uel curet, ſi poteſt, & non cum medicinis.
¶ Ait, ſi cum longo tẽpore quis medicina, uel uomitu uſus non fuerit, 111
& uomitus, uel fluxus uentris ei acciderit, non eſt priuandus.
¶ Ait parum diuerſificantur uentoſitates in corporibus, quæ abſq́ ua 212
pore ſunt. ¶ Ait, urinę quæ ſanitatẽ oſtendunt in hominibus, non com 113
mutantur in ſubſtantijs & coloribus. ¶ Ait, cõplexionũ caliditas in ſa 114
nitate in hominibus, non eſt eadem in eorum multitudine in corporibus.
¶ Ait, qui in ſalute urinã ægri non reſpicit, in ægritudine eam perfectè 115
cognoſcere non poteſt, neque ipſius cura ueritati prorſus erat affinis.
¶ Ait, debiles ex ægritudine, & ex iuuenibus & antiquis cum habue- 116
rint apoſtemata, non repercutiantur cum medicinis uiolentis & fortibus, ſed cum medicinis temperatis. ¶ Ait, cum ratione hominis fuerit per- 117
turbatio cum frigore & ſiccitate, utaris calidis rebus, & humidis odorife- ris, quæ cerebrum per eius attractionem alterant interius, exterius ligetur patiens, ne iuncturas exterius exponat aëri. ¶ Antiq, qui ex conſuetu 118
dine quater in anno minui conſueuerunt, cum ad quadraginta annos, ter in anno minuantur, et cum ad hoc ſexaginta, bis, et cum ad ſeptuaginta, ſe- mel, & poſt hæc à minutiõe caueãt. ¶ Ait, ſenes poſt annos ſexaginta 119
à minutione capitalis uenæ caueant, neque qui ſeptuagintaquinque an- nos habent, minuanť à uena Baſilica. ¶ Ait, qui in iuuentute multoti- 130
ens minui conſueuerunt, cum ad ſexaginta annos perueniunt infrigidan- tur, & paralyſi capiuntur, & maximè qui frigidi & humidi ſunt natura.

Zz 3 Ait,

Digitized by Google

121 ¶ Ait, principalium membrorum uirtutem maximè cuſtodias, humi-
ditates enim recipiunt, & non expelluntur de facili, & iterum uirtus minui-
122 tur. ¶ Ait, uſus magiſtrorum in cauſis ægritudinum, & in eorum expe-
rimentis laudandus eſt.

Libri ſexti Aphoriſmorum finis.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'AQVE INſignis Medici Antidotarius, in quo continentur compoſitiones plurium medicinarum ad diuerſas diſpoſitiones, & multorum oleorum, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Interprete.

De aptatione medicinarum ad diuerſas diſpoſitiones, ut poßint ſumi ſine horripilatione. Cap. I.

DE APTITVDINE medicinarũ, ut ſine horripilatiõe poſſint ſumi, ſecundum Rhazim pilulę myrobalanorum, quę ſunt compoſitę, non uolentibus ſumere decoctionẽ: Recip. myrobal. citrinos, & cõquaſſatos ſubmerge in aqua, ita ut cooperiatur aqua & expoſitiõe ſoli ſeptem diebus, deinde cola & aquã reſerua, & ſuper eoſdem aliã aquam mitte, & permitte tamdiu donec fiat abſq; ſapore, deinde repone utranq; aquam in uaſe uitreo, & obtura os cum panno lineo, & permitte donec inſpiſſentur aquæ in modum mellis. Poſtea ſerua tãdiu donec pilulæ formari poſſint, & accipe ex eis quinq; pilulas, uel quatuor, & reſolue cũ ſaccharo. Si uolueris remouere aſperitatẽ, confice cum uiſcoſitate pſyllij, purgãt enim ſine labore, & ſine horripilatiõe ſumuntur. Medicamen ad epilepſiam, detur pueris & delicatis: Recip. ſucci ſcyllæ, pœnid. coque & mitte piperis nigri ʒ.1, zingiberis quantũ eſt medietas pœnidij, & da ʒ.2. Medicamen aliud: Recip. ſtœchados partẽ unam, ſeſeleos duas partes, ſpatanæ partẽ mediã, zingiberis, piperis añ. ſextã partem, ſcyllæ aſſatę partẽ mediam, congregentur et puluerizentur, & pone amygdalarũ dulcium ad pondus omnium, cõfice cum melle, uel pœnidijs, & cum ſaccharo pueris, cum alphula, aut in forma ſtomatichon. Medicamen ad tuſſim ſiccam, & uigilias, & fluxum humorum ad pulmonem: Accipe ſemen papaueris albi, & mole, & miſce cum rob uini, & coque, et mitte oleum amygdal. dulcium, & bulliant donec inſpiſſentur, & da quotidie cochlear quaſi unum.

Ad leucophlegmatiam, oxymel purgans aquam: Recip. aceti fortis lib. s. aquę lib. s. eſulę ʒ.1. infunde in aceto & aqua, per ſeptimanã unã, poſtea bulliant uſq; ad conſumptionẽ medię partis, & adiunge ℔. tres ſacchari, & coque donec fiat ſyropus, iſte enim ſyropus purgat ſine nocumento, & eſt ſine horribili ſapore, & ſi habuerit hepar calefactum, uice aquę pone aquam

Digitized by Google

aquam roſarũ, & ſi ſtomachus fuerit debilis, mitte ſuccum cotoneorũ acri um. Sed debes conſiderare quãtitatem fluxus à prima die, & ſecundũ hoc minues, uel addes, & ſi aliquãdo dederis, & non laxauerit, dabis primo pilulas quas dicã poſtea, & poſt quatuor uel quinq; ſellas, dabis iſtũ ſyropũ. Et ſi æger debilis fuerit, & ſyropus duxerit ter, uel quater, noli addere in quantitate plus, quoniã quotidie purgabit parũ, & parum dabis quotidie de ſyropo facto, & ſunt qui prouocant urinã. Pilulæ laxantes aquã citrinam fortiter, ſine horripilatiõe ſaporis: Infunde eſulã in forti aceto, per unam ſeptimanã, poſtea ſicca, pulueriza, & accipe ex eo unam partem, & ſquamæ æris uſti mediam partem, & euphorbij octauã unius partis, ſacchari ad pondus omnium, diſſolue ſaccharum, & confice cum eo alias medicinas, & informa pilulas. Si autem uolueris quod ſit in forma electuarij, benè poteris. Sed debes conſiderare, q̃d in qualibet doſi ſit de eſula ʒ.s. & ſquamæ æris quarta pars ʒ.1, euphorbij ſexta pars ʒ.1. Et ſi uolueris, poteris dare, ſicut ſtomatichum, uel alphula. Oxymel prouocãs urinã, & ualens hydropiſi: Recip. ſemen cucum. & cucurb. ſemin. endiuiæ añ. ℥.2, ſemin. apij ℥.s. infunde in aceto & aqua ſeptem diebus, poſtea cola, & mitte tantundem ſacchari, & cuilibet ℔. appone ℥.1, aquæ cucum. alb. & coque, & fac ſyropum. Medicamen diſſoluens uentoſitatẽ in colica paſſione, & eſt abſq; horribili ſapore: Recip. zingib. piperis añ. partẽ 1. cyperi, maſtiches añ. duas partes, ſacchari ad põdus omnium, confice & dentur ʒ.3, cum calida, & in iſta paſſione ualent calcanei beſtiarum cõbuſti. Sed multo magis ſtercus lupinũ album cum ſaccharo, quia hæ medicinæ abſq; horribili ſapore ſunt. Medicamen prouocans uomitum: Recip. ſeminis atriplicis partem unã, ſalis partes ſex, mellis, aut mannæ quæ magis uomica eſt, & dentur ex eo quaſi tres doſes de ſemine atriplicis, ſicut ʒ.3, & unius quartã. Oxymel prouocans uomitum: Recip. radicum cardi. quę ſolet comedi drach. 2, pulpę melonis drach. 2, infunde in ℔. unã aceti, & in una aquæ, & malaxa eum manu, & bulliat cum tantundem pœnidij, aut duabus libris mellis, & fac oxymel, & propina. Medicamen dulce ad hydropicos: Accipe eſulam, & piſta cum tragacantha, & amydo, ſed eſulæ ſit una pars, amydi tres partes, tragacanthę pars s. & de ſaccharo quãtum ſufficit, da drach. s. purgat enim aquam fortiter, & ſi ſenſerit arſurã in gutture, bibat parum olei amygdalarum dulcium, & ſi ſuperueniat nauſea, bibat parum de ſucco cotoneorũ donec incipiat fluxus, & tunc abſtinẽdum eſt à ſucco. Ad mictum ſang. cum urina, ex plaga in ueſica, uel uirga, ſicut cũ in principio mictus cum urina exit ſanguis: Accipe rob de uino, & bulliat donec coaguletur, poſtea ſume ex eo lib. 1, & miſce cum farina ſiliginis, & da quotidie in mane ʒ.5. eſt enim ſæpe expertum. Ad reſtringendum uomitũ probatum: Accipe mora celſi nõdum perfectè matura, & deſicca ad umbrã, pulueriza, & da ʒ.1, poſt illius puluerizationẽ, & aufert uomitum eadem hora. Pœnidiũ quibus Aſſuci medicus utebatur ad tuſſim, & fluxum ſimul: Recip. ſyropi roſati in quo plurimæ roſæ ſunt librã unam, coque ſuper ignem donec coaguletur, poſtea miſce gũmi Arabici uſti unc. 1, amyli uſti quartã partem unc. poſtea extende & fac pœnid.

Digitized by Google

Ad conſtipationem pomum quod debet in manu ſua patiens retinere, ut odoret, & aſſellabit: Recip. ſcammoneæ, aloës, myrrhæ nigræ drach. 1, eſulę, colocyn. ana drach. 1, & s. pulueriƶētur, & cribellentur per pānum ſpiſſum, & conficiantur cum ſucco coriandri uiridis, & ex eo informa duo poma quæ patiens teneat in utraq; manu, ſæpe adinuicem mutando, ut per motum caleſiant, et aër fortius immutetur, & ſic fortiter laxabit. Sed caue quod præcedant aliqua mollificantia, uel aliquod digeſtiuum.

Ad confortandum cerebrum & rheuma intercipiendum: Recip. ſpicę nardi, garyophyllorum, laureolę, cartei lignorum, ſtyracis ſiccę ana unc. 1, rutæ, catapucię ana unc. 2, pyrethri unc. 3, capita alliorum decem, gypſi unc. 1, euphorbij quartam partem unc. maſtiches unc. 2, olei antiqui lib. s. olei ciceris nigri quantum elicitur à quatuor almudis, uel aſmidis, quod oleum ſic fit: Conquaſſentur ciceres, & ponantur in olla noua, obturetur os eius poſtea cum panno forti, poſtea accipe aliam ollam uacuam, cuius orificium ſit amplius, & fode foueam, & intromitte ollam uacuam, & alteram ſuperpone, & pone orificium alterius in orificium uacuę, & line luto de ſtercore, & fac in circuitu leuem focum, quod emanat, eſt oleum citrinum, uel quouſq; manet oleum à ciceribus.

De medicinis quæ ornant faciem. Cap. II.

MEdicamen ad maculas remouendas nigras, & ad cutem ſubtiliandam & albificandam: Recip. farinæ lupinorum quatuor partes, farinæ fabarum duas partes, farinæ hordei unam partem ſeminum raphani partem mediam, farinæ lentium, amydi ana partem unam, orobi quod dicitur carthena partem unam, & tragacātham partem mediam, ſeminis cucumeris tres partes, puluerizentur & conficiantur cum lacte mulieris, & ſuperponatur in facie per noctem, & abluatur cum decoctione uiolarum, & ſeminis cucumeris. Trochiſci ad faciem mundificandam & cutem: Recip. farinæ fabarum, ſimilę, tritici, ana drach. 4, croci drach. 1, baurach drach. 4, conficiantur cum decoctione fœnugræci, furfuris hordei, & fiant trochiſci qui deſiccentur ad umbram, & cum uolueris diſſoluere, diſſolue cum aqua dulci, & unge faciem.

Aliud forte experimentum: Recip. lupini, fabæ, ſemen cucumeris, lentium ana, amygdalarum amararum, farinæ orobi partem mediam, radicū cannæ ſiccæ, amydi ana partes tres, & unius quartam, orizæ loti partem mediam, radicis lilij cœleſtis partem unam, confice cum aqua furfuris, & pone ſuper faciem per noctem, & mane ablue.

Aliud faciens faciem rutilare expertum: Accipe lutum ex quo aurifabri abluunt aurum & argentum drach. octo, floris ſchœnoſanthi drachmas octo, radicū lilij cœleſtis, gūmi Arabici ana drach. duodecim, confice cum aqua furfuris hordei, & informa trochiſcos, & ſume unum, & diſtempera cum aqua, & unge faciem nocte, & mane ablue cum aqua frigida. Aliud: Accipe aquam furfuris cocti ſpiſſam, ſicut ſyropus, & pulpam melonis. Et mitte in eandē aquam, ita quod cooperiatur, & manu malaxa, & expone ſoli, & appone poſtea de baurach quātum eſt quarta pars

citrulli,

Digitized by Google

citrulli,& dimitte ſic donec exiccetur, & ex eo faciem unge, & mane cum frigida ablue. Aliud faciens faciem rubicundam ſicut roſa: Recip. farinæ lupinorum, orobi, ciceris albi ſeptem partes, ſimyla triticea partem unam, pulueriza, & confice cum albumine oui, & forma trochiſcos, & pone ad umbram parum, ex eo diſtempera cum aqua roſarum, & faciem unge, & permitte duabus horis. Medicamen ad maculas nigras mundificat cutem, & colorat faciem: Recip. ſcoriæ argenti aureum unũ, croci drach. 1, auripigmenti rubei aur. s. confice cum aqua roſarum, & inunge, & cum deſiccatum fuerit per ſe cadet, & tunc accipe duas teſtas nouas, & accipe aquam melonis, & frica cum aqua illa teſtas ad inuicem, & ſi non habes melones, accipe lac cum puluere oſſium ueterum, quæ inueniuntur in parietibus, donec inſpiſſent, & unge. Aliud ualens ad omnes maculas in facie, & ad ueſtigia uariolarum: Recip. palearum ueterum inuentarum in parietibus, & oſſium inuentorum in parietibus, radicũ cannæ ſiccæ, & teſtas luti albi, amydi ana drach. decem, lupini drach. 16, ſemen cucum. drach. 1, oryzę drach. 20, capilli ueneris drach. 20, ariſtolochiæ lõgæ, coſti ana drach. decem, confice cum aqua melonum, & faciem unge, & ablue poſt ſeptem horas cum decoctione uiolarum.

Medicamen ualens ad multa, albificat faciem, & rubedinem inducit, & multum durat: Recip. farinæ fabarum drach. 10, farinæ hordei drach. 20, ſemen cucumeris drach. 15, amygdalarum dulcium drach. decem, ſimylę tritici drach. 15, ſtercorum paſſerum drach. octo, lupini drach. ſex, conficiantur cum aqua furfuris, & appone, & mane ablue cum decoctiõe uiolarum & chamæmeli. Dixit D. ſi quis acciperet ſemen cucumeris, & piſtaret cum tritico, croco, & myrrha, & pulpa melonis, & informauerit trochiſcos, erunt mirabiles in abluendo feces uultus, & mundificando corpus.

Medicamen ualens ad craſſitudinem cutis faciei, & manus:

Recip. cerę, pinguedinis hirci ana libram unam, medullæ cerui drach. quatuor, myrrhæ unciã unã, uitella ouorum octo, liquefiat cera cum oleo uiolarum, & confice alias ſpecies, & pone ſuper locum totum. Sed nota quod debemus uti iſtis medicinis præcedente balneo, uel ablutione cum aqua calida donec rubet.

Medicamen confortans radices capillorum, mundificãs caput, & barbam ab humore corrupto: Recip. ſalis uſti puluerizati, tantundem ſacchari, conficiantur cum oleo, & caput inungatur in balneo.

Aliud faciens capillos odoriferos, & confortans radices eorum:

Recip. ſpicæ nardi, ſantali albi, coſti, cardamomi, folij ana aureum unum, confice cum uino odorifero, deinde accipe ollã habentẽ orificiũ strictũ in fundo perforatã, quã linies intus ſupradicta cõfectione, poſtea ſuffumigabis cum myrobal. limonib. ſacch. ungula caballina, uel ſantalis, ana, & cũ fuerit deſiccatũ ex fumigio radices, & puluerizabis. Poſtea omnia conſice cum uino odorifero, & iterũ linias ſicut prius, & ſuffumiga ſtyrace ſicca, ſantalis albis, & camphora, & deſiccatum uides, & ad uſum reſeruabis

Ex quo

Ex quo parum reſolues in uino, & caput unges. Medicamen faciens oriri capillos ſtatim, & ad eorum ualens fixuram: Recip. ſucci foliorum ſalicis, ſucci myrtę ana drach. 4, ponatur in olla ſuper ignem leuem, & tamdiu bulliat donec remaneat tertia pars, deinde pulueriza unc. unã ladani, & mitte cum eo oleo myrtę, & mitte totum in ſimul, de quo radices capillorũ inunges. Dixit D. quod ſi caput fuerit lotum cum aqua myrtę, confirmat capillos, & eorum prohibet caſum. Medicamen denigrans capillos, & facit eos redolere, confortans cerebrum: Recip. papaueris nigri unc. 2, corticis nucum uiridium unc. tres, ladani unc. 2, ligni aloës unciã unã, garyophyllorum, maſtiches, nucis moſchatæ, cyperi, cinnamomi ana unc. s. myrobalanorum emblicorum unc. unã, & s. nucis cypreſſi uncias tres, foliorum oliuæ 2, unc. & s. puluerizentur, & conſiciantur cum mucillagine maluauiſci, & cum quatuor aureis alchannæ rubeæ unc. 2, ſed primo ablue cum decoctione corticis nucum, & myrtę, poſtea ungas, & ſuffumiga cum ladano, & moretur ſic per noctem, mane unge cum oleo myrtę, & ſic ablue caput, & hoc eſt faciendum aliquibus uicibus in longo ſpacio temporis. Aliud denigrãs capillos, & faciens pulchros, & ſine nocumento: Recip. gallæ frixæ in oleo unc. 1, tragacanthæ unc. 1, tartari combuſti unc. s. nucis cypreſſi unc. s. ladani aur. 4, cicerum nigrorum combuſtorum aureos tres, baurach aureos ſeptem, pulueriza, & confice cum tertia parte, & ad pondus omnium alchannæ, & confice cum uino odorifero, & ſuperpone capiti per noctem, & mane abluas cum iure cicerum nigrorum, & inuenies capillos nigros, quod non eſt faciendũ niſi in longo ſpacio temporis, eſt enim expertum. Aliud denigrans capillos: Recip. ſucci corticis nucum uiridiũ unc. 3, glandium unc. 6, uini unc. 8, bulliant ad ignem donec remaneat tertia pars, & mitte calchanti unc. 1, olei oliuæ lib. s. confice & unge. Aliud ad hoc: Recip. ſucci papaueris rubei, ſucci nucum uiridium, olei myrtę ter tantum, conficiantur, & unge. Aliud denigrans capillos: Recip. gallæ frixæ in oleo unc. unã, alchannę unc. s. æris combuſti drach. 2, ſalis gemmę drach. 2, puluerizẽtur & conficiantur cum aceto mixto cum aqua calida, & ſuperpone capiti, & deſuper pone folia atriplicis, mane abluas cum uiſcoſitate maluauiſci, aut pſyllij, aut granorum coctanorũ. Aliud denigrans capillos: Recip. lithargyri, calcis ana, pone in ſex lib. aquæ, & expone ſoli tribus diebus, & quotidie moueas ter, deinde inunge lanam & ſi nigreſcit ſerua, ſin autẽ, mitte in aquam ſextã partẽ lithargyri, & calcis, & pone ad ſolem per alios tres dies & cola, & ſic facies donec nigreſcat lana, poſtea cum illa aqua cõfice alchãnam, & appone capillis. Aliud denigrans capillos, quod eſt mirabile in hoc: Recip. myrobalan. nig. gallę ana ℥. 1, lithargyri aur. 1, emblic. ℥. 1, nitri aur. s. aluminis aur. s. æris cõbuſti aur. s. ſalis gẽmę, tragacan. ana aur. 1, puluerizẽt, & conficiãt cum decoctione dactyl. & ſuperpone capiti, eſt enim ualde mirabilis. Aliud faciens renaſci capillos in ſupercilijs, & in barba: Accipe plumbum, & fac ex eo mortarium, & piſtellum, & pone intus oleum roſarum, & myrtinũ, & piſta tãdiu donec mutetẽ color plũbi, & fiat ſpiſſum, et inunge locum quo uis facere oriri capillos,

& dimitte

& dimitte per noctem, mane ablue. Aliud breue denigrans capillos: Recip. alchãnæ, oſſium dactylorum añ. confice cum decoctione corticis fabarum & gallæ. Aliud faciens renaſci capillos, & pilos in ſupercilijs, & in barba, forte & denigrans etiam: Recip. papaueris rubei, foliorum myrtę, capilli ueneris, ſpicę nardi, cyperi, fœniculi, apij, emblicorum, nucis cypreſſi ana unc. una, decoquantur in tribus lib. aquæ, donec remanet lib. una, cola, & colaturæ addatur lib. una myrtę, & coque in caldario pleno uſq; ad cõſumptionem aquæ, deinde accipe corticũ pini, ladani ana tertiam partem unc. puluerizentur ſubtiliſſimè & mitte in oleo miſcendo, unge mane & ſerò. Aliud breue expertum ad oriendum capillos: Recip. oſſium dactylorum, ladani ana, puluerizetur, & cõfice cum oleo myrtę, & unge locum. Aliud denigrans capillos, & cõfortans caſum illorũ, & eſt breue: Recip. nucis cypreſſi, et decoque cum uino & aceto ana, & ablue ex eo capillos. Ad deſtructionem ortus capillorum omnino, remoue capillos de loco, poſtea unge cum uiſcoſitate pſyllij, & aceto ſæpe, aut cum opio & aceto, aut cum tartaro & melle, quod eſt expertum.

Aliud ad idem: Vnge cum ſanguine ranæ, uel teſtudinis. Aliud ad furfura capillorum, ſi caput fuerit calidæ complexionis: Accipe ciceres, puluerizentur, confice cum aqua atriplicis, & caput in ea ablue. Aliud ad idem, ſi caput fuerit frigidæ complexionis, ablue caput cum colocynthide, cum aqua lupinorum, aut cum aqua in qua reſolutum fuerit nitrum, & fel tauri. Ad idem: Accipe furfuris lib. 2, remolliantur in aqua per diem & noctem, poſtea exprime & cola, colaturæ admiſce lib. 1, aceti. bulliat, & ex eo caput ablue. Aliud: Ablue caput cum aqua atriplicum, & fœnugræco, & unge cum oleo lilij cœleſtis. Aliud: Recip. lupini, abſinthij ana, pulueriza, & confice cum aceto, & caput ablue, &c.

Compoſitio multorum oleorum Cap. III.

OLeum iuriuleni ſic fit: Accipe iuriuleni, & folia multa iencimini, miſce ſimul frica manu ſæpe, uel cum ligno alio die cribra, & folia ſuper cribrum remanebunt, iuriuleni inferius cadent, poſtea appone alia folia, & fac ſicut prius per ordinem per decem dies, poſtea piſta iuriuleni & extrahe eius oleum cum aqua calida. Et ſi uoleris clarum facere, adde parum ſalis puluerizati, hoc autem oleum eſt calidum & humidum, diſſoluit, & humefacit cutem, & capillos, & aufert fiſſuras accidentes in manibus & pedibus, ualet ad pruritum ſiccum, & ad ſpaſmum, de inanitione, & bibitum expellit lapidem à renibus. Sed nocet ſtomacho, quoniam remollit eius uillos propter eius humiditatem, & neruos eius relaxat, & debilitat operationem uirtutis retentiuę, & cito conuertitur in choleram, & inducit ſitim. Si autem aliquis ſumpſerit ex eo ad pondus uncias duas cum unc. duabus, de aqua aloës, & 2, unc. paſſularum, ieiunus ualebit ad aſperitatem corporis, & ad pruritum accidentem ex ſanguine & phlegmate ſalſo, & ſi addideris drachmam unam pœnidij, erit utilius, & ualet ſenibus & frigidis à complexione, & Cephaleæ, & iniectum in naſum, ualet hemicraneæ, & torturæ faciei, & epilepſiæ, & ſi ex eo factum

eo factum fuerit emplaſtrum cum cera citrina, & ponatur ſuper apoſtema durum, digerit & diſſoluit. Oleum roſarum fit ſicut diximus in Almanſore, ſed amittit uirtutem, fit aũt tribus modis, quorum primus eſt iſte: Accipe olei oliuę loti lib. i, & pone in uaſe uitreato, & pone in eo quartã partem roſarum uiridiũ, & oppila caput uaſis, & ſuſpende ad ſolem per tres dies, poſtea cola, & in uitro repone, et iſte modus eſt melior omnibus alijs & ſubtilioris ſubſtantiæ. Secundus modus eſt iſte: Accipe oleum & roſas in eadẽ quãtitate prædicta, & ſuſpende in puteum ita quod tangatur ab aqua, & dimitte ſic per duos menſes, deinde cola & reſerua. Tertius modus: Sume oleum & roſas in eadem quantitate, & pone in uaſe uitreo intus melle illinito, & oppila caput uaſis, & ſubmitte in profundo terræ, in loco ubi non tangatur ab aqua, nec alia humiditate, & dimitte ſic per duos menſes, & oleum ſic factum magis acquirit odorẽ à roſis quã prima olea. Laus eius, hoc oleum habet ponticitatem mediocrem, eſt etiam frigidum, tamen eius frigiditas non eſt manifeſta, nec eius ponticitas. Et ſi aliquis ſumpſerit ex eo in maiori quantitate quàm debeat, maximè ſi fuerit admixtum cum rebus mollificantibus, & conſtrictiuis, ſedat omnes dolores calidos. Et ſi fuerit ſumptum per os, ualebit cõtra arſuram ſtomachi. Et ſimiliter, ſi ex eo ſtomachus fuerit unctus. Et ſi ſumptum fuerit cum pſyllio abluto, et parum ad ignem calefacto, ualet fluxui, & uulneribus inteſtinorum. Et ſi ſumatur cum lacte caprino, ualet arſuræ urinæ & ueſicæ, & ualet ulceribus renum, & calori eorum, & eſt mirabilis in paſſione diabetica. Et ſi admixtum fuerit cum aceto, & infuſum fuerit ſupra caput, ualet Cephaleæ ex calore ſolis, & fumoſitatibus febris, & phreneſi non uerę, & admixtum cum aceto, & ex eo corpus inunctum, ualet pruritui, & ſcabiei. Sed hoc non debet fieri niſi poſt purgationẽ corporis, & cum capiti accidit percuſſio cum fractura cranei, in qua appareat tela capitis, ſi infuſum fuerit ſanguis columbę, uel turturis ſedabit dolorem, & admixtum cum uitello oui decocto, & ſuper oculum impoſito, ſedabit dolorem, & ceratum factum ex eo cum cera alba, & ſuperpoſitũ fiſſuris manuum & pedum, curabit eas. Similiter fiſſuris labiorũ, & naſi, cum ſucco plantaginis mixtum, & ore abluto, ualet eius uulneribus & ueſicis, ualet etiam combuſtioni ignis. Oleum uiolarum fit ſicut roſarum, ualet ad pruritum corporis, & membra extendit ſpaſmata, & lenit aſperitatem, ualet fiſſuris labiorũ & naſi, et Cephaleę ex calore, & phreneſi, & mixtum cum lacte mulieris ſtatim mulcto, ualet phreneſi non uerę, & uigilijs, & iniectũ in auriculis per ſe ſolum, uel cum lacte mulieris ualet, & per ſyringam in uirgam iniectum, ualet arſuræ urinæ, & mixtum cum ptiſana, ualet tuſſi ſiccę, & aſperitate pectoris, & cannæ pulmonis mixtum cum cera alba, & poſitum ſuper combuſtionem ignis ſedat dolorẽ, & apoſtema, et mixtum cum farina hordei, & ſuperpoſitum eryſipelati, uel pleureſi, dolorem ſedat. Oleum nenufarinum fit ſicut oleum roſarum, ualet ad cephaleam capitis, uaporibus cerebrum aſcendentibus, uigilijs, phreneſi, mixtum cum cera alba, & oleo roſarum, ualet apoſtematibus ſtomachi, & hepatis calidis, & uehementi ſiti, potatum cum pſyllio abluto, ualet uul-

neribus

Digitized by Google

neribus ueſicę & renum clyſterizatum, & ualet arſurę urinę. Oleum lilij cœleſtis fit ſicut roſarum, eſt autem calidum & humidum, ualet ad dolorem ſtomachi, lana in eo intincta, & in matrice miſſa ualet conſtractioni orificij matricis, & eius ſpaſmo, & apoſtematibus quę fiunt in ea, & ualet Cephalęę ex frigore iniectum, in auriculis ualet dolori percuſſionis, admixtum cum lithargyro. Et ceruſſa, inducit cutem in uulneribus ſenibus. Fit autē alio modo: Recip. ſtyracis ſiccę, coſti, camphorę, maſtiches, ʒ.s. croci aureū 1. garyophyl. cinnamomi, añ. ℥.5. cōquaſſentur & ponant̃ in uaſe uitreo cū oleo abluto ad pondus omniū, & flores lilij albi per diem unam deſiccati triginta numero, pone in umbra per tres menſes, & poſtea utere. Oleum myrtinum: Accipe foliorum myrti humidi lib. quatuor, cōquaſſa & pone in uino die ac nocte, deinde cola, & pone in olla cū quatuor guttis olei oliuę, & decoque ſuper prunas donec cōſumatur uinū, cola, & utere. Fit autē ex floribus eius ſic: Accipe ex eis quatuor ℥. & pone in lib. una olei, & ſuſpende ad ſolē duobus diebus, cola, & utere. Fit autē ex folijs tribus modis, quorū primus eſt talis: Accipe folia myrti uiridis & piſta, & extrahe ſuccum & miſce cum tantundem olei oliuę, & decoque uſq; ad conſumptionē ſucci. Secundus modus eſt, ut decoquātur folia cum uino donec accipiat uirtutem foliorum, cola & miſce cum tantundem olei, & decoque in uaſe duplici, donec aqua conſumatur. Tertius modus eſt, ut accipiātur folia myrti uiridis, & mittantur in oleum, & exponantur ſoli per decem dies, & utere, ualet ad fluxibilitatem ſtomachi, & hepatis, eſt enim ualdè ponticum & frigidum. Sed illud eſt melius, in cuius guſtu inuenitur amaritudo et uiriditas, & eius odor eſt ſicut odor myrti, quo ſi corpus ungatur prohibet ſudorem, & confortat membra debilia, & fluxibilitatem iuncturarum, curat fiſſuras ani, & ſiccū ualet combuſtioni cum cera alba, ualet uulneribus omnibus ex quibus manat humiditas, & poſitum ſuper uulnera inducit carnē, & mixtum cum ladano, & capiti ſuperpoſitum facit ad ortum capillorum, eorum radices confortat, & ipſorū prohibet caſum, & eos denigrat, iniectum in aures in quibus eſt uenenum ipſum deſiccat. Oleū chamęmeli ſic fit: Accipe flores eius, & mitte in oleum & ſuſpende ad ſolem decem diebus, deinde cola & ſerua. Fit etiam alio modo: Accipe chamęmeli uiridis, & piſta, & accipe ſuccum & tantundem olei & decoque ſuper ignem in uaſe duplici, donec ſuccus conſumatur, & remaneat oleum, & in illo oleo iterū mitte ſuccum. Et iterum coque ſicut prius, & hoc fac ſępe donec fiat oleum ualdè odoriferū. Valet laſſitudini, & Cephalęę ex melācholia, & generaliter omnibus doloribus, & eſt cōueniens omnibus oppilationibus, & eſt ualdè ſubtile. Sed melius eſt ex quo reſoluitur odor, ſicut odor malorum macianorū. Oleum citri non fit multis modis: Accipe olei zambac lib. 1. corticem trium citrorum, pone in oleo, et morentur per tres dies, poſtea remoue illos cortices, et appone alios, et ſic facies donec tota uirtus corticis mandetur in oleo. Fit etiam alio modo: Accipe citrum uiride, et rade eius corticem ſuperiorem cum uitro uel ferro ſubtili, et pone in olla noua cum aqua roſato et oleo zambac, et decoque donec citrum albeſcat, mandetur eius uis oleo, tunc remoueatur ab igne, et dimitte per diem, poſtea cola, colaturę ad

Olei myrti tres modi præparādi.

AA de ſuccum

Digitized by Google

de ſuccum camphorę,& uſui reſerua. Fit etiam alio modo: Accipe citrũ cum benè fuerit maturum,& rade corticem ſuperiorem,& pone in uaſe ſuffumigato ambra, & pone in oleo & moue decem diebus, deinde cola & adde alias raſuras uaſe primo ſuffumigato,& repone in uaſe ſtricti orificij clauſi cum cera. Hoc oleum nobiliſſimum eſt,& utuntur eo reges & duces, ualet ad ægritudines ſenum,& ad tremorem accidẽtem in quartana & quotidiana,ualet ad dolorẽ iuncturarũ,quia eadẽ hora facit quieſcere ægrũ,ualet paralyſi,& tremori capitis, cardiacę,iſchiaticę, & dolori dorſi & iniectũ in naſo ualet epilepſię,& hemicraneę. Oleũ macianorũ ſic fit:Frica inter manus mala maciana cum iuriulem. Poſtea extrahe oleũ à iuruleni,aut accipe cortices uirides & pone in oleo & ſuſpende ad ſolem donec ius macianorum mandetur oleo,confortat animam per ſuum bonum odorem, ualet ægritudinibus melancholię bibitum,uel extra inunctum. Oleum citoniorum fit duobus modis,ſicut fit oleum macianorum, ualet hemoptoycę paſſioni,& cephalęę,& catarrho calido,& calido apoſtemati hepatis,& fluxui chronico,qui fit ex calore clyſterizatum,ualet uulneribus inteſtinorum manifeſte. Oleum coſtinum: Accipe coſti ʒ.30.& pone in uino per unum diem,& poſtea mitte lib. quatuor olei,deinde coque donec conſumatur uinum, cola & utere, bibitum uel inunctum, ualet frigiditati ſtomachi & hepatis,& tremori qui fit in acceſſionibus febrium,pulchros reddit capillos. Oleũ maſtiches: Accipe maſtiches ʒ.6. tere, & coque cum duabus guttis olei abluti donec conſumatur tertia pars, & conſerua, ualet ad dolorem matricis quoniam calefacit,& adiuuat retentione mediocriter,ualet fluxui chronico,& debilitati hepatis,& uulneribus inteſtinorum,& facit colorem pulchrum, & curat manuum fiſſuras & pedum. Oleum baſiliconis garyophylati: Accipe baſiliconis uiridis unc.3.& appone libram unam olei & claude uas,& ſuſpende per uiginti dies,deinde cola,& reſerua,& ſi uis facere fortius, muta baſilicon in qualibet ſeptimana. Et ſi uolueris,ſuſpende ad ſolem,ſed quod ſuſpenditur in puteo eſt fortioris odoris,& quod ſuſpenditur ad ſolem eſt ſubtilius, ualet cardiacis & melancholicis, confortat cor, & reddit audacem. Oleum abſinthij: Accipe flores uirides libram 1.& pone in tribus libris olei abluti,& ſuſpẽde ad ſolem, hoc oleum eſt ualdè mirabile, deinde ualet bibitũ oppilationibus hepatis,ualet ictéritię, prouocat menſtrua,ſtomachum debilem cõfortat,iniectum auribus interficit uermes, factum ex eo ceratum, & ſuperpoſitum ſtomacho debili cõfortat ipſum, ualet ſuffocationi fungi,& bibitum cum oxymelle aperit oppilationes ſplenis & hepatis. Oleum zirungen fit ſicut oleũ baſiliconis, ualet cardiacę,tremori,bibitum aut inunctum. Oleum heris fit ſicut roſarum,& eſt temperatę complexionis ſubtilè, ualet fatigationi, laſſitudini, & cephalęę, quę fit ex humoribus commixtis. Oleum anethi fit ſicut oleum chamęmeli,ualet doloribus accidentibus ex uentoſitate, & mollificat duritiem apoſtematis ubicunque fuerit ſiue in matrice, ſiue in alijs membris,ualet laſſitudini & dolori aurium,qui fit ex uentoſitatibus. Oleum nucis, calidum eſt & ſiccum,& uirtus eius eſt ſicut uirtus olei de ben,& extrahitur poſt piſtationem & expreſſionem, ſicut oleum de iuriulem, & eſt fortis diſſolutionis, & ualet dolori

Oleum macianorum.

Citoniorum.

Coſtinum.

Maſtichinum.

Digitized by Google

dolori renum, & ueſicæ, & fiſſuris ani, ſed nociuum eſt ſtomacho. Ole
um laurinũ, calidum eſt & ſiccum, & ſic fit: Accipe baccas lauri maturas, et
piſta cum aqua, donec ſupernatet oleum, & aggrega oleum, aut decoque
cum aqua donec cõſumatur aqua, & remaneat oleũ, & fortius eſt illud q̃d
eſt nouum, uiride minus amarum, & eſt mollificatiuum & calefaciens, & a-
perit orificia uenarum, & ualet dolori membrorũ ex frigida cauſa, ualet ſca-
biei, pruritui, impetigini, quę fiunt ex phlegmate ſalſo, ualet alopecię, tyrię.
Sed debet iſtud cauere, habens caput calidum. Oleum fœnugręci: Ac- *Oleũ fœnu græci.*
cipe fœnugręci libram unã, olei libras octo, cyperi libras duas, calami aro-
matici lib. unã, pone in oleo per decem dies, quotidie moue ter & exprime
oleum, & reſerua, ualet ulceribus faciei, mundificat maculas, facies molliſi-
cat, ualet duritiei, & apoſtematibus matricis, & difficultati partus, & apoſte-
matibus calidis & inteſtinis, & ano, clyſterizatum, & ualet fiſſuris pedum.
Oleum amygdalarum amararum ſic fit: Accipe ex eis libram unã & *Amygdalinũ.*
ſicca, & contere in mortario ligni donec fiat ſicut medulla, & funde deſuper
℥.5. aquę bullientis, & frica manibus, & ſi uideris oleum exiens inter digitos
ſufficit. Sin autẽ, adde aquam donec exeat oleum, ſed caue ne apponas mul
tum de aqua, color enim eius fit ſicut color lactis & corrumpitur, ita quod
non poteſt exire oleũ. Deinde exprime in uaſe, & aggrega illud q̃d ſuperna
tat et ſume. Deinde infunde aliã aquã ſuper maſſam quã habes in manibus,
& permitte donec combibat aquam & fac ſicut primo, donec habeas oleum
ſufficienter. Similiter extrahitur oleum de amygdalis dulcibus. Hoc oleum *Vſus.*
ualet matricibus & earum doloribus, & apoſtematibus, & ſuffocationi ce-
phalęę, & aurium doloribus, & earum tinnitui, & interficit uermes natos in
ipſis, aperit oppilationes ſplenis, & ualet aſthmati, & dolori renũ cum cera
mixtum, & ſuperpoſitum pectori, ualet apoſtemati, lapidi renum, & ſplenis
apoſtemati, extẽdit rugas faciei, acuit uiſum, aufert maculas corporis, mixtũ
cum niue, & poſitum ſuper caput, ualet uulneribus capitis & furfuribus.
Oleum amygdalarum dulciũ eſt bonũ pectori, hepati, pulmoni, lenit a- *Oleũ de amygdalis dulcibus.*
ſperitatẽ & ualet arſurę urinę, & diſſoluit apoſtemata dura, & extendit ſpaſ-
mum. Oleum ſinapis: Piſta ſinapi, & mitte in aquã calidã, & miſce cũ
eo parum olei, & dimitte per unum diem & exprime per mantile, donec ex-
eat oleum & reſerua, ualet doloribus, & deſiccat humiditatem, ualet alope-
cię, & dolori iuncturarum, paralyſi, tremori, morſui ſcorpionis, & poſterior
pars capitis ex eo inũcta, tollit obliuionem, ualdè confortat memoriam, diſ
ſoluit phlegma, & calefacit neruos. Oleum auellanarum extrahitur ſicut *Oleum de auellanis.*
oleum amygdalarum, & eſt temperatum, ſubtile, ualet contra uenenum, &
morſus reptilium. Oleum de fiſticis fit ſicut oleum amygdalarum, ſimili- *Oleũ de piſtaceis.*
ter ualet tuſſi, & dolori pectoris & hepatis, & frigidę complexioni. Ole
um perſicorum ſimiliter fit, ualet hemicranię & apoſtematibus aurium, mira *Oleum perſicorum.*
biliter etiam ualet in fiſſuris ani & apoſtematibus. Oleum alipidi, accipe
libram unã combure donec crepet, & permitte donec infrigidetur, & piſta *Alipidis.*
donec fiat ſicut medulla. Deinde accipe fœnugręcum, & pone in aquã per
diem unam & cola, & pone ſuper ignem aquam illam, & cum bullierit mit-
te in eam nigellã, & poſt duas uel tres mundationes remoue, & collige oleũ

 ſuauiter,

Digitized by Google

ſuauiter, eſt enim ualdè calidum, & ualet pleureſi inunctum, & iniectum in naribus, ualet catarrho & hemicraniæ & frigiditati cerebri, & dolori iũcturarum, & generaliter optimum eſt in ægritudinibus frigidis. Oleum urticæ fit ſicut oleum ſinapis, laxat phlegma, ualet dolori dorſi bibitum, aut inunctum. Oleum hyoſcyami: Accipe ſemen eius albũ ſiccum nouũ, madefac cum aqua calida, & pone ad ſolem, & cum deſiccatũ fuerit miſce cum humido tandiu donec nigreſcat & molleſcat, deinde exprime per pannum laneũ ſpiſſum, & aggrega oleũ ſuauiter, eſt autem frigidum, & ualet uigilijs, & inunctum, & iniectum in naſo ſedat cephalæam calidam, & dolorem matricis & aurium, quod ſi inungant̃ tempora, inducit ſomnum. Oleum ouorum: Accipe oua & coque & uitella pone in caldario ferreo ſuper prunas donec comburantur, & oleum q̃d manat ſerua in uitro, ualet dolori ani, & eius paſſioni, & dolori aurium & dentium. Oleum de ſemine cucurbitæ fit ſicut oleum de amygdalis, & ſimiliter oleum de melonibus & citrulis, & cucumeribus ualẽt cephalææ calidæ, calori capitis, aſperitati naſi, inducit ſomnũ, & benè utimur eo in paſſionibus lapidis, arſure ueſicæ iniectũ per ſyringam ualet. Oleum frumenti: Accipe frumentum & pone ſuper marmorem, & calefac laminam ferream craſſam & pone deſuper, & exibit oleum, ualet impetiginibus. Oleum nigellæ ſimiliter fit, ualet impetiginibus magis quàm oleum frumenti. Oleum ſtyracis ſiccæ: Accipe ſtyracis ſiccæ ℥.4. olei lib. duas, coque donec ius mandetur oleo, cola, ualet dolori iuncturarum ex frigida cauſa, parum mortificat, quare ſedat dolorem.

Vrticæ. *Hyoſcyami.* *Oleum ouorũ.* *Oleum de ſemine cucurbitæ.* *Oleũ frumenti.* *Nigellæ.*

Oleum pyrethri fit ſicut oleum coſti, cõfortat ſtomachũ, calefacit membra frigida, ualet paralyſi, flexibilitati neruorum, & iuncturarum dorſo cum eo inuncto, & poſteriori parte colli, & ante acceſſionem febris quartanæ et quottidianæ, aufert tremorem, quo corpus inunctũ ualet mortificationi mẽbrorum, & reuocat calorem ad membra, & prouocat ſudorem, iniectum in nare epileptici ualet, & cephalææ & hemicraniæ frigidæ. Oleum euphorbij: Recip. euphorbij ℥.1. pulueriżetur & mittatur in lib.1. olei, & pone ſuper ignem uel ad ſolem fortem, ualet ad rugitum auriũ, & eſt mirabilis in iſchiatica paſſione, & ad dolorem dorſi, & ancharum, nõ debet per os ſumi, ipſum enim uulnerat inteſtina. Oleum formicarum uolantium: Recip. mille & pone in oleo, cõfortat coitum. Oleum rutæ: Recip. ſuccum foliorum rutæ lib. s. olei lib. 5. aquæ lib. 3. coquantur donec conſumatur ſuccus & oleũ remaneat, cola & ſerua, ualet frigiditati renũ, & ueſicæ & dorſi, & paralyſi uniuerſali et particulari, & flexibilitati neruorũ, abſcindit coitũ dorſo ex eo inuncto, & iniectum in naſo ualet uẽtoſitati. Et factum ex eo ceratum poſitum ſuper apoſtemata aperta attrahit uenenũ, & illud quod fluit ex eis, ualet cholericis cum butyro clyſterizatum. Oleum ſaliuncæ: piſta ſaliuncam & pone in aqua, coque & pone oleum, & coque ſuper ignem, reſerua colatum, ualet difficultati urinæ, lapidi, dolori renum bibitum, uel inunctum uel iniectum. Oleum oleandri: Recip. ſucci oleandri lib. 1. roſarum lib. s. olei omphacini libras duas, coque donec conſumat̃ ſuccus, cola, reſerua, ualet ſcabiei & aufert eam omnino. Oleum canabis fit ſicut alia olea, calidum eſt & ſiccum, ualet dolori neruorũ, duritie matricis, dolori aurium,

Oleum formicarum. *Oleum oleandrinum.* *Canabinum.*

Digitized by Google

rium, ceratum factum ex eo, diſſoluit apoſtemata dura, ualet ulceribus capi tis puerorum. Oleum maioranę fit ſicut aliud oleum, ualet laſſitudini, & inunctum in balneo, ualet paralyſi, torturę oris, & iniectũ naribus ualet omnibus infirmitatibus frigidis, iniectũ in auribus ſedat rugitum & tinnitum, diſſoluit uẽtoſitatem, prouocat menſtrua, ualet morſui ſcorpionis. Oleum balauſtię ſic fit: Mitte balauſtias in oleo omphacino, & ſuſpẽde ad ſolem per ſexaginta dies, cola & reſerua, frigidum eſt & ſtipticum, confortat membra debilia, ualet hemoptoycis, emplaſtrum factũ ex eo cum cera alba, curat uulnera & ulcera. Oleum myrobalanorum emblicorum: Accipe ex eis librã unam coque cum tribus libris aquę donec remaneat tertia pars, cola, miſce cũ oleo omphacino libras duas, coque donec remaneat oleum, cola & reſerua, aut ſi uolueris contere, & pone in oleo & ſuſpende ad ſolem, frigidum eſt & ponticum, confortat ſtomachum, ualet fiſſuris ani, capillis ex eo inunctis, prohibet eorum caſum & cõfortat. Oleum raphani. Accipe ſemen pulueriza, malaxa cum aqua calida, deinde in caldario aquę calide, & coque donec ſupernatet oleum & collige, quanto antiquius tanto melius erit & calidius, ualet morpheę & baracę, mundificat cutem faciei, diſſoluit fortiter, calefacit multũ, ualet paralyſi & torturę oris. Oleum benedictum: Accipe oleum antiquum, & lateres rubeos nouos quos nõ tetigit aqua, frange eos per fruſta minuta quaſi ad pondus drach. unius, & coque in igne donec fiant rubicũdiſſimi, poſt, quodlibet fruſtum ſigillatim intinge in oleo. Deinde conquaſſa, & imple ex eis uaſa uitreata, quę poſſunt ſuſtinere fortitudinẽ ignis. Deinde claude cum luto ſapientię, & in furno ſuſpende ſicut ſuſpẽditur uas olei roſati, nihil debet eſſe inter ipſum & ignem, & cum deſiccatum fuerit lutum, mitte ſub uaſa illa ignem ſuauiter, & paulatim & quãtomagis fuerint calefacta, tanto maiora ignem, donec aqua fluat ab illis uaſis, tũc incipias uigorare ignem quouſq; uideas fluere oleum ualdè rubeum. Et caue ne ignem tangat oleum, quia poſtea non extingueretur, ſed ſemper uicina igni, donec ceſſet fluere oleum, & tũc permitte donec infrigidetur furnus, poſtea extrahe feces à uaſis, & appones alios lateres, ſi uaſa ſint ſana, ſin autem, accipe alia, & ſic facies quouſque habeas oleum ſufficienter, quod reponas in uaſe ſtricti orificij, & claudas cera, hoc oleum eſt de ſecretis phyſicorum, ualet ſicut oleum balſami. Sed eſt ſubtilius, & calidius & maioris utilitatis, in ægritudinibus frigidis, perforat enim manũ cito, & expandit̃ lato ſpacio, ualet lapidi, & ægritudinibus ueſicę, prouocat urinam, ualet doloribus frigidis, & paſſioni aurium facit, interficit uermes in eis, ualet paralyſi & torturę oris inunctũ aut bibitũ, ualet iſchiaticę, et dolori iuncturarum, & dorſi. Emplaſtrum factum ex eo & armoniaco, diſſoluit apoſtema ſplenis, & durities eius paruo ſpacio temporis, & ſimiliter apoſtemata dura, iniectum naribus ualet epilepſię, ualet oppilationi nariũ. Calefacit cerebrum, ualet obliuioni, ſedat dolorẽ dentium, iniectum in matricem, menſtrua prouocat & educit embrionẽ ſiue uiuum, ſiue mortuum, diſſoluit ſanguinem congelatum, & ex eo aliquę guttę poſitę in ſyropo roſarum, bibitę pulmonem purgant ab humoribus craſſis, ualet anhelosis, & eſt mirabile aquę deſcendenti ad oculum, ualet uenenis frigidis, morſui ſcorpionis,

Maiorane.

Oleum igni ne addas.

Digitized by Google

pionis, & eis qui per os ſumpſerunt opium, & hyoſcyamum. Et ſi piſcatores intingant ſua retia ex eo, congregabunt multitudinē piſcium, & melius eſt quod eſt ualdè rubeum, fortis odoris, ſubtilis ſubſtantię, ſi ferrum ita tingatur in eo & igni approximetur, ſtatim accendetur.

Capitulum quartum in quo ponuntur medicinæ ad quaſdam diſpoſitiones quæ ſunt, Febris, Phreneſis, Hemicrania, Debilitas hepatis, Difficultas urinæ, Vulnera oris, Anthrax, Extractio ſecundinæ, Lapis, Eriſypelas.

SVmma iſtius capituli. Poſt electionem ſpecierum inſtrumentorū bonitatem & prudentiam ſcientię operationis, eſt conſideranda diſpoſitio ſtellarum, & lunę, & temporum conuenientis complexioni, & cōſidera in hoc uerba Hyppoc. quando dicit, quia qui cōcedit artem medicinę, & habuerit ſubtile ingenium, ſciat quod aſtronomię ars non modica pars eſt in eis in quibus indiget medicina, & poſt illud fit decoctio ſpecierum quę decoquuntur aqua clara, & dulci, lignis uitis & ſalicis, & ramorum roſarum, & cannarum, & herbarum odoriferarum, & modo incipiam.

Electuariū ualens ad febres acutas, & eſt mirabile expertum: Recip. myrobalanorū citrinorū, kebulorū an̄. ʒ. 2. ſem. endiuię, baſiliconis, garyophylorum an̄. ʒ. 1. cinnamomi acuti, zingiberis noui an̄. ʒ. 1. ſantali albi, ambrę, ʒ. 5. cāphorę ʒ. s. diſſolue ambrā cū oleo liſtici. & ex eo unge ſpecies, cōfice cū tātundē mellis iuiub. & ex eo det̄ febriēti an̄. ʒ. 1. uſq; ad ʒ. 1. s. cū duabus ℥. ſyropi macianorū & ſyropo facto ex ſaccharo. Medicamē ad hāc febrem mirabile: Recip. myrobalanorum citrinorum, emblicorū, ana. ʒ. duas, cinnamomi, garyophylorum, ſantali albi ana. ʒ. 1. ſeminis roſarū, ſeminis cucumeris, ſeminis papaueris albi an̄. ℥. s, ungantur cum oleo macianorum & confice cum tantundem mellis caſſięfiſtulę, & dentur ex eo ʒ. duę cum duabus unc. ſyropi malorum granatorū. Electuarium ad febrem quartanam: Recip. ſenę, aſari, calami aromatici an̄. ʒ. 1. cinnamomi, opij, ʒ. 3. ſeminis endiuię, baſiliconis, garyophylorū, ſem. melonis an̄. ʒ. quinq;, conficiantur cum ter tantū ſyropi kebulorum, & detur ex tertia ℥. cum ℥. 1. ſyropi acetoſi moſchati. Medicamē quod laudaui ad hanc febrem breue: Recip. aſari, calami aromatici, ſeminū & radicis lilij cœleſtis, cetarac ʒ. 1. ſantali, citri, anethi, capilli ueneris an̄. drach. quinq;, cinnamomi, ʒ. 4. confice cum melle diſpumato, & detur drach. ſemis cum unc. una ſyropi oxymellis, facti cum ſemine endiuię. Oleum bonū ad hanc febrem, ualens triſtitię, cardiacę, & melancholię: Recip. olei citoneorum lib. unam, olei noui nucis libram unā, ponantur in uno uaſe, & aſſigna olei quantitatē, & appone aquam bullitionis garyophylorū lib. duas, & colet̄, & decoquatur in uaſe duplici, donec cōſumetur aqua & remaneat oleum, tunc remoue ab igne, mitte & in eo drach. ſemis moſchi, & det̄ ex illo oleo an̄. drach. duas, uſque ad tres. Electuarium mirabile ad ſynocham: Recip. ſeminū endiuię, ſem. plantaginis, ſem. cucumeris ana. ʒ. 1. ſem. roſarum, ſantali, citri, ſem. lactucę, berberis, an̄. ʒ. 1. cōfice cum oxyſacchara, & dent̄ ʒ. 3. cum ſyropo prunorum. Electuarium pulchrę compoſitionis ad phreneſim cum uehementia uigiliarum. Recip. ſeminis lactucę, cucumeris, melonū, papaueris albi, portulacę, hyoſcyami, ana. ʒ. 2. endiuię, baſiliconis, ana. ʒ. 1. & s.

Digitized by Google

& s. ſantalorũ,citrin.camphorę,añ.ʒ.5.cinnamomi ʒ.2.cõfice cum tantũ ſy-ropi de ſebeſten,cum tantundẽ iuiubis,detur ex eo ʒ.1.& s. cum ſyropo uio larum & prunorum. Oleum ad hemicraniã acutã cum uehementia ui-giliarũ: Recip.amygdalarũ,ſeminis papaueris albi,ſem.cucumeris, ſem. lactucę,ſem.melonis,cucumeris,añ.extrahe oleũ & miſce cũ oleo nenupha rino,& utere in infirmitatibus capitis,quoniam eſt laudabile. Trochiſci ualentes ad debilitatẽ hepatis ex calida cauſa: Recip.berberis drach.10. antherę,ſem. endiuię,portulacę,añ.ʒ.2.ſantalorũ citrin.ʒs. moſchi,ʒ.3.ſac-chari,ad põdus omniũ,fiãt trochiſci cum ſucco baſiliconis, aur. 2,& detur u-nus cum ℥.1.ſyropi macianorũ & aquę endiuię bullitę & colatę ℥.1. Me dicamen ad difficultatẽ urinę: Recip.myrrhę,ſchœnoſanti,cyperi, cinna momi,añ.℥.1.croci,mediam partem,farinę glãdium partes duas & ſume ex eo ʒ.2. Medicamen ad uulnera oris & cancerationem: Recip.cyperi, mentę combuſtę, lilij cœleſtis ana. pulueriza & pone ſuper ſuper uulnera, & ablue cum aqua roſarum,& aqua in qua infuſum fuerit ſumach. Me-dicamen mirabile ad uulnera omnia peſtifera,& ad anthracẽ: Recip.ana-cardi,aniſi,maſtiches,iunci ana.lapidem lazuli partem s.cõfice cum tantun dem ſucci citoniorum acrium, & pone ſuper fiſtulam & cancrum & omne uulnus malum,quoniam abſcindit radicem eorum & cõſumit materiam,et cum fuerit uiride ſiue mundum,pone deſuper. Medicamen ad generan dam carnem mirabile: Recip.foliorum ceraſorum, foliorum iuniperi,cy-peri,cineris iunci,ſeminis roſarũ,ana.radices lilij,ad pondus omnium. Pul-ueriza & pone deſuper, & cooperi folijs endiuiæ, & unges oleo liquefacto uel butyro. Medicamen extrahens ſecundinam,& embrionem mortu um: Recip.caſtorei, cinnamomi, myrrhę, ana.fac tentã, & intromitte,ſi fortè hoc non ualuerit,da ei hunc ſyropum: Recip.ciceris nigri aſperi,ma nũ plenam,berberis ℥.5.endiuiæ manip.1.iuiubarum ℥.s,aquę lib.3.coquan tur donec remaneat tertia pars, & coletur & detur ex eo quarta lib.1. & un-gãtur pedes alcanna. Medicamen ad lapidem cui non eſt ſimile: Re cip.myrrhę,radicis lilij cœleſtis,ſem. endiuiæ, ſchænoſanti,cinnamomi,añ. ʒ.3.cucumeris,radic.aſparagi, radic.capparis,añ.℥.1.gũmi prunorum,gum mi amygdalarũ amararum,ana. confice cum melle & dentur ex eo ʒ.2.cum unc.1.ſyropi endiuiæ,& ℥.3.aquę. Vnguentum ad heriſypilã & ad om-ne apoſtema calidũ: Recip.ſantali rubei, memithę ana.ʒ.duas,cõfice cũ ſucco radicũ cannę, & pone deſuper. Vnguentum ad idem: Recip. nucis cypreſſi drach.1.foliorum rubi, & foliorum ulec.capilli ueneris, uuę caninę,ſeminis roſarum,citrulli,mentę,acacię ana.confice cum aqua folio-rum uiridium, aut aqua roſarum & pone deſuper, ſi autem fuerit peſtilẽtia, adde duas partes lapidis armoniaci. Electuariũ ad febrem quartanam, quod ego compoſui,& eſt magnę utilitatis: Recip.aſari,ſenę,calami aro matici,garyophyllę,cinnamomi,ſeminũ endiuiæ, ſem.lactucę,ſeminis plan taginis,ſantali albi,baſiliconis,añʒ.s.confice cum ſaccharo uiolato & oxy-ſacchara, & ex eo contere lapidem lazuli poſt multã ablutionẽ ſępe, ſume ʒ.s.& miſce cum ʒ.1.camphorę,& da ʒ.2.cum ſyropo citoniorum.

Digitized by Google

ABUBETRI RHA-

ZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI'A QVE IN- ſignis Medici, de præſeruatione ab ægritudine lapidis, Liber unus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

DE lapide qui in renibus uel ueſica generatur, breuē ſermonem, et cōpendioſum faciemus, abſtractū à pſcrutatione naturali. Sed ſecundū quod neceſſariū eſt infimo tantū. Dicamus ergo quod primo de hoc diuidit̄ in duos modos. Quorū primus, eſt ante generationē lapidis. Et ſecundus poſt, primus iſtorū unicus eſt, & indiuiſibilis. Et eſt de diæta, quę fit cōſeruatiua generationis lapidis. Secūdus autē diuidit̄ in tres, quorū unus, eſt ante acceſſionē doloris. Secundus, in ipſa acceſſione. Tertius, poſt acceſſionem. Ante uerò eſt de regimine, quo lapis iam factus frangit̄, in acceſſione uerò, eſt, de regimine quo dolor quieſcat, & lapis labat̄ ad ueſicam per cannales urinę, poſt acceſſionē uerò de diæta, qua curari cōtingit à tranſitu lapidis p has uias quādo curat̄. Dicendū igitur in unaquaq; iſtarū ſecundū quod apparet, & ſecundū ſufficiens. Dicimus ergo quod cōſeruatio à generatione lapidis, fit, dimittendo cibaria, et diætā generātia ipſum, & uti frequēter cibarijs, medicinis, et uniuerſaliter regimine, quibus mundificent̄ & ſubtilient̄, qui uerò nō eſt paratus ad generationē lapidis, ei ſufficit dimittere cibaria et diætā generātia lapidē, qui autē paratus eſt ad hoc, indiget hic rebus ſubtiliātibus & mundificātibus, et uti eis, ne in ſuis renibus applicetur materia quę poſſit lapidari, & indiget infrigidatione renū, ne lapidatio feſtinet in eis, & ne illa materia etiā ſi ſuperueniret ad uētriculos renū indureſcat cito, et hoc ſiquidē loco dicenda ſunt hæc duo regimina breuiter & cōpendioſe, ita ꝙd uulgi & phiſici cōmunicent intelligēdo & ſciēdo iſtud. Dicamus igit̄ quod ex eis quę adiuuāt ad generationē lapidis, ſunt cibaria craſſa, uiſcoſa, & omne quod fit ex frumēto azymo, ut panis azymus, & cipulę & triticū, & farina cocta cum aqua, et maximè ſi facta fuerint cū lacte, et caſeo qui natus eſt lapidē generare, & maximè ſiccus, & omnia craſſa condimenta, generantia humores crudos, et piſces recētes, craſſi, magni corporis, & oua cocta frixa, et cerebra, et pedes, et cutis aſſatorū. Oua autē elixa,

Oua. mollia, phibenda nō ſunt, et maximè ſi admiſceat̄ almuri, et acetū, et ruta.

Fructus. De fructibus autē, phibendi ſunt craſſi, ut poma, aut poma maciana, pira, et huiuſmodi ex his quę in corpore gaudēt generare humorē crudum, eſt, multū potare aquā, et nimis turbidā, et ſalſam, et grauē quę tardè deſcendit, et aquā ualdè frigidā, oīa enim iſta faciūt lapidē, et maximè ſi cū fuerit multa, ſpiſſa, et comedere carnes maximè craſſas, adiuuat ad generationē lapidis, et ſomnus ſup dorſum diu, et in culcitris mollibus, et multū laborare, et onus aſſidue portare ſup renes, et coitus aſſiduus, maximè poſt repletionē, et comeſtio poſt aliā comeſtionē, et uehemēs deambulatio poſt multū cibū, et balneū poſt repletionē cibi, oīa cibaria craſſa, dura, uiſcoſa, oīa iſta generāt lapidē, & ut nō plongent̄ hęc, dicēda ſunt ea q̄ ſunt apta ad uſum in hoc.

Panis. Dicamus igitur ꝙd panis frumēti, & maximè qui factus eſt ex granis duris, uiſco-

Digitized by Google

ris uiſcoſis incongruus eſt, in dicta prohibēte generationē lapidis. Sed quia apud nos aſſuetus eſt, et ſi aliq̄d nocumentū ex eo poſſibile eſt contingi, non oportet ipſum, ꝑ alio mutare, quoniā tūc fortè plus noceremus infirmo debilitādo uirtutē, et corrūpendo complexionē, pluſq̄ corrigeremus. Sed oportet panē accipere ex tritico leui pōdere, et paucę uiſcoſitatis et duritiei, et addere in eo multum de fermēto et ſale, et comedere cum cōdimentis quę non dicemus, hoc enim modo nō nocet. Oryza etiam incōgrua eſt propter uiſcoſitatem, et maximè ſi fit cum lacte. Fabę uerò & ciceres, et labia utilia in hoc, et bona ſunt, maximè ciceres quę ſunt medicina nō cibaria in hoc, ui tes autē mediocres. De carnibus, utēdę ſunt carnes gallinarū iuuenum, paſſerum, coturnicū, perdicum. Anates autē & grues nō cōueniunt, bonę etiam ſunt carnes hœdorū, caprarum iuuenū, & arietum caro. Vaccinę autem non conueniunt omnino, & arietes agreſtes neq; carnes leporū, & hoc eſt quod dicit. De uinis autem, cōueniens eſt albū, ſubtile, nigrum uerò & ſpiſſum eſt dimittendū, quod autem fit de uuis paſſis & melle & amygdalis amaris, eſt ualdè utile. De oleribus autem, utēda ſunt apium, endiuia, cuſcutę, parum de eruca, ruta, mēta, radix bautię, hurſoſus ualdè ſunt utilia. Similiter ſpargi. Rapa autē incōgrua, atriplices uerò & ſpinachia ſunt bonę. De fructibus autē ficus, & maximè ſicca, quę mundificant q̄d aggregatum eſt in uijs urinę, amygdalę etiam nō ſunt malę, & maximè ſi parū habuerint amaritudinis, & ante et poſtea ſi comedat una ſola amygdala amara. *Carnes.* *Vina.* *Olera.* *Fructus.*

Mel autē et ſaccharū apta ſunt, ſed ſaccharum cōuenientius quoniā nō ita calefacit, ſicut mel, et ſatis mundificat, paucitas autē calefactionis cum abſciſione, et mundificatione eſt perfectio regiminis in mūdificatione, & cōſeruatione lapidis, piſtacea autē et paſſę bona ſunt, cōgrua, dactyli uerò craſſi, maturi, incōgrui, immaturi autē non nocent. Si igiť in aliqua hora dimiſerit æger dietam, et maximè ſi uſus fuerit rebus incōgruis nō debet aſſiduare, ſed abſtinere cito. De ſimplicibus autē, acetū forte ſcyllę eſt in prohibēdo generationē lapidis & frangendo generatū, ſpargi, hurſoph, cum aceto, & bruſci muri prouocat urinā, & prohibet generationē lapidis, oculi comeſti ante cibū prohibent lapidis generationē, maximè ſi poſt horā unam potauerint de oxymelle, aut hydromelle, ficus autē ſiccę lauant renes, et attrahunt arenam ex eis. Et ſimiliter facit acetū ſcyllæ & capparis, & aqua ciceris, & potare quolibet mane aquā calidā, & poſt balneū oxymel nimis eſt utile, & ſimiliter aſſiduare uomitum & fluxum uentris, & cauere repletionem, quia eſt ualdè nociua in hac infirmitate, & ſimiliter balneum, & motus poſt cibū, infrigidatio renū fit, ut iaceat ſuper terrā frigidam, & ponere ſuper renes herbas frigidas, cum aceto, & aqua roſarum, et pſylliū et talia. Cum iſto enim regimine renes ſemper erunt frigidi, et ſic materia non lapidabitur cito in eis, ſed remanet humida, aquoſa, quaꝑpter medicinę faciles trahunt ipſum, q̄d autē diximus de regimine cōſeruationis à generatione lapidis ſufficiens eſt, et uis earū eſt in utēdo eis in omnibus horis etiā de medicinis quas dicemus. Poſtea quę utēdę ſunt ſemꝑ. Sed tamē primo debiles earū poſt acceſſionem fortiores, iſta enim infirmitas habet acceſſiones in maiori parte, et ſigna quę anunciant eas ſunt, ut conſtypatio uētris, et dolor pungens renes inſeparabilis, et difficultas urinę, et fortè dolor deſcendit ad inguen, et maximè in deſcēſu lapidis per uias urinales. *Mel & ſaccharum.* *Acetū ſcyllaiticum.*

Finis libelli de præſeruatione lapidis.

Digitized by Google

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI, AC VERE INſignis Medici, de ſectionibus, cauterijs, & uentoſis, Liber unus, GERARDO TOLETANO Cremonenſi Medico interprete.

De ſectionibus, cauterijs, & uentoſis.

SCiendum eſt quod antiqui in pluribus locis plus quàm moderni cauteria faciebãt. Modernorũ igitur uſum imitãtes de capite primo, poſt deſcendẽdo, de membris ſingulis cauterizandis dicamus. In cõmiſſura igitur phãtaſticę cellulę & rationalis fit cauteriũ duobus modis, aliquando fit rotundum & fit ferro candẽti, aliquãdo in modum crucis cutis incidiť ferro frigido, & caro uſq; ad craneũ perforať, & cum multus ſanguis efluxerit, mittatur ferrũ candens, & imprimatur fortiter in modũ prædictum, deducendo in modũ inciſionis cutis. Sed hæc impreſſio fortis ferri candẽtis, cõpetit ſolis habentibus forte caput, ut ſunt capita ruſticorũ, hoc facto ſeruãtur aperta rotunda, ſcilicet, immiſſo ſcalpello, alia immiſſis tentis & petijs. Fiunt autem hæc præcipuè pro mania, & maximè quando ex uentoſitate, & fumo fit, habet fieri pro epilepſia, pro dolore oculorũ, deſcendente pręcipue à ſuperioribus ad ipſos, pro dolore dentium, pro dolore auriũ, pro omni dolore & paſſione faciei, quãdo materia deſcẽdit à ſuperioribus deorſum.

Cauterium in occipitio.

ITem fit cauterium in occipitio capitis ferro rotundo calido, & ſeruatur apertũ ut cætera prędicta, maximè pro lethargo, & etiam ualet pro omnibus doloribus prædictis ſuperius. Cauteriũ poſt aurẽ: Poſt aurem fit cauterium pro tinnitu aurium inueterato, pro fiſtula auriũ, pro dolore aurium, pro dolore dentium, et oculorũ. Sectorium per medium auris: Quandoq; per medium auris immittatur ſectorium, quandoq; uerò per pulpam auris, & ſeruatur apertum cauſſis prædictis. Sectoriũ pro dolore dentiũ: Sub mento quandoq; ponitur ſectorium pro dolore dentium, & pro dolore faciei, & pro ipſius deturbatione uel tortione. Sectorium in collo iuxta uenas organicas: In utraq; parte colli iuxta uenas organicas, immittiť ſectorium pro dolore faucium & colli, & pro dolore frigidarũ partium, quãdo materia per partes illas uidetur ab inferioribus ad ſuperiora aſcẽdere. Sectoriũ ex tranſuerſo thoracis: Pro dolore thoracis, ut cõtingit aliquando ex ictu antiquo, q̃d cõperitur ſi locus compreſſus digitis, interius doleat, uel etiã ſi ſit ex ipſius uitio, fiũt ſectoria ex tranſuerſo thoracis, inter duas coſtas in longũ. Sectoriũ inter umbilicum et furculam: In medio inter umbilicũ & furculã pectoris fit ſectorium obliquatum, aliud in rectũ à ſummo deorſum pro aſthmate, ꝓ uitio pulmonis et ſtomachi, pro dolore coſtarum, pro pleureſi & peripleumonia, & eodem loco fit cauterium ꝓpter cauſas prędictas. Sectoriũ poſterius: Poſterius fit ſectorium propter hepar, & anterius pro uitio hepatis, & pro ſui duritie inueterata, ſi ratione hepatis frigidi incraſſatur ilium magis in illa parte, ne

ſequatur

Digitized by Google

ſequatur hydropiſis, ponas gamandream & corticem ſambuci cum radice fœniculi, & apij, ſi caput non dolet, & coquātur in uino & bibat, ut laxetur fiant ſuppoſitoria. Sectoriū in ſiniſtra parte: Eodē modo à ſiniſtra parte anterius & poſterius fit ſectorium prope ſplenem, pro ſplenis uitio & pro ſui duritie inueterata. Item in brachijs fit cauterium rotundum ferro calido in quatuor locis fontium, & in quibuſdam in quinque locis, propter dolorem humeri & arteticam colli, à parte exteriori fit cauterium extra brachiū prope humerū, mēſuratis quatuor digitis deorſum, ut hic apparet. Cauterium prope cubitum: Item fit ad eadem uitia, & ad dolorē ſuperioris mandibulę cauterium prope cubitum, menſuratis tribus digitis, à cubito uerſus humerum in lacerto brachij. Cauteriū prope raſchetam: Fit etiam cauterium prope raſchetam manus exterius, pro dolore cubitorum, pro dolore totius brachij, pro chiragra, præcipuè ſi à ſuperioribus deſcendit humor, faciens chiragram per illum fontem ad manum. Cauterium in medio brachij: Item in medio brachij fit cauteriū pro dolore aſcellę & pro dolore inferioris mandibulę, & partium adiacentium ei. Cauterium inter utrunque: Inter utrunq; cubitum mēſura quinque digitorū, ſcilicet ſupra glandulas, ſupra cubitum fiunt cauteria contra omne genus febris erraticę, ut apparet in ſequentibus. Cauteriū contra chiragram: Contra chiragram & contra manuum inflātionem inueteratam, fit cauterium ſupra digitos manuum inter duos digitos, & poteſt fieri per omnes. Cauterium propter arteticam: In tribus locis ſpinę propter arteticā & eius dolorem colli poſterioris, fit cauterium inter ſpondylia dorſi, tamen ne lędatur quędam chorda quę ſuperiacet ſpondylibus. Sciendum autem magnum imminere periculum ſi lędat, ideò in carnoſo fiat. Notabile: Nota hoc generale eſſe, in omni loco fontium cauterizandum eſt, per quem fluxus humorum tranſire uidetur ad membrum aliquod, ſiue deorſum ſiue ſurſum ad intercipiendum fluxum. Cauteriū ſuper ancham: Item cauteriū fit triangulatum, ſupra ancham, ubi os rotundum contingitur oſſi concauo, unum ſuperius, ſecundum uerſus dextram partem inferius, tertium uerſus ſiniſtram partem inferius, ut inter hæc tria comprehendatur iunctura oſſium prædictorum, fiunt autem hæc ferro calido, & immiſſis ſcuellis ſeruantur aperta, pro dolore ſciatico proſunt, ex frigidis humoribus tamen, dolori uerò facto ex calido humore, nocent. Sed notandum quod ſi illa duo oſſa eſſent diiuncta ad inuicem, incurabile eſſet, & hoc ſit generale in omnibus iuncturis duorum oſſium. Cauteria ſupra genu: Fiunt cauteria duo ſupra genu menſuratis tribus digitis ſurſum, exterius unum pro uitio prædictę paſſionis, præcipue ſi fiat ab exteriori parte. Interius fit aliud pro cauſa prædicta præcipuè partis interioris, & pro dolore pudendorum & ſcabie ueſicę, pro uitio matricis in muliere. Et nota cauterium hoc multum ualet ad conceptū iuuandum, præcipuè cum abundat matrix frigidis humoribus. Cauterium ſub genu: Item fit cauteriū ſub genu, menſuratis tribus digitis deorſum, & fit pro iſchiatica paſſione & artetica genuū, unū exterius, aliud interius, tertium poſterius, & ꝑ diuerſitate dolorū, uariant̄ etiā loca cauteriorū, ut ſi dolor ſit exterius, cauteriū fiat exterius, & ita de alijs, ſcilicet, interius & poſterius.

Digitized by Google

Cauteria ſub cauilla: Prope pedē fiunt cauteria mēſuratis tribus digitis ſub cauilla: Fiunt autē hæc, unū interius, aliud exterius, & ita de alijs ſub cauilla pro artetica ſuperiorum partium, ſcilicet genu & iſchię pro dolore pedum, ſi fiat diſcurſus humorum ad pedes à ſuperioribus partibus. Cauteria prope cauillam: Item fiunt duo cauteria prope cauillam, pro dolore pedum & artetica cauillarum. Cauteria intra pedem: Duo cauteria fiunt intra pedem & extra, pro prædicto uitio cauillarum & totius pedis, qualiter autē debent fieri ſupradicta, figuris ſatis poteſt perpendi mutato loco cauteriorum. Cauterium prope radicem digiti pedis: Item fit cauterium prope radicem digiti pedis interius, aliud exterius à parte oppoſita et fit pro cauſis prædictis. Cauterium inter duos digitos pedum: Cauteria fiunt inter duos digitos pedum per omnes, pro artetica ipſorum digitorum pedis, & pro inflatione pedum, & pro alio quolibet dolore pedum.

Cauterium ſub planta pedū: Cauteria fiunt ſub pede in media planta pedis, pro omni dolore pedis ex humore frigido & calido, ꝓ uitio artetice, cauillarū, geniculorum, & iſchiæ & partiū adiacētium. Cauteria ſub genu: Magiſter Rhazę fecit cauterizari quendā arteticum, cui deerant uiginti hebdomadę de ſeptem annis, & habebat genu inflatum per ſeptem hebdomadas, præcepit itaque Magiſter Rhazę ut fieret cauteriū ſuper genu paruiſſimum, & minori ferro quàm in ſene, & cum inciperet, poſuit emplaſtrum ſupra genu de radice brionię & biſmaluę coctis in aquis & tritis cum axungia, ſed in duplo poſuit de brionia & biſmalua, & præcepit ut caueret omnes fructus, omnia genera leguminum, caſeum, allia, bouem & ſimilia, emplaſtrum poſuit, ut humores diſſoluti, melius fluerent. De uentoſa inter ſcapulas: Ventoſitas colicę, iliacę, nephreticę, ſcrophicę, diarrhœæ, matricis, ueſicę, ſplenis, hepatis, cutis, pectoris, laterū, hypochondriorum, extrahitur per uentoſas ſine ſcarificatione inter ſcapulas crebro poſita, nunc à dextris, nunc à ſiniſtris ſpinę, nunc inferius, nūc ſuperius. Ventoſa ad diſcrimina capitis: Antiqui uentoſitatem capitis extrahebāt, poſitis uentoſis ſine ſcarificatione, nunc ad diſcrimina capitis, nunc ad cōmiſſuram phantaſticę cellulę & rationalis. Ventoſa ad umbilicū: Ventoſa corrigit ineptas poſitiones membrorum, ut ſi matris deſcendat uerſus os penis, ponitur uentoſa maior ad umbilicum ſine ſcarificatione. Ventoſa propter matricem: Si matrix fuerit in alterutrum uertebrū inclinata, ponatur uētoſa in oppoſito ilio, ſine ſcarificatione. Ventoſa ad renes: Si
Ad renes. colon deſcendit ſeu exeat anum, ſiue intelligatur inteſtinum eſſe corrugatum, & deſcendiſſe deorſum, licet non exeat, ponitur ad renes uentoſa ualdè frequenter, ſine ſcarificatione. Ventoſa propter uulnus: Plerun-
Ad uulnus. que extractum inteſtinum per uulnus, retrahitur per uentoſam iuxta uulnus poſitam, ſpacio tamen inter uulnus & uentoſam, unius dimiſſio digiti uel amplius, & ad hanc inteſtini reductionem perraro hodie utuntur uentoſa. Ventoſa ad mammillas: Motus morborū auertit uentoſa, ut con-
Ad mămillas. tra fluxum menſtruorum ponatur uentoſa ad mammillas, ſub eis quę totam inferiorem partem mammillę poſſit amplecti, ſic tamē, quod inter ſe totam recipiat mammillā, hic plurimi non ſcarificant, pauci, ſed raro faciunt.

Ventoſa

Digitized by Google

Ventoſa propter fumum à ſtomacho: Cum fumus in febre, uel ſine febre à ſtomacho aſcendit ad caput, ponitur quandoq; uẽtoſa ad umbilicum, quandoq; ad os ſtomachi, uentoſa amplectens umbilicum, uomitum ſtringit, diariam quoq; quandoq; ibidem poſita, quãdoq; ad os ſtomachi poſita.

Ventoſa contra dolorem oris ſtomachi: Contra dolorem oris ſtomachi, de uẽtoſitate, uel de inuiſcatis ibidem humoribus calidis uel frigidis, ponitur uentoſa ſine ſcarificatione ſæpius ad furculam pectoris quãdoq;, ſed rarius ad metaphrenum. Ventoſa ad dolorem capitis: In febribus tertianis continuis, dolente capite ex uapore inferioris corporis ad ipſum aſcendente, ponuntur uentoſæ ad ſtomachum, aut ad umbilicum in carnoſitate coxarum in multis locis, & ad ſuras tibiarũ, ad plãtas pedum quandoq;.

Ventoſa propter ruborem & puſtulas: Propter faciei ruborem & puſtulas eiuſdem rubras et oculos rubentes, uel de calido humore dolẽtes, uel contra dolorem capitis de cholera, uel magis de ſanguine, conferunt uentoſæ cum ſcarificatione in occipitio, in ſupremo dorſi inter ſcapulas & ad cubitos, ad raſchetas manus extra, & ſub mẽto. Ventoſa propter aſthma: In aſthmate de ſanguine, peripleumonia, pleureſi, ſynocha inflatiua, ſynocha putrida, ſcarificatur cum uẽtoſa inter ſcapulas, præcipue cum audemus phlebotomare ſicut in prima figura de uentoſis apparet. Ventoſa contra pleureſim: Antiqui contra pleureſim, ut extrahant materiam ab interioribus ad exteriora, uentoſabãt cum ſcarificatione, uel ſaltem ſine illa locum dolentem, ſed pauci ſunt qui acquieſcunt hodie, timentes ſuperaddere dolorem cum uentoſa, cum ex pleureſi doleant acutiſſimè patientes.

Ventoſa propter humores: Humores intercutanei frigidi, ſed magis calidi facientes dolorem uagum, uel magis fixum, ſiue ex concuſſione hoc fiat ſiue non, extrahuntur per uentoſam cum ſcarificatione per totam ferè corporis ſuperficiem poſitam, & tunc ponitur & ad ipſum locum patientem, uel de proximo ſubtus, ſiue ſit dolor in iũcturis, licet ad hoc rarius uentoſetur, ſiue ex iuncturis id quod ſæpiſſime fit. Ventoſa ad morpheã: Cum eſt ex attractione ſanguinis ad ſuperficiem, ut in particularibus extenuationibus, alba morphea, dormitionibus, congelationibus membrorum ab intrinſeca cauſa factis, ponitur ad ipſum locum uentoſa ſine ſcarificatione.

De ſectionibus, cauterijs, & uentoſis libri finis.

Digitized by Google

HOc in libro de admiranda ſingularum fere animalium particularum uſu & detrimento uirtuteq́ue, ut uocant, ſpeciuoca, cœleſtiq́ue, ſecundum ueterum ſententiam ſex & quinquaginta capitibus breuibus admodum, tractatio fit.

CAPITVM INDEX.

DE leone	Cap.	I.
De alpheib	Cap.	II.
De tauro	Cap.	III.
De oue	Cap.	IIII.
De capra	Cap.	V.
De equo	Cap.	VI.
De mulo uel mula	Cap.	VII.
De aſino	Cap.	VIII.
De camelo	Cap.	IX.
De elephante	Cap.	X.
De ceruo	Cap.	XI.
De algazeli	Cap.	XII.
De urſo	Cap.	XIII.
De cane	Cap.	XIIII.
De uulpe	Cap.	XV.
De lepore	Cap.	XVI.
De albozoa uel taxone	Cap.	XVII.
De lupo	Cap.	XVIII.
De leopardo	Cap.	XIX.
De furone	Cap.	XX.
De muſtela	Cap.	XXI.
De ſimia	Cap.	XXII.
De eritio	Cap.	XXIII.
De cancro	Cap.	XXIIII.
De teſtudine	Cap.	XXV.
De tortuca	Cap.	XXVI.
De piſci ſagittali	Cap.	XXVII.
De lacerta	Cap.	XXVIII.
De crocodyllo	Cap.	XXIX.
De rana	Cap.	XXX.
De catto ſilueſtri	Cap.	XXXI.
De mure	Cap.	XXXII.
De yaroboathi	Cap.	XXXIII.
De formicis	Cap.	XXXIIII.
De aldea locuſtis	Cap.	XXXV.
De upupa	Cap.	XXXVI.
De alkakau	Cap.	XXXVII.

De colum-

Digitized by Google

De columbis	Cap.	XXXVIII.
De ancha	Cap.	XXXIX.
De grue	Cap.	XL.
De nocticula	Cap.	XLI.
De aztore uel alkaruem	Cap.	XLII.
De carnibus auium uel aliorum, uel de gallo	Cap.	XLIII.
De pullis	Cap.	XLIIII.
De laudis criſtatis	Cap.	XLV.
De finoris	Cap.	XLVI.
De aſſikakak	Cap.	XLVII.
De alkemo	Cap.	XLVIII.
De anſeribus	Cap.	XLIX.
De coruo	Cap.	L.
De pica	Cap.	LI.
De paſſeribus domorum	Cap.	LII.
De uulturana	Cap.	LIII.
De aranea	Cap.	LIIII.
De homine	Cap.	LV.
De muliere	Cap.	LVI.

CAPITVM FINIS.

ABVBETRI RHAZAE MAOMETHI SCIENTIA PERITI, AQVAE INſignis Medici, de facultatibus partium animalium, Gerardo Toletano Cremonenſi Interprete, Liber unus.

De leone. Cap. I.

VErbum Ariſtotelis & Diaſcoridis eſt: In collo leonis non
eſt aliquid cōiuncturæ, ſed unum eſt cōtinuum. Caro eius
eſt calidior canina, cum hoc etiam ſicca, ualet in cibo paraly
ticis, niſi quia tardè digeritur, & generatiua tortionum uen
tris. Et carnes rapacium omnium declinant ad ſiccitatē
generatiuam, in corporibus choleræ nigræ, peiores earum
lupinę & caninę, & corruptionibus humorum & animarum eorum. Ve-
ſtes in corio eius inuolutę, ſecurę ſunt à tinea. Corium eius cum corio
lupi poſitum depilat ipſum, & ſimiliter alia. Suffumigatio ex ſepo eius
ſi fiat circa aquam, aut ex eo aliquid ponatur circa eam, non accedent lupi,
nec bibent ex ea. Si ſepo eius cum allijs mixto & trito, ut uincat odorē
alliorum, & inungatur corpus, ad ipſum nunquam accedunt lupi. Si cum ſe-
po eius liquefacto, diſtillet circuitus ouium, nō accedēt lupi ad gregē illū,
nec animalia rapacia. Dens eius caninus collo pueri ſuſpenſus, antequam ei

dentes naſcantur, ſecurum reddit à dolore dentium in natiuitate eorum. Si ſepo eius liquefacto inungatur animal, non accedent ad ipſum muſcę. Stercus leonis deſiccatum & permixtum unguento, cum quo aliquis ungatur, delet maculas. Sanguine leonis ſi confricetur cancer, tollit ipſum. Fel leonis curat icteritiam, datus in potu dauic, cum affligit in prima uice. Hepar eius cum uino puro bibitum, aufert dolorem hepatis. Cerebrum eius comeſtum, inducit ſtupefactionem mentis. Cerebrum eius cum oleo liquefactum, in aurem ſurdam diſtillatum, auditum reuocat. Teſticulus eius dexter deſiccatus cū roſis, tritus, potui datus ſterilitatem inducit. Si quis comederit aſſum aut crudū, aufert filiū, & ſterilitatem inducit. Si potetur aliquis ſtercore leonis, aut ponatur in uino menſura unius dauic, abhorrebit uinum. Sepum eius calidius & ſiccius eſt ſepo algebut, id eſt, bouis amari exeuntis & pręſtat apoſtematibus duris.

De alphet. Cap. II.

ALphetħ aliter alpheib, generatur ex leone & leopardo, ſicut mulus ex equa & aſino, et quādo errat in uenatione retrogradítur iratus. Et cum diſciplinatur in errore uenationis, recipit ſcientiā & diſciplinam ſicut recipit canis.

De tauro. Cap. III.

TAurus ſubtilioris uocis eſt quàm fœmina, donec caſtratur, & cornu uaccæ fortius eſt cornu tauri, & non eſt in corde os, niſi bouis uel equi. Si quis cerā liquefactam ſuper cornu uituli infuderit, ſequetur ipſum, quocunq; uoluerit abſq; labore. Bobus accidit morbus podagricus, & ſignum eſt, quando pedes eorum apoſtemantur. Si cornua eorū inungantur cera liquefacta, aut oleo, curantur. Quædam ſpecies boum eſt magnorum, paſcens retrorſum, prętimore cornuum. Alia ſpecies, carnibus utitur ad modum luporum. Boues præcognoſcunt hyemem fortem, & ſignum facient dominis ſuis, quia ſuper latus dextrum incumbunt. Et ſi ſemina quæ ſparguntur cadunt ſupra cornua eorū, non proficiunt in fructū, & erunt paruorum granorum. Si ligetur bos immanſuetus fune lanę, remouetur illud. Si ungatur radix arboris cum felle uaccæ, non accedent ad eam formicę. Calcaneus uaccæ combuſtus, calefactus cum oxymelle, bibitus ſplenem inflatum curat, dentes & gingiuas laxas confirmat, dolorem dētium mitigat, ſi fit confricatio cum cinere illo.

Bos podagrizat.

Vnguis manus uaccę combuſtus, bibitus à muliere cui lac defecerit, lac reſtituit, & roborat corpus lactanti. Calcaneus bouis tritus cum uino, & melle, uermes necat, & ſunt uermes ſimiles granis cucurbitæ in uentre. Cinis cornu uaccæ mixtus cum aceto, ſi inungatur ex eo morphea, curatur ſoli contrapoſita, & ſi immittatur in nares, fluxum reſtringit. Raſuræ cornu tauri cum aqua ſumptæ, fluxum ſanguinis reſtringunt. Oſſa coxarum boum combuſta, bibita, curant fluxum ſanguinis, & menſtrua reſtringūt.

Digitized by Google

ſtringunt. Fel tauri mixtum cum melle, ſanat ulcera peſſima. Fel bo/uis mixtum cum uino & pulpa colocynthidis & melle, ſi ex eo inūgatur fundamentum, inducit fluxum uentris. Si duę guttę uel tres ex felle tauri im mittantur auri tinnitum patienti, confert. Fel tauri mixtum cum aqua colocynthidis recentis, datum mulieri in partu laboranti, cito partum edu cit. Fel uaccæ nigræ, ſi ex eo colliniantur oculi debiles, ſcripturam amiſ/ſi non percipientes, confert. Bdellium in felle boum diſſolutum mixto aceto, fiſtulæ ſuperinfuſum, confert. In felle boum inuenitur quiddam in modum lapidis in figura anuli, quod philoſophi uocāt alcheron, tritum, in naribus poſitum, iuuat debilitatis uiſum, & dilatationi eius quibus time tur, ne aqua deſcendens creſcat in oculos eius, aut ſi ex eo ſumatur quanti/tas lenticulę iuncta cum ſucco bletarum, ſi imponatur naribus caduco, con fert ei. Dixit Trades, ſi defecerit alcheron, ſumatur loco eius drach. i. s. de felle tauri nigri. Sepum boum & medulla eorum iuuant neruos mo/tos ſtatu ſuo, & molles faciunt, ſi inungantur. Et ſanguis eius matu/rat apoſtemata, ſi ex eo calefacto cum ſepo conficiatur emplarum, lenificat apoſtemata dura. Stercora boum curant fluxum ſanguinis inſufflata na/ribus, & bibita hydropiſi conferunt. Stercora boum recentia in modū emplaſtri ſuperpoſita, podagræ conferunt. Et ex eis adiungatur acetum, ſi immittantur in nares, fluxum remouent Stercus bouis bibitum uel cly/ſterizatum fluxui uentris, prouenienti ex ulceribus inteſtinorum, prȩſtat.

Si ſtercus bouis folio inuoluatur, & calefiat in cinere calido, deinde po natur ſuper uaricem, plurimum confert. Emplaſtrum ex ſtercore bouis calefactum, deſiccatum confert aquę citrinæ, ſi in mortario ei admiſceatur acetum uini optimi & aquę, terantur optime, & fiat emplaſtrū, & toti uen/tri ſuperponatur. Virga tauri rubei, deſiccata, trita, potui data ad pon/dus unius aurei, cum uino optimo, à muliere remouet omne deſyderium coi tus. Medulla tauri liquefacta, ſi apponatˀ quaſi quarta pars eius ex myr rha rubea, tantundem olei laurini, & ex eo inungātur manus & pedes ma/ne & ſero, diſſoluit contractiones & lenificat extremitates. Stercus boum uirtutem habet attractiuam, & curat morſum ueſparum & apum.

Et inungatur ad ſolem corpus hydropici cum ſtercore boum, confert ei plurimum, ſi ex eo totum corpus confricetur.

De oue. Cap. IIII.

Dixerūt quod ouis impinguatur propriè ex potu, ob hoc cibatˀ ex ſale ſingulis nouem diebus in ęſtate et in autumno, paſcitur ex cu curbitis ſalſis, quoniā inducūt lac. Quę comederit lac poſt partū dilatantur ubera, & ſi negetur ei eſus tribus diebus, poſt ſatietur, impinguatur cito. Cerebrum eius quando cum eo colluantˀ oculi aquam patiētes, cōfert. Stercus ouium ſi cū aceto fiat emplaſtrū, uerrucas & ua riolas, quę nominantˀ aſſare ſanat, permixtū cerę liquefactę cū oleo roſarū, curat cōbuſtionem ignis. Et ſi ſanguis alicubi in loco percuſſionis ma/gnæ cōglobatus fuerit, ſupponatur corium ouis hora qua excoriatur, dum

 eſt cali/

Digitized by Google

eſt calidum, diſſoluet ſanguinem conglobatum, & confert flagellatis ictu a
mento magno, & fortaſſis curat per diem & noctem. Confert etiam a-
poſtemati tardo euenienti in radice auris, ut ſi fiat emplaſtrum ex ſtercore
ouis mixto cum ſepo anſeris, aut gallinæ. Vrina ouis rubea, aut nigra po
tata, confert multũ hydropiſi carnoſę. Stercus etiam bibitum cum mel-
le, confert hydropiſi. Stercus ouis bibitum ad pondus drach. cum de-
coctione, ſiue cum oxymelle curat icteritiam. Splen exterius inunctum
ſtercore combuſto, attenuatur eius magnitudo. Emplaſtrum ex ſterco
re ouis cum melle ſuperpoſitum lentibus, uerrucis, & carni ſupereminenti,
quæ dicitur actur, delet eas, & remouet formicam. Et permixtum ceræ
& oleo roſarum, curat cõbuſtionẽ ignis. Medulla agni ad ignem lique-
facta cum oleo nucis admixto ſaccharo albo, & diſtillatur ſuper zambac
purum, & bibatur totum, diſſoluit lapidem qui eſt in ueſica, confert min-
genti ſanguinem, crematione uirgæ, dolorem in renibus & ueſica patienti.
Fel ouis ſi cum eo inungantur loca corporis, in quibus incidit corroſio
carnis, cõfert manifeſte. Si uis ut maturentur ficus in arbore, ſepeliatur
ad radicem arboris cornu arietis & maturabunt cito. Si uis remouere
morbum ouium interficientem eas: Accipe uentrem arietis, & coque cũ ui-
no & aqua, & miſce cũ aqua, & da ouibus in potu, & remouebit morbus.

De capra. Cap. V.

HEpar capræ decoctum cum aqua & ſale, comprimat ſe oculis aper-
tis ſuper uaporem huius aquæ, cui uiſus deficit in nocte, multum
iuuat. Sepum capræ magis eſt conſtrictiuũ ſepo boum. Se-
pum leonis eſt melius omni ſepo, ob hoc cum fit ex eo clyſtere in
aqua hordei toſti, aut cum aqua farinę toſtæ, & ſumach cocti, & liquefa-
ctum cum cera, confert plurimum excoriationi inteſtinorum. Sepum
montanarum caprarum confert pulmoni ulcerato, coctum cum pultibus.
Cum uolueris generare maſculũ comedas duos teſticulos capri aſſos,
& coxas, ea die generabis, & ſi unicum teſticulum comederis, naſcitur pu-
er cum teſte uno. Et quando conficitur ſepum cum ſtercore caprarũ co-
ctum, & croco, & ponatur ſuper podagram, diſſoluit dolorem. Stercus
caprarum combuſtum mixtum cum aceto & oxymelle, ſi fricetur alopecia
curatur. Collyrio facto ex ſepo caprarum ſylueſtrium, confert patientibus
telam oculorum. Fel caprarum domeſticarum idem operatur. Vn-
gues caprarum combuſti & triti, cum aceto facto emplaſtro curant alo-
peciam. Cornu caprarum incineratum, ſi ex hoc omnes confricent den-
tes, confirmat, & gingiuas laxatas corroborat.

De equo. Cap. VI.

SVdor equi mixtus cum uino, potatus à muliere prægnante proijcit
fœtum. Poſtus colli equi inciſus aufert deſyderium coitus.
Sudor beſtię inflat faciem, & inducit anginam. Equa ſi fumum
crucibuli extincti odoret abortit, et eſt illud q̃d ſimiliter euenit q̃buſ-
dam pregnãtibus. Ariſtot. Machinatũ fuit de quodã equo, ut coiſſet cũ
matre ſua, & cũ percepit ſe ita feciſſe, proiecit ſe in flumine intẽdẽs ad hoc.
Stercus

Digitized by Google

Stercus equinum ſumptum et fiat inde emplaſtrum cum aceto,& ſit cõbuſtum aut incombuſtum,ſtringit fluxũ ſanguinis,& quando odoratur iacens à patiente fluxum ſanguinis,remouetur. Sudore equi texicantˀ cultelli et ſagittę,& poſtq̃ calefiunt rubei fiũt,& quod potatˀ de aqua illa,non poterit trahi per rem aliquam quin faciat fluxum, qui interficiat rem illam.

Mulier quę non concipit, ſi ſumat equinum lac, ea ignorante & ſtatim coëat cum ea,concipit. Pullus equi poſitus ad hoſtium domus,non ingrediuntur eam culices,quamdiu ligatus fuerit ad hoſtium. Accipe ſemina hyoſcyami trita cum lacte equino,& liga in corio ceruino & non tangat terram, ſi ſuſpendatur ad mulierem quamdiu fuerit ſuſpenſum ſuper ea dormierit, non concipiet. Dentes equi maſculi non caſtrati, poſiti ſub capite illius,qui in ſomnis opera gerit,prohibent. Dentes pulli equi unius anni ſuper puerum ſuſpenſi, cum ingrediuntur dentes eius, faciunt egreſſum ſine dolore. Prægnans equa ſi inceſſerit ſupra ueſtigia lupi,innaſcetur. Equus bonus ſequens ueſtigia lupi,obdormient pedes equi, ita quod non poſſint moueri.

De mulo uel mula. Cap. VII.

MVlier ſi potetur aſſa fœtida ad quantitatem fabæ,infuſa in urina mulę, non cõcipiet. Ariſtot. Si mulier ſuſcipiat in uulua ſudorem mulę cum bombace, non cõcipiet penitus. Si ſumantur coria mulę,& in eo ponatur ſtercus auris eiuſdem,& ſuſpendatur ſupra mulierem,non concipiet unquã. Matrix mulæ decocta cum carnæ aſini aut alia,ſi cibetur mulier ignorans,non concipiet unquam.

Vnguis mulæ tentus à muliere,prohibet conceptum. Si fumigetur domus cum ungue mulę,fugiũt mures ab ea. Homo ſi ſumat de medulla mulę ad quantitatẽ trium aureorũ,fit ſtupidus. Duo teſticuli catti ſuſcepti,conſtricti in parte corij muli,ſi ſuſpendatur ſupra mulierem,non concipiet quamdiu fuerint ſupra eam.

De aſino. Cap. VIII.

HEpar aſini aſſum, cõeſtum in ieiunio omni die, ſi durauerit in hoc confert caducis. Similiter operantur ungues eorum,ſi comburantur,& bibatur ex eis pondus triũ aureorũ & dimidium ſingulis diebus. Et ſi medulla aſini, aut ſepo eius inũgatur in locis calidis, erit iuuamentum manifeſtum. Si fiet ex unguibus combuſtis emplaſtrum cum oleo, diſſoluit ſcrophulas,curat etiam fiſſuram cutis prouenientem ex frigiditate,triti,puluerizati,iniecti ſuper apoſtemata aperta pedum uel corporis,curat ea. Stercus aſini,ſi fit cum eo emplaſtrum cõbuſtum,aut nõ combuſtum,reſtringit fluxum ſanguinis. Si fumigetur domus cum pulmone aſini,fugiunt ab ea uermes. Stercus aſini calidum infuſum in uino,ſi imponãtur licinia bombacis,& ibi permittantur,donec bene madefiant, ſi immittantur, fluxum ſanguinis patientis reſtringunt. Emplaſtrum ex eo in fronte poſitum,ſanat fluxum. Splen aſini aſſum,tritum in modum collyrij, ſi liqueſiat cum ſepo urſino,& oleo, donec fiat in ſpiſſitudinem mellis,deinde ex eo ſuperponatˀ ſupcilio depilato, naſcuntˀ pili.

Caro

Digitized by Google

Caro aſini ſyluestris ualet contra dolorem ſpinę & ancharum. Medulla aſini ſyluestris ſi inungatur ex ea, curat podagram & aufert dolorem eius. Stercus aſini ſyluestris tritũ cum medulla oui, ſi liniatur ex ea frons patientis fluxum ſanguinis uehementẽ, remouebitur ab eo. Stercus aſini ſyluestris tritum cum felle bouis, ſi ex eo inungãtur capilli ſui, incriſpantur. Stercus aſini ſyluestris deſiccatum cum uino bibitum, ualet contra morſum ſcorpionis iuuamento magno.

De Camelo. Cap. IX.

EST in cõplexione ſua calidus, & ſiccus: Galenus: Medulla cameli deſiccata, ſi potet ex ea cũ aceto, ualet cõtra morbũ caducũ, cuius cauſa melãcholia eſt, præſertim ſingulis mẽſibus, ex ea ſumetur ſemel. Spuma cameli mixta cum aqua & uino, bibita ab ebrio reddit eũ dęmoniacum. Si quis potauerit de pulmone cameli exiccato, trito ad põdus unius aurei, incurrit cęcitatem oculorũ ex eo. Ariſtot. Machinatũ fuit ſupra camelum, donec aſcendit matrem ſuam, & interficit camelus machinatorem poſt tempus. Dentes cameli conferunt contra excoriationem inteſtinorum, quando fricantur cum iuuamento manifeſto, & quando ponitur ex eo ſupra hæmorrhoydas curat eas, permiſcet etiã cũ aſſagh id eſt, unguento, & liuolæ cum aqua porrororum nabati ſi inungantur cum eo hęmorrhoides prædictę, aufert dolorẽ. Lac cameli ſubtilius eſt omni lacte, & laudabilioris & ſubtilioris diætę, unde extenuat ſuperfluitates & ſoluit uentrem, & aperit oppilationem propter uehemẽtem calorem, qui eſt in eo per naturam, & roborat hepar & aperit oppilationẽ eius, et ſubtiliat craſſiciem ſplenis, & confert contra hydropiſim, quãdo in potu ſumitur calidũ, pręcipuè quando ponitur cum eo ſaccharũ alazur, quod eſt ſpecies ſacchari. Vrina cameli pulli cum à lacte ſeparatur, diſſoluit uentrem. Et ſi non diſſoluit, oportet quod diſſoluatur per medicinam laxatiuam.

De elephante. Cap. X.

CARO eius põderoſa, frigida, pinguis, abhominabilis. Qui guſtat ex ea cum aqua & ſale cocta cum ſeminibus aſquesſimi, ſanat tuſſim antiquã, quando coquitur & liqueſit cũ aceto et ſemine fœnic. Si autem pręgnans potet ex iure illo, proijcit quod habet in utero. Fel eius quando immittitur per nares ad põdus unius alkiſat cum tantundem moſchi, ualet contra caducum morbum. Additamẽtum hepatis ſumptũ & comeſtũ cum aqua ſumach, & folijs citrãguli, ualet plurimum contra dolorem hepatis. Stercus elephantis ſi inungatur cum eo coriũ, in quo ſint pediculi apparentes, et dimittanĩ donec deſiccenĩ ſupra ipſum, nõ remanebũt pediculi & ſtatim egredientur. Sepũ elephanti ſi cum eo inungatur patiens dolorẽ capitis, curatĩ. Ariſtot. Cũ potatĩ alkal, id eſt, os elephantis ad pondus unius ʒ. tritum, uel raſura bibitũ ab eo quem primo tangit lepra cum 10. ʒ. aqua mentaſtri montani confert ei. Stercus elephãti ſi fumigetur cum eo domus aut locus in quo ſunt culices, necat eas.

De Ceruo. Cap. XI.

CARO eius calida eſt & leuis, ſimiliter ſepum eius & medulla ualet contra pulſationem & dolorem ancharum & ſpinarum. Et cõfert ad tem-

Digitized by Google

ad temperationem fracturę, et lenificat eam. Sepum cerui ſi cum eo fiat inunctio, fugat uermes & huiuſmodi. Sanguis cerui ſi fricatur cum oleo, ſi fiat ex eo clyſtere, ualet cōtra ulcera inteſtinorum, et remouet fluxum antiquum. Si potetur cum uino, ualet contra ſagittas uenenatas. Cerebra eius lenificant apoſtemata dura, ſi ſunt in muſculis cordis quæ ſunt in ſūcturis. Cerebrum cerui melius eſt ad hoc, et poſt ipſum cerebrum uitulorū.

Ex cerebro cerui & uitulorum fit peſſariū mollificans apoſtemata matricis, & duritiem eius. Et ſerpentes fugiunt fumū cornu cerui. Et ſi ſuffumigatur locus culicum cum cornu ceruino & unguibus capræ, fugiunt ab illo loco. Cornu cerui decoctū cum aceto, ſi moueatur per os, remouet dolorem dentium, & conſolidat gingiuas. Si ſumatur puluis eius, & fiat dentifricium, emundat dentes. Si combuſtum abluatur & bibatur ex eo ad pondus iij. aureorum et dimidij, ſtringit fluxum ſanguinis, qui eſt ſine putrefactione, & contra ulcera inteſtinorum ualet. Et fluxum uentris antiquum. Et contra dolorem ueſicæ, & abſcindit humiditates, præuenientes ex matrice, & ualet contra icteritiam. Cornu cerui cōbuſtum ſi potetur cum modico melle, expellit uermes. Virga cerui deſiccata, data homini patiēti morſum uiperarum, confert ei. Virga cerui deſiccata, data homini patienti difficultatem mingendi, aut colicam, hoc modo, ut abluatur & potetur aqua ablutionis, remouet difficultatē, & ualet contra colicam.

De algazelli. Cap. XII.

CAro eius frigida et ſicca. Ariſtot. Caro algazel eſt generatiua hemorrhoidarum, niſi conficiantur cum melle, felle, pipere & galanga, & cinnamomo. Comedantur carnes algazel cum ſinapi & allijs. Stercus facit creſcere capillos, & meliorat eos, pręparatū cum oleo myrtino Si cum ea ungat homo uirgam ſuam, deinde coëat cū uxore ſua diliget eum ſemper. Lingua eius deſiccata, ſi cum ea ſuffumigatur locus uel membrum, in quo eſt ſanguiſuga, cadit. Calcaneus combuſtus tritus, ſi ex eo repleantur loca fiſtulæ confert. Fel & ſemen teſticulorum uulpis, & piper & ſemē erucæ, ana, ad pondus 1. aurei. mellis ʒ. 1, fiat ex hoc emplaſtrum, & ipſum teneat mulier in lana, ſi cōcumbat cum uiro, concipit. Si fuerit fel ex maſculo, concipit maſculum. Si ex fœmina, fœminam.

De urſo. Cap. XIII.

CAro eſt in complexione frigida, mucoſa, difficilè digeſtibilis, illaudabilis. Sepum eius confert contra uentoſitatē phlegmatis crudi, & dolorem dorſi. Sepum eius liquefactum, ſi cum eo ungatur facies hominis, erit intelligens, diſcernens, quicquid inſtruitur & legitur. Sepum & fel ſi cum eo inungatur alopecia, cum modico pipere, inducit pilos. Qui potauerit de felle eius ad pondus 6. gran. dauic. cum melle & aqua calida, ualet contra aſma, contra hæmorrhoidas, & remouet. Sanguis eius ualet pilis naſcentibus in oculis, quando depilantur, & inungitur cum eo locus eius. Et qui ligauerit fel urſi ſuper fœmur dextrum, coibit quotiens uoluerit, et non nocebit ei. Oculus urſi dexter ſiccatus, ſuſpenſus ſuper puerum, remouet ab eo timorem in ſomno.

De cane. Cap. XIIII.

CAro eius frigida eſt & ſicca. Dentes canini ſuſpenſi ſuper icteritiam, conferunt. Et etiam non latrabitur à canibus, ſi ſuſpendatur dens caninus ſuper ipſum. Dens canis nigri ſi teneatur in palma, non latrabunt ad eum canes, ob hoc tenent eos latrones & fures. Mulier cuius partus eſt difficilis, aut quæ in utero fœtũ habet mortuum, ſi de lacte catulæ cum modico melle, et modico uino ęqualiter ſumpſerit, alleuiabitur partus eius. Stercus canis ſumptũ diebus quibus aſcendit in mane canis, bibitum conſtringit uentrẽ, propriè ſtercus eorum qui comederunt oſſa. Stercus canis deſiccatum ſumptum in 30. diebus Iulij, & in ortu ſolis ad pondus 1. aur. potatum cum decoctione gallarum, aut cum aqua malorum granatorum, ſtringit naturam ſolutam, & eſt optimum ad anginam & apoſtemata gulæ, quæ iam cocta ſunt, quoniam uelociter ea cõſtringit. Et tritum cum ſucco coriandri, ſi inungantur apoſtemata rubea, curat ea. Stercus auris canis ſi cum eo inungantur licinia bombacis noui, & ponantur in cucurbita uiridi, & extendantur cum zambac puro, & accẽdantur, uidebuntur capita præſentium canina, Galen. Caput canis frõte ſuperius combuſtum tritum, ſi ſuperfundatur oleum roſarum, & bene teratur, & fiat emplaſtrum ex hoc ſuper ulcere capitis deſiccat ea. Coriũ uirgæ canis, ſi ſumatur & in eo inuoluatur terra ſuper quam aliquis minxerit, & ligetur, difficile deinceps emittet urinam, & quamdiu hoc ſeruatũ fuerit, & ligatum non poterit mingere. Si ſumatur ex coagulo catuli parui, & conficiatur cum uino diſſoluit laborantem colicam ſolutione leui, & alleuiatur ipſa hora qua potauerit ipſum. Alcarden quæ fuerint in auribus canum, ſi ex eis infundantur in uino, & detur ei quem inebriare uolueris inebriabitur. Lapis morſus à cane, ſi infundatur in uino, & de uino illo ſumpſerit homo, facit clamare ipſum. Si abluatur canis habens pruritum in aqua, in qua decocti ſunt lupini, curatur. Si abluatur canis quẽ comprehendit alcarden cum aqua marina, aut aqua et ſale, deinde inũgatur cum aceto uini & cymino extinguit alcarden.

De uulpe. Cap. XV.

CAro eius calida, uiſcoſa, difficilis digeſtionis, uituperabilis nutrimẽti, ſed in autumno melior eſt. Pulmo eius deſiccatus, tritus, cribellatus, ſi potetur ad pondus drachmæ unius, cum aqua uuarum paſſarum, aut cum aqua frigida confert ei qui difficilem habet ſpirationem. Sepum uulpis liquefactum mitigat dolorem aurium, ſi in eis inſtilletur recenter, & etiam ſi fuerit ſalſum, eſt adhuc magni iuuamenti.

Oleum in quo decoquitur uulpis confert podagricis, & in neruis patientibus ex ſuperflua humiditate. Vulpis decollata decocta in cacabo eris totaliter cum corio ſuo non ſciſſa, & cocta, donec diſſoluatur, & ponatur in concha terrea, & ſtatim patiens ſedeat in ea, uel ſupponatur ei cõcha confert patientibus in neruis, & extremitatibus ex phlegmate, quoniã diſſoluit illud, & eſt magni iuuamenti. Antiqui ſoliti ſunt infundere uulpinum oleum in tinam aqua plenam, & ponebant infirmum in ea, & morabatur mul-

tur multũ in aqua illa, & ſi morbus erit recens, remouebitur, & ſi antiquus leuiabitur & lenificabitˀ. Stercus uulpis tritum cum oleo roſarũ, ſi ungatur uirga alicuius cum eo, augmentat coitum. Fel ſumptum ad pondus drach. unius commiſceatur & portet in uulua mulier continuè in lana tribus diebus, deinde coëat uir cum ea in quarta, cõcipiet maſculum. Duo teſticuli uulpis triti, mulier quę ſumpſerit concipiet.

De lepore. Cap. XVI.

CAro leporina generat ſanguinem craſſum generatiuum choleræ nigrę, deſiccat & non ſubtiliat, & ualet contra dolorem uiſcerum, & abſcindit fluxum uentris & ulcera inteſtinorum. Si comedatur caro eius aſſa in furno, aut ſub patella, ferè operatur idem. Si mingantur maculę nigrę, umbroſæ, cum ſanguine eius remouentur. Caput leporis combuſtum tritum cum aceto, ſi ungatur ex eo alopecia cõfert. Caput aſſum & cerebrum comeditur, & iuuat contra tremorem prouenientem ex infirmitatibus. Hepar leporis deſiccatum, ſi ex eo ſumat hepaticus pondus, drach. unius ſanat ipſum. Stercus leporis liquefactũ cum aceto, ſi ex eo inungatur impetigo, curat eam. Stercus leporis ligatum ſupra mulierem non concipiet unquã, dum tenuerit. Et ſi ex eo poſuerit modicum in uulua, remouet ab ea menſtrua, & deſiccat matricem uehementer. Qui habuerit dolorem dentium, & poſuerit ex dentibus leporis in parte ubi dolor fuerit, aufert dolorem. Leporis combuſti integrè, cinis eius confert patientibus lapidem generatum in renibus. Si potauerit mulier poſt purgationem ſuam coagulum leporis tribus diebus cõtinuè, prohibet conceptionem. Si impoſuerit uuluę poſt purgationem coagulum leporis, iuuat eam contra conceptionem. Fel mixtum cum melle albo, ualet contra albuginem oculorum.

De albozado uel taxone. Cap. XVII.

CAro eius calida eſt & humida, cocta cum oleo iuuat podagricos, & dolores iuncturarum, ex frigiditate, & eſt ſubtilis diaphoretica. Cocta cum aqua poſita in tina, ſi intret eam podagricus uel patiens circa iuncturam, iuuant ipſum iuuamento magno. Qui uoluerit tranſire per loca animalium aſiba, ut ab eo quieſcant, ut ipſa fugiant ab eo, portet in manu ſua radicem colocynthidis. Si ſumatur pilus zabo de pilis qui ſunt circa collum maſculi, & comburatur, teratur cum pice, deinde inungatur cum eo anus ſodomitæ patiẽtis, remouetur ab eo uitiũ illud. Fel ſi ex eo potetur ad pondus drach. I. cum decoctione ſpicęnardi ualet contra tympanitem. Sanguis ualet cõtra lepram, ſi inungantur ex eo calido loca patientia. Dens ſuſpenſus ſupra brachium dextrũ ab humero uſq; ad cubitum, ualet contra obliuionẽ. Pes ſiniſter & ungues eius poſiti & ligati in panno lini, in brachio dextro alicuius, non tradet obliuioni quicquid audiuerit aut ſciuerit. Fel maſculi ligatum ſuper fœmur ſiniſtrum, non ceſſabit coire cum muliere quamdiu ipſum tenuerit.

Digitized by Google

Manus eius dextra cum corio eius, ſi abſcindatur eo uiuo, & ſuſpendatur ſuper aliquem, ſi ille intrauerit ad regem, aut alium, pro aliqua neceſſitate, complebit neceſſitatem ſuam. Manus eius dextra cum ſiniſtra hominis abſcindatur, & ſuſpendatur ſupra aliquem, quicunq; uiderit eum diligit eum præter alkabo. Medulla pedis ſiniſtri trita, ualet in muliere quę non diligit uirum ſuum. Si inijcitur in nates eius, diliget eum plusq; alium præter alios.

De lupo. Cap. XVIII.

CAro eius frigida, fœtida, ſicca, craſſa. Ariſt. Odium quidem inter lupum & ouem eſt uehemens, & illud eſt radicatum in omnibus membris lupi, ita quod fiant de uiſceribus ouiũ chordę, & de uiſceribus lupi aliæ, & pulſentur hę cum his, inſurdabũtur chordæ ouium ſiue arietis. Iam præparabatur corium eius, ut fierent ex eo tympana ad delectandum, quæ pulſata inſurdant alia tympana apud audientes.

Si mulier minxerit ſupra urinam lupi, non concipiet unq;. Si ſumat̃ uirga lupi, & nodetur in nomine eius, quem uolueris ligare non poterit coire donec diſſoluatur nodus ille. Ariſtot. Nulla ligatio uehementior iſta. Qui induerit ueſtimentum ex lana ouis, quam comederit lupus, non remouebitur ab eo pruritus quamdiu induerit eam. Cauda lupi ſuſpenſa ſupra pręſepe, non poterit comedere cœnam ſuam quamdiu ibi fuerit. Hepar miſcetur ſpeciebus medicinæ electuarij, quod dicitur oxyſœmia, & ualet contra dolorem hepatis. Galenus. Hepar lupi deſiccatum & tritum nimis, ſi ex eo bibatur cochlear unum cum uino dulci, ualet dolori hepatis cuiuſcunque fuerit malę complexionis, quia in ipſo eſt proprietas hepati conueniens infirmo. Dixit Gugir: Hepar confert omnibus animalibus dolentibus hepar, ſi comedatur. Probatio eius eſt, quoniam uultur dolens in hepate ſi uenetur aues magnas, & comederit ex hepate earum, curatur. Pulmo lupi, ſiccatus tritus cum capare, coctus cum lacte iumentino uel uaccino, ſi ex eo ſumat patiens defectum anhelitus, confert plurimum. Caput lupi ſuſpenſum in turri columbarum, non accedẽt ad eum furones, murilegus, nec aliud animal nociuum columbis. Calcaneus ſemine lupæ ſuſpenſus in capite lanceę, ſi congregantur contra ferentem lanceam homines ferentes lanceas, non accedent ad ipſum quamdiu calcaneus fuerit ſuper lanceam.

Fel lupinum ſumptum ad pondus unius dauic, ſi ponatur cum eo granum moſchi, & ponatur in aures, uel in naribus caduci, uel in initio menſis, & ſemel in medio menſis, confert ei loco electuarij, quod dicitur eſſe hylere. Fel coctum cum oleo roſarum, ſi cum eo inungatur homo in ſupercilijs, diligetur à mulieribus, cum deambuletur in conſpectu earum.

Teſticulum lupi dextrum, ſi quis ſumpſerit crementũ, & miſcuerit oleum, & muliere fornicariæ ad imponendum in uulua in lana dederit, ſi imponatur, remouebitur ab ea deſyderium coitus. Sanguis lupi confert ſurditati, permixtus cum oleo nucum, in aurem diſtillatus. Dentes caninos & oculos, & coitum lupi, ſiquis ferat ſecum aduocatus eius, in cauſa obtinebit, & erit diues apud omnes gentes. Virga lupi aſſa in furno, & inciſa ſu

Digitized by Google

ſa ſi maſticetur ex ea pars, excitat ſtatim coitum. Dens caninus lupi, ſuſpenſus ſuper aliquem, non timebit lupum. Tympanum magnum ex corio lupi factũ, percuſſum in exercitu, crepant alia tympana. Caro lupi trita cum modico piperis confecta cum melle diſpumato, ſi ſumatur ab eo, qui patitur colicam confert ei manifeſte. Corium lupi ſi ex eo ſtringatur uenter patientis colicam, ualet. Et ſi aſueſcat patiens ſedere ſuper corium ipſum, confert ei. Stercus coctum cum uino albo ſubtili, ſumptum à patiente colicam, confert ei nimium. Et fortè ſi ſtercus ille ſuſpẽdatur ſupra coxam uiri, ligatum cum filo lanę ouis quã momorderunt lupi, ualet ad idem. Oculus dexter ſiccus ſuſpenſus ſupra puerum, remouet timorem. Et ſimiliter dens eius caninus, & nerui, & corium eius.

Cauda eius ſepulta in domo, non intrabunt in eam muſcæ.

De Leopardo. *Cap.* XIX.

CAro eius calida eſt & ſicca, pinguedo craſſa eſt cum acuitate, eius ſubtilitas apparet in eis, qui patiuntur intus pulſum temporum, et reuolutionem capitis, ſi aſſetur & recipiat patiens odorem eius. Sepum leopardi mixtum cum oleo laurino, ſi cum eo inungatur ſcabioſus, cuius ſcabies ſcindit cutem, quę nominatur atrath, confert.

Sanguis leopardi confert tumori uenarum crurium, ſi confricetur cum eo calido. Fel leopardi ſumptum ad pondus dauic. cum ſcypho aquę decoctionis garyophylli, prohibet generationem & inducit ſterilitatem.

Fel recens ſumptum, eſt læthiferum uenenum, nec habet acuitatem deſiccatum, & necat ſi ex eo ſumatur pondus 1. aurei, in ipſa die iam potauit rex principem ſuum, ex hoc felle recente ad pondus 1. drach. in uino puro, & incurrit princeps ille mortem die ſequenti, cum dormiuit. Ariſtot. Teſticulus leopardi dexter, ſi mulier annoſa comederit cuius menſtrua ſunt impedita reſtaurantur, & ſi aſſueſcat eius eſum, menſtrua fient crebra.

Et ſi uolueris curam eius, potabis eam ſemine pſyllij recenti. Leopardus diligit uinum, & uenantur ipſum cum eo, quia cum biberit inebriatur, et capitur. Cerebrum leopardi mixtum cum aqua erucę, & modico zambac, & potet ipſum ualet contra dolorem uuluę.

De furone. *Cap.* XX.

PRiapus furonis magnę eſt utilitatis ei, qui patitur dolorẽ in ueſica, et ei qui guttatim cum difficultate mingit, & teratur ex eo drach. 1, & miſceatur cum modico garyophyllorum, & potetur.

De muſtela. *Cap.* XXI.

SI mordeat aliquem, & locus morſus ſit ſubnigri coloris, & augeatur ei dolor. Cura eius eſt, ut fiat emplaſtrum ex allijs, & folijs ficus, tritis cum cymino. Felle eius pereunt ſi potetur, niſi ſubueniatur eis per curam. Cerebrum ſiccum bibitum cum aceto, curat morbum caducum. Sanguis eius ſi cum eo inungatur apoſtema, poſt aurem proueniens, confert. Muſtela combuſta, ſi ſumatur cinis eius cum aceto, & cera liquefacta cum oleo liliorum, ad idem confert.

Muſtela poſita ſuper morſum ſcorpionis, confert nimium.

Digitized by Google

Muſtela ſi ſalſetur, ualet contra morbum caducum. Cinis eius aperturis pororum, ualet contra podagram, ſi confricetur cum aceto. Caro eius deſiccata, ſi potetur cum ruta, ualet contra morſum animalium omniũ reptilium. Coria maſculi confecta prius ſi inſcribantur in eis, ſuſpendatur ſuper dæmoniacos & incantatos, confert. Calcaneus eius extractus ea uiua, ſuſpenſus ad mulierem, non impraegnabitur quamdiu ibi fuerit.

De ſimia. Cap. XXII.

CAro eius frigida, auſtera, generatiua humoris peſſimi, niſi quia cor eius aſſum, deſiccatum potatum ad pōdus, drach. 1. cum mellicrato antiquo corroborat cor, & augmentat acuitatem & audaciam, & remouet puſillanimitatem, et pulſum cordis, et acuit intellectũ, & confert contra caducum morbum. Et ſi ſupponatur capiti dormientis cor ſimiæ, uidebit in ſomnijs res ſylueſtres metum inferentes.

De ericio. Cap. XXIII.

CAro eius diſſoluta, nimis ſicca ſimiliter, et ſi ſiccetur caro eius, et bibatur cum oxymelle ualet cõtra hydropiſim carnoſam, & initium omnis hydropiſis, & contra contractionem neruorum, & contra paralyſim, & dolorem renum & contra fluxum humorum ad uiſcera. Hepar eius deſiccatum ad ſolem calidum ſupra teſtam nouam, cõfert quaſi caro. Ericius coctus aut aſſus, ualet contra lepram, phthiſim & dolorem renum. Et ſi fiat ex eo emplaſtrum, ualet contra neruum contractum, & dolorem prouenientem in uentre ex uentoſitate craſſa, & contra difficultatem digeſtionis. Ericius ſalſus bullitus cum aqua, donec ſeparetur ab eo pinguedo, ſi cum eius adipe inungatur baculus, & ponatur in domo, congregabuntur ad ipſum pulices. Et ſi fiat ex felle eius collyrium & immittatur oculis, confert cõtra lepram & expreſſionem ad phthiſim ex ulcere pulmonis. Renes eius deſiccati, ſi ex eo ſumatur põdus drach. i. à patiente difficultatem urinæ cum aqua cicerum rubeorum, diſſoluit ſtatim. Aſſiduitas comeſtionis eius generat guttationem urinæ, eſt optimum contra uitium puerorum, & contra eos qui mingunt in lectis. Oculus eius dexter frixus ad pondus 2, 3. & ad pondus 6, granorum cum oleo alinulæ, uel ſeminis lini, ſi ponatur in uaſe æneo rubeo, deinde collyrizetur ex eo qui uidere uoluerit, de nocte nihil occultabitur ei in tenebris, quin uideat ſicut de die. Siniſter oculus frixus cum oleo & poſitus in uaſculo, ſi uolueris inferre ſomnum homini, accipe in ſummitate ſtyli ex ipſo, & mitte in aurem, & ſtatim habebit ſomnum. Ericius montanus ſiue marinus, ſi comburatur cinis eius ſubtilis, emundat & attenuat. Et philoſophi quidam utuntur in ulceribus, in quibus ſupereminent carnes peſſimæ. Corium ericij ſylueſtris combuſtum, mixtum cum pice liquida, ſi confricetur cum eo alopecia, curat eam. Ericius combuſtus tritus, ſi imponatur fiſtulæ, iuuat. Sanguis eius mixtus cum melle, ſi ex eo fiat gargariſmus cum aqua calida, remouet craſſitiem uocis, & raucedinem.

Sanguis

Digitized by Google

Sanguis eius cum decolatur ſumptus, cum tantundem olei mixtus, ſi in ungatur cum eo corpus uiri ignorantis quid ſit, ligatur ab omnibus mulie ribus uſq; ad menſem. Et ſi abſcindant crura eius abſq; decollatione, de inde ſuſpẽdatur ſuper beſtiam aut hominẽ, cuius mictura difficilis eſt, min get ſtatim. Ericius montanus melior eſt domeſtico, & habet ſpinas in modum acuum, & eſt conſimilis in cura, melioris eſt comeſtionis, & ma gis iuuat ſtomachum, & fortior eſt ſuper mollificationem uentris ad indu cendam urinam. Omnis ericius combuſtus ſuper plagam habentem car nem ſuperfluam, remouet eam. Dixit Alchitron, quod alopecię eſt me dicina, quę fit ex cinericiorum marinorum, & gallis rubeis, & amygdalis a maris ex unoquoq; ſumatur pars, teratur totum cum aceto multũ, ſi ſuper ponatur loco alopeciæ curat eam. Et tanti iuuamenti eſt, ſi ſumatur de cinere eius, aut de cinere corij eius, aut capitis eius, aut interiorũ eius cum ſepo urſi, & iam currit aqua, abſq; ſepo, in iuuamento, poſtquam fricatur locus ille, donec rubeſcit. Et ericius marinus permixtus, non combu ſtus cum medicinis iuuatiuis ſcabie, confirmat eas in actu ſuo.

De cancro. Cap. XXIIII.

CAncer alius fluuialis & alius marinus. Cancri fluuiales pro priè conferunt contra morſum canis rabidi, minus marinus. Nam ſumitur de cinere eorum pondus, drach. 3. cum pondere aur. 1, 3. 1, s. gentianę cum uino myrtino, & competentius tempus cõbu ſtionis cancrorum eſt æſtiuum, apud ortũ canis dextri Sole in Leone & Lu na in Ariete in 13. diebus menſis Aprilis, ſumũtur uiui & ponunt in uaſe ru beo æneo, & ponuntur in furno donec redigant in cinerem. Fluuiales cancri decocti, erit aqua decoctionis ſolutiua uentris promouens urinã, & cõfert phthiſicis, & habentibus apoſtemata pulmonis. Fluuialis tritus aut marinus, ſi potetur cum lacte aſinæ, confert contra morſum aranearum citrinarum peſſimarum, & ſcorpionum, tritus cum albederogi, quod eſt ſpe cies baſiliconis, cuius flos eſt rubeus, ſi appropinquat interficit ſcorpionẽ, uiui triti ſuper ſciſſuras prouenientes in membris conſtringũtur, deinde mu tentur ſingulis diebus, ualent contra hoc plurimum. Fluuialis autem cancer tritus poſitus ſuper apoſtemata dura diſpergit ea, & extrahit cuſpi des ſagittarum infixas corporibus, cinis eius cum melle mixtus, curat ſciſ ſuras manuum uel pedum prouenientes ex frigore, & ſciſſuras natum.

Pes cancri in cartha cõuerſationis à collo eius qui habet ſcrophulas, cu ratur quamdiu durat ſuper eum. Et ſi ſuſpendatur ad radicem arboris fructiferæ, cuius fructus decidũt abſq; uento, non decident fructus. Ocu lus cancri ſuſpenſus ſupra patientem dolorem oculi, quieſcere facit dolo rem, ſuſpenſus ſuper pueros fit cito exitus dentium eorum, & ualet contra tertianam, in alijs prohibet.

De teſtudine. Cap. XXV.

MEmorauit Galenus, q̃d teſtudinis uirtus deſiccatiua eſt nimis & conſumptiua uirtutis mẽbrorũ humidorũ, & iuuat cõtra aquã ci trinã, quãdo terit tritura uehemẽti, & ponit deſup cõfert ualde.

Digitized by Google

Caro teſtudinis aperit apoſtemata, & oportet ut commiſceatur ei farina hordei, & puluis molendini, & curat ulcera accidentia in teſticulis. Si comburantur interiora teſtudinis, & eius cinis ponatur ſuper ulcus, curat ulcera accidentia in teſticulis. Si comburātur interiora teſtudinis, & eius cinis ponatur ſuper ulcus, curat ulcera, quę accidūt in gutture. Si accipiatur concha eius. & comburatur ſuper tegula, uel alicuius ollæ coopertorium, & teratur eius cinis, cum melle, & fiat ex eo unctio cum digito, curat dolorem gutturis nec nocet. Sed humiditas quam quidam nomināt mucos teſtudinis, ſi bibatur ab aliquo ſola, aut cum myrrha, aut cum aloë, confert oppilationibus hepatis. Et ſi ponatᷣ cum ea thus, donec incraſſetur modicum erit medicina iuuatiua ulcerum, & deſiccatiua apoſtematū aurium deſiccatione uehementi, & eſt medicina iuuans fluxum in oculis, ſi ſuperponatur in fronte. Et rememorauit Galenus, quoniā uſus eſt carne teſtudinis ſemel in quibuſdam Aldeis in plaga, quæ peruenerat ad neruum, & fuit neruus contritus uel contractus, dixit, et acceptę ſunt carnes teſtudinis & tritæ tritura uehementi, & poſitæ ſunt ſuper plagam, & medici qui fuerūt ante Galenū, prouiderunt ut permiſcereᷣ cum eo uel oleo aloës & myrrha. Et qui uolūt colligere mucos teſtudinis, purgant unamquanq; teſtudinem cum ſtilo, quoniam exibit humiditas, & confert pilis prouenientibus in palpebris oculorum, exeuntibus à natura, quia adhęrere facit cum alijs, & nō nocet oculis. Et hæc humiditas ſi miſceatᷣ cum thure, aut aloë, & teratur donec fiat ſicut mel, & ponatur ſuper frontem, & circa caput in modū ligaturę uel coronę infantibus, quādo accidit uētus in capite, qui caput magnū efficiat, cōfert. Et fit huius cura, donec reſtringat caput omnia oſſa tumefacta, & redeat caput ad metā naturæ propriæ. Et rememorauit Galenus quod teſtudo combuſta, ſi eius cineris partes tres ſumantur, & cū eo permiſceātur duę partes de galla, et una de pipere, & teratur illud nimis, deinde pulueriʐetur ſupra cibum, aut ſuper uinum album conſtrictiuū confert fluxui ſanguinis, quando non fuerint eius ulcera putrida. Et cinis omnium ſpecierum teſtudinis combuſtarum confert in cura eius, quod induratur, & conſtringitur ex apoſtematibus prouenientibus in parte auriū, & maximè quando ſumitur cum aqua mellis.

De tortuca. Cap. XXVI.

Eius caro eſt tardę digeſtionis, & generat choleram nigram, & ſi decoletur tortuca, & collyrizetur aliquis cum eius ſanguine, cœcatur. Et ſimiliter ſi ſternuationes fiant alicui cum ſanguine eius. Sanguis tortucę agreſtis quādo bibitur, ualet contra morbum caducū. Et qui collyrizatur cum puluere tortucæ incurrit cœcitatem per albedinem, quę prouenit in oculis. Et quando proijcitur tortuca in cacabū balnei, qui tunc in eo balneatur, oculi eius cœcantur. Ex eo quod confert fiſſuræ uentris mulieris, & uberum eius, & fœmorum eius eſt. Si comburatᷣ tortuca, deinde teratur cum albumine oui, aut lacte aſinæ, & inungatᷣ uēter mulieris ex eo. Si miſceatur fel agreſtis cum tantundem mellis, & collyrizetur quis cum eo tribus diebus in mane ter, & in nocte ter, confert coadunationi aquę in oculo. Et fel tortucæ confert ſynanchę, & ulceribus malis

Digitized by Google

malis, prouenientibus in ore puerorum. Et ſi fiunt ex eo ſternutationes, ua let contra morbum caducum. Pes tortucę poſitus ſuper pedem podagrici, dexter ſuper dextrum, et ſiniſter ſuper ſiniſtrum, expellit podagram. Similiter manus eius, ſi hoc modo dextra ſuper dextram. Siniſtra ſuper ſiniſtram ponatur, expellit chiragrã. Qui poſuerit dorſum eius euerſum ſuper ollam, nõ bulliet olla. Fel agreſtis tortucę permixtum lacte mulieris, ſi diſtilletur in naribus, uel auribus, à quibus fluit ſanguis, confert.

De piſce ſagittali. Cap. XXVII.

EOrum quidam afferuntur ab India. Alij ab Aegypto, & ex eis generantur in mari alcuzon, id eſt, mare quod tranſeunt Hebræi. Ariſtoteles: In piſce ſagittæ multa ſunt iuuamenta in carne eius, & ſanguine, & ſepo, & felle, & teſticulis, & nodis caudę eius. Caro ipſius impinguat corpus, quando fit ex ea acafea, & ſi ſalſetur & bibatur ex eo pondus unius aurei, cum uaſe uini, & corroborat renes, & uirgam, prouocat libidinem. Sanguis eius, ſi calidus ſumatur, & inungatur cum eo locus ſordidatus cum belliricis, & emblicis, reducit corpus ad colorem proprium, & permiſceatur ei baurach, & inungantur cum eo maculę faciei, & lentigines, & maculę minutiſſimę, remouet eas, & clarum colorem reddit. Sepum eius expellit dolorem renum, & facit diſtillare ſperma.

Nodi autem dorſi eius, ſi ſuſpẽdatur nodus medius, qui operit renes ſuper dorſum uiri, iuuat uirgam, & corroborat coitum. Et de teſticulo eius dextro, bibatur ad pondus unius alkilat cum aqua, rutæ facit diſtillare ſperma, & deſiccat ipſum. Et eius teſticulus ſiniſter, ſi bibatur ſiccus ad pondus unius alkilat cum aqua cicerum rubeorum, & cum uaſe uno uini puriſſimi, & duas extra; id eſt, bis ſex drach. de butyro uaccino, facit diſtillare ſperma, & prouocat coitum, & calefacit renes, & corroborat uirgã.

Et ſi piſcis iſte momorderit aliquem, & febricitauerit priuſquã mingat, aut febricitet, homo interficiet uirum. Et ſi febricitauerit uir priuſquam mingat piſcis ille, aut febricitet, morietur ille piſcis, & morſus euadet, & ſumatur piſcis ille, & coquatur, & ex eo procurentur duo homines, qui habent odium unus aduerſus alium, reducentur ad concordiam, & ad amorem. Piſcis ille ſi ſuſpendatur ſuper pueros, qui timent in ſomnijs curat eos.

De lacerta. Cap. XXVIII.

COr eius, ſi ſuſpendatur ſupra mulierem prohibet partum. Et ſi comburatur eius corium, & permiſceatur cum fece olei, & inungatur membrum abſcindẽdum cum ferro, mortificat ita quod non ſentiat ipſum. Et qui inunctus fuerit cum ſepo lacertę, & proiecerit ſe ſupra crocodyllos, non timebit illos, & ludent cum eo. In felle eius eſt iuuamentum magnum contra alopeciam, quando ex eo fit ſternutatorium cum radicibus bletarum. Si ſumatur de ſtercore eius ad pondus ſex aureorum, & ſinapis ad pondus quatuor aureorum, & terantur cum forti aceto, & inungatur cum hoc alopecia, ſimiliter ſtercus furonis.

DD De crocodyllo.

Digitized by Google

De crocodyllo. Cap. XXIX.

Corium eius ſi ſumatur, aut corium lupi claudi, aut corium ſimię, & circundetur ferendo ipſum cum choaldea, & ſuperficies eius, nunquam cadet in ea grando. Si aliquem crocodyllus momorderit, ſi ſumat ſepum ipſius & ponat ſuper locum morſum, ſtatim curabitur. Et æquipollet ſepum crocodylli ſepo canis marini, quãdo decoquitur cum aqua & aceto, & fit motio per os ex eo ſedat dolorem dentium. Eius decoctio iuuat contra morſum uermium, & muſcarum, & aranearum, & huiuſmodi.

De rana. Cap. XXX.

Ranæ paruæ combuſtæ, permixto puluere earum cum pice, rubefacta, ſi cum ea fricetur locus alopeciæ donec rubeſcat, & poſtmodum deſuper inungatur cum medicina, confert. Si pulueꝛizetur cinis eius ſuper locum à quo ſanguis egreditur, ſtagnatur ſanguis. Si inflatur in nares, reſtringit fluxum ſanguinis. Caro eius ſicca ſumpta, & formicæ magnæ, terantur & cõficiantur cum aqua ſcyllæ. Siquis potauerit ex ea dauich, incurrit pruritum, ſcabiem, & maculas peſſimas. Si quis ſumpſerit ranam quæ decollata eſt, & ſiccata, & potauerit ex ea ad pondus unius aurei in pultibus, aut in uino, cohibet eum ad acceſſum mulierum longo tempore. Et ſi ſumpſerit ex ea mulier in cibo, aut potu, impediet eius conceptionem. Qui abſcindet pedem ranæ ambulantis in aqua, deinde ſuſpenderit illos duos pedes ſuper podagricum ligatos in corio cerui, curabit ipſum. Si quis ſanguinem ranarum uiridium ſumpſerit, & confecerit cum eo azarech trita, & potauerit ex eo aliquis pondus unius aurei, retinebitur eius urina.

De catto ſylueſtri. Cap. XXXI.

Catti agreſtes propinqui ſunt in complexione leporibus, eius caro eſt calida, & mollis. Eius ſepum ſumptum ſimile eſt naturæ carnis ipſius. Caro eius confert podagræ, cum inungitur ex ea. Fel eius forte ad diſſoluendum oris torturam, & eſt ut accipiatur de felle catti nigri medietas drach. & miſceatur ponderi quatuor aureorum zambac, & fiat ex ea ſternutatoriũ. Et extrahit fœtum mortuum à matrice, & fiat ſuffumigatio ſubtus mulierem ſub ſtercore catti coloris. Idem operatur eius fel, quando commiſcetur cum aqua colocynthidis humidæ, ſi humectetur in lana, & teneat eam mulier penes ſe.

De mure. Cap. XXXII.

Eius caro eſt calida, mollis, pinguis, modica, in ea eſt uirtus expulſiua melancholiæ, & ſi comedatur mus aſſus, deſiccat ſaliuam fluentem ab ore puerorum, & ſi findatur mus, & ſuperponatur morſui ſcorpionis, ſedat dolorem eius. Et quando ponitur ſuper uerrucas,

Digitized by Google

rucas, eradicat eas. Caput muris, ſi ſuſpendatur ab eo qui conqueritur de dolore capitis, & ſuſpẽdatur in panno lini ſedat ipſum. Et ſi ſuſpendatur caput muris fœminæ ſupra hominem caducum, curatur. Stercus eius poſitum cum ſale & oleo ſuper nates alicuius, diſſoluit uentrem. Galenus, confert contra alopeciam, ſi ſtercus murium nimis teratur & conficiatur, cum ſucco erucæ, confert, & ſucco naſturtij, uel ceparum, uel alliorum. Et fiat ex eo emplaſtrum ſuper ipſum locum. Si murium combuſtorum in olla puluis, permiſceatur cum oleo laurino, & fiat ex eo emplaſtrum ſuper alopeciam, poſtquam fricatus fuerit locus cum allijs ſingulis diebus hoc faciendo, naſcentur pili. Arſenicum citrinum impaſtatum cum farina, deinde cibetur cum eo mus, morietur. Lithargyrum, ſcoria ferri, electuarium quando conficitur unumquodque eorum cum farina & projicitur muribus, ſi comederint, morientur.

De yarobodth. *Cap.* XXXIII.

CAro eius cibat, & lenificat uentrem. Et quãdo ſubmergitur yaroboath in aqua donec moriatur, & illa diſpergatur in domo, timebit omnis, qui fuerit in domo illa.

De formicis. *Cap.* XXXIIII.

IN die circa æquatorem diei eſt terra, in cuius arena eſt aurum, in qua ſunt formicæ ſimiles canibus, & ſunt uelociores omni creatura Dei, quarum ſollicitudo eſt extrahendi arenam illam auream de mineris ſuis, & ſol eſt ibi uehementiſſimi caloris à mane uſque ad mediam diem, ut non remaneat ibi aliqua ex uehementia caloris, & fugiunt omnes à calore in meatus terræ, donec liueſcat calor ſolis, & ueniunt Indi cum camelis tempore abſconſionis illarum formicarum, & portant arenas, & appropinquant cameli terni, & iterum duo maſculi, & in medio eorum fœmina habens filium in terra Indorum, ut deſideret filium ſuum & portant arenam, & equitant camelos, & ueniunt ad terram ſuam feſtinanter, ne conſequantur eos formicę. Et retulit mihi quidam qui uidit Baldaci formicam in Auiano, quæ comedit omni die libram carnis Baldacenſis tempore Almuzedię regis, & formicę claudunt loca meatuum antequam ueniant nebulæ & pluuiæ. Et quando ponitur ſuper introitum ueſpertilio, nõ egrediuntur inde, ſed foramina aliunde, deinde egrediuntur non ab illis hoſtijs. Cor ueſpertilionis, ſi ſic præparetur non egrediuntur. Quando inungitur meatus ille cum alkitran, non egrediuntur inde. Et quæ egrediuntur, non poſſunt regredi. Et quando ſubinungatur cum radice colocynthidis, peribit omnis formica, quæ ſuſcepit odorem eius, ſi ungatur radix arboris cum felle bouino, non accedent ad ipſam formicę. Et ſi circuerit menſtruata archam, non intrabunt formicæ.

Caules & aſſa fœtida, quando projiciuntur in meatus earum, pereunt. Et ſi inungatur cum iſtis circa eas, non exeunt. Præparatur ex formicis unguentum ad erectionem uirgæ, fit enim ex formicis nigris quæ *Vnguentum formicarum.*

Digitized by Google

habent alas,& ponuntur in uaſe uitreo uiuæ,& infunditur ſuper eas zambac bonum,& ſuſpenditur ad ſolem duobus diebus,deinde colatur,et proijciuntur formicę,& ungantur cum eo inguina inferius,& uirga,& inferiora pedum,& eſt bonum ad corroborandum erectionem uirgę.

De aldea locuſtis. Cap. XXXV.

CAro eius calida eſt & ſicca,dixit Coſtus. Quum uideris locuſtas uenientes in modum nubium: Sume erucam malam quæ eſt lupini,& infunde in aquam, & aſpergatur aqua illa ſuper locum, de quo timet,ne deſtruatur ex ſegetibus,et alijs,& cum ſenſerint locuſtæ odorem eius, euadent ab eis illa ſemina. Et ſi ſuffumigetur aldea cum ſtercore boum, non accedent ad eam locuſtæ. Et dixerunt ex eo cum quo expellit Deus locuſtas eſt, ut ſumatur quantitas locuſtarum,& cōburatur in igne, deinde exeat fumus iuxta ſegetes,& alia uictualia,non appropinquant locuſtæ præ odore combuſtarum, nec odor ille poterit ad eas peruenire quin eas extinguat, aut obuiat & inuenit eas ſol, & extinguit eas. Et dixerunt,attēde ad hoc idem in ſcorpionibus & formicis, quia non inueniet ſcorpiones & formicas odor eorum combuſtorum,quin pereant. Et fortè reliqui uermes hoc modo ſe habent,& quādo cum locuſtis fit ſuffumigium, ſoluitur difficultas urinæ proueniens ex humiditatibus craſſis, & idem operatur in mulieribus & eunuchis, ſed fortius quā in moderatis. Cum ſumitur aliquid ex eis cum uino, iuuat plurimū contra morſum uermium, præſertim locuſtæ, quæ uocantur Hariol, quæ non habent alas. Et ſecundum quod narrauit de eis Dioſcorides, quando ſiccantur & bibuntur tritę cum uino,non coctæ, neque ſalſæ, iuuant plurimum contra morſum uermium.

Hariol.

De upupa. Cap. XXXVI.

VPupæ caro eſt auſtera, & in puluere eius eſt uirtus iuuatiua cōtra morſum cancri,decollatur & ſcinditur,& fit ex eis emplaſtrū ſuper locum. Lingua upupæ ſuſpenſa ſuper obliuioſum reducit ad memoriam ea, quæ oblitus eſt. Quando ſuffumigatur quis cum penna eius, expelluntur uermes. Si ſuſpendatur oculus eius ſupra leproſum,ceſſat lepra. Corium upupæ poſitum ſuper eum qui patitur dolorem capitis,ſedat dolorem. Dixerunt,ſi ſuſpēdatur dens hominis & ala upupę dextra,& ſuſpendatur capiti hominis dormientis,non excitabitur,donec auferatur.

De alkakan. Cap. XXXVII.

FRigida eſt caro eius & auſtera,& obturat meatus corporis. Cibus eius inducit lepram. Et ſi coxerit aliquis,& olfecerit odorem decoctionis iuris eius,timendum eſt ei de incurſu lepræ. Et dixit quidam philoſophus, quod cerebrum eius cum datum fuerit in cibo ad pondus trium aureorum,reddit hominem ſtupidum. Cum uolueris corrumpere uuluam mulieris: Accipe alkakan, & melangias,quæ ſemen habent,añ.& malaxentur,& dentur in potu pondus unius aurei in micis panis,aut in iure calido corrumpetur. Si ſumatur corium fellis eius ſupra oculum,ſanabis eum. Si ſuſpendis corium citrinum iecoris eius,mouet partum,

partum, & proprietas ſtercoris eius, ſimiliter eſt in ſtercore columbarum.

De columbis. Cap. XXXVIII.

SEnex ex eis eſt calidus & ſiccus, tardę digeſtionis, comburit ſanguinem. Pulli eorum ſunt calidi & humidi, & addunt in coitu, & calefaciunt renes, & addunt in ſanguine. Si ſcindatur caput eius præter os ibi confractum, & proijciatur de ſanguine eorum ſupra telam cerebri, magnum præſtat. Et ſi non inueniuntur columbæ, ſed magnæ agreſtes palumbę inueniantur, proijciatur ex ſanguine earum ſuper telam craſſam, fit hæc eadem operatio cum ſanguine turturis. Stercus columbarum eſt calidum & ſiccum combuſtiuum, & ſpargit ſcrophulas gulæ, cum mixta fuerit farina hordei, ſemen lini, & acetum, ualet contra tumorem corij, qui dicitur roſa, cum tritum fuerit, & ualet contra combuſtionem ignis, mixtum cum unguento, uel oleo. Mixtum cum melle, & ſemine lini, euellit pellem ſuper excreſcentem hepati, & conturbantem ipſum, quæ nominatur ignis perſicus. Stercus expellit fœtum, facto ex eo ſuffumigio. Galenus, operatur cum ſtercore palumborum agreſtium, & naſturtio puro contra dolores antiquos, uelut uertigo, & hemicrania, & dolor ancharum, & renum, & colicus, & dolor podagricus. Cum ſepelieris caput ueſpertilionis in loco columbarum, non fugient à nidis ſuis, nec à filijs. Et ſi teratur panis cum coſto & uino odorifero, & dentur in cibis columbinis, quas inuenient aliàs, ſociabuntur eis, & uenient.

Et ad illud eſt, ut coquantur ficus ſiccæ in aqua, & cum remollitæ fuerint extrahantur, terantur, & malaxentur cum farina hordei non cribellata, & detur eis in cibum.

De ancha. Cap. XXXIX.

DIcit Ariſtoteles, quod hæc auis eſt maxima, & dicitur quod ex pennis alarum eius fiunt, pharetræ, ad ferendas ſagittas. Ex unguibus eius uaſa ad potandum. Indigenę ut eas capiant, ligant duos boues in curru oneratos lapidibus, & coram curru domum, priuſquàm intret homo habeat aquam neceſſariam, cum uenerit auis ante boues cum unguibus ut ferat, & non poteſt ferre, nec ungues extrahere ita ſunt infixæ, exit homo & facit ignem in alis eius, & comburit ut uolare non poſſit, poſtea capit. Omnia animalia creata poſt æquatorem diei uerſus meridiem, ſunt maiorum corporum, & mirabilium, ſicut elephantes, & alia cornua in naribus habentia, & alia monſtruoſa. In felle autem anchæ eſt quædam ſubſtantia mirabilis ad conferendum caduco, cum ſit ex eo ſternutatorium ad pondus unius denarij, præſtat enim plus quàm ocilece.

De grue. Cap. XL.

CAro eius craſſa, nutrit melancholiam. In iecore eius eſt utilitas contra dolorem renum, & operationem ueſicæ, cum ſiccatum fuerit, & tritum, bibitum ad pondus drachmæ unius cum aqua cicerum. Teſticuli ualdè proſunt ad albuginem oculorum, ſi fin-

Digitized by Google

dantur,& apponatur ſalgemma,& poſt molantur ſicci,& apponatur ſpu ma maris,& ſtercus lacertę,& ſaccharum,& imponatur oculis, & contra percuſſionem,& plagam oculi,ablue hoc totum. Fel eius ualet ad tor turam oris, & ſi proijciatur ex eo pondus unius drachmæ cum zambac in nares.

De nocticula. Cap. XLI.

CAro eius frigida & ſicca,craſſa, cerebrum eius maſculi, ſi collyri zetur cum ea aliquis,aufert prauitatem uidendi de nocte, dicitur quod quando decolatur, eius oculus remanet apertus, & alius clauſus,ſi ponatur clauſus ſub capite non dormientis dormiet,ſi uerò apertus,uigilabit. Iecur eius ſiccum, datum in potu inducit coli- cam & difficultatem ſolutionis,& frigiditatem ſtomachi. Ariſtoteles:

In compoſitione ouorum eius ſunt diuerſæ naturę, quoniam ex me- dullo primi quod poſuerit, ſi ſumitur & inungitur locus, eradicantur pi- li,& non renaſcentur. Et ex ſecundo ouo,ſi ponatur in loco nudo à ca pillis, inducit pilos. Cor eius cum fuerit magnum poſitum ſupra ſini- ſtram mammillam mulieris dormientis, confitebitur quæ fecerit bonum, uel malum.

De aztore uel alkarauen. Cap. XLII.

AVis iſta multam habet carnem,modicum habentem abhominatio nis,eſt calida, & non eſt cibus eius potens, ſed confortat coitum. Proprium ſepi eius eſt,calefacere renes, & mouere luxuriam. Et reges pręcipiunt ipſam capi,quia uolunt per ipſam addere in luxu riam. Cerebrum eius cum tantundem carnis piſcis ſagittę, miſceatur, malaxetur cum melle colato,& tantum quantũ hoc totum,de butyro uac cino,laudabunt ex eo homines debiles in coitu. Et fit additamentum in eleuatione et motu,aues omnes uenatiles,ſicut aztor,aquila,et ſimilia,car nes earum craſſæ dicuntur,& neruoſæ, duræ. Sepum eius calidum & ſic- cum pluſq̃ aliarum auium,,uel etiam beſtiarum, & ſimiliter fella. Et di xerunt,quod caro aztor ualet contra dolorem capitis, qui dicitur ægritu- do oui. Fel eius contra dolorem hemicraniæ fortem,proiectum in nares ad pondus unius grani, uel duorum cum lacte mulieris nutrientis maſcu- lum. Cum acciderit aztori tela in oculo, præpara ei lac mulierum.

De carnibus auium,uel aliorum,uel de gallo. Cap. XLIII.

ABſq; dubio carnes auium ſunt leuiores & ſicciores quadrupedũ, quod ſuperat in eis eſt aër. In quadrupedibus uerò eſt terra, præ- ter aues quæ morantur in ſtagnis,uel locis aquoſis,quia in illis eſt humiditas craſſior,& abhominabilis uis mutabilitatis,confundũt ſanguinem pluſq̃ quadrupedia mali cibi. Pulli gallinacei citius dige- runtur ab his uſualibus,& plurimi eorum generant bonum ſanguinem,& cõfortant appetitũ. Exiſtimauit Ariſtoteles,q̃d qui durauerit in come ſtione gallinarum pullarũ pinguium, inducit hæreditatem hæmorrhoida- rum

Digitized by Google

rum & podagræ. Gallina inuenitur humidior pullo gallinaceo, & maioris cibi. Exiſtimauit Galenus, q̃d ſepum gallinarũ addit in ſenſu. Cerebrum earum, ualet contra tremorem cerebri multum. Gallus uel gallina ſenex, ſi coquatur unus eorum cum tribus libris aquæ, poſito ſale trito donec diſſoluatur, & iacere in aqua illa permittatur nocte una, & bibatur aqua illa calida facta, ſoluit uentrem, & ualet contra colicam. Et propriè cum decoquatur cum medulla ſeminis cymini agreſtis, & anetho, cymino poſitis eis nabat radicibus & folijs. Cum uolueris exaltari ſuper aduerſarium tuum in cauſa, accipe calcar galli pedis dextri, & fer tecum, & uinces. Audiui à quodam quod gallus debet eſſe niger. Et ſi calcar ſiniſtri pedis galli aliquis tenuerit, & ſit galli comedentis triticum, uel hordeum, non aliud diligetur à mulieribus. Sanguis galli uel gallinæ, ſi ponatur ſuper frontem tritus, ualet contra ſanguinem fluentem à tela.

Cerebrum gallinæ bibitũ, propriè ualet contra hoc, etiam contra morſum aranearum, & huiuſmodi. Fel gallinæ, ſi quis poſuerit ſupra uirgam, & ſtatim coëat cum uxore ſua, non diliget alium. Si ponatur ſuper maculas factas in corpore aufert. Si miſceatur cepe tritum cum ſepo gallinæ, ſi fiat emplaſtrum, delet maculas rubeas. Sepum gallinæ recens, ualet contra dolorem matricis, ſoluit apoſtema eius, ſi ſuperponatur in modũ emplaſtri. Cum acceperis criſtam gallinæ, & ſiccaueris, & triueris, dederis in cibo ei qui commingit lecto eo neſciente, curabitur.

Gallina alba cocta cum decem cepis albis, & cum manu una de aliuiulæ donec benè cocta ſit, & comedatur, & bibatur aqua addit in appetitu coitus. Stercus gallinarum potatum cum oxymelle, uel aceto, ualet contra fungos, qui occidunt. Bibitum cum aqua calida & melle, ualet contra colicam. Si fiat ex eo ad modum unguenti cum melle, & ungatur ex eo, mundat corticem, qui congregatur ſuper apoſtema, quod dicitur ignis perſicus. Et ſi fiat emplaſtrum ſuper omne apoſtema in quo fuerit pus, cum ſtercore gallinarum citrino, & meditullio oui, & modico croci aperit ea. Si uis ut non cantet gallus, unge frontem eius cum oleo.

Sepũ galli mixtum cum ſepo turturis, ſi detur quarta unius drachmæ in cibo alicui, accidit ei tinea.

Stercus galli tritum cum aceto, poſitum ſuper alopeciam, præſtat, ſi prius fricetur locus cum panno & cepe, donec rubeat.

Sepum gallinarum & anſerum, ualet contra dolorem matricis, & ſciſſuris accidentibus in facie, & ad dolorem auris, & facit faciem lucidam.

Sanguis gallinarum nigrarum, aufert maculas fœtidas, & lentigines à facie, & huiuſmodi. Et maximè ſi miſceatur ei lapis uaccinus tritus cum baurach rubeo. Et reddit faciem formoſam, & mundat eam, & facit bonum colorem. Si quis uoluerit, ut gallina ponat oua magna, terat grana naſturtij, & malaxet cum cantabro & uino, & detur ei in cibo.

De pullis. Cap. XLIIII.

PVlli ſunt ſubtilioris omnium auium carnibus, & melius digeruntur, & leuiores ſunt ſtercus infirmorum. Poſt pulli gallinacei. Et dicitur etiam, quod coturnices confortant digeſtiuam. Auis illa quæ dicitur Afabyhuc, confortat conſtricturam. Alia, quę dicitur Cumen, caro eius humidiorem efficit ſanguinem, ſubtiliorem, quā perdices. Et perdix ſubtiliorē generat ſanguinem, meliorē poſt hanc gallinæ nigræ craſſioris ſunt ſanguinis. Caro genges reſtringit uentrē.

De laudis criſtatis. Cap. XLV

CIbus harum omnium calidus conſtrictiuus, qui aliquid ex eis comederit, opus eſt ut comedat cum aceto, coriandro, ſucco ſinapi.

De ſinoris Cap. XLVI.

MInoris ſunt caliditatis & ſiccitatis quàm paſſeres domorum. Proprietas earum eſt, cum decoctę fuerint cum aqua, ſoluunt uentrem, & ualent contra colicam.

De aſſihahah. Cap. XLVII.

MVltum ſunt citrini, comeſti, aſſi, frangunt lapidem in renibus. Idem facit cinis eorum, ſi cremetur & bibatur.

De alkemo. Cap. XLVIII.

CAro eius auſtera, malę digeſtiōis, niſi quod ualet cōtra malas uentoſitates. Si miſceatur fel eius cum gallis, & tegatur cum oleo facto ex oliuis uiridibus, & ponatur ſupra capillos efficit nigros, nigredine, quæ tardè recedit. Auis quæ dicitur Akeuium, uſus eſt comedere apes. Si decolata frixetur cum oleo, & ungatur manus alicuius, & poſtea ponat ipſe manum in apibus non lædetur.

De anſeribus. Cap. XLIX.

HVmidiores ſunt natura omnibus auibus, & duriores ad digerendum. Galenus ait, omnibus hepatibus melius eſt anſerinum, quia humidius & tenerioris carnis, & melioris ſaporis, poſt hoc, iecora gallinarum, & hepata. Galenus, cum acciderit in aure percuſſio & diſcohærentia, ſumatur ſepum anatis, coletur guttatim apponatur cum eo lac mulieris, & ſint tepida, & apponatur etiam ſuccus baſiliconis, cuius ſemen eſt rubeum.

De coruo. Cap. L.

SAnguis eorum ſubtiles efficit capillos. Si ſuſpendatur pes eius ad collum tuſſientis pueri, præſtat multum. Quando pilis raſis à capite tinxeris caput cum ouis coruorum, efficit capillos nigros. Si miſceatur fel eius cum oleo facto ex aliuiule mixtum, ſi cum eo ungatur corpus, totum ſoluit hominem ligatum, ne coëat. Quidam ſuffumigabat ſe ut redderet capillos ſuos albos, & facti ſunt capilli eius albi: Accipiat ſepum corui nigri, & rutam recentem, & miſceat cum oleo, & ungat capillos, efficientur nigri.

De pico

Digitized by Google

De pica. Cap. LI.

CAro eius calida, abhominabilis multum, & eſt in ea ſubtilitas. Fel eius ualet poſitum in oculis incedentium per niues.

De paſſeribus domorum. Cap. LII.

CAro eius calida plus cæteris, præter languſtas eſt ſiccior. Fel eius ſumptum ad pondus dauich ſolutum in zambac, ad pōdus unius aurei. Si inungatur ex eo uirga, teſticuli, & inguina, addit uim coēundi, & erigendi.

De uulture. Cap. LIII.

VVlturis caro neruoſa, tardæ digeſtionis, generatiua mali humoris, ſepum eius diſſoluit, ſicut ſepum aſini ſylueſtris. Si ſuſpendatur crus eius ablata carne ſuper crus ubi eſt excoriatio, auferetur dolor & ſanabitur. Corium cauillæ, ſi ponatur ſuper podagricum, dexter ſupra dextrum, ſiniſter ſupra ſiniſtrū iuuat manifeſtè. Serua quia magnum eſt, dixerunt, quod pellis calida multum, ſi ſuper eam ſedeant podagrici, & qui habent humiditates, ualet eis.

De aranea. Cap. LIIII.

SI ſumpſeris araneam albam capientem muſcas, & ligaueris in panno lineo, & ſuſpenderis in brachio ſiniſtro quotidianario laborāti ex phlegmate, ualet. Et ſi miſceatur cum aliquo cerato, & ſupra pannum liniatur, & imponatur fronti, ualet tertianario. Si poſueris araneā unam uiuam in canna, & poſueris ſupra muſculum brachij, preſtat contra phlegmaticam. Si ſumpſeris capientem muſcas & triueris, & in pāno lineo poſueris, & acceperis cum manu ſiniſtra, & poſueris ſuper collum retro, curabit tertianam, & quartanam. Si bibatur cum uino puro hora una ante acceſſionē febris, quæ dicitur ἀμφημερινός, aufert eam, id eſt, quotidianam à phlegmate incenſo, uel ſalſo. Tela aranearum à Romanis dicitur anqui.

De homine. Cap. LV.

DEns hominis mortui, ſuſpenſus ab illo qui patitur dolorem dentium curat. Os hominis mortui combuſtum donec fiat cinis tritum, ſi ponatur cum aloë, ſi impleatur ex eo fiſtula, ubicunque fuerit præſtabit. Lumbrici in uentre inuenti ſiccati, triti, poſiti in collo albuginem patienti auferunt. Stercus hominis tritum cum ruta ſicca, ſuper apoſtema corrodens carnem poſitum ſanat, tritum, cribratum, amaſſatum cum melle, poſitum intra gulam, ualet contra anginam.

Similiter ſi ex eo ſicco ſine melle inſuffletur in gulam, ualet contra ſynanchen, id eſt, anginam. Dens hominis mortui, & os brachij ſiniſtri, ſi poſueris ſubtus caput hominis dormientis, dormiet donec auferatur.

Capilli hominis ſuſpenſi, à patiente hemicraniam, aufert dolorem.

Capilli hominis remolliti, in aceto poſiti, contra morſum canis rabidi præſtant. Vrina hominis poſita ſuper morſum canis rabidi, præſtat ſtatim. Sanguis per uentoſas ſubtractus, uel narium poſitus in concha dimiſſus octoginta dies, fiet forma hominis, ponatur in farina hordei nouem diebus, decoletur, ſanguis illius ſumatur, & cum uino modico miſceatur, detur cui uis uiro, uel mulieri diliget te.

Si ex illo

Si ex illo ſanguine poſueris in oculo, & unxeris faciem tuam, coram
regibus ualebis, recipierisq́ benè ab eis quod queſieris impetrabis.
Sanguis brachij hominis amaſſatus cum farina fœnugræci, & hume-
factus cum ſucco rutæ recentis, & melle, & ponatur ſupra puſtulas corpo
ris, & propriè fœmorum, & puſtulis humidis, ualet.


De muliere. *Cap.* LVI.

MEnſtruum mulieris priuſquam cognoſcatur à uiro, mixtũ cum ſper
mate uiri, poſitum in oculo patientis, albuginem ſanat.
Pannus menſtruatę ſuſpenſus in capite nauis, non intrabit
ab illa parte uertigo uenti. Patienti dolorem ex partu ſuper
os uuluæ: Sumatur pãnus menſtruatę & comburatur, & pars cineris eius
ſumatur, & tantundem ſeminis cuſcutæ ſiccæ, & miſceatur cum aqua cali-
da, & ponatur ſuper locum dolentẽ, auferetur dolor. Lac mulieris mi
xtum cum melle & uino, frangit lapidem. Cum aliqua peperit puerum
oculorum uariorum, et lactauerit eum, ſtatim mulier nigra per ſeptem dies
aſſumet oculi colorem, accedentem ad nigredinem. Cum ſtatim aliqua
peperit: Stercus primum pueri exiccatum, tritum, collyrizetur ex eo albu-
go oculi, præſtat. Pellicula quæ abſcinditur in circũciſione uirgæ pue-
ri exiccata, trita, mixta cum modico muſto, data in potu incipiẽti laborare
ex lepra ſtat, & non augetur. Stercus hominis calidum, diſtemperatum
cum aceto infuſum in os beſtiæ, ſtatim aufert dolorem. Si dederit mu-
lier ſordes pedum in potu ſuo uiro, diliget eam ſemper. Similiter ſi uir
dederit mulieri, diligetur ab ea. Si uolueris diligi ab aliquo, uel ab ali-
qua, abſcinde ungues & combũre, & da in potu. Sputum hominis præ-
ſtat contra morſum animaliũ paruorũ & uenenoſorum, ſicut aranea &c.
Si uis ut mulier non habeat rem cum alio quàm tecum: Accipe quod
cadit ex capillis eius, & combure, & tere uehementer, pone ſuper uirgam.
Maculæ albę quæ ſunt ſignum lepræ, pone ſuper eas ſperma calidum,
curantur. Stercus puerorum ſiccum, tritum, mixtum cum ſalgemma,
& moſcho, inſufflatum in oculo patientis beſtiæ, albuginẽ curat. Et idem
etiam ſine his operatur, eſt probatũ. Vrina pueri antequam effundat ſper-
ma, ſi calefiat & apponatur modicum bombacis, & poſitum ſuper ocu-
lum in modum emplaſtri, cum patitur quaſi apoſtema, rubedinem mitiga-
bit. Primum menſtruum uirginis, ſi inungãtur cum eo mãmarum capi-
ta alicuius uirginis, non creſcet. Et ſi ponatur mẽſtruum ſuper oculum
dolentem, ſedat dolorem. Cum uolueris ut impinguetur mulier: Ac-
cipe ſepum lacertę, & miſce baurach, & cyminum, carmenicũ, & farinam
tritici, & da in cibo gallinæ aliquod diebus donec impinguetur, & qui co-
mederit de ea impinguabitur, ut uix in pelle cõtineatur. Fœnugræcum
amaſſatum cum aqua, ſi in modum emplaſtri ponatur ſupra mammillas,
lac non coagulabitur. Si fuerit lac mulieris modicũ, & uolueris ut fiat
multum, da ei in potu omni die ſemen pſyllij non tritum, drachmam unam
& mediam cum uino.

Libri de facultatibus partium animalium finis.

BASILEAE PER HENRICHUM PE-
TRUM MENSE MARTIO, AN-
NO M. D. XLIIII.

Digitized by Google



Digitized by Google